Dies vltimus cœptus habetur pro completo. in gl b.43. nu.40
Differentia locorum discrimen inducere non debet. in gl. u. 185 nu. 40
Difficilis, id est impossibilis. in glo. b. 147. nu. 10
Definitio bona conuertitur cum suo definito. gl. a.491. nu.60
Digesta vnde. gl x.8. nu.50
Digitus summus. tex. & mar 778. nu.20
Digniores altiori loco sedere debent in gl. q 391. nu.70
Digniora præferenda sunt. in glo. i.27. nume. 60
Dignitas.) In quibusdam dignitatibus sola collatio sine administratione tribuit ius, in alijs requiritur administratio. in gl. t.78. nu 30 & 40
positus extra administrationem retinet Dignitatem. in si gl q. in addit. 6. numero 50
Dignitates duodecim liberantur à patria potestate. in gl. t.78 nu 20
Dignitatum ordines. in gl s 6. nu 10
Diligentia prodest in gl 1209. nu.70
Diligere plus nepotem ex uirili sexu, quam fœmineo, est contra naturam. in postil. 345. nu.40
Directo prohibitum fieri, prohibetur & per obliquum. in gl p 241 nu 50
Disiunctim, id est diuisim. in gl. g. 423. num.50
Dispensatio.) In generali dispensat. ad obtinendum quoduis beneficium regulare, non continentur beneficia Cluniacen. ordinis, nisi contineatur in dispensat. in postil 122. nu.40
Dispensare cum inhabili uidetur eum scienter promouens. in postil. 88. in prin.
Disputatio uerbosa improbatur. in tex. 711. nu.20
Distinctione vtendum est, quamuis Imperator quandoque non vtatur. in tex. 256. nu. 20. & in glo. K.255. nume 60 & 70
Distinguere non debemus, si lex non distinguit. in fi. gl. b 552. nu.40
Distrahere quid in tex. 407. nu.20
Distractus in casu 488. in prin.
Distributio, id est assignatio. in glo. q. 250. nu.50
Distributa virtus recipit incrementum. in postil. 34 nu.40
Diu, decennium continet. in gl. a 455. in prin.
Diuersa nomina diuersa significare debent. in gl. g. 332 nu.40
Diui Principes fuerunt Valentinianus, Arcad. & Theodosius. in tex. 346. nume. 30. & 40
Diuisio.) Quod non recipit diuisionem in re. nec in tempore, ut hæreditas in postil. 252. nu. 30
Diuisio quandoque, id est casus. in gl. c. 399 nu. 30
Diuisionis definitio. gl. b.403. nu. 10
Diuitiæ non tantum operantur, quàm boni mores. in gl. l. 10. nu.30
Diuitiæ prosunt. ibid
Diuina possessio, quę. 193. nu 20. & 30
Docentur aliter pueri atque prouecti. in postil sub* 160 nu.20
Docti excellenter, præferuntur cæteris. in gl a 129 in prin.
Doctor præfertur militi. in postil. 2. numero 60
Doctores pecunia comparare scholares non debent in gl. n 13 nu.50
Doctorũ numerus certus esse debet in quaque ciuitate. in gl. a 129 in prin.
Dodrans nõ exceditur in legatis. donatione causa mortis, mortis causa capione, fideicommissis &c gl. K.310. nume 20
Dolus) Condemnato ob dolum parcitur, si causa non exprimatur in sententia. in gl l.134 in prin. & nu. 10
Dolus & lata culpa, & leuis & leuissima, differunt gl. h.410. nu. 30
non agitur de Dolo pro re minori duobus aureis in gl. l.149. nu.50
Dolus quandoque dat causam contractui, quandoque incidit in contractum g. g 737 nu.50
Dominus est caput serui gl c.421 nu.70
Dominus ijs causis feudum reuocare potest quibus donator donationem. gl c.119 nu 40 & 50
Dominus uincitur à non domino gl. r. 470. nu 50
Dominicę potestatis effectus multiplex. gl. d 49. nu.40
Dominij translationem an impediat error. in gl. l 428. nu.50
Domino inuito res distrahitur in eius odium, & fauore religionis, libertatis, & ultimæ voluntatis. in gl. d.51. nume 30
Dominium est causa possessionis &c. in gl. m.214 nu.50
Dominium est quædam plenitudo, quę non capit plures in solidum. in postil. sub *276. nu. 10
Dominium & pignus nequeunt concurrere. in postil. sub. * 169. nu.60
Dominium hæredis & defuncti non est idem, sed fingitur idem. in glo a. 243. nu 50
Dominium, id est res ratione dominij. in gl. t 550 nu.60
Dominium in quibusdam rebus habere non possumus gl c. 42 in prin.
Dominium quandoque, id est æstimatio dominij. in gl. u. 16 nu 30
Dominium rei corpo. facilius transfertur, quam incorpo. gl g 770. nu.50
Dominium varijs modis quæritur. gl. m.156 nu 70
Domus nostra) A nostra domo (inquit Imperator) id est priuata substantia. gl. q 194 nu 10
Domus sua dr. siue propria seu conducta aut gratis data. in tex. 530. nu.50
Domus vicinæ dicuntur: agri vero conterminі. in gl a 769 nu.50
Domestici qui sunt in gl. o. 275. nu 70

Domesticum furtum non parit actionem.in glo.a.in addi.276.in princ.
Donaria,id est dona.143.nume. 10. in glos.6
Donatio an fieri possit sine stipulatione. in glo.g.198.nu.10.& 20
Donatio à quo iure descendit.in glo.a. 195.nu.50
Donatio causa mortis & legatum differunt.glo.m.196.nu.50
Donatio causa mortis licèt sit vltima voluntas, tamen magis accedit contractui.in addi.230.nu.10
Donatio causa mortis non est,nisi exprimatur mors. 196.nu.10.in glo.d.
Donatio facta per Constantinum, an fuerit valida.2.nu.20.& seq.in postil.
Donatio inter viuos certis ex causis reuocatur. glo.e.199.nu.30
Donatio nudo pacto fieri potest.glo.g. 198.nu.10
Donatio pro benemeritis non est insinuanda.in add.199.num.10
Donatio propter nuptias & dos debēt æquiparari in casu.200.num.10
Donatio reuocatur ob solum obsequiū à liberto non præstitum. glos.e.199. nume.40
Donationes multæ non egent insinuatione.199.in princ.in textu.
Donationes tres glo.b.251.num.30
Donationis insinuatio coram quo iudice fieri debet.108.num.40.in postil.
Donationum species multæ.in glos.b. 195.nu.60.& 70
Donator an teneatur de euictione. in glo. i.198. nu.50
Dono Titio fundum præsenti & recipienti.an hæc verba à testatore prolata habeant vim legati vel donationis. in postil.281.nu.50
Dos.) Actio ex stipulatu pro dote competit viro & uxori. glos.h.594.nu.40
Dos datur ad leuanda matrimonij onera.glo.r.200.nu.50.& 60
Dos & donatio propter nuptias æquiparari debent. in casu. 200. numero 10 & 20
Dos non potest esse sine matrimonio. in textu.64.nu.10.& glo l.nu.60
Dos.)Vide in verbo,Mulieris hæres.
Dotem non potest alienare maritus etiam vxore consentiente, nisi post biennium iterum consentiat. 200. nu.60.in glos.r.
Dotem petens mulier,an preferatur cęteris creditoribus. 594. nume. 60.in glos.n.
Dotis legatum à marito vxori factum valet. 9.293. nume,70.marg.294 in princip.
Dotis dominium vxoris ne sit,an mariti. glos.d.203.num.20.in glo. h.276. num. 10
Dotis instrumenta.glo.f.294. num. 10
Dotale prædium certis casibus alienatur.glo.h.202.nu.60
Dotale prędium inæstimatum alienari nō potest de iure ciuili, etiam vxore volente:secus de iure canonico,nisi vxor prius iurasset se nolle consentire alienationi.ibid.
Dubium.)An præsumatur quis scire in dubio,vide in uerbo,Scire.
in Dubio,non præsumitur delictum.in addi.310.nu 10
in Dubio non præsumitur error. in postil.258 nu.20
Dubius si est articulus de iure ciuili, & clarus de iure cano.sequimur ius cano.in postil.44.nu.50
Duces & Barones habent maiestatem, & conspirantes in eos tenētur crimine læsæ maiestatis.nu. 50.in postil.
Duæ rationes vincunt unam.gl.b.346. nu. 30.& 40
Duo non sunt multi, sed plures,sed Nico.de Neup. tenet contra. in glos. o. 30.nu.40
Duellum iure ciuili permissum. glos.l. 338.nu.50
Dupondium.in glo.p.249. num. 20. & glo.b.251.nu. 50

E

Eadem lex unum permittit & prohibet diuersa ratione.40.nu.30. &40.in postil.
Ebrius & luxuriosa mulier æquiparantur.glo.m.400.nu.40
Ecclesia dat immunitatem fugiēti ad eam,si non deliquit in ea,nec est publicus latro.glo.m.50.num.60.& 70
Ecclesiæ nomine continetur cathedralis, & eius expressio vitiat. glos. b. in addi.19.in prin.
Edictum committere quid 240.in princip.in postil.
Edictum, id est præceptum generale. glo.g.194.nu.40
Educatio liberorū inspecto naturæ instinctu est de iure naturali, sed redacta ad necessitatem, (vt quia patet cogitur alere liberos)est de iure ciuili.glo.o.& p.16 nu.50
Ei,& in eum, differūt. glo.k.23.nu.60
Electio debet fieri de meliore . glos. k. 716.nu.60
Electio actionis non potest variari glo. f.717.nu 10
Electrum quid. in tex.157.nu.10
Elementorum qualitates quatuor.glo. a.9 nu.10
Eleemosyna non debet fieri de furto quæsitis.505.nu.20.in postil.
Eligens malum,cum possit eligere bonum,stultus est.glo.k.716.nu.60
Emancipare filium pater cogitur quatuor casibus.glo.f.83 nu 60
Emancipare filium pater patricij cogitur cum alapis & verberibus.in glo.l. 78.nu.50.& 60
Emancipatio olim fiebat imaginaria venditione. in tex 80.nu.30
Emancipatio per ęs & libram.in tex.& in postil.217.nu.10
Emancipatis datur querela.glos.f.241. nume 20
Emancipatus præteritum vnum habet redemium,suus hæres duo. ibidem.
Emendare,id est supplere,uel corrigere.in glo.a.387.in prin.
Emendatio libelli an fieri possit vsque ad sententiam definitiuam . glos. b. 605.nu.40
Emo qn̄que,i. pmuto.in casu.461.n.60
Emptio an possit in alterius cōtrahētiū arbitriū cōferri.glo.i.466.in prin.
Emptio quādoque est venditio:& licèt simpliciter dicatur vnum,tamen intelligitur de utroque . in postil. 400. in princip.
Emptio tribus modis perficitur. glo.a. 457.nu.30
Emptio voluntatis,solutio necessitatis est.glo.f.205.nu.70
Emptor familiæ,id est hęreditatis glo. e.& f.217.nu.10
pœnalis dispositio in Emente,habet locum in vendente,quia sunt correlatiua.in glos.f 399.nu.60
Emphyteuta priuati non soluta pensione per triennium , ecclesiæ verò per bienniū potest repelli. glo.d.in add. 471.nu.30.& 40
Emphyteuta res si pereat , cuius erit damnum.ibid.
Emphyteusis cum solennitate, & sine solennitate, differunt.in glos.o.in addi.470.nu 20 & 30
Emphyteusis datur ad varia tēpora.ibi.
Emphyteusis duo tacita pacta continet glo.d.471.nu 20
Emphyteusis vnde dr̄. gl. d.470.nu.40
Emphyteusis & locatio differunt in septem ibid.nu.50.& 60.glo.f.
Emphyteusis & uenditio differunt in tribus glo.t.470.nu 70
Emphyteusis, id est melioratio, quia olim tantùm sterilia dabantur, nūc etiam fertilia. glo.q.num.40.ibid.
Episcopus an possit confirmare electionem fiendam. 330.nu. 50. in postil.
Epistola inter absentes mittitur.glos.i. 108 nu.20.Tullius in 2.epistolar.
Equi & boues sunt mansueti.gl. i. 724. nume.40
Equum currere faciens, debet dicere garda, garda. 519.nu.30.in postil.
Eremitarum habitum assumentes gabadei puniendi.in marg.
Eripere est quasi de manu auferre.glo. k.514.nu.30
Error an impediat translationem dominij glo.l.488.nu.50
Error cōmunis facit ius.glo.e.219.n.50
Error duplex glo.m 192.nu.50
Error in dubio non præsumitur.in postil 258.nu.20
Error nominis appellatiui an vitiet.gl. d 303.nu.60
Error noīs & cognominis &c si vitiat, si cōstet de corpore. i tex 303.ī prin.
Errorem suum corrigere quis permittitur.glo.2.607.nu.50
Error prodest gl.e.219.nu 60
Erubescentia tacens, non affirmat. in addi.82.nu.70
Esculentum iure veteri recipi poterat, nouo non,nisi cum deest salarium . glo.d.777.nu.60
Esse quandoque sumitur pro fuisse. gl. a 49.in prin.
Et,capit qn̄que pro idest.gl.f.34 nu 60
Euenire quod potest,inspicitur.& gl.h. 147 nu.30.& glo.e.329.nu.20
Euictio.)Soluere non tenetur emptor, quando imminet euictio in limine contractus ante solutionem precij, nisi uenditor det idoneos fideiussores.in addi.138.in prin.
Ex dictio quid denotet. in fi. gl d.& in addi 209.nu 30.& 40
Examen tria significat, uniuersitatem apum,approbationem,iudicium gl. q.148.nu.30
Exceptio diuisionis fallit in quinque casibus glo.b.449 nu.30
Exceptio epistolæ Hadriani est anomala.ibidem.
Exceptio ista, dico in quantum facere possum,me conueniendum:est temporalis glo.a.744.in prin.
Exceptio nō numeratę pecunię,et post bienniū pōt opponi. gl.n.454.nu 40
Exceptio nō numeratæ pecunię potest proponi siue agat actor,siue non.gl. h 453.nu.60
Exceptio peremptoria non opponitur post sententiam,nisi in septem casibus.glo.a.743.nu 20

Exceptio rei cōpetens gratia personæ, fideiussori non competit, sed benè si rei cohæret. glo b 747 nu. 20.
Exceptiones turpes nō opponuntur in parentes & patronos. glos. l. 740. num. 20.
Excusationes plures habēs, an & quando eis vti debeat. 129. nu 20. in tex.
Excusari largè. id est, prohiberi. glos. c. 126. nu. 20. glo. g. 128. nu. 40. in glos. l. 131. nu. 70.
Excusari quem à tutela, quandoq; est eum non admitti, etiam si velit. in glo. c. 126. nu 20.
Exemplis nō creditur sine authentico. in glo. e 223. in prin.
Exemplis non iudicatur, sed ex cōsuetudine, quę probatur exemplis. glos. h. 25. nu. 60. & 70.
quod Exemplo pessimū est, tollendū. in tex. 201. nu. 30.
Exercitor est is ad quem nauis quæstus pertinet. 712. nu. 30. in textu.
Exercitoria actio. ibid. nume. 20. & 30.
Exhæredari potest filius, propter prouocationem patris ad iram. gl h. 69. nume. 70.
Exhæredatio inter cæteros qualiter fit. glo. m. 215 nu. 70.
Exhæredatus an habeatur præteritus. in tex. 242. nu. 10.
Exhibere tenetur, qui dolo desijt possidere glo. k. 206 nu. 40
Expensas repeto per A, E, & O. in gl. d. 161 num. 60.
Expulsiua vis, & compulsiua, differūt. glo. d. 187. nu. 70.
Exteriora indicant animi secreta. glo. e. 149. nu. 20.
Extinctum glo. k. 156. nu. 30.
Extraneus manumissor quis. glos. g. 389. num. 50. 390. nume. 40. & glos. e. 391. num 20.
Extraneus quandoque plus punitur, quam si ipse occidisset. in glo. c. 600.
Extraneus quis. glo. o. 264. nu. 60. & gl. n. 276. nu. 30. & 40.

F

Faber est magister de lignamine, vel murorum. glo. a. 161. in prin.
Fabula quid. glo. i. 7. nu. 50.
Faciliores sumus ad absoluendū, quàm ad condemnandum. 568. in marg.
Facilitas inconsulta damni restitutionem indulget. 753. num. 60. in postil.
Facio notat perfectionem. in addi. 154. in princip.
Facere, id est, detegere. glo. l. num. 50. ibidem.
Facti proprij ignorantia non est probabilis. glo. n. 182. nu 60.
Factionem testamenti multi non habent. glo. k. 300. nu. 40.
Facto proprio contraueniens auditur, quando est contra legem. gl. m. 203. num. 60.
actionis in Factum, genera sunt quatuor. glo. b. 593. nu. 40.
Factum alienum quandoque licitè promittitur. glo. q. 430. nu. 40.
Factum pro mora seu culpa quādoque ponitur. glo. x. 294 nu. 20
Factum quandoque continetur appellatione rei. in addi. 402. num. 40.
Factum suū scire quisque debet. in glo. e. 294. num. 60.
Facultates paruæ hæredem suspectum creditoribus reddunt, non tutorem, nisi dolosè versetur glo. s. 138. nu. 10
Facultates quæ dicantur magnæ gl m. 104. num. 30.
Falcidia cessat in vndecim casibus. in addi. 314. nu. 50.
Falcidia & Trebellianica differūt. 309. in prin. in glo. rub.
Falcidia impropriè continet Trebellianicam. 314. num. 60. & 70. in postil.
Falcidia in vna re non potest retineri. in glo. l. 310. nu. 40.
Falcidia vnde dicitur 309. num. 60. in glos. a.
Falsa demonstratio, seu cā non vitiat legatum. 303. num. 20. in tex.
Falsarius est habens custodiam scripturæ alienæ, & eam ostendens, seu eius copiā faciens alijs. 675. nu. 30. in gl. f.
Falsarius est mutans sigillum. ibidem. in postil. nu. o.
Falsæ allegationes non releuant tutorem. in tex. 132. nu. 10. & 20.
Falsitas instrumenti, item solennitas, vel error scribentis probatur per testes. 451. nu. 40. in mar.
Falsum est immutatio veritatis, aliàs imitatio glo. l. 132. nu 40.
Falsum quod est, nihil est. 44. num. 50. in glo. q.
Fama cum vno teste, an probet in criminalibus. in addi. 125. nume. 40.
Fama quandoque damnatur post mortem glo. f 40. nu. 60.
Famæ periculum æquiparatur periculo vitæ. in mar. & glo. f. 136. nu. 30.
Famosum crimen est pati muliebria. in glo. b. 219. in princ. & nu 10.
Familia, id est agnati transuersales. glo. i. 389. nu 60.
Familia, id est agnatio: & multa significat glo. k 92. in princ.
Familia quandoque, id est hæreditas. in glo e. 217. nu. 10.
Familiæ emptor, id est, ille qui constituebatur hæres. glo. f 211. nume. 50.
Fauia lex an dici dēat, siue Flauia, seu Phannia. 777. num. 10. in postil. tex.
Fauore religionis, libertatis, & vltimæ voluntatis, res detrahitur inuito domino, & in eius odium. glos. d. 51. nume. 30.
Fauori proprio renuntiari non potest, quando interest Reipublicæ. glos. n. 203. num. 60.
Fauori suo renunciare licet. glo. p. 180. num. 60.
Fauorabilia sunt statuta ex parte masculorum. in addi. 350. nu. 30.
Fecerit, perfectionem significat. in addi. 154. in prin.
Felix iiij. Pont. Maxi. in vita Iustiniani. 580. in glo. e.
Feudum iis causis reuocatur, quibus donatio. glo. e. 199. nu. 40. & 50.
Fictio iuris & ueritas differunt. in glo. b. 79. nu. 50.
Fideicommissa, quæ, & vnde dicta. 314. nu. 30. & 40. in postillis, & in textu. 315. num 20.
Fideicommissarius ante restitutionem hæreditatis non est dominus. in glo. c. 323. num. 30.
Fideicōmissarius singularis & vniuersalis differunt. in casu. 221. num. 60.
Fideiussor an possit obligari in plus quā debitor principalis. in casu. 449. nume. 60.
Fideiussor an semper relinquat hæredē obligatum. in casu. & glo. p. 448. nume. 30. & 40.
Fide iussor est nomen generale, & dicitur à fide. glo. b. 747. nume. 10. & 20.
Fideiussor in multis casibus non agit. glo. l. 450. nu 60.
Fideiussor in quatuor casibus agit ante quam soluerit. ibid.
Fideiussor iudicio sisti quandiu tenetur. glo. k. 729. nu. 70.
Fideiussori qualiter cedit actionem creditor. glo. f. 494. nu .
Fideiussor soluendo l. [illegible] debitorem. in tex. & glo. 494 nu. 10. & 20.
Fiducia contracta emancipare quid. gl. o. 353. nu. 50.
Fiducia contracta manumittere, id est, saluo iure succedendi. glos. h. 391. nume. 40
Fiduciaria venditio. in margi. 216. nume. 30.
Fiduciarius tutor legitimus est. in glo. i. 100. nu. 10
Fieri aliquid facilius impeditur, quàm factum tollatur. in addi. 135. nu. 30.
Fieri non potest quod sine commoditate fit. 768. nu. 70. glo. i.
Filij contumacia an faciat, quòd actor mittatur in peculium profectitium glo. f. 723. in prin.
Filij sunt domini rerum patrum quoad spem, glo. d. 203. nu. 40.
Filij vox patris vox est. glos. g. 422. nume. 50.
Filio condemnato qualiter fiat executio. in apostil. 717 nu 60.
Filiosfam. olim quinque actiones cōpetebant ratione proprietatis, quas iā non exercebat glos c. 491. nume 20.
Filium licet modicè sine causa verberare. in glo. g & in addi 50 nu. 30.
Filius non adit hæreditatem sine voluntate patris. in addi. 108. in prin.
Filius capti ab hostibus est sui iuris in veritate, non iuris fictione. glo. b. 79. nume. 50
Filius comprehendit posthumū & posthumam. 90. nu. 20. in glo. k.
Filius emancipatus conuenitur in solidum pro omnibus obligationibus cōtractis sub patria potestate. in postil. 95. num. 40.
Filius est pars patris. in postil. 275. n. 60.
Filius est pars uiscerum patris. in postil. 433. nu. 10.
Filius & pater censentur esse una persona. ibidem. in glo. c. nu. 30.
Filius & seruus non in omnibus conueniunt glo. h. 717. nu. 40.
Filiusfa. in quibus casibus potest obligari & conueniri. glos. k. 434. nu. 60. & num. 50.
Filiusfam. non potest habere tutores, vel curatores, sed datur curator cum agitur de eius commodo vel incommodo. in glo. i. 24. nu 50.
Filiusfam. non gaudet priuilegio Sena tuscon. Macced. in xj. casibus. glo. k. 717 num. 70.
Filiusfam. in quibus obligatur. gl. 434. num. 50.
Filiusfa. potest cōueniri cum auctoritate patris, qui pater cōpellitur officio iudicis ibidem. in gl. k. nu. 60.
Filiusfa. potest testari ad pias causas cū patris consensu. in add. 230. num. 20.
Filiusfa. patre absente agere potest gl. c. 491. num. 40.
probans se Filium, uidetur probare se legitimum. 74 nu. 20. in marg.
Filiusfa. quare capite minuitur per emancipationem. 94. nu. 40. gl. f.
Filius quis & unde, & an contineat nepotem. 90. nu. 50. in glo. n.

Filiusfa. scholaris nō gaudet Senatusc. Maced. 717.nu.70.in glo. k.
Filiusfa.testari non potest, sed donare causa mortis potest. glos. i. 230. in princ.
Filius habetur pro patre in his quæ sūt publici iuris,quæ repræsentant dupli cem personam, vt in magistratibus. in postil.88.nu.40
Filius impubes etiam cum auctoritate patris nō potest obligari.436. nu.30.
plus esse quis non potest, quàm Filius. in glo.l.68.nu.30
Filius olim à patre pro noxa dabatur, & licitè occidebatur. 722. nume. 40. in glo.m.
Filius patrem in septem casibus potest exhæredare.glo.d.273.nu 40
Filius videtur possidere patre viuente. in glo.h 276.nu.10
Filius viuo patre dicitur dominus, interpretatiuè, non verè. ibidem.in postil.sub * in prin.
Finalis cā colligitur ex qualitate præ fationis.in add.267.in prin.
Finium regundorum actio. glo.g. 592. nume.60
Firmum adeo nihil est,quin rumpatur. in glo.e.358
Fisci rem supprimens, duplum reddit. glo.o.267.nu.70
Fisco quæsitum ius non tollit partis cō sensus.499.nu.40.in postil.
Fisco tria requiruntur vt vendat rem alienam.glo.i.194.nu 50
Obligatio ex delicto, solutione facta damnum passo, non tollitur quo ad Fiscum.in postil.493 nume.30.& 40
Fiscus vendit rem vt suam, uel vt alienam.glo.i.194.nu.50
Flumina iudicibus æquiparantur, quia dant & auferunt dominia. in glos. 153.num.10
Flumina quædam publica,quædā priuata. in glo.a 140.nu.60
Fœmina an & qn̄ nubere possit ante duodecimū annū. in addi.55.nu.30
Fœmina cum seruo adulterans grauius punitur,quàm vir cum ancilla.in gl. o.& in postil 244.nu.20.& 50
Fœmina & mas simili funguntur officio in sobolis procreatione. 240.nu. 50.in textu.
Fœmina habet sanguinem calidiorem ad uenerem, quàm uir. in fi. glos.a. in add.55.nu.50.in glo. 55.num 60
Fœmina non peccauit. si non plures li beros peperit,sed uir magis. in glo.a. 356.num.40
puerperium, & periculum & mors ex partu,sæpe consideratur in Fœmina. in textu. 356.nu.10
Fœminæ facilius cōceditur sine patris consensu nubere,quam masculo. in glo.i. 55.nu.60
Fœminæ incontinentia magis punitur: quàm uiri. 243.nu.20. 30. in postil.
Fœminæ nō habent liberos in potesta te.in glo.c.75.in prin.
Fœminæ laudabantur, quæ strenuam operam dabant liberis procreandis. in mar.356.nu.20
Fœmininum quandoque concipit ma sculinum.517.nu 30.in postil.
Forma quando dat esse rei.29.nu.60. in glo b.
Formalis usufructus nō transit in formalem,sed causalem. 181.nume.50. in fi glo e.
Formidolosus,id est, timidus & meticulosus.260.nu.60. in glo.t.
Fornicatio.)An deflorator uirginis te neatur de fornicationibus postea per eam cum alijs perpetratis.586.num. 10. in postil.
Fortuitus casus non est considerandus in alterius detrimentum.356.nu.20. in textu.
Fortunam quandoq; iudicem sequi de bemus.299.nu.40.in textu.
Forum & forus glo.e.429.nu 40
Forum pœnitentiale.)Remissio iniuriarum in foro pœniten tiali facta, an tollat actiones ex maleficio.740. nu.60.in postil.
Fragilitati cautionis non debet quis se committere.glo.r.137.nu.70
Franci nō habent liberos in potestate. in glo.b. in add. 53.nu.40
Frater consanguineus,id est,ex eodem patre genitus.idem desorore consanguinea. 355. num.50.in tex. & in tex. 357. nu.10
Frater fratrem tribus casibus exhæreda re potest.glo.d.273.nu.40
Fratres ex eodem patre dicuntur consā guinei.glo.a.348.nu.60
Fratres patrueles, sunt duorum fratrū filij. ibidem & in tex.363.nume.70.
Fratris filij succedunt cum patruo in stirpes.glo.x 352.nu.10
Fraude alienans potest incarcerari.glo. d.157.nu.40
Fraudem faciens legi,punitur. In tex. 52.in prin.
non potest esse bonus animus cū Fraude.42.nu.50.& 60.in glo l.
Fructus industriales & naturales differunt. in postil.165.nu.30
Frumentum portans extra prouinciam non incidit in pœnam statuti,Si quis portauerit,&c.47. num.20. in postil.
Frustra precibus impetratur,quod datur à iure.in add 80.nu.70
Fugiens ad ecclesiam iuuatur. si nō deliquit in ea,nec est publicus latro.in glo.m.50 nu.60.& 70
Fullo.glos.f.483.num.60 & glo.i.468. nume.20
Fumus & pæ corporalia sunt.gl.x.174. nume 30
Funus)Antiqui non habentes seruos solebant aliques emere,qui funus te statoris pileati antecederent. glos.c. 313.nu.60
Furari non possū rem immobilem, incorporalem,& meā.glo.l.502 nu.10
Furem & latronem quando licet occidere. in addi. 518.nu. 50
Furis pœna qualis erat de iure diuino. in postil.502.in princ.& nu 20
Fur furti quandoque agit. glos. d. 510. nu.10.& 20
Fur,latro, insidiator,differunt. glos. l. 518.nu.40.& 50
Fur semper est in mora, & interitu rei non liberatur glo.c.573.nu.40.
Furti actio & vi bonorum raptorum differunt.517.nu.60.in postil.
Furti actio pro modico datur,non doli. glo.l. 149.nu.50
Furti actione nō tenetur seruus, filius, uxor. in add.275.nu.70
Furti agit cuius interest etiam modicè glo.d.510.in prin.
Furti concepti,oblati,prohibi ti,& exhibiti actiones exoleuerunt. 504. nu. 50.in textu.
Furti non manifesti actio ciuilis est,sed manifesti prætoria glo.n 720.nu.60
De Furto quæsitis non debet eleemosina fieri. 505.nu.20.in postil.
Furtum an committatur sine affectu. tex. 189.nu.30
Furtum & rapina non numerantur inter casus fortuitos.mar.660.num.40
Furtum facit de alieno largiens. in gl. f. 505.nu.60
Furtum hæreditati fieri non potest gl. d.422.in prin.
Furtum magnum æquipollet tribus.in postil. 225. in prin.
Furtum manifestū duo faciunt:locus, & clamor. 503. nu. 30. in postil.
Furtum non fit nisi contrectando, aut amouendo.512.nume.60.in glo. m.
Furtum non fit uolenti.glos.b.507. in princip.
Furtum non præsumitur committere socius. in postil. sub litera. h. 502. nu 30.& 40.
Furtum prohibitum est iure naturali & diuino.502. in prin. in postil.
propter Furtum unicum non est quis suspendendus. in addi. 514.nu.50
Furtum sui committit quis, ut seruus fugitiuus.187.nu.60.in glo.c.
Furtiua res,& condictio furti quandoque separantur 508 in prin.in glo.h.
Furenti beneficium non tollitur,sed datur conditor. 126. in prin.in glo.e.
Furiosis ex ijs causis acquiri potest,qui bus ex causis nobis ignorantibus acquiritur. 337. nu.20.in tex.
Furor non excusat à tutela,sed interim datur curator glo.e.126.nu.10
Futuras operas æstimare,difficile est.in glo. i. 536. in princ.

G

GAbellarum præstationi obnoxij nō sunt officiales publici,uel anciani. in marg. 124.nu.50
Guarda guarda, dicere debet equū cur rere faciens. 519. nume. 30. in postilis.
Gemmæ & margaritæ & lapilli differunt glo.p.150.nu.20
Generale auxilium habens,nón debet petere speciale.61.in princ.& nu.10. in glo.d.
Generale uerbum post multa specialia poni solent.523.in princ.in glo.c.
Generale uerbum sæpe restringitur ad id quod rei aptius est. in glo.l. i. 263. nume.40
Generalia uerba restringuntur per legem specialem in addi. 38.num. 50
Generalis ratio præualet speciali.in gl. l.188. nu.20.& 10
Generaliter loquēs lex recipit restrictio nem ex habilitate glo.m.282.nu.40. & 726.nu.60.in add.
Gens comprehēdit mares & fœminas. in marg 20.nu.10.
Genus & species definiuntur.in glos.l. 22.nu.50.& 60
Genus,id est maneries & diuersitas.in glo.h.485.nu.70
Gerere pro hærede. 279. nume. 30. in postil.
Germanus dicitur quasi ex eodem ger mine natus, & sic ex eodem patre: uterinus ex eadem matre.in glo.r.& f.351.num 60.& 70
Gerundium importat necessitatē.in po stil. 242.nu.40
Gloria mortuos uiuificat. in gl.o.123. num 70
Gradus cognationis aliter cōputantur de iure canonico, quàm de iure ciuili.

uili.in add. 366.in prin.
Gradus quid & vnde.glo.h.254.nu.60. & glo.a.36).nu.20
Graduatus nominatus vxorem postea ducens, an ea mortua prioribus nominationibus vti queat.in marg.75. num.50
Grassari quid.137.nu.60 in glos.o.
Grauati non debet quis plus quàm honoratur. 328.num.20.in postil.
Grauatus in vno, releuatur in alio.glo. l.274.nu.50
Grex cõstat ex decem ouibus, vel quinque porcis.glo.a.167. in prin & glo. l.295.num 60
Grossa scriptura mundum dicitur, seu scriptura munda.in casu.458.nu.20. & 30.& glo.f.459.nu.40
Grosso modo accipienda sunt pleraque verba.in postil.sub litera nu.539. nume.60.

H

HAbere.) Qui nil habet quod reddat, periculo eius nihil est.in mar. 510.nu.50
Hæres.) Apostatatus crimen transit ad hæredes.338. num.40.in glo K
Delicta quædã transeunt in hæredem ẽt lite non contestata, vt læsæ maiestatis: quædã vero non transeunt nisi lite contestata.161. num.20
Hæres & legatarius esse quare quis nõ potest in glo.a.305.nu.10
Hæres, id est, dominus aptitudine, non actu.& in glo.a.& postil. 243.nu.40. in glo.f.279.nu.60
Hæres, impropriè dicitur filius viuo patre.in glo.b.275.nu.10
Peculatus crimen transit ad hæredes. in glo.k.338.nu.40
Pro hærede gerere. in postil.279.num. 30
Pro hærede possidere dicitur, qui putat se hæredem. in tex.752. nu.20
Hæres quotæ partis, est successor iuris. in glo.i.222.in prin.
Repetundarum crimen transit ad hæredes.in glo.K.338.nu.40
Hæredis & defuncti dominium nõ est idem.in glo.a.243.nu.50
Hæredis & defuncti eadem est persona in glo.f.193.nu.50
Hæredem instituere, quid. 243.nu.40. in glo. a
Hæredes instítui possunt omnes homines mundi.248.in prin. in glo.i
Hæreditas frequenter est onerosa.in gl. c.107.nu.30
Hæreditas iacens, defuncti vicem obtinet, in glo.c.247.nu 40
Hæreditas, id est libra. in glos.g.217. num.
Hæreditas per seruum adiri non potest nisi tria concurrant. glos. f.211.numero 60
Hæreditas quandoque, id est successio. in glo.p.388.nu.10
Hæreditas quandoque perditur per minimam capitis deminutionem.in gl. b.359.in prin.
Hæreditas quid.in glo. m.306.nu.60
Hæreditas transmittitur per infantem, non per furiosum.glo.g.436.nu.20.
Hæreditatis ius. id est hæreditas.in glo. f.174.nu.20
Hæreditatis petitio duplex. glos.i.750. num.30
Hæreditati furtum fieri non potest glo. d.422.in princ.
Hæreditatem adeunti, multa sunt necessaria.in glos.c.279. nu.40.& 50
Hæreditatem nuda volũtate posse adiri, quomodo intelligitur. in postil. 279.nu.20
Hæredum capacitas, quibus temporibus inspicienda est. gl.b.277. nu.30
Hendiadis.273.nu 60.in postil.
Her Teutonice id est, dominus. in glo. f.279.nu.60
Hercisco, id est, diuido.582. nu.50.in glos.d.
Hermaphroditus an posit esse testis in testamento.218.nu.60.in gl.a.
Hippocentaurum posse reperiri, cõtra Tribonianum.428.nume.10.in margine
Homo est dignißima creaturarum. in glo.b.27 nu.50
Hominis dignitas magna est. 166.nu. 30. in tex.
Hominis dignitas tanta est, vt non accedat alijs.295.nu.10.in glo.g.
Hominum voluntates sunt vanæ.in gl. e 321.in princ.
Honestè viuere & castè, differunt.in gl. a.13.nu.50
Honor an sit causa oneris, vide in verbo Onus
Honor sanguini debetur. glo.l.394.in princ.
Honor quandoque sumptuosus est. in addit.glo.t 210. nu.60. in addi.
Honorari magis debet quis, quàm grauari: fallit quandoque. 328.num.20 in postil.
Honoratur quis eatenus, quatenus oneratur.325.nu.40.in glo.d,
Honoratus in vno, in alio grauetur. in glo.b.357.in prin.& nu 10
Hostes qui dicantur. glosa.79.nu.40
Hostium bona an fiant capientium, & quando in glo c.553 nu.50
Humanitus contingere, id est, mori.in glo.d.195.nu.10
Humilis persona.glo.e.531.nu.20
Humilis persona & honesta differunt. in glo.b.773.in princ.

I

IActare quem pecuniam suam, non est verisimile.485. num.40. in glo.g.
Iactura aliena nemo debet locupletari. glo.K.488.nu.40
Idoneè cauere, quid.397. nume. 60.in glo.h
Idonei testes, id est omni exceptione maiores.438.nu.50 .in glo.i.
Idoneum.) Paupertas reddit hominem minus idoneum.114.nu.10.in gl.a.
Igitur, inceptiuè & illatiuè sumitur, in glo.y.272.nu.66
Ignorantia facti proprij, non est probabilis, alieni sic.in glo n.482. num 60
Ignorantia iuris est lata culpa.136.nu. 50.in glo.g.
Ignorantia iusta in facto alieno non nocet.in tex.482.nu.30
Illiteratus non potest obtinere beneficium.in postil.126.nu. 50
Illustres qui.531.nu.30. in glo.m.
Illustris persona in causa criminali potest agere & defendere ꝑ procuratorem.in textu, & in postil.532.nu.10. & 20.
Imaginaria uenditio.216.nume.20.in textu.
Imaginaria uẽditione olim fiebat emãcipatio.80.nu.30.& 40. in tex.
Immobilem rem, incorporalem, & meam non possum furari, glo.l.502, num.10
Immunitatem dat ecclesia fugienti ad eam, nõ delinquentia in ea.in gl.m. 50.nu.60 & 70
Impeditur facilius aliquid fieri, quàm factum tollatur, si est eadem ratio. 135.nu.30.in addi.
Impensæ in alienis negotijs factæ, qua liter recuperantur glo.d.161.nu.20
Impensæ sunt triplices, necessariæ, utiles, uoluptariæ.609.nu.20.in glo.b.
Impensæ uoluptariæ an posint abradi, ibidem.nu.60
Imperare potest solus Christianus.glo. a.nu.20
Imperare, id est, iurisdictionem exercere.ibid.
Imperator non potest minuere Imperium donando aut uendendo.in postil.2.nu.40
Imperatore mortuo succedit ecclesia I administratione. in postil. sub lit.c. 67.nu 40
Imperatoria maiestas, id est Imperator, qui est in maiestate. 2.nu 50.in gl.o.
Imperitia culpæ annumeratur.in tex. 520 nu.10
Imperfectum quãdoque rumpit quod perfectum est 268. nu. 10 in glo.u.
Imperfectum quod est, nihil est: abusiuè tamen dicitur aliquid esse. in tex. & in glo m.268.nu.50.& 60
Impoßibilis conditio est, cui natura impedimento est, quo minus existat.in tex.437.nu.10
Impoßibilium nulla est obligatio, in postil.ibid.nu.30
Impubes non potest obligari etiam cum patris auctoritate.436. num.30 & 40.in tex.
Impubes proximus pubertati potest esse ingratus.261.nu.60 in gl.l.
Impulsiua causa in dubio præsumitur. in addi.glo.d.225.nu.20
In, quid importet. in si glos.f.273.nume.60
Inanimata res quandoq; dicitur facere iniuriam, sed impropriè. in gl.q.724. nu.60
Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit 510.nu.60 in postil.
Incapacitas medio tempore nõ nocet. glo.a.277.in prin.
Inceptum celeriur factum. in gl.h.153.
Incertis personis an & quãdo legatur. in tex.30.nu.10
Incertum tempus prævalet certo in hæredis institutione. in glos.c.252.nume 40
Incestuosi liberi, adulterini, & nefarij, de iure ciuili non sunt alendi: sed de iure canonico sic. in glos.e.& in postil.359.nu.30
Incestuosus filius non est in potestate. in glo.c.53. nu.50
Inconstantia quandoque reprobatur, quandoque non. In glos.K.& in postil.13. nu.20
Incontinenti dicitur fieri, quod eodem die fit.in postil 757.in prin.
Incontinenti quæ fiunt, inesse videntur.in glo h.108.nu.10
Incorporalem rem furari non possum, glo.l.502.nu.10
Incorporalia non traduntur, nec usucapiuntur, nec uindicantur per se.in gl. f.173.nu.50
Index digitus.778. nu 50 in gl.K.
Indebitum accipiens certi casibus restituere non tenetur.in tex.& glos.g 406.nu.60

Indi-

Indicere bellum quilibet potest. in postil. 19. nu. 50
Indicere operas, id est, operas iniunctas dicere gl. p. 700. nu 60
Indulgere & restituere differunt. in gl. t. 77. in princ.
Industria personæ cum non requiritur, potest quis seruire per substitutum. in postil. 179. nu. 60. & 70
Industria personæ electa, facit ut compromissum factum in prælatum, nō transeat ad successorem. in fi. glos. h. 212. in prin. In add.
Industria personæ eligitur in societate. in postil. 476. nu 40. & 50
Inesse videtur, quę incontinenti fiunt. glo. h. 108. nu. 10
Inesse videntur. quæ in opere sunt. in glo. h. 153. nu. 70
Inæstimabilis est patria potestas. in gl. e 7:. in prin.
Infamare.) Culpa leuis an infamet. in glo g. 136. nu. 50
Infamis est habens duas vxores, sponsas, vel concubinas, vel vxorem & cōcubinam. 61. nu. 10 & 20. in glo. f.
Infamis potest esse procurator, non aduocatus in casu. 745. nu. 30
Infans dicitur quis vsque ad septem annos. in glo. e. 426. in prin.
Incrementum recipit distributiua virtus. in postil. 34. nu. 40
Infantiæ proximus, id est, vsque ad decem annos. 436. nu. 10. in glo. f.
Infans quandoque stipulatur, furiosus nunquam. glo. g 436. nu 40.
Inferiores seu minores dicuntur intra tri nepotem: vltra enim non sunt uocabula specialia. 365. nu. 30. in glo. b.
Infitiatione quando causa crescit. in postil. 489 nu. 20
Infirmitas vnius seu Imbecillitas non debet in alterius læsionem conuerti. in glo. d. 520. nu. 30
Ingenuus ex supplicio non fit seruus, nisi sequatur mors, uel præsens capitaliter condemnetur: secus si absens. in glo b. 77. nu. 40
Ingenuus quis fit per sententiam, & natalium restitutionem. in casu. 32. in princip.
Ingenuus ob maximam capitis deminutionem non fit seruus. 94. nu. 60. in glo. f.
Ingratitudo reuocat in seruitutem. in glo K. 30 nu. 20
Ingratitudinis causæ sunt quatuordecim 317. in glo. f.
Ingratus libertus qua actione in seruitutem reuocatur. glo. i. 94. nu. 60
Ingratus potest esse impubes proximus pubertati. 251. nu. 60. in glo l.
Inhabilem scienter promouens videtur cum eo dispensare. 88. in prin. in post.
Inimicus, iudex esse non potest. in gl. c. 127. num. 50
Inimicus patris ab eo tutor filijs suis dari non potest. 126. num. 30. & 127. nu. 20. in textu.
Inimicitiæ dicuntur capitales dupliciter in glo. e. 127. nu. 40. & 50
Inimicitia tribus casibus excusat à tutela. in glo. e. ibid. in prin.
Inimicitiæ ratione aliquid fit, quod aliàs non fieret 127. nu. 50. in glo. e.
Iniquitas & iniustitia differunt. in gl. e. 525. num. 60
Iniquitas iuris emendanda est. in text. 350. num. 40
Iniuria, id est, nō iure. 517. nu. 50. in gl. e.
Iniuria est crimen priuatum. in postil. 531. num. 60
Iniuriæ genus continet multas species. in postil. 525. nu. 20
Iniuriam facere quandoque dicitur res inanimata, & impropriè. 724. nu. 60. in glo. q.
Iniuria qualiter fit. 501. nume. 40. in glos. g.
Iniuria quid. 525 num. 20. in tex.
Iniuria contra naturam, sine competenti emendatione relinqui non potest. in tex. 346. nu. 40
Iniuriæ actio & legis Aquiliæ in quo differant. 518. numero 20. & 30. in glos. K.
Iniuriarum actio aliquas habet similes conuenientes. 737. nu. 40. in glo. d.
Iniuriarum actio non ad debitum, sed ad vindictam competit. glo. d. 540. num. 20
Iniuriarum actio non datur hæredi. in glo. d. bid. nu. 30
Iniuriarum actio quęritur etiam si quis non dicat, reuoco ad animum. in gl. a. 533. in prin.
Iniuriarum actio quomodo tollitur. gl. f. 532. nu. 60
Iniuriarum remissio in foro pœnitentiali, an tollat actionem ex maleficio in postil. 740. nu. 60. & 70
Innouatio quid. 243 num. 60 in glo. g.
Innumerabilis, id est non habilis ad numerandum. 173. nu 60. in gl. h.
Inops spectatur deuenire ad pinguiorem fortunam. 312. nu 40. gl. h.
Inquietatiua vis, quæ parit interdictum quod vi aut clam, qualiter fit. glos. f. 754. nu. 60
Inquilinus & colonus nec naturaliter nec ciuiliter possident. glo. a. 756. in princip.
Insidiator, fur & latro differunt. glos. l. 518. nu. 40. & 50
Insinuare, id est, demonstrare. in glo. b. 731 num. 50
Insinuatio est scriptura facta in præsentia notariorum. 198. nu. 70. in glo. p.
Insolitum negotium, consuetum, & desertum, differunt. 485. numer. 50. in postil.
Institor est, qui negotiationi præponitur. in tex. 712. nu. 40
Institoria actio. ibidem.
Institoria actio & exercitoria differunt. ibidem nu 20. & 30
Institoria & tributoria actio differunt. in postil. 713 nu. 40. & 50
Instituere hæredem, quid 243. num. 40. in glo. a.
Institui possunt omnes homines mundi. glo. i. 248. in princ.
Institutio hæredis difficilius reuocatur, quàm legatum. 246. nume. 30. in fi. glos. c.
Institutiones vnde dicuntur. 7. nu. 50. in glo f.
Institutum, id est, ordinamentum. in gl. o 26. nu. 50
Instrumenta dotis. 294. numer. 10. in glos. f.
Instrumenta duo si sint eiusdem diei, & diuersi loci, cui statur. 438. nu. 20. glo. n.
Instrumenta fieri debent à iurisperitis. in gl. e. 441 nu. 50
Instrumenta vulgò dicuntur rogationes. in glo. K. 458 nu. 60.
Instrumento dies debet inseri. in glo. u. 438. num 60
Instrumentum alienum habens, & eius copiam alijs faciens, est falsarius. in glo. f. 775. nu. 30
Instrumenti editio tripliciter petitur fieri. glo. u. 438. nu. 60
Instrumentum fundi & patris familias differunt. 295. nu. 50. & 60. marg. & in glo. i.
Instrumentum gerit vicem duorum, ideo non contradicitur directè, nisi tribus testibus. 439. nu. 10 in glo. u.
Instrumentum quid. 335 nu. 40. in gl. i.
Insula tria significa . Vt in verbo, Insula. 152. nu. 50
Integri iuris dicitur agnatus qui non est emancipatus, vel aliàs capite deminutus. 360. num. 70. in glo. b. 378. num 60. in glo. t. & 388. nume. 60. in glos. u.
Intentio, id est, libellus in quo ponitur intentio. 601. nu. 50. in glo a.
Interdicere, est denuntiare, & prohibere. in tex. 751. nu. 10
Interdicta dicuntur, quæ inter duos dicuntur. ibidem.
Interdicta & actiones olim differebant. glo. K. 748. nu. 10
Interdicta sunt multiplicia. in gl. h.
Interdicta vnde. glo. K. 748. nume. 20.
Interdictio aquæ & ignis. 80. b. in postil.
Interdictis quandoque litigatur super proprietate. glo. n. 748. nu. 60
Interdicti Saluiani, & actionis Seruianę differentia. glo. p. 752. nu. 40
Interdictum quorum bonorum duplex est, scilicet, directum & vtile. in casu. 751 in prin.
Interdictum quorum bonorum, & petitio hæreditatis, pro vna sola re possunt competere. glo. e. 751. nu. 60
Interesse conuentum, commune, & singulare quid. in margi. sub * 198. in princip.
Interesse petitur certi cōdictione. in gl. k. 405. nu. 60
Interesse rei & actoris differunt. in glo. d. 603. nu. 60
Interesse qualiter probatur. in glos. k. 418 nu. 60
quod Interest priuati principaliter, interest Reipublicæ secundario. in glo. d. 51. nu. 20
quantitas Interesse non est in potestate actoris, sed spectat ad iudicem. in postil. 406. in princ.
Interesse. significat prodesse & pertinere. in glo. b. 51. nu 50
Interlocutoria noctu, non definitiua ferri potest. 414. nume. 50. in glos. n. in addi.
Interlocutoria sententia & præceptum iudicis idem. glo. p. 206. nu. 50
Interlocutoria Principis non habet vim legis, nisi hoc exprimat à principio. in glo. u 23. nu. 60
Interlocutoriæ uerba sunt, decerno, præcipio. & huiusmodi i gl. p 206. nu. 50
Interpretatio, id est, facilis sententia. in glo. h. 13. nu. 20
Interpretatio fit secundum mentem cōtrahentium, quando constat de ea. in gl l. in addi. 440. nu. 30
Interpres.) Per interpretem potest iudex interrogare testem alterius idiomatis. in gl. u. 412 nu. 60
ab Intestato uenientes facilius admittuntur. 268. nu. 40 in glo. u.
Intestatus quis dicatur. 333. num. 20. & 350. nu. 30. in textu.

I̅ teſtatus & inteſtabilis differunt. in gl. m in addi.92.nu.50.
Inteſtatus impropriè dicitur qui teſtamentum facere nequit.in glo.a.334. num 30.
Inteſtatus partim & teſtatus an quis poſſit decedere 249.nu.60.in gl.o.
Inuaduntur immobilia, occupantur mo bilia. 515.num.50.& 60.in marg.
Inuaſor primo percutiatur.in gl.e.757. nume.50.
Inualidum non validatur tractu temporis. in gl. c.231.in prin.
Inuentarij faciendi tempus. gloſ. 278. num 30.
Inuentarium non facientes,in quo grauantur.278..nu.70.in fi glo.z.
Inuentor alicuius ordinationis laudandus eſt 351.nu.10.in gl.d.
Inuentoris an ſit theſaurus, uide in uerbo,Theſaurus
Inuentoris quando fiunt res inuentæ. glo.ſ.250 nu.30.
Inueſtituræ forma.glo l.431.nu.70.
Inuito non defertur iuramentum .in glo. l 326.nu.60.
Inuito quæritur ipſo iure,ſed nõ incommutabiliter in glo. d 211.nu.30.
Inutilis adiectio an uitiet,uel habeatur pro non adiecta 83.num 70 in gl.m.
Ioan Fab.hiſtoriæ neſcius, in uita Iuſtiniani.567.gl.c.
Ioan. 2. Ponti. Maxi. in Iuſtinia. uita. 573.b.
Ioan. 2. Ponti. Maxi.ſcripſit epiſtolam inter claras C.de ſum. tri.priuſquam Iuſtinianus in hæreſim laberetur, in Iuſtinianus uita.ibidem.
Ioannes Prefectus Mauros opprimit, in Iuſtiniani uita.565.c.
Ioannes Tritemius in uita Iuſtiniani. 567.c.
Ioco prolata uerba non ſortiuntur effectum.in gl.k.226 nu 60.
Irrogare quid. 408.num.10.in glo.e.& margi.
Item, eſt aduerbium ſimilitudinis. in glo u. 150 nu. 50. & in marg. ſub * ſub eod num.
Item,eſt dictio repetitiua.408.num.10. in marg.
Iter ſumitur multipliciter. in gloſ. 174. nume 70.
Iter ſtipulari, & ire ſtipulari, differunt. in gl.c 423.in princ.
Iterum propriè,i.bis impropriè,pluries. nu.50 in poſtil.ſub lit.f.
Iudex arbitratur quãdo dicatur parum, uel multum in gl.d.346.nu.50.
Iudex bonus arbitratur tempora in contractibus in gl a.417.nu.30.& gl. n 438.nu 20.
Iudex committit iniquitatem & iniuſtitiam diuerſimode. in gloſ. e. 525. num.60.
Iudex tam criminalis quàm ciuilis tutorem dare poteſt.in gl.i 103.nu.60.
Iudex errans in lege facili,durius punitur quàm in difficili. in gloſ. f. 534. num 40.
Iudex habet auctoritatem augendi,minuendi, taxandi,& prorſus tollendi. in poſtil.530.nu.10.
Iudex non debet iudicare ſecundum conſcientiam. gl. b.110.num.40.50. & 607. in prin.in poſt.
Iudex non tenetur ſedere in actu uoluntariæ iuriſdictionis.in poſtil.36.in princip.
Iudex poteſt dicere ius in quolibet loco ſuæ iuriſdictionis non turpi.in gloſ. d 81.nu 20.
Iudex poteſt interrogare teſtem alterius idiomatis per interpretem.in gl. n.412.num 60.
Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa ſua. vide in verbo,Princeps.
Iudex quandoque compellit partes ad concordiam,quandoque litem ſorte dirimit vel taxillis.in gl g 290.nu 40.
Coram eodem iudice, idest, in eodem iudicio. 607.num.30.in gloſ.c.vide à Iudicio.
Iudicem recuſanti ſufficit allegare ſuſpicionem iu.ciuili,non canonico. in glo.e.in add.321.nu.10.
Iudices æquiparantur fluminibus. in glo. e.153.nu.10.
Iudicis conſpectus reddidit iniuriam atrociorem.in poſt 531.nu.20.
Iudicis non omnis vox eſt ſententia, nec Principis voluntas lex.in gl.e.23. num 40.
Iudicis officium an ſit actio. in gloſ. a. 539. num.20.
Iudicis officium eſt triplex,nobile,mercenarium merum, & mercenarium mixtum.in glo.m.599 nu 70.
Iudicis officium mercenarium, quod eſt. in caſu. 424.nu 30.
Iudicis officium exuberantis in contractibus bonæ fidei quàm ſtricti iuris extenditur.circa fi.gloſ.a 592.nume 29.
Iudicis officium nullam præſupponit obligationem circa fi.glo a.542.nume.30.
Iudicis ſententia præſumitur ſolenniter lata.in poſtil.452.nu.10.
Iudicare, id eſt,in ultima uoluntate aliquid relinquere. in poſtil. 232. in princip.
Iudicare an iudex debeat ſecundum conſcientiam. glo.b 110.nu.50.
Iudicatum ſolui ſatiſdatio quid. in tex. 728.nu.20.
Iudicatum ſolui tres habet clauſulas. glo.l.732 nu.70.
Iudicia omnia abſolutoria ſunt, quomodo intelligitur.in textu. 738.nu. 20.& 30.
Iudicia publica à ciuilibus differunt.in tex.770. nume.40 & in gloſ. b.771. nume.20.
Iudicia publica & ciuilia in aliquibus conueniunt glo.b.771.nu.40.
Iudicia quomodo dicuntur abſolutoria in glo.in caſu. 598.nu.10.
Iudicio in eodem, id eſt,coram eodem iudice. 606. nu.50.in glo.l.& in gloſ. c.607.nu 30.
Iudicium, id eſt, actio. in gloſ. n. 451. num.10.
Iudicium an poſſit eſſe inter tutorem, & pupillum. in glo.k.108.num.40.
Iudicium criminale quando dicitur. in glo. k. in add.532.nu 20.& 30.
Iudicium dicitur idem ob perſonarum identitatem.in glo.l.606 num. 60.
Iudicium quidem ſignificat. in gloſ. f.231.nu 30.& ſeq
Iudicium vnum quandoque tollitur per aliud.in glo.531.nu.70.
Iudicum præcepta fiunt intra decem dies.in gl.e.413.nu.60.
Iulia lex de ambitu in quatuor caſibus habet locum. in gloſ. e. 777.numero 40.
Iulia lex de annona. ibidem. in gloſ.e. num.60.
Iulia lex de reſiduis. ibidem. in gloſ. l. num.70.
Iulia lex repetundarum. ibid.in gloſ.d. num.50.
Iuramentum calumniæ præſtat tam actor quàm reus gloſ.i. 760.num.20.
Iuramentum calumniæ quæ contineat capitula. 760.nu. 30.in gloſ. K.
Iuramentum contra bonos mores eſt nutritiuum peccati ideo non ſeruandum.in poſtil.481.in prin.
Iuramentum contra legem canonicam non valet, ſed contra legem ciuilem ſic. ibidem.in poſtil.nu 30.
Iuramentum contra leges non ſeruandum glo.b.741.nu 40.
Iuramentum de non contraueniendo. in glo c.in add.419.nu.10.
Iuramentum eſt ſpecies probationis gl. n.454 nu 40.
Iuramentum in litem, præſtatur in actionibus realibus. glo. a.577.nu.40.
Iuramentum inuito non defertur. in glo. l.326.nu 60.
Iuramentum interpoſitum tollit beneficium reſtitutionis. in poſtil. 278. nu.10.& 20.
Iuramentum quandoque exceptionẽ, quandoque actionem parit. gloſ. g. 565 in prin.
Iuramentum ſine voluntate aduerſarij non prodeſt.in gloſ.o.565.num.50.
Iuramentum triplex, neceſſarium.voluntarium, & iudiciale.in glo.e.565. num.30.
Iura omnia poſtliminij iure recuperantur.in gloſ ſi ab hoſtibus. 78. numero 70.
Iurare contumaciter nolens condemnetur.in glo.m.326.nu.60.
Iurare formiter in glo.564 nu 40.
Iurabatur olim in omni caſu, & omni articulo, hodie ſemel tantùm.in gl. K 326.nu.60.
Iuro rem meam eſſe,& iuro tuam non eſſe,differunt. glo.e.741.nu.50.
Iuratoria cautio in textu. 730.nu.10.
Iuratur in litem officio iudicis. in gl. a. in add. 577.nu.50.
Iure aperto compenſationes quando dicuntur. in glo.K.596.nu.30.
Iureconſultorum ſententiæ olim erant neceſſariæ, nunc ſolùm probabiles. in gl.c 2.nu.10.
Iureconſultus.)Defectus non eſt in iureconſulto.2 6.nu.50.
Iure non factum, id eſt,ſine ſolennitate.in glo.i.267.nu 40.
Iuriſdictio.)Quolibet loco ſuæ iuriſdictionis poteſt dicere ius iudex. in gl. d.81.nu 20.
Iuris iniquitas emendanda eſt.in text. 380.nu 40.
Iuris ſola ſcientia habet caput & finem. in glo. r. 8. nu. 10.
Iuris ſucceſſor eſt quotę partis hæres.in gloſ.i.222.in prin.
Ius ad quid ponitur in definitione actionis.a.539.nu 20.
Ius antiquum allegatur, ex eoque argumentatur. in gl. b.241.in prin.
Ius canonicum in concernentibus peccatum præualet ciuili, etiam in terris Imperij.in gloſ.n.365.num.10.
Ius ciuile,ideſt,lex xij.tabu. in gloſ. d. 18.In prin.
Ius ciuile largè dicitur quicquid habemus ſcriptum in iure ibid nu. 20. & glo.a.21.nu.70.
Ius ciuile magno artificio fingit,quod non

non est in glos. h.276.in prin.
Ius ciuile sumitur sex modis.in glos.d. 18.in prin.
Ius gentium quare dicitur naturale . in glos. o.& mar.140.in prin.
Ius idem est in toto quo ad totum, quod in parte quo ad partem, quando est eadem ratio in parte, quæ in toto in glo. g. 324.nu.20.& 30.
Ius idem statui debet vbi est eadem ratio per omnia. in glo. 176.nu.50.
Ius idem statuitur, vbi eadem est æquitas.in glo.a.713.in prine.
Ius integrum.in gl.b.360.nu.70.
Ius naturale immutabile.in gl.p.& tex. 27 in princ.
Ius patronatus consistit in multis.glo. b.381.nu.60.
Ius patronatus multipliciter perditur. glo.b.381.nu.10.
Iuris plus quis aliquando confert in alium quàm habeat.in postil 204.numer.10.
Ius publicum, in quo consistit.in glo.f. 14 nu 50.
Ius quandoque dicitur iniquum.in textu. 380. nu.40.& glo.x.354.num.60.
Ius quandoque dominium significat, & multa alia.glo.a.431.nu.20.
Ius trium liberorum.in glos.d 355.nume.10.
Ius vetus correctum citatur ad declarationem noui,non decisionem. in gl. a.in add.216.nu.20.
Ius vtendi, id est seruitus.in glo.g.177. nume.60.
Iustitia,ius,& iurisprudentia quomodo differunt.in gl.c.1 2.nu.60.
Iustinianus prior,quo auctore iura condita sunt,fuit Iustini primi ex sorore nepos, sed adoptione filius.in textu. 109.num.20.
Iustinus pater Iustiniani, subaudi adoptione.glo.g.233.nu.50.
Iussum, mandatum, & rogatio, differunt.in postil.438.nu.30.
Iussus & mandatum differunt, ille importat necessitatem, hoc voluntatem. in glo.m.104.nu.10.
Iussus ex statuto requisitus,an præcedere debeat. 246.nu.50.in postil.
Iustum idest verum, vel de iure.in glo. c.34.nu.40.
Iustus, id est,perfectus. 216. nume. 50. in addit.
Iustus septies in die cadit. glos.a.12 nume.20.
Iuuare alios tenemur in his quæ nobis non nocent, & alijs prosunt. 13.nu. 30.40.in postil.

K

Kalendæ.216.nu.60.in gl.b

L

o *Additis*. s. a nobis eis, quos habuimus s. eo. multis autem. & sunt additi noué. Primus, si dominus ægrotantem seruum suum eiecit. Secundus, si ancillam vendiderit ne prostituatur, & prostituta fuerit: uel si uenditor sibi retinuerit manus iniectionem, & eam ad ipsum reuertentem prostituit postea Tertius, si serui pileati, * defuncti funus præcesserunt. Quartus, si expressit eũ velle esse Latinum. Quintus, si sub conditione relicta libertate, hæres ante conditionem manumiserit: Sextus, si in iudicio liberali a domino superatus seruus fuerit: & pretium pro eo domino solutum fuerit, & ipse postea receperit. Septimus, si ancillam suam maritauerit alicui libero Octauus, si coram actis filium nominauerit seruum suum. Nonus, si instrumenta seruitutis reddiderit coram coram testibus. Et probantur hi modi. C. de Lat. lib. toll. l. unica § sed scimus, usque in finem.

p *Sola*. scilicet libertas plena.

q *In præsenti*. id est in consuetudine.

Aelia Sentia [1] † ex Dedititiorum numero. [a] * ¶ Sed quoniam Dedititiorum quidem pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinem abierat, Latinorum verò nomen non frequentabatur, ideoq; nostra pietas [b] omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus [c] hoc emendauit, & in pristinum statum reduxit, quia & a primis vrbis Romæ cunabulis una, atque simplex libertas competebat, [d] idest eadem quam habebat manumissor: nisi, quod, scilicet, libertinus [e] sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. ¶ Et dedititios [f] [2] † quidem * per constitutionem nostram expulimus, quam promulgauimus inter nostras decisiones: per quas, suggerente nobis Triboniano viro excelso quæstore [3] † nostro antiqui iuris altercationes [g] placauimus.

¶ Latinos autem Iunianos [h], & omnem, quæ circa eos fuerat obseruantiam, alia constitutione per eiusdẽ quæstoris suggestionem correximus, quæ inter Imperiales radiat sanctiones.

¶ Et omnes [i] libertos nullo nec ætatis manumissi, nec [4] † domini manumittentis, nec in manumissionis modo discrimine [k] habito (sicut iam anteá [l] obseruabatur) ciuitate Romana [m] decorauimus, [n] multis modis additis, [o] per quos possit libertas seruis cũ ciuitate Romana, quæ sola [p] est in præsenti, [q] præstari.

QVIBVS EX CAVSIS manumittere non licet. [5] †

TITVLVS VI.

In fraudem creditorum inter viuos seruus manumitti non potest. & sic actus pius celebratus in aliorum damnum non valet. Aret.

NOn tamen cuicunque uolenti manumittere licet: nam is,

¶QVIBVS EX CAVSIS MANVM. &c.

¶De uariis modis manumittendi dixit: sed quia non omnibus manumittere licet, nec ex omnibus causis, ideo de hoc nunc subiungit, secundum Port.

NOn tamen.] ¶ Iste titulus principaliter diuiditur in octo partes. Primo, qualiter quis inter uiuos in fraudem creditorum, seruum proprium manumittere nõ potest. Sedo qualiter in ultima uoluntate cum libertate hæredem instituit. Tertio, qualiter in vltima voluntate instituit simpliciter. Quartò, qualiter præsumatur, quod manumittat in fraudem creditorum. Quinto, qualiter minor xx ann prohibetur manumittere, nisi certis causis. Sexto, quæ sunt causæ iustæ. Septimo, an causa semel approbata possit improbari. Octauò, si quis attigerit decimum annum, potest in

a Istã per sequit Ang. hic.

1 *Dedity. Dus.*

* *De dedititys uide Ang. Polit. in sua mi. scela. cor. c 84. et Al cia. li. dis. pu. 2. c. 21.*

2 † *Vide Vlpia. epi tom. tit. 3.*

3 † *abest ad omnib. & Th.*

Libertus quas operas debet patrono

b De quibus uide gl in l. fi. C. de bonis lib.

c Sed hoc reprobant Doct. hic, nisi patronus renunciet expl.

Ordo literæ.

4 † *Antoninus Ang. fli. existimat domini, hic posi tũ pro donanty sẽtẽtiã inua. Th. vertit enim. διανοτιας.*

5 † *Aliàs nõ possunt. Theo.*

Serui libertatẽ cõsequuntur nouẽ modis.

* Vide nostras annotatiões hic. Aeg. Pert.

Continuatio.

d Istã cõtinuationẽ sequit & tenet Pet. de Bella per hic. Diuisio.

testamento manumittere. Secunda ibi, §. licet autem. Tertia ibi, idemque. Quarta ibi, In fraudem. Quinta ibi, §. eadem lege. Sexta ibi, Iustæ autem. Septima ibi, In §. semel. Octaua ibi, cum ergo.

¶ CASVS. Ad euidentiam nota, quòd in hoc titulo ponuntur duo casus speciales, in quibus dominus non potest seruos suos manumittere. Primus, quando in fraudem creditorum fit manumissio: quia tunc non valet. Exemplum, vt quando aliquis debitor debet aliquam pecuniam, & nihil habet in bonis: vel saltem non habet bona sufficentia ad soluendum suis debitoribus, nisi uendat, vel det in solutum seruos, & illos seruos manumittit: vt illos non det suis creditoribus in solutum, vt eos creditores frustret debito suo: tunc talis manumissio nō valet, quia est facta in fraudem suorum creditorum, id est, vt fraudet, seu defraudet suos creditores debito: nisi in casu, scilicet quando ipse dominus instituit seruum suum hæredem, & liberum eum esse vult: vt in princ. tit. vsque ad §. eadem lege. Secundus casus est, quando dominus est minor xxv. annis: quia similiter non ualet: nisi in casu, scilicet coram iudice, & causa cognita fiat manumissio. hoc dicit usque in finem tit. Et hoc præsupposito, dic in hoc prin. quod quamuis uideatur ex iis, quæ s. tit. prox. habuimus, quod quilibet possit seruum suum manumittere: tamen sciendum est, quod non est licitum cuique uolenti manumittere seruum suum, illum manumittere: quia si habeo creditores, & in eorum fraudē seruos [illegible] non soluendo, nihil ago. hoc dicit usque ad §. licet autem. Franc.

1 † *Sic legis voluntas pro ratione citari potest secundum Por. Aeg. Perr.*

2 † *Sic quadā sunt permissa in ultima uoluntate, quæ nō inter uiuos secūdū Ang. Aegid. Perr.*

qui in fraudem [a] creditorum manumittit, [b] nihil agit [c]: quia lex [d] Aelia Sentia [1] † impedit libertatem.

Dominus, qui soluendo non est potest vnum ex seruis suis liberum, & hæredem relinquere: dummodo ex eodem testamento nemo alius sit hæres. hoc dicit, secundum Aret.

¶ Licet [e] autem domino, qui soluendo non est, in testamento [2] † seruum [f] suum cum libertate hæredem instituere, ut liber fiat, hæresque ei solus [g], & necessarius [h]: si modò ei nemo alius ex eo testamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa hæres ei non [i] extiterit. Idque eadem [k] lege Aelia Sentia prouisum est, & rectè [l] [3] † Valde enim prospiciendum erat, vt egentes [m] homines, quibus alius hæres extiturus non esset, vel [n] seruum suum necessarium hæredem haberent, [o] qui satisfacturus esset creditoribus, aut, hoc eo [p] non [q] faciente, creditores res hæreditarias serui [r] nomine vendant: Ne iniuria [s] [4] † defunctus afficiatur.

nam certè licitum est domino, qui soluendo non est, seruum suum cum libertate in testamento suo hæredem instituere licet hoc in fraudem faciat creditorum: vt iste seruus fiat liber, hæresq; necessarius [illegible] suo: & hoc est verum si nullus alius [illegible] in illo testamento, aut forte quia institutus morte præuentus est, aut quilibet alia causa impeditus hæres existere non potuit, aut fortè noluit & hoc eadē lege Aelia Sentia prouisum [illegible], vt liceat [illegible] qui soluendo non est [illegible] suum sibi hæredem necessarium instituere. [illegible], pro D[illegible] a[illegible] lege Aelia [illegible], vt permittat[illegible] in casu illo domino seruū suum manumittere? Et respōdet Iustinianus: Certè [illegible] optima [illegible] ratio [illegible]. [illegible] enim [illegible] dum erat vt egentes homines, quibus nullus hæres esset exiturus, saltem seruum suum hæredem habeant necessarium, qui quo[illegible] seruus hæres institutus creditoribus domini possit satisfacere, uel si ipse [illegible] creditores res hæreditarias [illegible] serui instituti [illegible] memoria defuncti, si non [illegible] res hæreditarias distraherent, quadam iniuria afficiatur. Et hæc dicuntur usque ad illum §. idemq; iuris. Fran. de Are.

3 † [illegible] *tit.* 1.

4 † [illegible] *ex* [illegible] *fama & existimatio cū bonis ipsius [illegible] possideantur.*

¶ *Non tamen cuicunque* quamuis s. titu. §. multis & §. fi. dictu sit, quem libet manumittere posse: [illegible].

a Vide Pe. hic.

a sic j. de [illegible] hære. lib. in princ. Accur.

a *In fraudem.* hoc expone j. eo. in fraudem.

b *Manumittit.* scilicet inter viuos, uel in [illegible], scilicet non instituendo. nam tunc esset liber, & hæres: ut infra prox. §. & ff. qui, & a quib. l. si mortis.

ADDITIO. Et dicit hic Iason, quod si in testamento ponatur clausula, quod valeat iure contractus, erit irreuocabile: quia contractus in eo celebratus reuocari nō potest, ut hic, de quo uide Bart. & Ang. in l. stipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig.

b Et sic est nulla ipso iure, alias enim esset irreuocabilis, vt l. & si fine. §. sed qd Papinian. ff. de minor. secus ī aliis reuocabilibus, ut l. si sciēs in fi. ff. de contrahē. empt. & ita no. gl. ī l si noxali, in prin ff. de nox. Ia son.

c *Nihil agit.* scilicet ut noceat creditoribus: but ff. qui, & a quib. l. si mortis sibi tamen nocet, si uelit reuocare, ut C. de seruis dign. dā. manu. l. si creditoribus.

d *Quia lex Aelia Sentia.* similis est ratio, quia lex uult. ut. j. de uscapio. §. furtiuæ. & illa inhibet usucap. rei furtiuæ. Accursius.

¶ LICET AVTEM. ¶ Diuiditur iste §. in quatuor partes. Primo ponit unum dictum. Secundo illud restringit. Tertio ponit rationem primi dicti modificati. Quarto rationem rationis. Secunda ibi, Si modo. Tertia, ibi Valde. Quarta ibi, Ne iniuria.

¶ CASVS. Sed quid domine Imperator? iam uideo quod regulariter statutum est, quod debitor manumittens in fraudem creditorum, nihil agit. pro Deo dicatis mihi, quæ fuit ratio statuti? Ad hoc respondet Iustinianus dicens, Amice, ratio huius statuti est, quia in hoc quando debitor in fraudem creditorum manumittit lex Aelia Sentia impedit libertatem. Sed domine, pro Deo nunquid generaliter hæc regula est uera, ita quod nullam patiatur instantiam? Ad hoc respondet Iustinianus, & dicit quod non;

e *Licet.* id est licitum est.

f *Seruum.* unum, & non plures: ut ff. de hær. inst. l. qui soluendo § j. in fi. cum l. seq. & etiam in fraudem creditorum. C. ut C. [illegible] l. j. in princ. nisi specialiter [illegible] fuerit, ut ff. de hæred. inst. l. [illegible] non potest fieri necessarius nisi dominus creditori satisfaciat, ut d. [illegible]

g *Solus.* & [illegible] casu etiam cum alio, ut ff. de hære. [illegible] l. si i. & l. ei qui soluendo.

h *Necessarius.* quia siue uelit siue nolit, cogitur [illegible] ut j. de hæred. qual. & diff. §. j. [illegible] in tribus casibus, quos habes ff. de hær. inst. l. si seruo.

i *Non extiterit.* [illegible] o ultimo casu seruus institutus [illegible]

k *Eadem lege.* [illegible] licet quæ prohibuit, eadem [illegible] ex causa iusta causa concessit, ut hic, & j. eo. §. eadem. Accur.

l *Et rectè.* scilicet [illegible] prouisum.

m *Egentes.* [illegible] pauperta[illegible] ff. de trans. l. cum hi. § si in annos & C. de epis. & cler. si quis ad dec[illegible] [illegible] & ff. de [illegible] § [illegible] Arg. contra ff. de excu. tut. & [illegible] §. fin. & in Auth. de testib. § [illegible] col. 7. & ill[illegible] Pauper[illegible] iacet. licet econtra dicatur, Can. abit uacuus coram latrone uiator. Accursius.

n *Vel* pro saltem.

o *Haberent.* sic ff. de interrog. act. l. & quia, in prin. & j. de bono. possess. §. quos autem.

p *Eo,* seruo nunc libero facto.

q *Non faciente.* i. non satisfaciente creditoribus. Accur.

r *Serui* quondam, sed modo liber est.

ADDITIO. Et de hac dictione quondam, uide gl. singularem in l. j. super uerbo, olim. ff. de ope. no. nunc. & in §. sed aliquando, j. de usucap.

s *Iniuria.* quo ad famam, quæ etiam post mortem quando que damnatur: ut ff. de accus. l. ex iudiciorum.

¶ IDEMQVE IVRIS EST. Diuiditur in tres partes. Primo amplia t §. præcedentem. Secundo ampliationē extendit. Tertio rationem subdit. Secunda ibi, Quod nostra. Tertia ibi, Cum non sit.

¶ CASVS. Domine, iam uideo, quòd licet domino qui soluendo non est, seruum suum cum libertate hæredem instituere. Sed ponamus quòd aliquis instituat seruum suum hæredem, nulla facta mentione libertatis, nunquid

e Sic eadē lex vnum permittit, [illegible] diuersa cōne Porc. Arg. [illegible]

d [illegible] in [illegible] ad [illegible] de liman. [illegible] §. si [illegible] a tal[illegible] se [illegible] no [illegible] e Vo[illegible] tia [illegible] nia [illegible] lias [illegible] ut l. si [illegible] in [illegible] & l. [illegible], ff. de in. ē. rui. nauf. Ang. & Iason. Diuisio.

nunquid valebit talis institutio? Ad hoc respond. Iustinianus, quod sic: nam certè idem iuris erit, quando aliquis seruum suum hæredem instituit omissa datione libertatis, ac si eundem causa libertatis expressa instituisset. Et hoc nostra constitutio, non solum in domino qui soluendo non est, quadam noua humanitatis ratione, sed & in quolibet domino seruum suum instituere generaliter constituit: vt ipse seruus institutus ex ipsa institutione beneficiū libertatis consequatur, licet dominus ipsum instituendo, libertatem non expresserit, cum non videatur verisimile dominum, qui seruum suum sibi hæredem elegit, voluisse ipsum in seruitute remanere, licet dationem libertatis prætermiserit: & ita neminem sibi hæredē existere. h. d. vsque ad §. in fraudem. Franc.

a *Sine libertate*. non quod dicat, instituo te sine libertate, quia tunc non esset hæres: vt statim dicetur in fine huius §. sed prætermisit dationē libertatis, vt in fi. §.

b *Constitutio*. qua fit liber, & necessarius hæres: vt C. de necess. ser. hære. instit. l. quidam, in princip. Accursius.

c *Scriptura*. sic ex datione tutelæ, ut ī. qui da. tut. poss. in princip. de qua prædixit modo. & C. de necess. ser. l. quidam.

d *Institutionis*. argumen. quod aliquo concesso, illud concedi-tur, sine quo illud esse non potest: vt ff. de iurisdictio. omnium iudicum, l. ij.

e *Cum non sit*. hæc est noua ratio, de qua prædixit modo, sed lex ipsa antiqua fuit: a vt infrà, de hæredib. instituen. §. j. quæ est contra.

a Et vide ibi gl. super uerbo. innouationem. sed Consilop. hic exponit noua l singulari: quia alia ratione lex antiqua moueri non potuit. ar. c. e. nt autem lex 4. dist. & l. scire leges, ff. de legib.

Seruus a domino simpliciter institutus, intelligitur etiam a domini potestate liberatus. hoc dicit, secundum Aretinum.

¶ Idemque iuris est, & si sine [a] libertate seruus hæres institutus est. Quod nostra constitutio [b] non solum in domino, qui soluendo non est, sed generaliter constituit noua humanitatis ratione, vt ex ipsa scriptura [c] institutionis, [d] etiam libertas ei competere videatur. Cùm [e] non sit verisimile eum, quem hæredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, seruum remanere uoluisse, & neminem sibi hæredem fore.

Paria sunt quo ad præsumptionem fraudis, quem manumitti ab eo, qui scit se non esse soluendo creditoribus, vel ab eo, qui scit, quòd propter manumissionem efficietur non soluendo. vel sic: Consilium, & euentus impedit manumissionem directam, fideicommissariam autem euentus tantum. hoc dicit cum glossa, secundum Aretinum.

¶ In fraudem [f] autem creditorum manumittere videtur, qui uel jam eo tempore, quo manumittit, soluendo [g] non est, [h] uel qui, datis libertatibus, desiturus est soluendo esse.

¶ Præualuisse [i] tamen uidetur (nisi animum quoque fraudandi manumissor habuerit) non impediri [k] libertatem, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant. Sæpe [l] enim de facultatibus suis amplius quā in his est, sperant homines.

¶ Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cùm [m] utroque modo fraudantur creditores, id est, & consilio [n] manumittentis, & ipsa re, eo quòd eius bona non sunt suffectura creditoribus.

Minor uiginti annis non potest manumittere, nisi vindicta, & apud concilium iusta manumissionis causa fuerit approbata. Et quæ sint iustæ causæ manumissionis approbatæ hic habes. hoc dicit, secundum Aretinum.

creditores fuerint defraudati, & consilio manumittentis, & re ipsa, scilicet quia sicut ipse manumissor eos fraudare proposuit, ita in rei ueritate fraudati sunt ambo: ita quod iam datis libertatibus, bona eius creditoribus non sufficiant. Et hæc dicuntur usque ad illum §. eadem lege Aelia Sētia. Franc.

f *In fraudem*. ff. eod. titu. scilicet, qui & a quib. ma. li. non fi. l. in fraudem.

g *Soluendo*. cum & sciant se habere creditores: vt ff. quæ in frau. cred. l. omnes, §. Lucius.

ADDITIO. Et dicit Ange. quòd hoc probatur si etat de facto suo, & non de longinquo, argu. l. fin. ff. pro suo. & est tex. in l. si quis cum haberet. ff. quæ in frau. cred. Accur.

h *Non est*. nunc erit peius soluendo,

i *Præualuisse*. Nam quidam dicebant, quod sufficiebat solus euentus, & alii dicebant, quod exigebatur utrunque scilicet fraus, & euentus. & ista sententia præualuit. Tamen ex prædictis videbatur sufficere euentum solum. tamen &c.

k *Non impediri libertatem* hic diligenter attende, quòd si directè detur libertas: non solum inter viuos, sed etiam in vltima voluntate duo necessaria sunt, scilicet consilium: hoc est fraus, b & euentus, ut hic. & ff. eod. l. in fraudem. & C. eod l. j. in fideicommissaria, sufficit solus euentus, ut C. qui manum. non pos. l. fin. Et est ratio: quia facilius libertas de facto data ab hærede c reuocatur, quam a defuncto (cuius dispositio videbatur lex:) vt ff. de fideicommiss. liberta. l. 4. §. si in fraudem. Alia ratio not. C. eod. l. fin. In aliis autem alienationibus, quæ in fraudem creditorum fiunt, dic vt infrà, de actionibus. §. item si quis in fraudem.

b Præsumitur autem fraus, si sciat se habere creditorē: ut l. si quis cum haberet. ff. quæ in fraudē cred. Aeg. Perr.

c Quia in ea non est uoluntas testatoris est text. not. sm Ias. in l. si pater, in princ. ff. quæ in frau. nā non uī mandasse illicitum, s. quod fraudentur creditores. l. creditor. §. si ff. māda. Itē nec hæredis, quia uī facere ex debito, nō sua uoluntate. ut est tex. in l. j. C. de lib. & eorum lib. & ita hāc gl. approbat Ias. quāuis Ange. teneat gl. l. cōtrarius.

¶ IN FRAUDEM. ¶ Diuiditur iste §. in tres partes. Primò, qualiter præsumatur manumissio in fraudem. Secundo, quando propter fraudem impediatur manumissio, siue libertas, cum ratione. Tertiò ex ratione infert. Secunda ibi, præualuisse. Tertia ibi, Itaque.

¶ CASUS. Domine Imperator, vos dixistis mihi suprà, quod debitor qui manumittit in fraudem creditorum, nihil agit; pro Deo exponatis regulam istam, & dicatis mihi, quis in fraudem manumittere dicitur? Ad hoc respondet Iustinianus. & dicit: Amice, certè ille dicitur in fraudem creditorum manumittere, qui iam eo tempore, quo imponitur libertas, est soluendo: sed post per dationem libertatis, desinit esse soluendo, & hæc sunt vera de rigore iuris. Præualuisse tamen videtur de æquitate, non aliter reuocari libertates nisi debitor manumittens animum fraudandi habuerit, quamuis bona eius creditoribus non sufficiant. Sæpe enim sperant homines, plus habere in suis facultatibus quam habeant. Sic igitur demum intelligimus libertates datas, ab eo reuocari posse, qui soluendo non est, cum vtroque modo,

l *Sæpe*. respondet tacitæ obiectioni, quomodo potest esse animus bonus, cum ipsa ueritate fraudet eos? Respond. Sæpe enim &c. Sed argumen. contra. C. de rescind. uend. l. quisquis.

ADDITIO. Solue istud contrarium, & id quòd hoc procedit in vltimis voluntatibus: nisi contrarium aliqua suadeat qualitas: ut in authen. sed cum testator, cum glos. C. ad legem Aquiliam. ibi uerò inter uiuos in rebus immobilibus, seu mobilibus & præsentibus, quæ per uenerunt ab antiquo, alias secus, secundum Angelum Aretinum. hic.

m *Cum vtroque modo*. scilicet, cùm fraus, & euentus interuenit, vt subijcit, & facit ad hoc ff. qui & a qui. manum. non li. l. in fraudem.

n *Consilio*. nota quem teneri de consilio. Sed contra ff. mandati. l. secunda, §. fina. sed hic fuit fraus: & ideo fuit tale consilium obligatorium, quia fuit fraudulentum.

Libertas in fraudē data, an possit reuocari.

¶ EADEM. ¶ Hic §. cum § sequenti diuiditur in tres partes Primò ponit, qualiter minor 20. annis nō potest manumittere, nisi ex causa. Secundò ponit, quæ sunt causæ iustæ. Tertiò limitat vnam prædictarum causarum. Secunda ibi, Iustè. Tertia ibi, Et seruus.

¶ CASVS. Domine iam uide vnū impedimentum manumissionis, qd interuenit ratione fraudis: nunquid est adhuc aliquod aliud impedimentum, qd obest manumissioni? Ad hoc respōdet Iustinianus, quòd sic. Nā certè eadē lege Aelia Sentia statutum est, dominum minorem 20. annis non posse aliter seruum suum manumittere, nisi iusta cā manumissionis fuerit apud iudicem approbata. Sed postea domine, pro Deo dicatis mihi, quæ sunt iustæ causæ manumissionis? Ad hoc respondet: Amice, istæ causæ manumissionis sunt iustæ: veluti si quis habeat filium, vel filiam naturalem etiam, aut fratrem, aut sororem, aut nutricem, aut pædagogum, aut educatorem suum, aut eum, qui cum aluit: & velit manumittere: aut si quis uelit collactaneum suum manumittere: aut seruum suum gratia procuratoris habendi: qui manumissus non minor 17. anno. manumittatur: vel si velit manumittere ancillam, ut eam ducat in vxorem. Nam certe omnes istæ causæ iustæ, videntur: ita tamen in hoc casu minori 20. annis ancillam suam manumittere permittitur, si intra sex menses a tempore manumissionis connumerandos, vxorem ducat: nisi aliqua iusta causa superueniens matrimonium impediat. & h.d. usque ad illum §. semel. Franc. de Aret.

¶ Eadem [a] lege Aelia Sentia domino minori [b] viginti annis non aliter manumittere permittitur, quàm si vindicta [c] apud consilium, [d] iusta causa manumissionis approbata, fuerint manumissi.

¶ Iustæ autem manumissionis causæ, [e] hæ sunt, veluti si quis patrem, [f] aut matrem, filium, filiamve, aut fratres, sororesve naturales, [g] aut pædagogum, [h] aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, [i] alumnamve, aut collactaneum [k] manumittat, aut seruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam, matrimonij [1] † habendi causa, dum tamen intra sex menses [2] † vxor ducatur, [l] nisi iusta causa [m] impediat. ¶ Et seruus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem, & septē [n] annis manumittatur.

Semel approbatum, siue iustum, siue iniustum sit, non potest reprobari. h.d. secundum Aretinum.

¶ Semel autem causa [o] approbata, [p] siue uera sit, siue [q] falsa, non retractatur. [r] [3] †

Minor viginti annis si attigit decimum octauum annum, potest testamento seruis libertatem relinquere iure isto: secus si non attigerit. Aret.

¶ Cum ergo certus modus manumittendi in minoribus viginti annis dominus per legem Aeliam Sentiam

1 † *Habēdi non est in pluribus li. & in simili dicendi genere, in l. matrimonij. ff. de ri. nup. in l. si collectaneus & seq. De manu. vindic.*
2 † *Du. in uxorē ducatur, &c.*

a *Eadem.* s. de qua habita est mentio suprà eo in princip.

b *Minori* sufficit ergo, si non sit minor 20 annis, etiam si non sit maior, ut quia tetigit ultimum diem vigesimi anni: ut, ff. de manu. l. j. sicut in testamento, fauore sui: ut ff. de test. l. qua ætate.

ADDITIO. Quando autem tempus cœptum habeatur pro completo, uel non, distingue notabiliter, ut per Christoph. hic.

c *Vindicta* hoc, expone, ut sup. tit. 1. §. multis.

d *Consilium*. idest apud locum illum, ubi habetur super hoc consilium, idest, deliberatio, & sic ponitur id, quod fit, pro eo ubi fit: ut ff de iust. & iure. l. pen. §. fi. a uel dic, apud eos qui præsunt consilio: ut sunt omnes habentes, ordinariam iurisdictionem, etiā minimi magistratus: b cum hoc sit de voluntaria iurisdictione, ut ff de offi. procon. & leg. l. 2. & in Auth. de defen ciui § iusiurandum. in fi. & in gl. & quicquid. & gl pe. col. 3.

a Et hæc uera secūdum. quā tex nō superfluit secū consilium & uerbū, uindicta, expositū; ut in gl. 2. §. d. li. sint diuersa, & sic est specialehic, ut hæc manumissio fiat in loco maiorum: quia exigit ple-

e *Iustæ autem manumissionis causæ.* facit ff. de manu. uin. l. si minor. cum. l. seq. usque ad l. apud. ubi iustæ causæ connumerantur: connumeratur enim inter iustas causas manumittendi, si dominum a periculo uitæ, uel infamiæ liberauit seruus: ut ff. de manumis. uindi. l. iusta Accur.

f *Patrem.* sed qualiter potest filius habere seruum suum patrem, uel econtra, uel frater fratrem suum, siue sororē? Respon bene potest, ut quia instituit dns filium serui sui hæredem, uel filium ancillę, uel econtra, & sic de aliis: quo casu sic institutus hæres liber, & dns, est oium bonorū, quorum dns fuerat testator ut sup. eo. §. 1. & ff. de acq. pos. l. cū hæredes. in prin. Item pōt esse, ut habeat quis filium ex ancilla sua: nam est seruus, & filius: ut C. cōia de ma. l. fi. Et econtra si seruus habeat filium ex dña: nam filius est, & liber & dns, cum uentrem sequatur, quo ad statum: ut C de tei uend. l. patrem, licet possit ipse, & domina accusari: ut C. de mun. quæ seruis, propt. l j & inf. de hære. insti §. 1.

g *Naturales.* & legitimos, uel naturales tantum. Accur.

h *Pædagogum*. scilicet qui ab initio instituit pueros; & dicitur a paes, quod est puer, & ago, quod est ductor: quasi ductor sine gubernator pueroum.

i *Alumnum.* passiuè, quem, uel quā alium nō aluit? ut differat a superiori educatore.

k *Aut collectaneum.* qui simul mecum lactauit, quem fratrē Bo. appellant.

l *Ducatur.* præstito super hoc sacramento: ut ff de man. uin. l. si collactaneus. i fi.

m *Iusta causa.* ut infirmitas, quæ tribuit, dilationē: ut ff. si qs ca. l 2. § 3. & ff. de re iud. l. quæsitum. uel alia qualibet iusta: ut ff ex quib. cau. ma. l. j. in fi.

n *Decem, & septem annis.* Sed quomodo minor 25. an potest esse procurator: ut C. de procu. exigēdi & ff. de procu. l minor? Respon. hic ad nego tia fuit, non autē in iudicio esse pōt. e sic aliàs est differentia inter hos procuratores, ut ff mand. l. si procuratorem. §. 1. Accur.

b Ista glo. relata ad tex. est falla: qa tūc manumissio non cō petit iure magistratus, nec est delegabilis: ut ff. co. l. 2. cum glo. 1. sed id procedit in maiore manu mittēte: se cūdū Pet. Angel. & Iac. hic.

Procurator est duplex.

3 † *Duer. retractetur est autem hoc lo co retractare, in disquisitionē rursus uocare.*

¶ SEMEL AVTEM. ¶ CASVS. Domine, iam uideo, quod non licet minori 20. annis seruum suum sine iusta causa manumittere. Sed ponamus, quod aliquis minor 20. an. uolens manumittere seruum suum, allegabat iustam causam coram iudice puta, quòd seruus ille, quem voluit manumittere, fuit sibi socius in armis, uel in scholis: & iudex illam causam, tanquam iustam approbauit: vnde talis minor seruo imposuit libertatem postea procedente tempore apparuit, illam caussam fuisse iniustam: nunquid occasione illius causæ nō iustæ poterit libertas data reuocari: Ad hoc rñdet Iustinianus, quod non. Causa enim a iudice semel approbata, siue iusta siue iniusta fuerit, nunquā postea retractabitur. & hoc vsque ad illum §. cū ergo.

o *Causa.* scilicet manumissionis.

p *Approbata.* scilicet, apud consilium.

q *Siue falsa.* q. d. dixit filium, licet non sit, uel patrem, uel similia: licet hæc ita non sint secundū quosdam. quod reprobo: cum id, quod falsum sit, nihil fit, nec præstet causam: vt ff. de ver sign. Paulus. & C. si ex fal. instru. pet torum & ff. de excep. l. quia agnitis, Vnde dic vera. id est, iusta: falsa id est, iniusta; ut quia dixi eum socium meum fuisse in armis: uel in scholis: quod inducebam pro iusta causa: & fuit talis causa, uel similis approbata: licet non debuerit approbari. sic uera ponitur pro iusta: sic ff de leg j. l. si fideiussor. § j. & ff de in integ. restit. l. omnes. sic econtra iusta pro uera: vt suprà tit. j. in princ.

r *Non retractatur.* sic. ff. de manu. vin. l. iusta. quia nihil facile inmutandum est ex solennibus: ut ff de in iter. resti. l. diuus. Sed contra. ff. de execu. tu. l. sed & reproban. j. sed hoc fauore libertatis: illud fauore sanitatis. Accur.

ADDITIO. Ex hac glos. dicit Bal. quod potestas, qui duxit uicarium usque ad annum; si ignarus teperiatur, potest remouere. & hoc fauore reipub. quam debet administrare, secundum Christophorum.

c Et hæc est ueritas hodie decisa in c. qui generaliter de procu. li. 6. fallit tamen in casu dictæ l. exigendi. secundum doc. hic. Et sic nota, quod ubi articulus dubius de iure ciuili, est clarus de iure ca. sequimur eum etiam in terris imperij secundum Fort. Ang. Petr.

¶ CVM ERGO. ¶ Diuiditur iste §. in quatuor partes, quia primo ponit unum dictum. Secundo contra illud adducit plures rationes. Tertio pro eo adducit alias rationes. Quartò ad concordiam reducit, mediam eligens uiam, & rationem annectit. Secunda ibi, Quòd non erat. Tertia, ibi: Sed cum. Quarta ibi, Ideo nos.

CASVS.

¶CASVS. Dñe, iam video, quid statuit lex Aelia Sentia circa minores manumittere seruos volentes, quid videtur vobis de statuto l. Aeliæ Sentiæ, nunquid hodie obseruãdum est? Ad hoc rñdet Iustinianus, dicens: amice certe nobis vr̃ prima facie ex statuto leg. Aeliæ Sentiæ quoddam ius intolerabile emergere. cũ n. minoribus xx. annis authoritate legis Aeliæ Sentiæ certus modus manumittendi sit statutus, ex hoc statuto contigebat, vt licet minor, q 14. annos impleuerat testamentũ posset condere, & in eo hæredẽ instituere sibi, & legata relinquere: si tñ adhuc minor xx. annis fuerat, libertatem vni seruo dare non poterat, q̃ non vr̃ aliquatenus ferendum. Cum. n. huiusmodi minori oium bonorũ suorum libera dispõ in testõ conceda tur, satis vr̃ absurdũ, q̃ ei beneficium manumittẽdi denegetur. Quare. n. non similiter, ut de exteris rebus suis, ita & de seruis in ultima uolũtate, quemadmodũ voluerit, disponere concedit: ut ipsis libertis beneficiũ possit iper tiri? hoc non vr̃ rõni consentaneũ. Veruntamen cum libertas inæstimabilis res sit, & idcirco minori xx. annis eam p̃statre seruis suis antiquitas ꝓhibuit. iõ nos his rõnibus moti, quodammodo viã mediã eligimus: & non aliter minori xx. annis concedimus date seruo testõ libertatẽ, nisi compleuerit 17. an. & parum 18. an attigerit. Cum. n. antiquitas huiusmodi ætatis hoibus pro alijs in iure postulare concesserit, nõ videmus rõnẽ. cur stabilitas iudicij sui in tñ eos iuuare non credatur, vt saltẽ in dicta ætate cõstituti libertatem seruis suis in vltima uoluntate possint imponere. h. d. vsque ad finem. Fran de Aret.

1 † *In aliq. lib. huius artis hominibus.*

2 † *Furiam legunt Vlpia. Epito. & Theop. Fusiã. P. Fl. inl. si quis. de cõdi. & demo. l. potestatis, de uerb. sign. Huius legis Fusia Caninia non facile apud ueterum quem quam mentionem reperias præterquã apud Flauiũ Vopiscum, qui in uita Tacitis Seruos (si quis) omnes vrbanos manumisisti vtriusque sexus, intra centum tamen, ne Caninã transire uideretur. Vide Franc. Hotomanũ in indice legũ Romana.*

* *Vide annot. nostras hic Aige. Per.*

a Sed hoc reprobat Christop. hic per l. 1. ff. q ad li. procla. non li. & glo. super uersi maior. in §. serui. s. de iure perso. ad istum tex. respõdet, quod hic nõ libertas, sed seruitus putatur æstimat, cum emptor putet cũ seruum, ut not. in d. glo.

constitutus[a] esse:, eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet testm̃[b] facere, & in eo sibi hæredẽ instituere, legataq; relinquere posset, tñ si adhuc minor esset viginti annis, libertatẽ seruo dare non posset.

¶[1] † Quod non erat ferendum. nam cui totorum suorum bonorũ in testõ dispositio data erat,[2] † quare non similiter ei, quemadmodum alia res, ita & de seruis suis in vltima voluntate disponere, quemadmodũ voluerit, permittimus, vt & libertatem eis possit prestare? ¶Sed[c] cum libertas inæstimabilis res sit, & propriè hoc ante vigesimum ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat.

¶ Ideo nos mediam[d] quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testaméto dare seruo suo cõcedimus, nisi decimũseptimum annũ impleuerit,[e] & decimumoctauum attigerit. Cũ. n. antiquitas[f] huiusmodi ætati, & pro aliis postulare[g] concesserit; cur non etiam sui iudicii stabilitas ita eos adiuuare credatur, ut ad libertatem dandam seruis suis pos- sint peruenire.[h]

DE LEGE FVSIA[5] † Caninia tollenda.

TITVLVS VII.

Potest quis in testamento, omnibus seruis libertatem dare, cessantibus omnibus alijs impedimentis sicut inter viuos: non obstante statuto legis Fusiæ Caniniæ. hoc dicit secundum Are.

LEge Fusia* Caninia certus[i] modus[k] constitutus erat in seruis testamento manumittendis.

a ¶*Constitutus.* nam cum dicit, sine causa non posse manumitti: ergo econtra cum causa ualet manumissio. sic. ff de eden. l. si quis ex argentarijs. § prætor. & §. prohibet. & ff. de pact. iuris gentium. §. prætor. & §. dolo malo.

b ¶*Testamentum.* si est masculus, fœmina uero in 12. vt ff. de test. l. qua ætate. & ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. Caius.

c ¶*Sed cum libertas.* vsque huc allegando innuit, q̃ eodem tpe possit manumittere, quo testari: nunc econtra duas rationes considerat: & quia inæstimabilis est libertas, tamen si uendat quis se, pretium ad venditorem non transit: imo penes emptorem eundem dñum remanet, a vnde est inęstimabilis, ut hic, & ff de reg. iu libertas. & ff. de tabu exhi. l. 1. §. fi & quia antiquitas aliter statuebat, cui est deseruiẽdum, ut C. de testa. l. testamenta. quare uisis allegationibus soluit, mediam eligens uiam. sic J. de re diui. §. cũ ex aliena. licet sit argumentum contra. ff. de neg gest. l. Nesennius. in fi. & ff. de in rem ver l. si pro parte. §. idem quærit.

ADDITIO. Dic, quòd aut maior est præsumptio pro una parte, quam pro alia, & tunc non eligitur media uia, ut l. Nesennius. & quod ibi no gl. contra sententiam rustici, in fi. Secus, quando non esset maior præsumptio pro una parte, quam pro alia. ita notatur in l. sed si. l. §. adeo. de pet. hę. Ange. Areti. & Iason.

d ¶*Mediam.* nota mediam uiam sectandam. sic ff. si pars hæ re. pet. l. antiqui. & J. de re. diu § cum ex aliena.

e *Impleuerit.* sed hodie ex quo testari possunt, & libertates relinquere possunt: ut in Auth ut spon. larg col. 9. §. 1. quod exaudi, si, in ultima uoluntate uelit quis libertatem relinquere, quod patet ex hoc uerbo, relinquere: quod in dicta Authentica, saltem in summatio Bar. positum est: q̃ ad morientes* tantum spectat, vt ff. de tab. exhi. l. 1. §. fina. Sed quid si inter uiuos uelit quis manu mittere? Responde, non potest, nisi hẽat xx. annos, uel nisi cã cognita sit: cum nec liber iste, nec authẽ. loquatur, nisi in vltima voluntate. Vnde seruatur tenor eiusdẽ legis Aelię Sentiæ, cũ non sit correctus, ut C. de app. l. præcipimus. in fi.

ADDITIO. Et sic cum aliàs de contractu ad ultimas uolũtates bonũ sit argumentum. l. seruum fi lij. §. cũ qui ff. de lega. 1. imò secundum Ias. æquiparantur in terminis proprijs: ut J. ri prox. & C. eo. ti. no. secundum cõmuniter Doct quod lex noua corrigens in vno casu, non trahitur ad aliun, similem rationem habentem, vel æquiparatum.

f *Antiquitas.* vt ff. de postu. l. 1. §. initium.

g *Postulare.* idest, desiderium amici sui, vel clientuli sui corã iudice exponere, b vt ff. de post l. 1. §. 1. non autem pro se po terit esse in iure, ut C. de auth. præst. l. clarum. & est ratio: c quia quando pro alio accedit, sibi imputet qui tali committit causam suam ut ff de mino. l. eũ mã dato pro se uero non: quia semper restituuntur. Accur.

h *Peruenire.* interrogatiuè legas, & respondeas, non est rõ quare sit diuersum: est ergo idem ius statuendum, ut ff de verb. obl l. a Titio. in fi. nam ubi est eadem ratio, idem ius statuendum est, ut ff. ad legem Aquil. l. illud. C. ad legem Fal. l. vlt. Accur.

* Hæc gl. est singu. ad hoc q̃ statutũ in ultima uolũ tate nõ extendit ad dispositionem inter uiuos: sm Ang. & Ias Aegi. Per.

b Sententia tamen contra eũ lata valet, sed rescinditur per in integ. res. l cum & maiores. C. si adue. tem iud.

c Ista rõ glo. nõ est bona sm Ang. hic. ideo dic aliter ut per eum.

d Istã continuationem seq. tur Petrus hic.

Diuisio.

DE LEGE FVSIA.

¶ Viso d ex quibus causis manumissio fieri possit: & qua manumissio interdum prohibebatur à lege Fusia Caninia; ideo de ea nunc subdit. Petrus.

LEGE FVSIA. Diuiditur in tres partes. Primò facit mentionem legis Fusiæ Caniniæ. Secundò eam corrigit. Tertiò aliam rationem assignat. Secunda ibi, Quam quasi Tertia ibi, Cũ satis. ¶CASVS Accessi ad Iustinianum, & ita quæsiui ab eo: Dñe, vos vultis tractare de lege Fusia Caninia: Dicatis mihi, q d statutũ fuit in l. illa? Ad hoc rñdet Ius. dicẽs, Amice: in lege Fusia Caninia, certus fuit modus cõstitutus in seruis, in vltima volũtate manumittẽdis: vt licet qs inter viuos, arbitrio suo posset seruos suos manumittere, tñ in testõ vltra quã 2. vel 3 fortè pp ꝓhibitionẽ legis Fusiæ Caniniæ, nõ poterat libertatẽ p̃stare: quã q dẽ legẽ Fu. Ca. quasi inuidã, & libertatibus impedimẽtũ afferentẽ, tollendã esse iudicauimus: & eã in ppetuũ silere æstimauimus: & ad ipsam tollẽdã, tali rõne moti eram*. Satis. n. uidebatur nobis absurdũ, atq; inhumanũ, inter viuos hic licẽtia, totã familiã suã arbitrio suo manumittere, nisi aliquatenus iusta cã impedimẽtũ manumissioni præstaret: & huiusmodi licentiam ad mortem tendentibus auferre. h. d. Fran. Aret.

i *Certus.* vt ultra duos, uel tres: fortè non possunt manumittere in ultima uoluntate, ut infra eo. in fi.

K *Modus.* idest, numerus.

¶Quam[a] quasi libertates impedientem,[b] & quodam modo inuidiam[c] tollendam esse censuimus: ¶ Cùm satis fuerat inhumanum, viuos quidem licentiam habere totam suam familiam[d] libertate donare, nisi alia causa[e] impediat libertatem: morientibus[f] autem huiusmodi licentiam adimere.[g]

DE IIS, QVI SVI, VEL alieni iuris sunt.

TITVLVS VIII.

Hic ponitur secunda diuisio personarum, cum subdiuisione alterius membri. Et cognito vno de contrarijs, cognoscitur & reliquum: cum contrariorum sit eadem disciplina. hoc dicit. Aret.

Sequitur de iure personarum alia[h] diuisio. Nam quædã personæ sui iuris[i] sunt, quædam alieno[k] iuri subiectæ. ¶ Rursus earum, quę alieno iuri subiectę sunt, aliæ sunt in potestate[l] parentum: aliæ in potestate dominorum. ¶ Videamus itaque de iis, quæ alieno iuri subiectæ sunt. Nam si cognouerimus, quæ illæ personæ sunt, simul[m] intelligemus, quę sui iuris sunt.

¶ Ac priùs[1] † dispiciamus de iis, quæ in potestate dominorum sunt.

Olim poterant serui à dominis impunè occidi, hodie autem non sine causa legibus permissa. h. d. Aret.

¶ In potestate itaq; dñorum sunt serui. ¶ Quæ quidem potestas, iuris gentium[n] est. ¶ Nam apud omnes peræquè gentes animaduertere[o]

a *Quam*. scilicet, legem Fusiam Caniniam: fortè à quodam, qui Caninius nominabatur inductam: ut in Publiciana dicitur: vt j. de act. §. namque si cui. in fi. nam canis seruabat naturam, qui stat in palea: qui nec sibi potest habere paleam, nec alij permittit accipere: sic nec sibi poterat tenere seruos, quia moriebatur: ut inf. de don. § j nec libertatem patiebatur eis dari. vnde meritò Caninia dicitur, vt sit conueniens nomen rei: vt j. de donatio. §. est & aliud.

b *Impedientem*. id est impedimentum afferentem.

c *Inuidiam*. No contra inuidos. sic C. de cad. tollen. in princ.

ADDITIO. Intellige istam gl. esse uerã actiuè, non passiuè, sm Por. vnde Horatius: inuidiam placare paras, virtute relicta: ut l. nec quicquam. §. si. ff. de off. procons. & lega.

d *Familiam*. id est, omnes seruos, qui familia dicuntur, ut ff. de uerbo. sign. l. pronunciatio. § j.

e *Causa*. ut fraus, uel ætas manumittentis: ut supra tit. j in prin. & §. eadem.

f *Morientib*. sed quomodo pōt aliquid eis adimi, cū nihil habeãt: nã mors oia abstulit, ut in Auth. de nup. §. deinceps, col. 4. Rñ dic, morientibus, i. * ad mortē tendētibus: quia laborabant in extremis, vel quasi, vel etiã erant sani. sed timore mortis hoc faciebant, vt ff. de don. cau. mor. l. 3. 4. 5. & 6.

g *Adimere* nota hic arg. quòd ea, quæ fiunt inter uiuos, trahuntur ad uoluntates vltimas. a sic econtra ff. de pa. l. pactum. & C. de leg. l. fin. & ff. de pig. act. l. non est mirum.

DE IIS, QVI SVI, VEL ALIENI IVRIS SVNT. ¶ Posita prima diuisione personarum, b restat videre de secunda. Textus seipsum satis continuat.

Sequitur. ¶ Totus iste titulus diuidit in quinque partes. Primo ponit duo genera personarum. Secundo, qui sunt in potestate dñorum, & quo in c fuit introductum eorum dñium. Tertio ponit nouũ statutũ, restringēs ptãtē circa mortē, & puniēs contrafacientes. Quarto aliam restrictionem potestatis, etiam circa seuitiã de occidendo. Quinto ponit verba nouæ constitutionis. Secunda ibi, In potestate. Tertia ibi, Sed hoc tempore. Quarta ibi, Sed & maior. Quinta ibi, Cuius. Et diuiditur hoc principium. Primo ponit unam diuisionem personarum bimembrem. Secundo secundum subdiuidit membrum. Tertiò dicit, se velle tractare de secundo membro subdiuisionis. Secunda ibi, Rursus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi. Ac prius. Aret.

¶ CASVS. Dicit Iustin. continuando subsequentia præcedentibus: Visa prima diuisione de iure personarum, quædam alia diuisio subsequitur talis: Quædam. n. personæ sui iuris sunt; quædã alieno iuri subiectæ sunt. Illarũ, quæ alieno iuri subiectæ sunt, quædã in potestate parentum sunt, quædam in potestate dñorum. Sed dñe, de quibus vultis, prius tractare? utrũ de ijs, quæ sui iuris sunt: an de ijs, quæ alieno iuri subiectæ sunt? Ad hoc respon. Iustin. q primo dicendum est de ijs, quæ alieno iuri subiectæ sunt. Nam si cognouerimus, quæ sint illæ personæ, quæ alieno iuri subiectæ sunt, ex re simul intelligemus, quę sui iuris sunt. Vnde videamus primo de ijs personis, quæ potestati dñorum subiectæ sunt. Et hęc dñr vsque ad illũ §. In potestate itaque.

h *Alia diuisio*. quæ est de iure ciuili, e cum in ea ius gentium distinguatur: ut ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. d superior autem quam habuimus s. de iu. pers. j. tñ. est de iure gentiũ: cũ nō sit seruitus iure naturali cognita: ut s. de lib. § j.

i *Sui iuris sunt*. hic restringitur primum membrum primæ diuisionis positæ s. de iure personarũ: ut non comprehendat quosdam liberos homines, s. filiosfamilias e Item stantim, cũ dicit, alieno iuri, &c. ampliat secundũ membrũ dictæ diuisionis, ut cõprehendat etiã quosdã liberos, s. filiosfamilias. Cũ ergo fiat additio, & detractio dictæ diuisionis iam est de iure ciuili hęc diuisio: ut ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. At superior de iure personarum fuit sm ius naturale, & gētium, ut ibi diximus, & ideo immutabile: ut s. de iure nat. gent. & ciui. § pen. Accur.

k *Quædam alieno*. q. dam neutro * iure tenentur. vt filij, quorũ patres sunt capti ab hostibus: ut j. quib. mod. ius pat. pot. sol. § si ab hostibus. nã & aliæ quædam sunt in pendenti: ut ff de vsufr. l. si l. & si quis interdum. §. j. & in Auth. de non elig. §. hoc autem, coll. j & hoc sm quosdam. Nos contra. * nã sui iuris sunt: cum enim pater sit seruus hostium, & in eorum potestate: ut s. de iu. perso. §. seru. ergo alium habere non potest in potestate: ut ff. de acquir. rer. dom. l. homo liber. §. quicquid. & ff de acq. poss. l. cum hæredes. circa med. & ff. ad leg. Iul. de adult. l. si euenit. & præterea eorum ratio, vel sententia est absurda, qui dicunt, quod hæc diuisio recipiat medium, ut C. de sent. pass. l. final. circa princip.

ADDITIO. Et de hoc dic, ut per Ang in d. §. si ab hostibus.

l *Potestate*. hoc uerbum quinque modis accipitur: ut ff. de uerb. sign. l. potestatis.

m *Simul intelligemus*. nã vt dicit Aristoteles, contrariorum eadē est disciplina, ut hic, & j. de tute. j. in. & ff co. l. j. f Et est hic arg. q per notitiam vnius immediatorũ, peruenitur ad alterius notitiã. & faciũt ad hunc § ff de procu. l. Pomponius. §. sed & is, vers. nam cum. & ff co. l. j. & ff. de præt. stipul. l. j. stipulationum istarum. j. de tute. circa princ.

¶ IN POTESTATE. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò ponit, qui sint in dominorum potestate. Secundo, unde dicta potestas descendit. Tertio duos eius effectus. Secunda ibi, Quæ quidem. Tertia ibi, Nam apud. Ang. Aret.

¶ CASVS. Domine, iam uideo, quòd uos prius intenditis tractare de dominica potestate, dicatis ergo mihi si placet, qui sunt in potestate dominorum, & unde descendit potestas, quam domini habent in seruos? Ad hoc respon. Iustin dicens. Certè in potestate dominorum sunt serui. & hæc potestas, quam habent domini in seruos, de iure gentium est: quę tali liquet ratione Nam apud omnes gentes perpendere possumus, peræque dominis in seruos uitæ, necisque potestatem fuisse, & quodcunque per seruum acquiritur, id domino acquiri censetur. Cum igitur ius gentium sit, quod peræque apud omnes gentes custoditur, manifestum est, istam potestatem, de iure gentium originem sumpsisse & hæc dicuntur usque ad illum §. sed hoc tempore, &c. Franc.

n *Iuris gentium*. id est, de iure gentium introducta: ut sup. de iure perso. § seruitus.

o *Animaduertere*. id est, in animo uertere, & cogitare: ut dixit Cato.

* Facit ad statutũ quo cauet, si qs portauerit frumētũ extra, & reperiatur in uia portãs, q nõ debet puniri: q a nõ portauit; sicut qui moritur, nondum mortuus est, secũdũ Por. Aeg. Petr. Aigui põt de cõtractib. ad vltimas voluntates.

a Hoc uerũ, si contractus, & ultima uolũtas conueniũt in rõnis idētitate. Fa. Ang. Aeg. Petr.

b Idē Pet. hic.

Diuisio. Actio Caluisiana.

c Imo est de iure gētium, sm Pet. hic.

d Quod ē uerũ quo ad patriã potestatē: secus quo ad dominicam: ut j. eo. §. in princ. qd distinguitur in §. serui. s. de iure person.

* Et malè inf. & Por. Aeg. Petr.

e Ista glo. in hoc reprobat: qa innuit eos esse suos: qd est falsum, sm Ange. & Por. hic.

1 † Dispiciamur.

* Dic, q inspecto futuro statu, sunt in pendenti: sed inspecto præsēti, sunt sui iuris. Por. Aeg. Petr.

f Quod est uerum in directo cõtrarijs: & quo ad cognitionē ut hic. secus quo ad effectum, uel iuris dispositionē: ut contraria est ratio l. inter stipulantē. §. sacrã. ff. de verborum obliga. & l. j ff solu. mat. & l. pen. C. de solut.

a Esse.

a *Esse.* impropriè ponitur pro fuisse. ut statim colligitur. & ff eo l. j. & erat eadem patris in filium, ut colligitur secundum vnam literam. ff. de lib. & posth. l. in suis. & inf. de nox. act. §. si. in prin. & glo. j. C. de pa. po. l. fi.

b *Acquiritur.* s. iustæ fm quosdam, ut ff. de acq. poss. l. quod seruus. in fi Sed certè hoc esse non potest. nam si acquiritur; ergo domino: quia sibi non, vt inf. per quas perso. no. acquir. §. item vobis. & ff de ac. hær. l. placet. quare dic, quod semper dño quæritur; et si quid p dolum, vel metú, ser uus acquirat; vt ff pro emptore. l. 2. §. Celsus. & §. Pomponius. & §. si seruus a. Sed hoc solo inspecto, an quæratur. puta, si seruus stipuletur operas a libero, vt ff. de stip ser. l. antepenul. vel si aliud factum sit in stipulatione; vt inf. de stipula. ser. § sed cum factum. nisi in casibus. quod dic vt inf. de stipul ser. § sed cum. Nec ob. d. l. quod seruus. quia non quæritur domino, vt sibi remaneant: nam tenetur reddere. Sed nunquid libertas data a domino, vel a lege (quod fit interdum, vt C de ser. qui pro præmio liber. ac. per totum, & in Auth. de mona. §. 2. col. 1.) domino quæritur? Respon. non. nam licet quæratur seruo, libero tamen nō potest dari libertas, vt inf. de act. §. sic itaque. & ff. de fideic. lib. l. generaliter. § si homini. tñ eo ipso momento, sic fit liber, vt dominum non habeat, *b* & sic hæc oppositio est de puncto. sic & alias, vt hic uadit Romam; & hic sic facit mutum, non est tamen uerum, eū iussisse uel opus fecisse: licet sit in ultimo momento perficiē dissimilis quæstio fit ff quod metus cau. l. extat.

c *Domino.* uel quasi domino, ut fructuario, & bonæ fidei possessori, quibus quæritur ex duabus causis, ut insta per quas perso. nobis acqui. § de his.

d *Acquiri.* No. his duos effectus dominicæ potestatis, & est tertius, ut non torqueatur in dominum, nisi in casibus, ut C. de quæstio. l. 1. & l. seruos. Accur.

possumus, dominis in seruo vitæ, necisque potestatē [e] † esse, [a] & quodcunq; per seruum acquiritur, [b] id domino [c] acquiri. [d 2] † ¶ Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet [e] fine causa, legibus [f] cognita, [g] in seruos suos supra modum sæuire. Nam ex constitutione [h] diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minùs puniri iubetur, quàm qui alienum seruum [i] occiderit.

Nimia dominorum asperitas in seruos coercetur. Et ex causa cogitur quis rem suam vendere, & iustè deprecantibus non est denegandus assensus. Item officialis fraudans legem punitur. h. d. Aretinus.

¶ Sed & maior [k] asperitas dominorum, eiusdem principis constitutione coercetur. ¶ Nam Antoninus consultus [l] à quibusdam præsidibus prouinciarum, de iis seruis, qui ad ædem sacram, [m]

milia Iulii Sabini propter eius sæuitiam ad statuas principum fugerunt, diligenter cognosce, & si tu cognoueris eos dem durius habitos, quàm æquum sit, & intolerabili iniuria affectos, uenundari iube: ita quòd de cætero in potestatem Iulij Sabini non reuertantur; & si idem Iulius Sabinus huic nostræ constitutioni fraudem fecerit: sciat nos hoc delictum aduersus se seuerius executuros. h. d. Fran. de Aret.

e *Licet.* idest, licitum est.

f *Legibus.* quia si seruus sciat insidias domino parari, & ipsi auxilium non tulerit i supplicium debet pæ state, quod mortē interpretamur. Sed & si accusauerit eum criminaliter (excepto crimine læsæ maiestatis) aut si dominum viderit periclitātem, & eum non adiuuerit, vel si immiscuerit se vxori suæ, vel aliis modis. Accursius.

¶ Si vxor tua post diuortium ex alio filiam procreauit, haec non est quidem priuigna tua:[r] sed Iulianus ab huiusmodi nuptiis abstinere * debere ait. Nam constat * nec sponsam filii nurum esse:[s] nec patris sponsam nouercam esse: rectius[t] tamen, & iure facturos[u] eos, qui ab huiusmodi nuptiis † abstinuerint.

Inter seruos etiam manumissos, cognatio impedit matrimonium contrahendum. Bal.

¶ Illud certum est, seruiles[x] quoque cognationes[y] im-

a *Loco sunt.*] facit ad hoc. ff. sol. mat l. quia ij. & l. rei iudicatę §.
b *Accipi debet.*] s. haec prohibitio.
c *Nurus tua est*] quae contineantur appellatione istarum, dic, ut ff. de ri. nupt. l. adoptiuus. §. nunc videamus.
d *Nupta est.*] argumentum sumitur hic, & ex prox. §. quod si quis habet generale auxilium, non debet petere speciale, ut ff. de mi. l. in causae ij. te spon & de uerb. obl. l. doli. & ff. de eden. l. quaedam sunt.
e *Alia ratione.*] non solum supradicta.
f *Non licet.*] imò efficitur infamis, vt C. ad l. Iul. de adul. l. eum, qui.
ADDITIO. Idẽ in habente duas sponsas, uel concubinas: seu uxorem, & concubinam, ut est glos. no. in §. si uero essusa. super uerbo, consistente. in Auth. quibus mod. na effi sui. licet de facto nõ obseruetur, ut hic p Ias.
¶ SOCRVM ¶ Diuiditur in quatuor partes: quia primo ponit unum dictum prohibitiuũ cum ratione. Secundò, illud modificat. Tertio modificatum declarat circa nouercam cum ratione. Quarto declarat circa socrum cũ ratione. Secunda ibi, Quod & ipsum. Tertia ibi: Alioqui. Quarta ibi, Item si.
g *Socrum*] quae sint hae personae, d. c. ut. ff. eo. tit. de ritu. nupt. l. adoptiuus. §. nunc videamus.
h *Prohibitum est.*] iure affinitatis & ad hoc refertur illud, Quod & ipsum, &c.
i *Affinitate.*] haec litera sibi contraria uidetur. nam si dissoluta est affinitas: non ergo debent nuptiae ratione affinitatis impediri. Sed dic, dissoluta, &c. i. dissoluto matrimonio, propter quod contingit affinitas: sed ipsa affinitas non est dissoluta.
ADDITIO. Concordat cum hac glo. c. fraternitatis. §. porro. & ibi gl 35. quaest. 10 quo ad matrimonium: secus quo ad alia ut 3 quaest 7. §. affinitatis Accur.
K *Nouerca.*] sic dicta quasi nocens * arcus. Vel quia noua est arca, quasi sine fructu. & facit. ff. de inoffi. testa. l. 3. in fi. & l 4.
l *Non potes.*] aliàs, non possis, s. eodem tempore, subaudi, vt supra prox. §.
m *Mariti.*] licet inter se frater, & soror prohibeantur, ut supra eo. §. inter eas tamen, &c.
n *Vel contra.*] i. econtrario.
o *Habeant.*] illi minores.
p *Ex matrimonio.*] maiorum.
q *Postea.*] s. post natiuitatem istorum. & sic aduerbium, postea determinat dictionem, contracto. Vel dic, ꝙ determinat verbum, habeant. & dic contracto, s. prius. a Nam qui ex eo matrimonio n, s. maiorum nascuntur, fratres sunt ex parte matris illi, qui natus est, uel nata prius ex foemina. Idem dicas econtra: quod erit frater, uel soror ex parte patris illi, qui fuerat ex illo patre natus: & tamen isti nullo iure sibi adinuicem iunguntur: uiro enim cognati uxoris iunguntur. & non alijs cognatis uiri. Item econtrà quia cognati uiri vxori iunguntur, non autem alijs cognatis vxoris. b Vnde reprobatur quorundam opinio, qui dixerunt, ꝙ nullus de arbore ducit alium. Nam in ea continentur cognati uiri, & uxoris, & tamen iunguntur, vt hic dicitur. Nec inter se ante matrimonium, inter duos cognatos viri, & vxoris contractũ succedat; ut C. communia de suc. l. amitae. nec postea; nisi, sicut facit vir uxori, deficiente omni parentela, excluso fisco, c ut C. unde uir, & uxor. l. j. & in auth. ibi signata. Accur.
r *Priuigna.*] quia illa est priuigna mea, quae ex mea vxore est nata, antequam esset uxor Et foeminae ille est priuignus, qui ex marito natus fuit, antequã suus esset maritus, ut supra eod. §. affinitatis. & §. socrũ. Sed haec postea fuit nata. Tamen dicit Iulianus abstinendum ratione honestatis, d ut subijcit, & ff. de ritu nup. l. si qua. §. si uxor. & l. semper. & ad hoc inducit duo argumẽta. Nam, &c. Accur.
s *Nurum esse.*] licet sit sponsa: tamen nõ est nurus, antequam eius fiat uxor, * & econtra licet sit sponsa patris: quia tamen non est uxor patris adhuc: ideo non est filij nouerca, ut hic. & ff. de ritu nuptia. l. si qua. §. j. & tamen licet nulla sit affinitas, est abstinendum, ut subjicit, rectius, &c.
t *Rectius.*] a simili concludit in casu proposito primo in hoc. §.
u *Futuros.*] s. scimus, uel constat.
¶ ILLVD CERTVM EST. ¶ CASVS. Domine, tam uidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus tam ratione cognationis, quam etiam ratione affinitatis; nunquid adhuc sunt plura impedimenta nuptiarum? Resp. Iustin. ꝙ sic. Non solum enim impediuntur nuptiae ratione cognationis inter liberas personas, sed etiam inter seruos. Nam seruiles cognationes praestant impedimentum nuptijs ueluti, si pater, & filia manumissi fuerint, & frater, & soror Nam inter istas personas obstante cognationis impedimento: licet ad libertatem peruenerint, nuptiae consistere non possunt. Sunt & aliae personae multae, quae propter diuersas causas inter se matrimonium contrahere prohibentur: quas quidem personas in latioribus libris Digestorum seu Pandectarum enumerari permisimus. h. d. vsque ad §. si aduersus. Franc.
x *Seruiles.*] i. dum durant serui.
y *Cognationes.*] id est, consanguinitates, quae sunt inter seruos, & impediunt nuptias inter eos. Item affinitates, ut hic, & ff. de ritu nup. adoptiuus. §. seruiles. Sed quomodo hoc,

* Sic verba praeteriti temporis sunt abnegatiua praesentis secũdum Perr. Aer. Perr.
* Adde Fely. in Rub. de sponsa. nu. 1. col. 3.
* Adde Alias re. 1. pra. 14 & Fely. in c. cum non ciui. i prin. de testib.
Nouerca vnde dicitur.
* Immo quasi noua domus princeps, a patre subinducta; quasi via ... ad accersendam familiam.
a Intellige, prius. s.

quam isti duo matrimonię. Ial. Ma.
b Facit ca. pe &c. qd super his. extra de cõsang. & affini.
c Istam reprobat Io. Fab. & Angel. hic, quia non reperitur iure [illegible]tum, & contrariũ ibi not. quãuis Io. de Pla. eã sequatur.
d Quęritur etiam ex sponsalibus de futuro, & de facto cõtractis: vt non possit cõtrahi cũ aliquo primi contrahentis consanguineo: vt c. vnico. de desp. imp. in 6. Ang. nuptias secundum
* Idem in sponsa alicuius: quã nullus consanguineorum sponsi potest ducere vxorem. c. sponsam, extra de spon. & matri.
* Adde Fely. in c. tertio loco. nu. 2. de praesump.
* Sic per sola sponsalia non contrahitur affinitas, sed p Ang. hic.
† In alijs exemp. se abstinuerint.

hoc, cum nulla cognatio sit inter eos, vt j de cap di quod autem? Sed illud iure succedendi, & in tutela, uel hæreditate dicitur: hoc autem in iure sanguinis: q nullo iure ciuili tolli potest, ut hic, & ff de reg. iur. l. iura sanguinis. Et per consequens etiam in prohibitione matrimonij. Sed nonne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur, quia sunt serui, ut s. eo. tit. 1. respon. & C. de incest. nup. l. cum ancillis? respon. durante seruitute, hæc sunt duo impedimenta, a & eis manumissis durat hoc unum, vt sequitur.

a Scilicet, de iure ciuili secus de iure cano. per c. 1. extra de con iu. seruo. Matrimonium 14. modis impeditur.

b Sed de iure canonico non impeditur numerus annotatus: sed potentia.

c Secus de iure canonico: ut c. pen. extra de secun. nup. secundum Do-cto. hic.

d Ille modus est superfluus, secundum las. quia potius est s. in quinto.

e Secus in constitutis in non sacris, vel minoribus ordinib. qui si incedat in habitu, & tonsura: gaudet priuilegio c. si quis sua dente. 17. q 4. in priuilegio fori. ut c. j. de cle. coniug.

f Alias est uerb. sub. §. distrahuntur.

g Secus est hodie de iure canonico, ut in c. fin. extra de ra. & alios modos, quib. impedit matrimonium, uide per Ange. & Ia.

h Hoc verum. nisi vterque, scilicet masculus, & fœmina, uel alter tantum ignorauerit, quia tunc filii

pedimento nuptijs esse: si forte pater, & filia, aut frater, & soror manumissi [a] fuerint.

Ponit generaliter quasdam alias esse personas, inter quas non potest constitui matrimonium. Angel.

¶ Sunt & aliæ personæ, quæ propter diuersas rationes nuptias contrahere prohibentur: quas in libris Digestorum, seu Pandectarum ex veteri iure collectarum enumerari [b] permisimus.

Contrahens matrimonium, de facto contra mandata legum, non efficitur vir, nel vxor, nec matrimonium appellatur, quo matrimonio dissoluto, non est locus exactioni dotis, vel donationis propter nuptias: & alias pœnas patitur. hoc dicit cum §. sequen. A et.

¶ Si aduersus ea, quæ diximus, [c] aliqui coierint, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque [d] ij, qui ex eo coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales sunt (quantum ad [e] patriam potestatem pertinet) quales sunt ii, quos mater vulgò [f] concepit. Nam nec hi [g] patrem habere intelliguntur; quum & is prorsus incertus [h] sit. vnde solent spurii appellari [*] σποράδην [i] & ἀπάτορες, quasi sine patre [k] filii. Sequitur [l] ergo, vt dissoluto tali coitu, nec dotis nec donationis exactioni [m] locus

a *Manumissi fuerint.* uel ambo, & tunc tantum est impedimentum sanguinis: uel unus tantum, & tunc duo sunt, quæ impediunt, ut modo diximus.

b *Enumerari.* possunt autem enumerari quatuordecim modi, cum ijs, quos in hoc titu. habemus. Primus est ratione seruitutis, vt j eo. j. respon. & C. de incest. nup. l. cum ancillis. Secundus est ratione ætatis, ut mares minores 14. ann. fœminæ minores 12. ut s. e. 2. respō. b Tertius ratione sanguinis, quod in tria diuiditur ascendentes, descendentes, & collaterales, ut s. e. §. ergo. & § inter eas & fratris. & §. eius. & §. duorum. Quartus ratione adoptionis, ut s. eod § ergo. & § inter eas. in fi. utriusque: Quintus ratione affinitatis præsentis, præteritæ, & futuræ, ut s. e §. affinitatis, & §. socrum & § si uxor. Sextus ratione matrimonii. Nam si habet unam, non debet habere alteram eodem tempore: alias est infamis ut s. e § so crum in fi & §. affinitatis in fi. C. a l. Iu. de adult. l. eum. Septimus per Senatusconsultum, quod uetat fieri matrimonium inter tutorem, & curatorem, & filios eorum, a l quo dam pupillam, & adultam suam, uel patris, c ut C. de interdic. ma. inter tu l. Octauus per legem Papiam, & Iuliā, scilicet inter Senatores, & eorum libertos. & libertas, uel alias uilis conditionis fœminas, ut ff de ritu nup. l. Papia & C. de nupt l. si libertam q capitulum hodie correctum est ut in Authē. ut li. de ex. § si quis autem. col. 7. Nonus est ut, inter præsidem, & sibi subiectam ratione iurisdictionis, ut C. de nupt. l. & si contra & C. & si quacunque præ po l. 1. Decimus est per constitutionem principis cum ... quis de sacro fonte leuauit, ut C. de nup. l. si quis alumnam in fi. Idem seruatur de ipsa commatre, licet nostro iure casum non reperiatur. d Vndecimus ... honestatis, ut s. e §. si uxor & ff. ... l. si qua. Est & duodecimus ratione ordinis annexis: ut cū clericis in sacris ordinibus constitutis, ut in Auth. quomodo opor. epis § neq. autem col. 1 & in Auth. de sanc. epis. §. si quis co. 9. e Est & tertiusdecimus, ut in monialibus, & ... monachis, licet non sint in sacris ordinibus constituti, ut in Auth. de mo. §. antepen. col 1. & in Authen. de nup § per occasionem. f col. 4 Est & decimus quartus in mulieres raptas, quæ proprio nubit raptori: quod prohibetur. g In Authē de rap. mulic. quæ rap. nubunt. §. 1. col 9

ADDITIO. Isti autem modi possunt comprehendi his uersibus.

Aetas, conditio, numerus, monachatus, & ordo,
Optio, nobilitas, sanguis, tutela, potestas,
Fons sacer, affinitas, raptus, repugnat honestas,
Irrita quæ faciunt connubia legibus, hæc sunt. Ang.

¶ SI ADVERSVS. ... Ista § cum §. sequenti diuiditur in sex partes. Primo ponit dictum suum annullans. Secundo infert. Tertio rationem assignat. Quarto infert alium effectum. quo ad nomen. Quinto infert alium effectum quo ad ... donationi propter nuptias. Sexto ... alias pœnas. Secunda pars ibi. Itaque. Tertia ibi, Nam nec. Quarta ibi, Vnde solent. Quinta ibi, Sequitur ergo. Sexta in § sequenti, sibi, Qui autem.

¶ CASVS. Domine, Iam uidisti ... de impedimentis ... dicatis modo in ... qualiter puniuntur illi, qui contra præcepta legū inuitas nuptias contrahunt. Ad hoc respon. Iustinian. dicens; quod si aliquid aduersus præcepta legum ... dita superius egerint, nec erit ibi ... neque vxor, neque matrimonium. neque dos ibi intelligitur ... ex illo coitu illicito potestati patris subiciemur sed quantum ad potestatem patris pertinet, tales erunt, quales sunt ij, quos mater concepit ... nulgo concepit. nam nec hi uulgo concepti patrem habere intelliguntur, quoniam pater eorum incertus sit: unde ... si ... spurii ... a Græca voce ... uel quasi ... concepti, uel ... sine patre filii. Vnde dissoluto tali illicito coitu, dos petitur ... nem ex stipulatu repeti non potest. cum enim ibi nullum intelligatur matrimonium: neque dos ibi esse potest & ... dos ibi non sit, sequitur quod repetitioni dotis locus esse non poterit. Et non solum istas pœnas patiuntur isti, qui prohibitas nuptias contrahunt, sed minuuntur alias pœnas, quæ in sacris constitutionibus continentur, eis infliguntur, & hæc dicuntur usque ad § aliquando. Fran.

c *Diximus.* ut supra co. per totum. & etiam adiecimus in proxi. §.

ADDITIO. Vide clemen. 1. de consan. & affini.

d *Itaque.* bene infertur, ut supra tit. 1. in princ.

e *Ad patriam potestatem.* propter hunc casum posuit de nuptiis post titulum de patria potestate.

f *Vulgo.* ... qui patrem ... non possunt uel ... licitum. h ut ff de sta. homi. l. uulgo

g *Nec hi.* scilicet vulgo concepti, uel dic, hi de quibus loquitur, scilicet illicite concepti.

h *Incertus sit.* ... pater est populus ... pater est sibi nullus ... omni; Cui pater est populus, non habet ille patrem ... cundum hoc ... scilicet vulgo concepti. Vel ... licet incestuosis, & tunc dic, ... nec est incertus.

i *Græca ...* σποράδην Græce dicitur, Latine uulgo, passim, & ... & ita ... L. ... ob ... tum ... nec ... exempla ... dictum ...

K *Sine patre.* ... spectato.

l *Sequitur.* bene infert ... enim ... matrimonio ... non potest, scilicet dos, & ... non est dos, ... est, vt C de do ... ante nup ... si ibi, licet ... & c

m ... scilicet ... ex stipulatu, quæ datur pro dote, ut infra ... §. fuerat. Sed nunquid ... indebiti ... sine causa, ... ob causam, quasi ob causam data ... fuerit, nec causa fuit secuta. respō. Pla. q sic, ... rans ... sciens dederit, ... ff. de condi. sine cau. l. fin ... Ia.

fit. 20. c. 5. & Castellianum Cottam in dictione Spurii.

i Et hæc vera fin la. si tale matrimonium et de facto non fuit secutū, ut per Bart in l auunculo ff de condi. sine cau al as proced topi. Io. dum modo sciuerit ius & factū; uel at factū tantum. l. qui contra. C. de incest. nup. secus si ignorauerit. l. si cum dotem. ff solu. matri.

* ... uoce ... si ... con... ... Th. ... Ang ... li ... pater ...

* Rursus ... ut ... spurii: ... Romani ... ante ... ne ... P. ... Sen ... ex ... hodie ... pater ... spuria ... Gell. ... Paul. ... de ... gente ...

Io. dat talem conditionem ignoranter, nõ scienter danti, vt C. de cond. ob cau. l. j & ff. de cond. cau. da l. j. §. fi. & l. ij. nec immerito, cum turpiter danti nulla sit repetitio, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. si ob turpem [& hæc omnia locum habent, quando non fuit secutum matrimonium.]

a *Prohibitas*. per aliquem de 14. modis. li cet Hit. has pœnas imposuit uñ eis, qui incestas nuptias faciũt, vel nefarias: non qui alias inutiles, ut in Authen. de incest. nup. §. j. col. 2.

b *Alias pœnas*. ut est amissio bonorum, & incursus infamiæ; ut C. de incest. nup. l. q contra & l. si quis incest. hodie vero & cõfiscatio bonorum, & exilium, & cinguli, si ue dignitatis depositio, & uerberatio. similiter eis imponit, vt in Auth. de incest. nup. §. sancimus. co. ij.

¶ALIQVANDO. ¶CASVS. Domine, uos dixistis mihi sup. tit. proxi. præcedenti, quod illi sunt in ptãte parentũ, qui ex iustis nuptijs procreantur: nunquid sunt alij qui, qui statim ut nati sunt, in ptãte parentum non fiunt. & dicit Imp. ꝙ sic. Cõtingit. n. ꝙ licet alicui in ptãte patris beneficio natiuitatis ab initio non fuerint: postea tñ legis authoritate ptãti patris subijciuntur, vt in tali calu: pone, ꝙ aliquis habeat tm filium naturalem: si pater iste filium naturalem seruitio principis, uel præsidis prouinciæ det, vel curiæ alicuius ciuitatis offerat: per illam oblationem filius patris ptãti subijcitur: & ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis in omnib. consequitur. Item pone, ꝙ aliquis habeat licitam concubinam, ad quã consuetudinem habeat: cuius matrimonium legib. non sit interdictum, & ex ipsa in concubinatu prolem procreauerit, si postea maritali affectione ductus illi contrahat matrimonium, & dotalia conficiat instra, fm nostræ constitutionis tenorem, non solum filij post dotalia instra procreati, sed et ante matrimonium celebratum nati tanq legitimi patris ptãti subijciuntur, & iura legitimorum in bonis pris beneficio nr̃æ constõnis obtinebunt. h. d. vsq; ad fi. Franc

sit. Qui autem prohibitas [a] nuptias contrahunt, & alias pœnas [b] patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur.

Filius naturalis tantum curiæ datus patriæ subijcitur potestati. Item ex legitima concubina genitus, si ipsa postea nubat patri dictorum filiorum, & exinde fiant dotalia instrumenta, in patris sui potestatem rediguntur.

¶Aliquando autem euenit, vt liberi, qui statim vt nati sunt, in potestate parentum [c] non sunt, posteà redigantur in potestatem patris; qualis est is, qui dum naturalis [d] fuerat, posteà curiæ [e] datus, potestati patris subijcitur. Nec non [f] is, qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legib. interdi-ctum [g] fuerat, sed ad quam pater consuetudinem habuerat: postea ex nostra constitutione, [h] dotalibus instrumentis [i] compositis, in potestate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, similiter nostra constitutio [k] præbuit.

c *Parentum non sunt*. hoc mirabile per duo probat exẽpla.

d *Naturalis*. s. tantum.

e *Curiæ*. cum enim uult aliquis naturalem filium tantum, qui in potestate patris non est, (ut hic, & sup. ti. j. in prin.) facere in potestate, detur in seruitium Imperatoris, vel præsidis prouinciæ. Nam in potestate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij a ut hic & in Authen. quib. mod. natu. effi. sui. §. si quis igitur col. 6. Acc.

f *Nec non is*. nunc ponitur aliud exemplum.

g *Interdictum*. nam aliam uxorem non habuit tempore concubinatus: aliàs contra, ut C. de concu. l. j

ADDITIO. Et tunc, quid si cum ea per dispensationem matrimonium contraxerit, uide Christoph. & Ia. hic.

h *Constitutione*. ut C. de natu. libe. l. cum quis.

i *Instrumentis*. sed nunquid sine instrumentis est matrimonium tale dicunt quidam non, ut Pla. & Azo: quando decorati maximis dignitatib. faciunt matrimonium, ut in Authen. vt li. mat. & au. §. quia uero legem dudum. col. 8. melius aũt, quib. modis nat. effi. legi § illud quoque. uer. hæc ergo casta. col. 6. Sed dic. ꝙ matrimonium nudo consensu perficitur sine scriptura, ut in Auth. de nup §. nuptias. col. 5. & ff. de regulis iur. l. nuptias. Sed filij primò geniti non sunt legitimi, si dotalia instrumẽta nõ sunt facta, b vt hic. & facit ad hoc C. de nat. lib. l. cum quis. & l. nuper. & l. fi. & in Auth. de hære quæ ab incest. defe. §. j. col. 9. & in Aut. de filijs ante do. inst. na. circa me. col. 3. & in Authen. de ince. nup. §. fi. col. 2 & de trien. & se. §. fi.

a Quod Ang. tutel ligit verũ ficte, non verè, ꝙ nota pro statutis; ut ẽ tex. in l 3. C. de nat. li. & quare succedant uide hic per eum.

b Dic, ꝙ hodie de iure canonico, etiã in terris Imperij sine dictis instrumentis tenet mrimoniũ: & filij efficiũtur legitimi, vt h? I c. tãta, qui fi. sint leg. fm Ang. & Ia. hic.

k *Constitutio*. vt C. de nat. li. l. nuper. sed si non fecerit eam sibi uxorem, adhuc tamen huiusmodi naturales sunt alendi à patre. Itẽ succedunt ex testamento in totũ, si pater vult, legitimis non existẽtibus, uel parentib. iã defunctis: aliàs liberi in unam unciam tm permittunt naturales succedere superiores quando ipsi tm super sunt, non im pediunt eos, nisi in sua legitima, quæ superioribus debetur: ab intestato verò duas habent vncias paternæ substantiæ, cum matre eorũ viriliter diuidendas, quando nõ sunt ascẽdentes, nec descendẽtes. Alunt & ipsi patrem, & hoc inlicitè natis: sed non si illicitè nati sunt, immo ab omni beneficio sunt exclusi, ut in Authẽ. quib. mo. na effi. sui. § discretis. usque in fi. consti col. 6. c

Filij naturales tãtũ an succedant.

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLVS XI.

Liberi adoptiui sunt in potestate nostra, sicut naturales. Aret.

Non solùm autem naturales [l] liberi, secundum ea, quæ diximus, in potestate nostra sunt; verum etiam ii, quos adoptamus. [m]

¶DE ADOPTIONIBUS.

¶Quia suprà dixit de nuptijs, ex quib. acquiruntur filij legitimi, & naturales: ideo nunc de adoptio ex quib. acquiruntur filij legitimi tantũ. Vel sic; sup. qualiter filij nostri sunt in nr̃a ptãte, dixit: nunc autem qualiter alieni efficiantur ptãtis nostræ. Aug. Aret.

c Dic, ꝙ ẽ iure can. debentur eis alimẽta de hoc ẽ tex. sing. in c. cũ haberet extra de eo, qui cog. consan.

Non solum. ¶Iste titulus diuiditur in nouem partes principaliter. Primò ponit, quod adoptiui sunt in ptãte adoptantis. Secundò, qualiter fiat adoptio, & arrogatio. Tertiò primum dictum limitat, & declarat. Quartò de impubere, qui se ad arrogandũ dedit. Quintò, ꝙ adoptans debet saltem adoptatum præcedere 18 ann. Sexto, qñ aliquis, ut nepos, uel pnepos adoptatur. Septimò in quib. adoptatus æquiparat naturali. Octauo, in quib. conueniunt; & in quib. non adoptio, & arrogatio. Nonò ꝙ serui adoptati à dñis, sunt liberi. Secũda ibi, Adoptio. Tertia ibi, sed hodie. Quarta ibi, cũ aũt. Quinta ibi, Minorẽ. Sexta ibi, Licet aũt Septima ibi, In plurimis Octaua ibi. Illud. Nona ibi, apud Catonẽ. An Ar.

¶CASVS. Accessi ad dominum Iusti & ita proposui coram eo: Domine, uos vultis tractare de adoptionibus. pro Deo; quę ratio mouit uos ad tractandum hic de adoptionib. Ad hoc resp. Iust. dicens: Amice, sup. tractauimus de ijs, qui sunt in patria ptãte: & quia non solum naturales liberi, & legitimi, de quib. supra diximus, sunt in ptãte parentum; sed & adoptiui: idcirco de adoptiuis hic tractare intendimus. Et hæc usque ad § adoptio autem.

l *Naturales*. subaudi d & legitimi. quare distingue, quia filiorum alij sunt naturales, & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati, ut hic: & sup. de pa. pot. in prin. Alij naturales tantum, vt nati ex concubina. vt sup. tit. j § li. Alij legitimi tantum, ut adoptiui, de quibus hic tit. loquitur. Alij nec naturales, nec legitimi iuris præsumptione, ut incestuosi, vel aliàs illicitè nati, ut in Auth. quibus modis nat. effi. sui. §. fi. col. 6 Alij sunt, qui prius non fuerunt legitimi, sed nunc sunt, idest, efficiuntur duobus modis, ut Auth. quib. modis na effi. sui. §. 1. & sup. ti t. iu fi.

m *Adoptamus*. scilicet, in ptãte nr̃a sunt, & hoc iure veteri, vt hic, & ff. eo l. j. sed hodie distinguit, ut j. eo. §. sed hodie.

ADDITIO. Diuiditur iste §. in tres partes. Primo ponit in genere dictum bimembre. Secundò exemplificat. & ponit exẽplum primi membri. Tertiò exemplum secundi membri. Secunda ibi, Imperatoris. Tertia ibi, Imperio.

d Tu dic, ꝙ iste tex. posset stare sine subauditione, si referret ad §. fi. ti: pcedẽ. tamen aduerte, qa ibi non loquitur de naturalib. tm: quia ibi naturales tm nõ sunt in potestate vt ibi dr: sed qñ sint legitimati. Ias.

* auctoritate D. ut & inf. & recte.

1 † In aliq iura ptatis patern,sicut in §.sed & si pater in fra ti. pro xi.

a Istā diffinitionē sequitur Io. de Pla. hic.

b Et sic est delegābilis,quia cō peut iure magistratus.l.1 ff. de off. eius,cui mā da. est iur. nec plenā cāæ cognitionem requirit: vt p Bart. in l. nec quicquā. §.vbi decretum. ff. de offi procon. & lega. a.

c Sed de iure canonico fieret authoritate apostolica: cum mortuo Imperatore, succedat ecclesia in administratione. c.licet, extra de foro cō pe secūdū An & Ia. hic.

d No.ergo q in matrimonio contrahēdo, spōsus debet pri' īterrogari q̄ sponsa.

e Etiam cōcurrentib' legitimis, & naturalib.q.uis inter se nil habe aut parentelæ q no. s̄m Ang. & iō non transit in ptāte:quia per emāci pationem priuatur hęreditate utriusque, s̄m cōem

¶CASVS. Domine,iam uideo,quæ ratio mouet vos ad tractandum de adoptio.dicat s ergo mihi si placet,quot modis fit adoptio. Resp. Iustinianus quòd adoptio fit duobus modis, scilicet, rescripto principis;aut Imperio alicuius magistratus. Sed domine,ponatis mihi exemplum,quando fit adoptio rescripto principis, & in quo casu fit Imperio magistratus alicuius. Ad hoc resp. Iusti. q quando aliquis adoptat eum, qui sui iuris est: tunc necesse est fieri adoptionem authoritate siue rescripto principis: & hæc species adoptionis,quando, scilicet, ille,qui sui iuris est,alienæ potestati subijcitur: est primo, & speciali noīe atrogatio. Imperio autem magistratus adoptantur illi, qui sunt in potestate parentum, siue obtineāt primum gradum liberorum, qualis est filij, & filia:siue inferiorem gradum ob i neātur nepos neptis & deinceps pnepos, & proneptis. Et hæc usq; ad §.sed hodie.

a *Adoptio* est autem adoptio s̄m Plac. & Io. legalis actio ad solatium eorum,qui liberos non habent:pe nè i.ferè naturā imitans. Sed certè & ab ijs, qui liberos hēnt, fit adoptio:vt ff.eo.l. nec ei.§ præterea. & inf. eo §.licet.quare potest sic simpliciter definiri:Adoptio. a est legitimus actus,p quem fit quis filius, qui non est, penè naturam imitās. & hęc est veritas,vt ff.eo.l.j. & inf. e.§.minorem.

Auctoritate principis arrogantur qui sui iuris sunt; sed magistratus imperio, qui sunt sub potestate alterius. Aret.

¶ Adoptio [a] autem duobus modis fit:aut principali * rescripto, [b] aut imperio magistratus. [c] Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos,easve,qui, quęve sui iuris sunt:quæ species adoptionis dicitur arrogatio. [d] Imperio magistratus adoptamus eos,easve,qui quæve in potestate parentum sunt: siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorem, [e] qualis est nepos,neptis, pronepos,proneptis.

Et filiusfamilias in adoptionem extraneo non transit hodie in eius potestatem: secus si detur auo, vel alteri ascendenti.h.d. Aret.

¶ Sed hodie ex nostra constitutione, [f] cum filiusfamilias à patre naturali [g] extraneæ personæ in adoptionem datur, [i] † iura patris naturali minimè dissoluuntur:nec

b *Rescripto*.hoc est,uel ante ipsum principem,vel ante aliū magistratum,delegatione facta per rescriptum a principe: vt C.eo l.2.in fi & l.arrogationes. *b* Sed quid si Imperator non est. respon. non potest fieri. *c* licet imperium semper sit:vt in Auth quomodo opor.epis.§ fi.col.1.

c *Magistratus* f.cuiuscunque ordinarij,etiam defensoris ciuitatis,qui minimus est,ut in Auth.de defen.ciui. §. nulla. col.3.Nec mirum,cum sit de uoluntaria iurisdictione,vt ff. de offi.procon.& lega.l.2.

d *Arrogatio*.quia adoptator interrogatur,an uelit eū, quē adoptat,sibi iustum filium esse,& adoptatus an id fieri patiatur:ut ff.eo.l.2.*d* Vnde versus: Arrogo qui suus est, sed habet meus esse necesse.Patris adopto suum:sed patris per manet idem. Accur.

e *Inferiorem*.id est,sequem.

¶SED HODIE. ¶Diuiditur in duas partes. Primò ponit quādo pater dat filiū in adoptionem extraneo. Secūdo,qn dat auo materno,uel paterno. Secunda ibi, Si uerò pater.

¶CASVS. Dñe, uos dixistis mihi. s̄. q illi, qui adoptantur, sunt in p āte patris adoptiui : nunquid hoc indistinctè est verum. Ad hoc resp. Imperator dicens: Amice,certè s̄m iura antiqua,oēs adoptiui indistinctè transibant in ptātē pa tris adoptantis.hodie aūt s̄m iura non secus. Nā hodie sta tutum est in nr̄a constōne,cum filius naturalis,a patre suo naturali,alicui ex̄neæ personæ in adoptionem dat:si pr̄ naturalis filium suum naturalem dederit in adoptionem auo filij sui materno vel ēt proauo materno: uel si ipse pater naturalis à patre suo emācipatus fuerit,& filiū auo,vel pauo paterno in adoptionē dederit:in hoc casu,qa ille filius daī in adoptionē alicui de ascendentib. in linea directa: quia in unā personam concurrunt naturalia,& adoptionis iura, manet stabile ius patris adoptiui,utpote naturalis cognatione vinculo copulatū, & legitimo adoptionis mō annexū:& iō in familiā, & ptā tē hmōi patri adoptiui amodo efficiet. & hęc vsq; ad illū. §.cū aut impubes. Franc.

quicquam ad patrem adoptiuum transit, nec in potestate eius est:licet ab intestato iura successionis ei a nobis tributa [h] sint. ¶ Si verò pater naturalis [i] non extraneo, sed auo filij sui materno: [k] vel, si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, [l] [2] † etiam auo, vel proauo simili modo [m] paterno, vel materno, filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt [n] in vnā personam & naturalia, & adoptionis iura, [o] manet stabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum:vt & in familia, & in potestate, huiusmodi patris adoptiui sit.

Impuberes sui iuris non possunt nisi per rescriptum principis, & cum causæ cognitione arrogari : & debet arrogator cauere de bonis arrogati restituendis si intra pubertatem decesserit; & etiam quartam partem suorum bonorum tenetur ei relinquere.h.d. Are.

f *Constitutione*.ut C. de adop. l.cum in adoptiuis.

g *Naturali*. & legitimo.

h *Tributa*. i.in prædicta constōne: & & facit ad hunc §.inf.de hære. q̄ ab inte.defe. §. sed ea oīa inueni mus.& s̄.de exhære. li.§ circa adoptiuos. & s̄. de inof.test.§.2.

i *Pater naturalis*. & legitimus.

k *Materno*.in cuius ptāte prius non erat, sed mō efficiī, ut subijcitur:vt sup.de pa. po.in fi Acc.

l *Emancipatus* .aliàs cum esset i ptāte aui, quō adoptaret eum, quem hēt? Certè nō pōt plus esse quā filius.uel nepos:vt hic, & ff.eo.l.si pater.§.q duos. & intellige emancipationis tpe filium non esse conceptum,qui nunc da tur in adoptionem. aliàs in ptāte aui remāsisset:vt s̄.t.i.§.fi.

m *Simili modo*.i. simi lem facias distinctionem. nam materno proauo indistinctè, paterno uero secundum quod modo distinxit in auo.datur in adoptionem.

n *Concurrant*. Sed si ego adoptē filium fratris mei, nūq d ptāte meæ subijcitur.Respō.s̄m Io.quod non: & quod hic dr̄ naturalia, expone,i natiualia : quia ab eo auo contrahit natiuitatem,& originem,quod non est in filio fratris mei.

o *Iura*.vnde pferendus est ei, in quem unum ius tm̄ concurrit.& sic duę tōnes,uel plures p̄ualent uniaut in Aut.de cōsan.& uter stā.§.quia igitur.uers.vult aūt.in gl.meliores. col.6.& C.de edi.di. Adr.tol.l.fi.nisi una sit melior dua.vt colligitur.ff.de inoff.te.l.nam & si.& ff.vnde li.l.scripto.A.

¶CVM AVTEM. ¶Diuiditur in quinque partes. Primo,q arrogatio fiat cā cognita.Secundo,q sit iusta cā.Tertiò ponit modum sub quo fiat.Quartò,q non pōt arrogator ipsū emancipare sine cā. Quinto,q quartam partem bonorum suorum eidem siue in ultima uoluntate, siue inter uiuos relinquat.Secunda ibi.Et exquiritur.Tertia ibi,& cum. Quarta ibi,item non aliter.Quinta ibi,sed & si.Ate.

¶CASVS. Domine,uos dixistis mihi,quòd illi, qui sui iuris sunt,authoritate principis arrogantur.Pone igitur,q sit aliquis impubes sui iuris, qui habeat opulentam hæreditatē, nunquid poterit quilibet indistinctè, authoritate principis ipsum arrogare,& in ptātem suam redigere? Ad hoc respō. Imp.q non. Cum.n.aliquis impubes arrogatur,in hoc casu arrogatio non indistinctè.i.non inconsultè permittitur, sed quæritur cā arrogationis,an sit honesta,& an ipsi impuberi expediat.Item arrogatio fit cum quibusdam condōni bus. videlicet, ut pater arrogator cautionē cum fideiussionibus

opin. l. cū uis. C. eo. sed cū hodie nemo emācipet inuitus. gñaliter in Auth. quibus mod. nat. effic. sui vī ute §. esse cor rectus. de quo uide las hic.

2 † In alijs, etiam aut paterno,vel proauo, & cet. ita. n. habetur in C. & apud Theoph.

f Not. ex hac glo. q ad hoc ut filius existens in potestate pris p adoptio nē nāscat in ptātem alterius, necesse, q detur in adoptionē affini. qui sit de ascē dentib pa ta.auo paterno, uel materno, quia nepos ab auo trahit origine;& sic exponit naturalia. i. natiualia: alias si detur affini collaterali puta, fratri pris. non transit similē gl. habes C. eo. l. pe.§. si vero pater &c.tñ contra istā gl.est tex. s̄. in plurimis.i prin. in uerbo, non extraneum. inf. cod.las.

nib. promittat:ut si ipse pupillus arrogatus ante pubertatē decesserit, restituat oia bona sua integrè illis, qui si adoptio non esset facta, ad eius successionem fuissent venturi. Item si alias potest iste pater arrogator istum impuberē authoritate princ. arrogatum emancipare, nisi prius cā cognita dignus inuentus fuerit emancipatione: & tūc necesse habet, ei dem oia bona sua restituere. Item, si iste pater arrogator istū filium impuberem in iudō suo exhæredauerit, uel inter ipsos viuos ipsum sine causa emancipauerit, iubeī quartā partē patrimonij sui eidem arrogato relinquere, præter bona, quæ ad patrem arrogatorē trāstulit. & præter ea bona, quorum usumfr. post arrogationē patri arrogatori acquisiuit. h. d. vs. ij. ad §. minorem natu. Fran.

1 † *Hæc verba, hic est tabulario, non habet Dus. habet tamē Theop.*

¶ Cùm aūt impubes p principale rescriptum [a] arrogaī, cā cognita, [b] arrogatio [c] fieri permittiī: & exquiritur cā arrogationis, an honesta [d] sit, & expediat pupillo. Et cum quibusdā conditionib. arrogatio fit: i. vt caueat [e] arrogator personæ publicæ, [f1] † hoc est, tabulario, si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi [g] essent.

Arrogatus non, nisi cā cognita, emancipandus est, cui ꝓpria bona restituenda sunt, bonorumque suorum quartam partem iubetur arrogator illi relinquere.

¶ [2] † Itē non aliter emancipare eum potest arrogator, nisi cā [h] cognita, dignus emancipatione fuerit. & tunc sua bona ei reddat. ¶ Sed & si decedens pater eum exhæredauerit, [i] vel viuus sine iusta causa emancipauerit, iubeī [k] quartā [l] partē bonorū suorū ei relinquere, videlicet preter bona, quę ad patrem adoptiuū transtulit, & quorum cōmodum [m] ei posteà acquisiuit.

Adoptans debet præcedere adoptatum in tempore saltem octodecim annis. Aret.

¶ Minorem natu [n] maiorem non posse adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur: [o] & pro [p] monstro est, ut maior [q] sit filius, quàm

a *Rescriptum.* vt quia sui iuris erat: ut sup. eo. in prin.

b *Cognita.* Quæ aūt in cāx cognitione veniunt, per ordinē scripta sunt, ff eo. l. si pater. §. in arrogationibus. & l. seq vsq; ad §. si & quædā ēt hic dāt in persona impuberis, q̄ & ibi dār. ADDITIO. De quib uide Ang. hic qui dicit, ꝙ si fuerint quæsitæ uel per delegatū a principe, ut l. 2. C. eod. uel etiam per ordinatorem ipsius impuberis, quamuis non bene pronunciauerit, actus tamen tenebit: vt not. glo. in l. cū hi. §. si prætor, ff. de transact. Ang. Aret.

c *Arrogatio* ui quia sui iuris est: vt sup eo. in prin.

d *An honesta.* idest, non eo proposito, ut eius res deuoret: ut ff eo. l. nec ei. §. eorum.

e *Ut caueat.* idest, ut cautionem promittat, sine fideiussore tamen: vt C. de uerb. sign. l. sancimus. Accur.

f *Persona publica* hoc est, tabellioni; * qui seruus publicus dicitur: vt C. eo. l. ij. aliàs enim seruus purus tabellio esse non potest: vt C. de tabel. l. generali. lib. 10. Sed certè ideo sic dicitur, quia publice seruit.

* *errat Accur. ut Forc. dial. 98. tabell. enim non est seruus publicus.*

Notandum nō pōt esse seruus.

Satisdatio arrogatoris, quib. prodest.

g *Venturi.* vel iure successionis ex testamento, vel ab intestato: uel dic ti. uniuersali, vel singulari, vt legatarius: oībus enim consulitur hac cautione, pupillo decedente in pupillari ætate. aliàs si postea pupillaris substitutio euanescit, vt hic. & ff. eo. ti. nou aliter & l. his uerbis. & inf. de pup. subst. §. 1. Sed nonne sine hac cautione facta admittuntur supra dictæ personæ ex testamento. Resp. non. cum testamentū sit ruptum mi ca di. arrogatione inf. quib. mod. test. infir. §. non tū. *a* Item, nunquid legitimi sine hac cautione admitterentur? Respon. non: quia potest arrogator omnia iure peculij occupare: ut ff. de castren. pec. l. 2. *b* Hæc tñ cautio omissa, pro facta habetur: ut ff. eod. l. his uer. in fi. vt & aliàs, C. de rei uxo. act. l. unica. §. 1. Sed quare legitimi non stipulantur, etiam vltra pupillarem ætatem; cum & posteà erant admittendi ad successionem, si adoptio facta non esset. Resp illud est fortuna, & aduentitium erat: unde non fuit considerandum, ut ff. qui. & a qui. l. Iulianus. potuisset enim post pubertatem testamentum fecisse, ut sup. quibus ex causis §. cùm ergo.

a Et iō ex alijs substitutionib: quia non filij, sed patris testam censetur: qd non fit per arrogationē filij, peteret ab arrogatore, tanquam debitū arrogati, secundū doct. hic.*

b Secus tū si præmoreretur arrogator ex quo etiam tabulæ pupillares cō

h *Nisi causa.* veluti, si ita hæres instituitur iste adoptatus, si emancipatus fuerit: & tunc quartam perdit, *c* quam tunc deberet habere de bonis arrogantis, ut inf prox. respon. & ff. si quid in frau. pa. l. fi. ſm quosdam. Vel dic, quòd tunc non perdit quartam, ut inf. proxi. respon. probatur: ꝙ cum isto continuatur. *d* & qd in dicta lege cōtinetur, intelligitur quando erat iusta ca. contra filium, ut quia prouocabat patrem ad iram, & in tātum, ut ēt exhæredari potuerit, & beneficium collatum. uel conferendum reuocari: ut C de re uo. do. l. fi. & in Aut. ut lib. de cætero. §. illud. uersi. quinetiā. col. 6 & secundum hoc intellige proxi. resp. quòd sequitur.

c Ista est uera secūdum Io. de Pla. & eā tenet glo. & Sali. in l. 2. C. eo.

d Et hæc ē uera ſm Doct. hic, qui dicūt, hāc quartam deberre dari ultima uolūtate ꝓpter verbum, relinquere, hic positū: secus in alijs bonis ꝓpter verbum, tunc Ias.

2 † aliàs.

i *Exhæredauerit.* vel præterierit, ut ff. eo. l. si arrogator. Ac.

K *Iubetur.* no. non cauet sic se relicturum. tunc enim non ualeret, ut C. de inuti. stip. l. ex eo & C. de inoffic. testa. l. si quando. §. j. sed ei iubetur per legem, ut sic faciat.

l *Quartam partem.* quid ergo si alios filios, sex, uel plures habeat: nunquid hic plus, quàm alij hēt? Respon. sic ſm Bul. quasi debeat imputari, ei quare arrogarit. Vel dic (vt puto) quartam suæ partis per conditionem ex l. diui Pij petit: ut hic, & ff. e. l. si arrogator. & ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. si quis impubes. & hoc ad instar naturalium, & legitimorum, vt ff. de inof test. l. Papinia. §. qm̄. & C. ā. inof. test. l. cum quæritur. & l. parentib. Absurdum est enim, hunc legitimum plus iuris habere, quàm naturalem, & legitimum, ut sup. eo. § sed hodie. in fi. Accursius. ADDITIO Et hanc approbant cōiter Doctores. & an sit hodie aucta hæc quarta per aut. nouissima. C. de inoff. test. vide gl. in §. hoc obseruandum, in Auth. de trien. & semis. ualesceret: ut hic per Ang.

m *Commodum.* repete, & pręter ea bona s. aduentitia, quorum commodum filius arrogatus post arrogationē acquisiuit patri, s. vsumfructum. nā & hæc acquisita restituit: nō dico usumfructum ipsum, quem debet lucrari pater, ut C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. si quis itaq; ad instar mariti in reb. dotalib. ut ff. fam il. ercisc. l. si filia §. 1. & sic hoc uerbum, præter, non excludit, ut hic, & ff. de pig. actio. l. j. in fi. & ff de procu. l. sed & hæ. § pe. & facit. ff. de vulg. sub. l. sed si plures. §. in arrogatos.

¶MINOREM NATV ¶CASVS. Domine, ego sum quidā iuuenis, & habeo amplum, & magnum patrimoniū meū, & habeo quendā uicinum valde discretum. & prouidum virum iam bene sexagenarium, cuius consilium in multis extitit mihi fructuosum: possum ne ipsum arrogare, vel adoptare in filium. nūquid licet mihi hoc facere? Respō. Imp. ꝙ non: quia certè minor natu maiorem adoptare, vel arrogare non poterit: & hoc tali rōne: quia adoptio imitaī naturam: sed contra naturam, & pro mōstro esset, quòd filius esset maior tpe quam pater. unde dico tibi, ꝙ ille, qui per arrogationem sibi filium facere vult, debet plena pubertate, i. 18 ann. filium arrogatum, uel adoptatum excedere. Item non solum pōt quis adoptare, uel arrogare aliquem in filium, sed ēt in locū nepotis, uel neptis, pronepotis, vel proneptis, pōt quis adoptare, quamuis etiam filiū non habeat, & iam filium alienum pōt quis adoptare in locum nepotis, quàm etiam alienum nepotem in locum filij. sed si aliquis in locum nepotis aliquem adoptet, quasi ex filio adoptiuo, aut ex filio naturali, quem habet in ptāte, in eo casu filius patri adoptanti debet consentire, ne ipse nepos ipso initio adoptatus, suus hæres agnascatur. Si. n. filius adoptioni a patre factæ consentiat: sic mortuo auo, iste nepos adoptatus in ptāte patris, & suus hæres efficietur sed licet in hoc casu cōsensus filij requiratur: secus tamen est in casu econuerso. Nam si auus nepotem, ex filio natum, alij in adoptionem dederit: non est necesse, consensum filij interuenire. hoc dicit usque ad §. plurimis. Fran.

n *Natu.* idest natiuitate si. ff. de mino. l. 1. § 1.

o *Imitatur.* plerunque: quandoque tamen non: ut in f. eo. §. sed & illud, & §. in plurimis.

p *Pro monstro est* idest, non secundum naturam: sed contra naturam, ut & aliàs. ff. de statu ho. l. non sunt liberi.

q *Maior.* scilicet, tempore, non persona.

* Aetates sũt septẽ: infanti durat ad 7. annũ: pupillaris ętas ad 14. in mare, pueritia seu pubertas ad 18. adolescentia, seu plena pubertas ad 25. iuuentus, seu uirilis ętas ad 50 & q̃nque 60. senect⁹ ad 80. decrepitas ad 100. annũ Aegid. Petr.

1 † Du.decẽ & octo an.

a Sed hæc gl. aut malè, aut improbè loquitur, secundũ Chris. quia nullũ tps plenã pubertatẽ cõsti tuit, nisi 18. anno. Ang.

a *Octodecim annis.* * i. tot annos debet habere plus adoptans, quàm adoptatus, qui faciunt vnam plenam pubertatem tanti temporis. Sed nunquid qui plures adoptat, debet pluribus uicibus præcedere in tanto tempore? Respon. non, ut puto: cum secundum naturam etiam in uno anno, ex diuersis fœminis, uel etiam una possit habere filios plures: & in hoc adoptio imitatur naturã, ut hic. Et not pluribus modis dici plenam pubertatem. nam interdum 14 an. ut infra. quib. mo. tu. fi § 1. & sup. ti. 1. 1. respon. alias 15. anno. ut in auth. de temp. nõ so. pe super dote. § generaliter. col. 7 aliàs 17. an. ut sup. qui manu. nõ pos. §. fin. & ff de postu. l. 1. §. pueritiam. interdum 18. ann. ut hic, & ff. de ali. & ci. le. l. Mela. Acc.

b *Non habeat.* uel licet uxorem non habeat: quo casu tamen est contra naturam: ut ff. eo. l. & qui uxores. Ac.

c *In locum filij.* Item nepotẽ ex uno, quasi ex altero natum, ut ff. eo. l si pater. §. qui duos. non autem loco fratris, ut C. de hære. inst. l. nec apud.

d *Consentire debet.* qđ non est in alijs cognatis, qui possent sperare successionẽ, ut ff. eo l. cũ adoptio. Et si quidẽ filius consentiat, bene est, & recidet nepos adoptiuus in ptãtem suam, scilicet filij, mortuo patre: ut ff. e. l. si quis nepotem. Si aũt non consentiat filius, tũc agnoscit, i. appropinquat, seu agnatus fit ei, i. auo hic nepos, & suus efficitur hæres, ẽt filio inuito: nec recidit in ptãtem eius. siue dicat eum succedere, ut filiũ, licet nõ sit filius: siue ut nepotem, quasi ex altero filio præmortuo natum: quo casu ęqualiter cum patruo admittatur: ut j. de hære. quæ ab intest. §. cum aũt. Alij dicunt hoc totum ei inuito, i. filio inuito: & agnascatur, i. iuxta eum quasi nascatur, quo ad successionẽ: qđ satis in idem redit. Alij hoc totũ ei inuito, i. auo inuito, qui uoluntate filij proposuerat adoptare: non autẽ contra suum propositum facit: & sic dr̃ inuitus rõne propositi primi. Et ſm illos hic nepos, inuito auo, & filio adoptiuo non succedit una cum filio, sed demũ eo mortuo. prima uerior est: Sed quare hic filius impediret matrimonium sui filij, ẽt auo uolente: & non impedit hunc ciuilem actum, ut ff de ritu nup. l. oratione. § 2. Rñ quia matrimonium est uinculum magis indiuiduum, vt sup. de pat. pot. 1. respon.

ADDITIO. Et sic ista gl. intelligit hunc text. tripliciter ibi, ei inuito. Primo diuisim ut exponat: ei, s auo, inuito, l. filio. Scdo & tertio coniunctim, ut illa uerba in totũ referant uel ad filiũ, vel auũ, contra quẽ facit d. l. si quis nepotẽ. Ias.

e *Consentire.* sed vr̃, ꝙ sic: nam læditur filius in duob. & in hæreditate siue in bonis, quæ ad filium suum proponebat ex uoto transmittere, ut ff unde lib. l scripto hærede. quod non facit, ut inf. de hære. quæ ab intest. dese. §. at hi. & quia in ptãtem illius transit; quare in patris sui naturalis ptãtẽ non recidit iure isto ueteri, ut sup. e. 1 rñ. Ad primũ rñ. quia alio modo põt cuitare, instituendo eum. Ad ſm dico, ꝙ nõ potest ęstimari patria ptãs, ut ff de le 3. l. si l usf §. secũdũ vulgarẽ. b Sed hodi utrunque timor cessat: nã & succedet. & in suã ptãtem recidet, ut C. de adop l. cũ in adoptiuis. §. scimus. & s. eo. §. sed hodie.

Patria potestas est inæstimabilis.

b Sed facit contra gl. ſm Iaco. quia sic de inæstimabili agitur p̃iudicio, vr̃, necessarius eius cõsensus.

pater. Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem, uel arrogationem facit, plena pubertate, idest, 1 † octodecim annis a præcedere.

Carens filio potest alium adoptare in locum nepotis, vel pronepotis. hoc dicit. Aret.

¶ Licet autem & in locum nepotis, uel neptis, pronepotis, uel proneptis, uel deinceps adoptare, quamuis filium quis non habeat. b

¶ Potest quis filium alienum in nepotem suum. & nepotem alienum in filium suum adoptare.

¶ Et tam filium alienũ quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotem in locum c filij.

Quando quis adoptat aliquem, vt nepotem ex filio suo legitimo, & naturali, vel legitimo tantum, debet interuenire consensus filij: sed non econtrà quando auus dat in adoptionem nepotem suum ex filio. h. d. Are.

¶ Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio, quem habet iam adoptatum, uel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet, eo casu & filius consentire d debet: ne ei inuito suus hæres agnascatur. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire. e

Quando adoptatus transit in potestatem adoptantis, potest dari alteri in adoptionẽ. h. d. Aret.

¶ In plurimis f autẽ causis assimilatur is, qui adoptatus, vel arrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est. & ideo si quis per Imperatorem, siue apud prætorem, vel præsidem prouinciæ non extraneum g adoptauerit, potest eundem in adoptionem alij dare.

Spadones possunt adoptare: sed castrati non. Aret.

¶ Sed & illud vtriusq; h adoptionis cõe est, ꝙ & ij, qui generare non possunt, i quales sunt spadones, k adoptare possunt: 2 † castrati autem non possunt.

Fœmina non potest adoptare, nisi eidem propter amissos liberos ex principis indulgentia concedatur. Are.

Annot. *Filios in potestate feminæ non habent; quo fit, vt minimè fruantur patriæ potestatis viribus.*

¶ Fœminæ quoq; adoptare non pñt, l quia nec naturales liberos in sua ptãte habẽt, m

¶ IN PLVRIMIS. ¶ CASVS. Dicit Iustinia quod in plurimis ille, q adoptatus, uel arrogatus est, assimilatur ei, qui ex legitimo matrimonio procreatus est. vñ si quis eũ, q sui iuris est, authoritate principis arrogauerit, uel eum, qui in parentis ptãte est, nõ extraneum, apud prætorem uel pręsidẽ adoptauerit, poterit eundem, ac si esset filius suus naturalis, & legitimus, alij in adoptionem dare. Et nõ solum p̃dicta in utraque specie adoptionis cõia sunt, sed ẽt illud utriusque speciei adoptionis cõe est, ꝙ illi, qui generare non possunt, nihilominus adoptare possũt: quales sunt spadones. Ab hoc tñ generaliter excipiuntur castrati, quibus natura beneficium generãdi denegauit. Castrati n. adoptare non possunt Et idẽ est in fęminis: Fœminæ n. neq; adoptare, neq; arrogare possunt, & hoc ea rõne, quia nec naturales liberos habent in potestate: ueruntamen ex indulgentia principis ad solatium liberorum, pro republica amissorum, eis adoptare permittitur. hoc dicit usque ad §. illud proprium. Franc.

2 † Hæc ab sunt a l. 2. ff. e. in P. F.

f *In plurimis.* quandoq; n. est contra: ut j de hære. quæ ab intest §. minus. ſm Azo. Item in eo, quod adoptiuus pater non tenetur eum instituere: ut j. de hære. quæ ab intest. §. sed ea omnia uersi. cum necessitas.

g *Extraneum.* ut sic transeat in suam potestatem: ut supra eo. §. sed hodie.

h *Vtriusque.* quarum una hodie uocatur arrogatio, alia adoptio, ut sup eo. § Imperatoris.

i *Non possunt.* qui omnes Eunuchi uocantur: sed ab hoc genere detrahit castratos, qui generare nõ possunt. i. castè sic natos, ut nunquam potuerint generare.

k *Spadones.* quib. testiculi, uel genitalia abscissa sunt cultello, uel spatha. & est rõ, quia fortius impedimentum est naturæ, q̃ accidentis, ut hic, & ff. de lib & post. l. sed est quæsitũ. §. 1 & 2. Et no. ꝙ vulgariter promiscui appellantur. Ac.

l *Nõ possunt.* sed ipsæ arrogari pñt: ut ff eo l. nã fœminæ. Ac.

m *Habent.* not. fœminas non habere filios in potestate. & facit ad hoc ff. de suis, & legit. l. nulla. & inf. de hære. qual. & diffe.

Natura fortius impedimentum est, q̃ accidẽs.

e Vide Alcia. li præter. 2. in dictione castrati. & text. l. 3 §. & 6. ff ad l. Corn. de sicar. & l. spadonũ. ff. de uerb. & re. signi.

& diff. §. cęteri. & ff. de cōtratab. l. illud. § ad testamē ta. Ac.

a *Sed ex indulgentia.* de nouo iure concedenda: a vt C. co. l. mulierem.

b *Amissorum.* In acie principis: vt hic innuit: & infra de ex cu. tu. §. sed & si in bello. ff. de inoff. test. l. si suspecta. §. fin.

a Scilicet a Principe, non aūt a comite palatino ſm Ange. qui idē q̄d hic dicit etiam in bastardo per eā legitimando.

Sed nunquid & tunc habebit in potestate? Videtur, ꝙ sic, cū beneficia principū sint extendēda, ut in Authen. constit. quæ de dig. §. pe. col. 7 & ff. de consti. Princ. l. fin. Sed tamen contradico ad instar, s. naturalium: nam naturā imitatur adoptio, ut s. eo. §. minorem. b & facit ad hoc C. eo. l. mulierem Accur.

sed ex[a] indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum[b] adoptare possunt.

Arrogatus ex principis rescripto transit in potestatem arrogantis cum omnibus suis filijs, & rebus. Are.

c Et est tõ differentiæ secundum Chris quia restitutio intelligit, ut fiat pleno iure, ut d. l fin. sed manumissio delet tãtum nubeculam seruitutis. l. manumissiones. ff. de iustit. & iure.

a *Pertinet*. vt ĩ. tit. j. j. respon.
b *Gradu*. facit ad hunc §. ff. de leg. iij. si plures. & ĩ de legit. agn. suc. §. si plures. & ff. de sepul. vi. l. iij. §. si ad plures. Hodie verò hic §. corrigitur: quia æqualiter tam ad agnatos, quàm cognatos defertur tutela, sicut hæreditas: ut in Auth. de hæ. ab intes. §. ex his. col. ix.
ADDITIO. Et sic lex noua corrigens unū ex parificatis in lege veteri, cēset ēt corrigere aliud: ut[1] hic, & l. si quis seruo. C. de fur. & per Ang. in § j. ĩ. de iure natu.
c *Si plures*. aliàs isti duo uersiculi desunt: Si plures sunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam uocantur. sed ego habeo. Accur.
¶ DE LEGITIMA patronorum tutela. ¶ Quia supra uisum est de legitima agnatorum tutela: & quia est & alia, quæ appellatur legitima, scilicet, tutela patronorū; ideo de ea tractaturus, subdit de legitima patronorum tutela. Por

Continuatio.

X eadem. diuiditur in sex partes. Primò, qualiter tutela libertorum patronis desertatur. Secundo, quomodo uocatur. & est legitima a leg. xii. tabu proueniens. Tertio, illud per ratione probat. Quarto confirmat per exemplū. Quinto exemplum probat per rationem. Sexto ratione declarat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cum agnatos. Quinta ibi, Quia plerunque: Sexta ibi, Ideo autem. Aret.

Diuisio.

cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet,[a] sed ad eos tantū, qui proximiores gradu[b] sunt. Quòd 1 † si plures eiusdem gradus sint, ad omnes pertinet: veluti si plures [c] fratres sunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

De legitima patronorum tutela.

TITVLVS XVII.

Ex mente legis duodecim Tabularum, patronorum tutela est introducta. Et regulariter ad eum tutelæ onus deuoluitur, ad quem pertinet hæreditatis commodum. Baldus.

EX eadem lege duodecī Tabularum libertorum,[d] libertarum tutela ad patronos,[e] liberosque eorum pertinet. ¶ Quæ &[f] ipsa legitima[g] tutela uocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, sed qa perinde accepta est interpretationem,[h] atque [2] † si uerbis lege introducta esset. ¶ Eo enim ipso, q̄ hæreditates libertorum, libertarumque, si intestati decesserit, iusserat lex[i] ad patronos, liberosve eorum pertinere: crediderunt ueteres,[k] uoluisse legem,[l] etiam tutelas ad eos pertinere. * ¶ Cū & agnatos, quos ad hæreditatem lex uocat,[m] eosdem & tutores esse iusserit:[n] ¶ Quia plerūque ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. ¶ Ideo autem diximus, plerunq;,[o] quia si a fœmina impubes manumittatur; ipsa ad hæreditatem uocatur, cum alius sit tutor.[p]

De legitima parentū tutela.

TITVLVS XVIII.

Ex extensione iurisconsultorum pater emancipans est legitimus tutor filio emancipato. h. d. Aret.

EXemplo patronorum recepta[q] est & alia tutela, quæ & ipsa legitima uocatur. ¶ Nam si quis

[2] ¶ al. ac.

intestato uncatur: alius tamen, quàm ipsa, eiusdem tutor erit. h. d. usque ad fi. Fran.
¶ *Ex eadem*. s. per interpretationē, non ex uerbis eius, ut subiicit. & ff. de legi. tu. l. tutela. j. respon. Accur.
d *Libertorum*. l. impuberum.
e *Ad patronos*. quocūq; mō manumittētes: nisi libertas deī a lege: ut ff de legi. tut. l. tutela. usque ad §. fi. Accursius.
f *Quæ & ipsa*. q. d. nō solū aliæ qdē legitimæ sunt, sed & ista.
g *Legitima*. s. ex mēte legis, non ex uerbis. ista non tñ satisdant, nisi eorū personę sint vulgares, & minus honestę; ut aut modus tutelæ, qa magnū patrimonium, uel magna tutela nimis; aut psona, quia suspecta, uel non diligens pupillū; uel non honesta: aut eā admittat, i. recipiat satisdationē: ut ff. e. l. legitimos. § j. & 2. licet aliū legitimi indistinctè satisdent: ut ĩ. de satisda. § j.
h *Per interpretationē*. s. iurisconsultorum.
i *Lex*. s. xii. tab. ut ĩ. de suc. li. j. respon.
k *Veteres*. s. sapiētes.
l *Legem*. s. eandem xii. tabularum.
m *Vocat*. l. lex xii. tab. vt ĩ. de le. agn. su. ff. j.
n *Iusserit*. ut s. de le. agn. tu. j. rū. & sic notabis hic, q̄ ubi ē eadē æqtas, idē ius dēt statui. sic ff ad l. Aq. l. illud. et ff. d fu. l. j. §. j.
o *Plerunque*. quare. h. d. statim subiicit. & facit ad hanc regulam de reg. iur. l. secundū naturam. & ĩ. de con

* *Nā ubi ē onus, & emolumentum: & ecōtra; vt 12. q. 2. c. charitatē. in ea. accidentes in gl. 1. ibi. itē ubi. extra de præscript.*
a A quibus licitum est recedere, se cūdū An. ppter tria. Primò, ppter iniqtatē insurgētē. Secūdo proter legis ratio nem repugnātē. Tertiò ppter eorū usum loquendi: contra. l. librorū. §. qd tamen Cassius. ff. de leg. iij.

trah emp §. cum autem. & C. de fu. l. fi. § sed cum in secunda. & C. de cadu. tol. l. j § pro secundo. alias est. § pro nō scripto & ff de peri. & commo rei uen. l. id, quod.
p *Tutor* & ita apud alium est hæreditas, & apud alium tutela. s. agnatum, uel cognatum: ut hic, & ff de leg. tut l j. §. j. Item minor uigintiquinque annis manumittens, succeder in hæreditate, ut patronus, non tamen erit tutor: ut ĩ. de fidu. tu. in finc. & C. de leg. tu. l. ult. §. fi.
ADDITIO. Et qualiter mater, auia, uel proauia possint esse tutrices, uel curatrices, & an alijs præferantur legitimis, & transeundo ad secunda uota, uel inhonestè uiuendo, quomodo tutrices esse desinant: uide Ang. hic.
¶ DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA. ¶ Quia ĩ. uisum est de legitima patronorum tutela: & quia est & alia quæ legitima appellatur, ut parentum: ideo de ea subdit. Porc.

Continuatio.

Xemplo. Diuiditur in tres partes. Primò q̄ tutela, q̄ defertur emancipatori, est similis illi, q̄ defertur patrono. Secundò q̄ ēt est legitima. Tertio exēplificat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi, Nā si quis. CASVS. Dicit hic q̄ exemplo patronorum est alia tutela parentum per interpretationē iurisconsultorum ex mente legis xii. tab. recepta: & sicut superior legitima appellatur, ita & ista. Nam si parens filium, uel filiam, uel nepotem, uel neptem ex filio, uel deinceps impuberes emancipauerit, ipse legitimus tutor eorum erit. Et hæc dicuntur per totum tit. Franc. de Aret.

Diuisio.

q *Recepta*. scilicet, per interpretationē iurisconsultorū, ut su

¶ CASVS. Domine quare intenditis hic tractare de legi. pa. tu. Ad hoc respon. Imp. Amice, tractauimus de legi. agna. tu. quæ ex uerbis, & sententia legis xii. tab. descēdit: sed quia legi. pa. tu. ex mente eiusdem legis ad patronos, & liberos eorum pertinet: idcirco de ea hic tractare intendimus. Et hæc eadē tutela legitima, sicuti superior, appellatur. Non tñ iō legitima dicitur, q̄ aliquid de ea nominatim in verbis l. xii. tab. expresse fuisset introductū. Sed dñe, pro deo, quæ rō mouit iurisconsultos ad talē interpretationem faciendā? Ad hoc resp. Imp. Amice, hæc fuit rō, que mouit iurisconsultos. Lex. n. xii. tab. iussit hæreditates libertorum, & libertarū ad patronos, & liberos eorum ptinere, si intestati decessissent: unde eo ipso crediderunt iurisconsulti ueteres. q̄ l. xii. tab. uellet: q̄ ēt eorū tutela ad patronos, & liberos similiter deberet ptinere. & ad istā tacitā uolūtatem p̄sumendā, tali rōne mouebantur, quia lex xii. tab. proximos agnatos ad hēditates agnatorū ab intestato mortuorū uocat. & eosdē agnatos ad impuberū agnatorū tutelam uocat. consimiliter ergo & in casu ppposito dicebant, q̄ sicut patroni, & liberi eorū ad successiones libertorū ab intestato, ex l. xii. tab. uocat: ita debere eos ex mēte eiusdē legis ad onus administrationis tutelæ uocari: quia plerunq; ubi est successionis emolumentū, ibi & onus tutelę esse debet. Sed dñe, p Deo, quare dixistis, plerunq;? Ad hoc resp. Imp. Iō aūt, plerunq; diximus: qa si aliqua fœmina filiū suū impuberē ipsa manumiserit, ipsa quidē ad successionē eius ab

perioe cum desinebat esse agnatus: nisi contracta fiducia emanciparet: quod hodie semper præsumitur. ut ῑ. de leg. agna. suc. §. fi. unde hodie est semper legitimus.

a *Tutor erit.* s. qui emancipauit, si ipse est maior 25. ann. ut ῑ. tit. j. in fi. & facit ad hoc ῑ. quib. mod. ius pat. pot. soluit. §. & præterea si impubes. & ῑ. tit. j. primo respon.

sol §. primo & supra de tut. §. permissum.

ADDITIO. Istam gl. reprehendit Ia. quia tunc erit legitima ex mente, & verbis l. xij. tabu per tex. in terminis in l. tutor. in prin. ff. ad Velleia.

h *Filiorum suorum.* s. nepotum defuncti.

DE FIDVCIARIA tutela.

Continuatio. ¶ Cōtinuatur ad præcedentia hoc ordine. Supra uisum est de legitima parentū tutela. Verū quia alia est, quæ fiduciaria appellatur, ideo de ea tractaturus, intitulauit, de fiduciaria tutela.

Diuisio. *Est & alia.* ¶ Diuidit in quinque partes. Primo ponit dictū. Sedo illd exēplificat. Tertiò ponit diuersū in filio p̄oni. Quartò diuersitatis rōnē assignat. Quinto ponit aliud dictū. Secūda ibi, Nā si. Tertia ibi, Atqui. Quarta ibi, Quoniā. Quarta ibi, Ita tamen.

¶ CASVS. In hoc prin. dicit Iusti. q̄ est quædam alia tutela, quæ appellat̄ fiduciaria quæ habet locum

filiam, nepotem, aut neptē ex filio; & deinceps impuberes emācipauerit, legitimus eorum tutor[a] erit.

DE FIDVCIARIA tutela.

TITVLVS XIX.

Defuncto patre uel auo, legitimo tutore impuberis emācipati, alius liber virilis sexus, & maior xxv. annis erit fiduciarius tutor, non legitimus: secus in filio patroni, qui erit legitimus tutor liberti, ut patronus. h. dicit. Arc.

Est & alia[b] tutela, quæ fiduciaria[c] appellatur. ¶ Nam si parens filiū vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes[d] manumiserit,[e] legitimam nanciscitur eorum tutelam. ¶ Quo[f] defuncto, si liberi[g] eius virilis sexus existant, fiduciarij tutores filiorum suorum,[h] vel fratris, vel sororis,[i] & cæterorū efficiuntur. ¶ Atqui,[k] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoq; eius legitimi sūt tutores ¶ Quoniā filius quidem defuncti, si non esset à viuo p̄re emancipatus, post obitum eius, sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret;[l] ideoque nec[m] in tutelam. ¶ Libertus autē si seruū manumisisset, vtiq. eodem iure[n] apud liberos domini post mortem eius futurus esset. ¶ Ita tamē ij ad tutelam vocantur, si

i *Sororis.* sed certè fratet vt esse legitimus: vt C. de exec. l. aduersus. quæ est contra. Sed certè qui fiduciarius est legitimus est per interpretationē: licet aliud nomē habeat, s. fiduciarius: & illum respectum habuit ibi, vt legitimū fiduciarium appellaret.

ADDITIO Istam gl. reprehendunt cōmuniter omnes Docto. h. e per hūc tex. in ver. atqui. & ad cōtrarium rñdent, q̄ loquitur in fratre non emancipato, quē inter agnatos uocat lex 12. tab. secus in emancipato: vt hie.

K *Atqui* pro certè, alias, atquin. & tunc dic, at pro sed: & q. a pro certè & est oppositio, quare filij patronorum sunt legitimi, vt ῑ. de le. pa. tu. primo rñ. & isti filij non sic. ad qd̄ rñdet; q̄m fili⁹, &c. Sed hæc

in tali casu, si parens filiū, vel filiā, vel nepotes, vel neptes ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit: ipse legi. tu. eorū nanciscit̄. sed mortuo ipso parente, eorū deniq; legitimo tutore, si liberi eius virilis sexus perfectæ ætatis extiterint, ipsi eorūdē impuberū emancipatorū post obitū parentis fiduciarij tutores efficiuntur. Et hæc dūr vsq; ad §. atqui: vbi dicit Iusti. q̄ hoc uī stare non posse: & hoc tali rōne: quia si patronus legitimus tutor libertorum impuberū decesserit, liberi eius in eadē tutela ipsi parenti succedunt, & similiter legitimi tutores efficiuntur. à simili uī in casu proposito. q̄ sicuti pater legitimus tutor erat, ita & filij sui in eadē tutela ei debeant succedere, & similiter legitimi tutores existere h. d. usq; ad uersi. qm. ubi. rñ. Iustin ad opin. prædictam in hunc modum: non est mirum, si secus sit in casu proposito de filio patroni. Nam in casu proposito, si filius defuncti. qui in fiduciariā tutelam fratris recidit, in p̄tāte patris sui s̄p fuisset, post mortem patris sui iuris effectus fuisset, nec in p̄tātem fratrum suorum aliquatenus recidisset: & sic non eodem iure fuisset apud fratrē, quo extiterat apud patrē: unde nec in eadem tutela erit apud fratrem. in qua erat apud patrē. Sed secus est in liberto. Nā si seruus in p̄tāte dñi t̄pe mortis fuisset, eodem iure post mortē dñi futurus esset apud liberos ipsius dñi, in quo extiterat apud ipsum dñm uiuentē. nec igit mirum, si idē manumissus incidit in eandē tutelā, apud liberos p̄oni, in qua fuerat apud ipsū p̄onū. Et hoc usq; ad illū §. ita. n. Fr.

ratio non tenet, nisi inter fratres, qui non dñr recidere in potestatem fratrum suorū: sed filij, i. nepotes erant recasuri in potestatem: ergo in tutelam legitimam. *b* Sed idō, non recidunt filij iure hæreditario in p̄tātem: sed iure paternitatis, & filiationis. At seruus si non esset manumissus, iure hæreditario erat futurus seruus apud filios dñi: & nisi essent hæredes non essent dñi, sed filius, etsi non sit hæres patris, tñ filium suum in p̄tāte habet, ut ῑ. qui. mo. ius pa. po. sol. §. j. Erat & alia ratio iure ueteri: q̄a emancipatione tollebatur ius agnationis, minima ca. di. etiam inter patrē, & filium, nisi esset emancipatus, cōtractā fiducia, ne dum inter fratres, ut C. de legi. tu. l. 4. & ῑ. de legi. agna. tu. §. fin. sed hodie corrigitur, ut d. l. 4 C. & ῑ. de legi. agn. suc. §. fin. Vnde dicunt quidam, vt Azo, hodie fiduciarium esse legitimam ex uerbis, & sententia l. xij. tab. ex quo hæc secunda ratio cessat: sed potest dici cōtrarium: quia remanet prima.

ADDITIO. Forsitan facilius, & melius habebitur intellectus totius tit. si dixerimus, solos fratres tutores fiduciarios suorum fratrum, & nunquam filiorum suorum: & exponamus textum in principio, filiorū suorum. s. defuncti uel fratris: & exponat̄, uel pro. i. ut sit sensus, q̄ liberi uirilis sexus perfectę ætatis sint tutores fiduciarij fratrū suorum, qui sunt filij patris defuncti, ut notum est. & hoc euidenter apparet per rationem, quam subiungit tex. ubi solū de fratribus mentio fit. Iason.

b Istā partem dicit Ia. esse tutorē, nec ob. iste tex tus ibi, filiorū suorum, quia debet intelligi, s. ē ni defuncti, & alternatiua, uel, poni pro. i. cum cadat. iret duo idem importantiā, iuxta gl. in rub. ff. si ager vect. uel emph. pe. necessēs. solutio gl. est bona: quia fm eum idem esset dicēdū in suo emancipati.

a Et hanc cōiter approbāt Docto. & ad contrariū rñdent, q̄ loquit̄ in certis casibus, ibi ex pressis. q̄ a nō est dare curā legitimā, nisi in furioso, p̄digo, uel mente capto. §. furiosi. ῑ. de curat. & l. d. crea tionib. C. de episc. au dien. cum sim.

b *Est & alia tutela.* i. alio nomine uocata.

c *Fiduciaria appellatur.* de qua d̄r ῑ. §. quā defuncto. Acc.

d *Impuberes.* nam. si puberes, non erit eorum curator legitimus: ut ff. de execu tu. l. amicissimos. §. Lucius. a Arg. contra. in Auth ut hi, qui ob se hab. per. § j. coll. 6 Ioan.

e *Manumiserit.* i. emancipauerit, ut ff. quando act. de pecu. est and. l. j. §. j. & facit supra titu. primo. & ff. de l. tutor. §. fi. & l. sequen.

f *Quo.* scilicet patrefamil. qui erat tutor filiorum, & nepotum. Accur.

g *Si liberi.* qui remanserunt in p̄tāte patris. Idem puto, & si filij fuerunt emancipati. Si autem tam impuberes, q̄ puberes remanserunt in potestate, ipso iure recidunt in potestatem sui patris, illi, qui filij sunt: sed fratres recidunt in tutelam fiduciariam semper; ut supra quibus mod. ius pat. pot.

l *Recideret.* dīc. quidā, q̄ si non esset emancipatus, nō erat futurus in p̄tāte fratris, sicut erat patris: & idō emancipatus nō. ita erit apud fratrē, sicut erat apud p̄rē, i. simili tutela.

m *Nec in tutelam.* s. legitimam, sed fiduciariam. Acc.

n *Eodem iure.* seruus enim si nō manumittatur, erit in potestate filij patroni iure hæreditario: sed filius in potestate patris iure patriæ potestatis. Acc.

¶ ITA TAMEN. ¶ CASVS. Domine, Vos dixistis mihi, q̄ mortuo patre, legitimo tutore impuberum libero rum emancipatorum, cæteri liberi, eorundem fiduciarij, tu tores erunt: Est ne hoc gñaliter uerū sine distinctione ætatis? Rñ. q̄ non. Nā impuberum emancipatorū liberi uirilis sexus nanciscunt̄ tutelam, si legitimam ætatem, i. 25. an. cōpleuerint. quod nostra constitutio nō solum in fiduciarijs tutelis, sed generaliter in omnibus tutelis, & curationibus obseruari præcepit. Et hæc usque ad si Franc.

Perfectæ.

Aetas perfecta quæ est.

a *Perfectæ*.i.25. annorum. nam quoties fit mentio de ætate perfecta, vel de maiore annis, de 25. annis intelligitur, vt C. de ijs, qui ve. ęta impe. l. fi. & ff. de l. 3. l filio. §. fi.

ADDITIO. Et per quæ alia verba intelligatur hæc ætas: & an iste minor possit esse executor vltimę uoluntatis, procurator, iudex, arbiter, aduocat*, de ancianis, uel de alio regimine: vide Angel. hic.

b *Constitutio*. vt C. de l. tut. l. fi.

c *Præcepit*. f. ut sit perfectæ ætatis. & est ratio. ut infra de excu. tu. §. minores 25. annis. Accur.

¶DE ATTILIANO TVTORE.

Continuatio.

¶Supra visum est de testamētaria tutela, & subsequēter de legitima. Verum, quia cessante testamentaria, & legitima, opus est prouidere de datiua: ideo subdit de Attiliano tutore Po.

d *De Attiliano tutore*. i. de eo tutore, qui dabatur per legē factā ab Attilio: vt in textu exponitur.

Diuisio.

¶*Si cui*. ¶Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit ius antiquum, circa dationem tutoris. Secūdo ponit ius nouum. Tertio ponit ius nouissimū. Quartò ponit nouum casum, videlicet, quòd naturali æquitati cōuenit, impuberes esse sub tutorib. & quod finita tutela, teneri ad rationem reddendam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos sunt. Quarta ibi, Impuberes. Itē prima subdiuidit in alias quatuor partes. Primo, ex quib. legib. tutor. dabatur, deficiente omni tutore testamētario, & ltimo, & a quib. dabatur. Secūdo, quòd testamētario dato sub cōditione, uel in diē, pure tutor datur. Tertio, quòd si testārius tutor sit captus ab hostibus. Quarto, quò istæ leges ab usu recesserunt: & eām, propter quā. Secūda ibi, Sed & si. Tertia ibi, ab hostibus. Quarta ibi, Sed ex his.

1 † Romana

* Adde Cagno. in l. actus legitimi. nume. 16 ff. de reg. iur.

perfectæ[a] sint ætatis: quod nostra constitutio [b] in omnibus tutelis, & curationibus obseruari generaliter præcepit.[c]

DE ATTILIANO TVtore,[d] & eo, qui ex lege Iulia, & Titia dabatur.

TITVLVS XX.

Deficiente testamentario, & legitimo tutore, olim datiuus dabatur ex lege Attilia per prætorem cum tribunis in ciuitate: in prouincijs per præsides ex lege Iulia, & Titia. hoc dicit secundum Are.

Si cui nullus omnino tutor fuerat, [e] ei dabatur, in vrbe quidē [1] † à prætore vrbano, & maiore[f] parte tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in prouinciis uerò à præsidibus prouinciarum ex lege Iulia, & Titia.

Quoties spes est testamentarij tutoris, & pendet, datiuus habet locum: qui tutor est quousq; testamentarij impedimentum cessat. Aret.

¶Sed & si in testamento* tutor sub conditione, aut ex die[g] certo datus fuerat: quādiu conditio, aut dies pendebat, ex eisdem legib us tutor alius interim[2] †dari poterat.[h] Item si purè datus fuerat: quamdiu ex testamento nemo [i] hæres existebat, [k] tandiu ex eisdem legibus tutor petendus erat; qui desinebat[l] esse tutor, si conditio[m] extiterat, aut dies venerat, aut hæres extiterat.

Impedimento superueniente tutori testamentario quod tamen speratur tolli de iure communi, datur interim tutor à iudice; qui desinit esse tutor, impedimento testamentarii cessante. h. d. Are.

¶Ab hostib[9] quoque tutore capto,* ex his legibus tutor petebatur: [n] qui[o] desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat. nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminii.[p] *

In lege Attilia, & lege Titia non cauebatur de satisdatione uel cautione tutoris, ideo ex his desierunt tutores. h. d. Are.

¶CASVS. Dñe, iam video, quod vultis tractare de datiua tutela; dicatis igitur mihi, quando locū hēt datiua tutela, & à quibus dantur tutores datiui? Ad hoc rñ. Imperat. Amice. Si cui nullus oīno tutor neq; testamentarius, neq; legitimus sit, tunc demū hēt locū datiua tutela. & illis, qui neq; testamētariū, neq; datiuū hñt tutorē, olim quidē secundum iura antiquissima dabatur tutor authoritate legis Attil. in urbe Ro. à prætore urbis, & à maiore parte tribunorū plebis, & in prouincijs dabatur tutor eisdē à p̄sidib. prouinciarū authoritate l. Iul. & Titiæ: & non solūmodo si nullus tutor, sed & licet in testō tutor datus fuerat, tñ sub conditione, aut in diem dabatur: auctoritate legū p̄dictarum interim quis tutor dari poterat in defectum tutoris sub condōne, uel in diē dati; qui, pēdēte cōdōne, uel die, poterat administ rare. Quoq; & si pure datus fuerat tutor testamēto: tñ nihilominus datiuus tutor locum habuit quādiu hæres ex testamento nō adijt. tādiu. n. ex eisdē legib tutor dabatur. & in oibus his casib tutor ille datiuus; in defectū testamentarij datus, desinebat tutor esse, condōne, uel die adueniente, uel hęrede ex testamento hæreditatē adeūte, Itē in alio casu ex prædictis tutor dari solebat. Nā si testamētarius tutor, uel etiā legitimus, ab hostib. captus fuerat, in defectū tutoris capti alius tutor ex eisdē legib. dabatur: & iste loco capti subrogatus desinebat esse tutor, captiuo in ciuitatē reuerso. Nā reuersus in ciuitatē, administōnē tutelæ iure postliminij recipiebat. & hæc dicuntur vsq; ad illum §. sed ex his legibus. Franc.

e *Tutor fuerat*. s. ex testamento. Nā quādiu testamentaria tutela supeteſt, non est locus alij. Itē nec legitimæ: nam nec datiua tūc locū habet, vt C. qui dare tu. pos. l. si sororis.

f *Et maiore*. i. duob. Erant. n. tres, ut arg. C. de of. præto. l. 2. & ff. de orig. iur. l. 2. §. eisdem.

g *Ex die certo*. vt a paschate in antea sis tutor.

h *Dari poterat*. & hodie datur: a ut ff. de testa. tute. l. si quis sub conditione.

i *Nemo*. nam si unus de plurib. hæredibus adierit, ualet tutela, ut ff. de test. tuto. l. si nemo b Idē in libertate in testō relicta: ut ff. de testa. manu. l. testamento. §. testamento.

k *Existebat*. Sed quid si nullus fuit institutus cū pupillo, sed tā tunc pupillus erit hæres? Potest dici, quod auhoritate iudicis adeat, ut C. de iure de lib. l. si in anti. & tūc ualebit tutela; & incipit tutor administrare. Accur.

ADDITIO. Vide plenius hanc quęstionem per gl. in l si nemo. ff. de testamen. tute.

l *Desinebat*. Id est ille, qui sic erat datus in subsidium, desinebat, cum testamentarius uenit, ut subijcit.

m *Conditio*. Hic tutor tacite usque ad diem, uel conditionem existentem datur, expresse non potest, ut ff. de regulis iu. l. actus.

ADDITIO. Quod procedit in conditione intrinseca prouenienter ex natura rei secundum Christophorum, ut hic. & l. muto. § sub conditione. ff. de tute.

n *Petebatur*. nec erat locus legitimæ. ut ff. de l. tu l. prima. §. si apud.

o *Qui desinebat*. i. iste talis, qui erat datus in subsidium.

p *Iure postliminij*. quo iure etiam omnia alia recuperat, ut supra quib. mo ius pat. po. sol § si ab hostib. nec de administratis interim tenetur hic reuersus, ut arg. ff. si quis cau. l. 4. §. illud sciendum.

¶SED EX HIS. ¶CASVS. Domine, iam vidi, à quibus secundum iura antiqua dabantur tutores, dicatis mihi, si placet, qualiter illa iura antiqua correctionem receperunt. Et certè dicit ipse, frater, postquam consules cœperunt dare per inquisitionem tutores pupillis utriusque sexus, & prætores per constōnes nostras: tunc ex supradictis legibus desierunt tutores dari. Nam in illis legibus neque de cautione à tutoribus danda rem pup. salu fore, nec de compellendis tutoribus ad administrationem tutelæ quicquam cauebatur. Et hæc dicuntur usque ad illum §. sed hoc iure utimur. Franc.

2 † al. dari, alius interim.

a Scilicet in his tribus tantū, sed nō per l. Attilianā, uel Titiā, quia illæ sunt sublatæ, ut infra e. §. sed ex his.

b Etiam si fuerit institutus in re certa alijs uniuersaliter institutis nō adeuntib. ut ibi no. Bar. per l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit. Angel.

* testamentario, Vel legitimo. Cuiac.

* pro intelligentia iuris postliminij, adde Fore. in dial. 76.

a *Sed ex his*. nunc recitat secundum t nam quatuor sunt iura, quæ in hoc titulo notari possunt.
b *Legibus*.s. Artilia, & Iulia, & Titia: vt s.eo.tit.in princ.
c *Postea quàm primo*. alias quàm primum.
d *Ex inquisitione*.i.inquirēdo facultates eorum, an sint pares oneri iniūcto, vt J.de execu. tut.§. sed & pp. Item bona cōuersario requiritur: vt & alias in pře arrogatore: vt ff. de adoptio l. nec ei.§.eorū. & sup. de adop.§ cū autem.

Tutores dans quid inquirere debet.

1 † al. in iurisdictione.

e *Nā supradictis*. Bene dico, q̄ desierunt per has leges tutores dari, postea q̄tā consules dederunt ex inquisitione: & bonū fuit pp duas rōnes, quas ponit. quia, &c.
f *Forte* hanc cautionē præstant tutores, & curatores, vt ff. rem pup. sal fo.l. nō quasi.§. t.& l.et si ad species.
g *De compellendis*.s. captis pignoribus. vt J. de satisd. tut.§. pen.

¶ Sed ex [a] his legibus [b] tutores pupillis desierunt dari, postea quā primo [c] consules pupillis vtriusq; sexus tutores ex inquisitione [d] [1] † dare cœperunt; deinde prætores ex cōstitutionibus. ¶ Nā supradictis [e] legibus neq; de cautione à tutoribus exigēda, rē saluā pupillis fore, [f] neque de cōpellendis [g] tutoribus ad tutelæ administrationē quicquam cauebatur.

De iure nouo Romæ præfectus, & prætor in prouincijs præsides, vel magistratus eorum iussu, si facultates pupilli non sunt magnæ, dant tutores. Aret.

SED HOC IVRE. ¶ CASVS. Dñe, iā vidi, qualiter iura antiqua correcta fuerūt & qualiter ſm mediā iuris prudentiam tutores dabant. Ideo dicatis mihi si placet, à quibus dantur hodie tutores, ſm iura moderna? Ad hoc rñ. Imp. Amice, hoc iure hodie utimur, ut præfectus vrbis, vel prætor, ſm suam iurisdictionē. & in prouincijs præsides tutores pupillis possint dare. Et non solum præsides in prouincijs hoc facere possunt, sed etiam magistratus, delegatione eis facta à præsidibus, videlicet, si non sint magnę facultates ipsius pupilli. Et hæc ita obtinebant primo tempore nostri Imperij. Nos tñ postea, quia difficultatem esse in expectanda iussione præsidum perpendimus, huiusmodi difficultates hominum per cōstonem nostram resecare curauimus. Vnde in cōstitutione nostra statuimus, ut si facultas pupilli usque ad quingentos solidos valeat: defensores ciuitatis unà cum eiusdē ciuitatis religiosissimo Episcopo; uel aliæ publicæ personæ, i. magistratus, uel iudices Alexādriæ, non expectata iussione præsidum, tutores, uel curatores dare possint, legitima cautione, rem pupilli saluā fore, ſm eiusdem constitutionis normam, à tutorib. interponenda, eorū uidelicet periculo, qui huiusmodi satisdationē accipiunt. Et hæc usq; ad illum §. impuberes autem. Fran.

2 † al. creant.

¶ Sed hoc [h] iure vtimur, vt Romæ quidē præfectus [i] vrbi, uel prætor ſm suā iurisdictionē: [k] in prouincijs aūt præsides ex inquisitione tutores creent: [l] [2] † uel magistrat⁹ iussu [m] p̄sidū, si nō sint magnæ pupilli facultates.

Hodie si pupilli facultates sint vsque ad quingentos solidos, possunt dari tutores à quocunque magistratu, etiam sine iussu præsidum, aliquando assistente episcopo, præstita tamen cautione, rem pupilli saluam fore: quæ periculo recipientium, & non iudicum est. Are.

¶ Nos aūt per constōnem [n] nostram, huiusmodi difficultates omnino [3] † resecantes, nec expectata iussione [o] præsidū, disposuimus, si facultates pupilli, vel adulti vsque ad quingētos solidos, [p] * valeant, defensores ciuitatum vnà, [q] cū eiusdem ciuitatis religiosissimo antistite; vel [r] alias publicas p̄sonas, idest, magistratus, vel iuridicum Alexandrinæ [s] ciuitatis tutores, vel curatores creare, legitima cautela, ſm eiusdem constitutionis normā præstanda, uidelicet eorū [t] periculo, qui eam [u] accipiunt.

Aequum est, vt regatur impubes, qui nescit se regere. Et finita tutela, ratio tutelæ reddi debet. Arec.

risdictione, uel ratione originis, uel rōne possessionis, uel ratione domicilij, ut ff. eo. de tuto. & cura. l. 1. §. ulti. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorum non inuenitur, sed in quarto loco, reducendus est ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelam accipiet: ut C. qui pe. tuto. uel cu. l. j. Accur.
m *Iussu præsidum*. ergo delegatur. Sed cōtra. ff. de tu. & cu. da. l. nec mandante. Sed ibi mādatum est, qđ non importat necessitatem: * hic iussus, qui importat: ut ff. quod iussu. l. j. §. j & ff mand. l. j. Vel ibi erant magnę facultates pupilli: hic paruę. Sed certè, & si sint paruæ, ad huc ur idē. Nā datio tutelæ est misti imperij, ut ff de tutelis l. muro. §. tutoris datio. ob id dr q̄ tutoris datio illi soli cōpetit, cui nominatim hoc dedit uel lex, uel Senatusconsultum, uel Princeps: ergo non pōt delegari: ut ff. de offi. eius, cui mā. est iur. l. j. primo rñ. Sed dic, q̄ nō pōt delegari non habenti iurisdictionem, sed habenti sic, ut ff. eo. de tut. & curat. da ab his. l. ius dādi. & hic dr. Sed quæ sunt magnæ facultates? Rñ. quinquaginta aurei, ut C. de defens. ciui. l. j. Vel decem libræ auri, ut in Auth. de appel §. 2. collat. 4. uel 300. aurei, ut in Authen. de defen. ciui. §. & indicare. col. 3. Vel uerius usque ad quingentos solidos sunt paruæ: si ultra, sunt magnæ, ut infra proxi. §.

* Sed spōtaneā obsequij præstationē. Aeg. Per.

3 † al. abhominum.

* *Solidus quid significet. vide Budæū lib. 5. de asse. & partib. eius: quò loco explicet, quid dicatur libra in auri iure.*

Facultates quę dicātur magnæ.

ADDITIO. Quod est uerum, quo ad materiam istam: alias aūt relinquitur iudicis arbitrio, iuxta cōsuetudinem, uulgi opinionem, & qualitatum p̄sonarū, ut hic per Doct.

b Ex quo infert lab. qđ statutū loquēs de moneta simpliciter, dēt intelligi ſm præsūptionē alterius statuti. Sed inter contrahētes talis locutio intelligitur ſm cōem cursum regionis.

h *Sed hoc iure vtimur*. Hoc est tertiū ius, quod erat t pe Iustiniani: & hodie est quartum additum, quod est J. pxi. §.
i *Præfectus*. ad præfectū cognitionis criminales, a ad prætorem ciuilia negotia ueniebant: ut patet ff. de offi. præ ur. per totum tit. & ff. de offi prætο. per totum tit. Sed tutelam dabant uterque, ut hic Accur.
k *Iurisdictionem*. præfecti urbis est iurisdictio usque ad c. miliaria: sed prætoris Romæ tantum, ut ff. de offic. præfec. ur. l. 1 §. cum urbem. & in summa Azo. de offi. præto. Dabunt ergo eum, & ei, qui est de sua iurisdictione, ut statim in præside notabis.
l *Creent* s. eum, qui est de sua iurisdictione dabit, ut ff. de tut. & cur. da ab his. l. ius dandi. Si uerò ipsi non inuenian tur idonei, ēt in alio loco queret, & præsidi nūciabit. ut ff. eo. de tut. & cut. da. ab his. l. diuus. Item ei, qui sit de sua iu

a Imo ēt ciuiles ſm An. & Ia. ut l. 1. §. q̄ es. & §. cura carnis. & l. 3. de off. pręfec. urb. Et sic nō obs. l. solem*. §. latrunculator. ff. de iudic. sufficit .n. dare instātiā, ut no. gl j. q. j. c. sicut ur.

n *Per constitutionem*. quam non habemus.
o *Iussione*. i. delegatione, siue p̄cepto. Nam in hoc differt à mandato, quia mandatum ex uoluntate est, sed iussus necessitatis, ut ff. quod iussu. l. j. & 2 & ff. mand. l. j.
p *Solidos*. i. aureos. ut J. de pe. te. li. §. fi. b quorū septuaginta, & duo faciūt librā auri, ut C d. susc. & arca quoties. li. x.
q *Vna*. idest simul.
r *Vel alias*. hoc qñ extra ciuitatem, ut in municipio. nam magistratus municipalis dabis.
s *Alexandrina*. hoc qñ tutor datur in ciuitate Alexādrina.
t *Eorum*. i. tabellionum, & aliorum, non uero ipsorum maiorum iudicum, qui habent p̄tātem dandi tantum: ut J. de satid. tut. uel cur. §. pe. & §. fi. qui sunt contra.
u *Eam*. scilicet satisdationem.

¶ IMPVBERES AVTEM. ¶ CASVS. Dñe, iā uideo, à quibus dabantur tutores olim iure antiquo; & etiā quibus danē hodie ſm constitutionē uestram; pro Deo dicatis mihi, si placet, qualiter huiusmodi impuberes sunt in tutela? Ad hoc rñ Imp. Amice, certè naturali rōni cōuenit, & ēt iuri consentaneū est, ut impuberes in tutela sint: ut uidelicet, illi, q perfectæ ætatis nō sunt, aliorū tutela regantur. Sed dñe Imp. dicatis mihi, si placet, quo iure cogunē tutores, finita tutela, reddere rōnē suæ administrōnis? Ad hoc rñ. Imp. Amice, cū tutores pupillorū, pupillarūq; negotia administrēt, finita administrōnē, actores tutelæ rōnē administrōnis suæ redere cōpellūt. Et hæc usq; in fi. Fran.

Impuberes

a *Impuberes*. hic §. est generalis ad omnes præcedentes tit. de tutelis.
b *Iuri*. id est, æquitati.
c *Gerant*. aliàs egerunt, id est gesserunt, aliàs gerunt.
d *Post pubertatem*. sed & ante, si finita tutela fuerit prius; ut ff. de tut. & ra. dist. l. nisi finita. aliàs (id est, nisi esset finita tutela) non nascitur actio tutelæ, sed aliæ actiones naiç sunt, sed non exercentur: ut ff. de tut. & ra. dist. l. si tutor. §. finali. & l. sed non dantur.

ADDITIO. Ratio diuersitatis est, quia actio tutelæ est generalis: & sufficit, eam semel nasci, & non sæpius per singulas causas secundum Iacobum. Rug. tamē tenet cōtra istam gl. & de casibus in quibus possit exerceri, etiam durante tutela, se remittit ad notata in l. 2. C. de admi. tut.

Actio tutelæ, & actio de rationibus distrahendis differunt.

e *Tutelæ iudicio*. id est, actione tutelæ, quæ datur in simplū, & propter dolum, & culpam latam, & leuē. Est & alia actio, qua tutor tenetur, scilicet de rationibus distrahendis, sic enim nominatur, ut ff. de contra. act. tu. l. secunda. & datur in duplū, & propter dolum tātum: & in duplo continetur rei persecutio. Prior datur contra tutorem, & contra hæredes; posterior contra tutorem tantum; ut ff. de tut. & ra. di. l. prima. §. penult. & l. secunda. Item una intentata, altera denegatur: licet plus sit in ea; & econtra: secus in actione tutelæ, & furti, quæ secum competit. ut ff. de tute. & ra. dist. l. 1. §. in tutela.

* Adde Felyn. in c. 1 num. 12. de fide instrum.

¶ Impuberes [a] autem in tutela esse, naturali iuri [b] conueniens est; ut is, qui perfectæ ætatis non est, alterius tutelæ regatur. ¶ Cum ergo pupillorum, pupillarumq; tutores negotia gerāt, [c] post pubertatem [d] tutelæ iudicio [e] rationem reddunt.

DE AVCTORITATE tutorum.

TITVLVS XXI.

Vbi pupillus alii obligatur, uel minuitur patrimonium suum, est necessaria tutoris auctoritas. hoc dicit Ang. Aret.

AVctoritas autē tutoris in quibusdā causis necessaria pupillis est: in quibusdam non est necessaria. ¶ Vt ecce, si quid dari sibi stipulentur, non [f] est necessaria tutoris auctoritas: quod si aliis * promittant [g]

Continuatio.

¶ DE AVCTORITATE TVTORVM. ¶ Dictum est supra, qualiter tutores creantur: hic quando creati sunt, qualiter se regere debeant, & auctoritatem præstare. Aret.

Diuisio.

AVctoritas autem. ¶ Totus iste titul. diuiditur in tres partes principales. Primò ponit, in quibus necessaria est auctoritas tutoris, & in quibus nō. Secundo, quando ista auctoritas debeat impertiri. Tertiò remouet quoddam dubium. Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Itē prima pars usque ad §. neque tamē. subdiuiditur in quatuor. Primò ponit dictum bimembre. Secundò exemplificat quodlibet ex dictis mēbris. Tertiò rationē annectit. Quarto infert, & illationē clarificat per exempla. Secunda ibi, ecce. Tertia ibi, namque. Quarta ibi, Vnde in his.

¶ CASVS. Domine, vos uultis tractare de aut. tuto. nunquid semper est necessaria tutor. aucto. Respondet Imperator, quod non. In quibusdam enim causis non est necessaria: si enim pupilli stipulantur sibi dari aliquid, in eo casu non est necessaria tuto. aucto. secus est tamen in casu conuerso. Si enim isti pupilli aliquid alijs promittant, ad hoc, ut ipsi ex illa promissione cum effectu obligentur, necessaria est tuto. aucto. Meliorem enim suam conditionem possunt facere sine tutoris auctoritate: deteriorem verò nequaquam facere possunt, nisi tutor. auctorit. interueniat. Vnde in illis causis, ex quibus ex utroque latere nascitur obligatio, ut in emptione, uenditione, locatione, conductione, mandato, & deposito, nisi tuto. aucto. interueniat, illi, qui cum pupillis cōtrahunt, obligantur; sed pupilli eis nequaquam obligati sunt. Et hæc usque ad illum §. neque tamen. Franc.

f *Non est necessaria*. vt C. de contrahen. & commit. stipul. l. neque. & l. prima. C. de auth. præstan.

pupilli, necessaria [h] est tutoris auctoritas. ¶ Nanque placuit, meliorem quidem suā conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate; deteriorem uerò non aliter, quàm cum tutoris auctoritate.

¶ Vnde in iis causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, ut in emptionibus, venditionibus, [i] locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, [k] si tutoris auctoritas non interueniat, ipsi quidem; qui cum his contrahunt, obligantur: ad inuicem: [l] † pupilli non obligantur. [l]

Pupillus non potest hæreditatem adire de iure ciuili uel prætorio vel Senatusconsulto Trebelliano sine tutoris auctoritate, etiam si sit lucrosa.

¶ Neque tamen hæreditatem [m] adire, neque bonorum [n] possessionē petere, ne-

g *Promittant*. quia tunc est uerisimile, quod malè agant: & facit ad hoc Ī. quibus ali. l. vel non. §. nunc admonendi. & § at ex contrario. & Ī. de inuti. stipul. §. pupillus. & ff. de acquiren. rer. domin. l. pupillus. & ff de pac. l. contra iuris. a Idem de muliere, super dote paciscē te, ut ff. de pact. do. l. de die. Idem in alimētario transigente: ut ff de transac. l. cum hi. § quid ergo. Item facit. C. de contrahē. & com. stip. l. neque.
h *Necessaria est*. in duobus tamen casibus obligatur pupillus sine tutoris aucto ritate ff. de ac. & obl. l. si furiosis. ubi scilicet ex re actio uenit.
i *Venditionibus*. si autem pupillus petat rē ex uenditione, repellitur exceptione doli mali, nisi pretium dare velit, ut ff. de rescind. uendi. l. si id, quod. § vlt. in fi.
k *Depositis*. Pupillus tamen doli capax tenetur depositis, si quod doli commisit, vel locupletior factus sit: ut ff. deposi. l. j. §. an in pupillum A.

a Intellige, quod ualet auctoritas in cōtractibus ex quibus potest utilitatem reportare; alias nō, quamuis ēt cum auctoritate tutoris donare non potest. C. de admi. tut. l. non omni. fm Ias. & Pet.

1 † al. obligantur: ad inuicem pupilli.

l *Non obligantur*. Et sic no. quod contractus claudicat, b quandoque; ut hic. & ff. de act. emp. Iulianus. §. si quis pupillo. argu. contra. ff. de arb. l. litigatores. §. pen. & fi. & in Auth. de non eli. secundo nu. §. prospeximus. colla. 1. c Item hoc est uerum, nisi locupletior sit pupillus; aliàs excipitur, si agat: & cōtra poterit agi, ut ff. de admi. tut. l. si minoris. & C. pro emp. l. fi. & ff. eo. l. 5. §. j. & de rescind. uend. l. si id, quod. §. fi.

b De hoc qñ cōtractus claudicat, est bona glo. in c. de illis. ex de despō. impu. quam uide. & in c. j. iuncta glos. fi. extra de eo, qui dux. in matri.

¶ NEQVE TAMEN. ¶ CASVS. Domine, uos dixistis mihi. Ī. quod licet pupillo meliorem facere conditionem suam sine tuto. auct. Pone igitur, quod aliqua lucrosa hæreditas delata sit alicui pupillo: nunquid poterit illam hæreditatem sine tut. auct. adire? Respon. Imp. quod nō. Licet .n. dictum fuerit generaliter Ī. quod licet eis facere conditionem suam meliorem sine tuto. auct. hoc tamen fallit in casibus specialibus. Neque enim hæreditatem adire, neq; bonorum possessionem petere, neque hæreditatem ex fideicomm. suscipere poterit, nisi tut. auct. interueniat, quamuis lucrosa sit: & hoc ideo statutum est, ne ille damnum inde habeat: & hoc usque ad §. tutor autem. Fran. de Aret.

c Dic, quod hoc ē speciale fauore pupilli fm Ang.

m *Hæreditatem*. quæ ex testamento, uel ab intestato defertur, s. iure ciuili, ut ff. de per. hær. l. 1. 2. & 3. Et hæreditas est successio in uniuersum ius, quod habuit defunctus tempore mortis suæ: deducto ære alieno. ut ff. de uerb. sig. l. nihil.
n *Bonorum possessionum*. ex testamento, ut secundum tabulas, uel ab intestato. ut unde liberi, & similes, quæ sunt omnes de iure prætorio, ut Ī. de bon. pos. § quos autem. Et est bonorum possessio ius persequendi retinendique patrimonij, quod cuiusque fuerit, cum is moritur, ut ff. de bonor. pos. l. 3. § bonorum. Hoc tamen in bono pos. fallit in casu, cum pupillus non habet tutorem: tunc enim prætor aucto ritatē tutoris pōt supplere, ut C. qui ad mit. ad bo. pos. bonorum. Idem in hæreditate, ut C. de iu. deli. l. si anti. in fi. Instit.

Bonorum possessio.

ADDITIO. Et alios casus, in quibus iudex supplet defectum tutoris, uel impedimentum, uide per Angel. hic. Et procedunt in iurisdictione uoluntaria, & quando ex actis apparet, quod iudex facit ex certa scientia, item ubi tutor solus sufficeret, alias secus secundum eum.

1 † al. de eff. ex Senatusconf. Trebel.
2 † al. nullum.

a Si tamen sit infans, potest soli tutori fieri restit. l. restituta. §. fin. ff. ad Trebel. & solus tutor adire l. si in fanti C. de iure delibe. alias secus. l. potuit, C. eo. Itē potest solus bon. poss. agnoscere: quia in facto eō sistit, secundum Ange. & Ias.

a *Et fideicommisso*. ut per Senatusconsul tum Trebellianū, ut infra de fideicomm. hær. §. sed quia. Idem dico, & si bona uelit recipere, causa seruandarum libertatum: cum & ibi possit timere damnum: quia est successio in uniuersum ius: ut infra per quas person. nob. acquirit. §. finali.

b *Tutoris*. idest, administratoris, cui administratio sit concessa in testamento; alioquin non ualet. Nam & si ab eo, qui tutelam non gerit, sciens alium gerere, emant, dominus non efficiatur ut ff. eodem. l. 4. Item nunquid curatoris pupilli sufficit auctoritas, ad adeundam hæreditatem, uel bonorum possessionem delatam pupillo? Respō. non: ut ff. de appellation. l. cum in una. §. tutor. usque in finem legis.

quæ hæreditatem ex ᵃ fideicommisso, ex S.C. Trebel.¹† suscipere aliter possunt, nisi tutoris ᵇ auctoritate, quamuis illis lucrosa sit. ᶜne ullū ᵈ ²| damnum habeant. ᵉ

Tutor præsens debet auctoritatem interponere: aliàs non ualet. Are.

¶Tutor autem statim in ipso negotio præsens * debet auctor ᶠ fieri, si hoc pupillo prodesse existimauerit. ᵍPost tēpus ʰ uerò, aut per epistolam, ⁱaut per nuntium interposita auctoritas eius nihil agit.

* præsenti. Ratio secūdum Bart. quia oculus certior aure. per §. agnationis. inf. de grad. cognati. Aeg. Ferr.

c *Lucrosa sit*. id est, appareat lucrosa; ne occasione lucro- se adeat damnosam: quia adeundo oneratur legatis, & fideicommissis, & alijs oneribus; & ita obligatur: sed non potest obligari sine tutoris auctoritate: ut supra eodem in princip. Sed obijciatur, cessante causa, &c. hoc raro accidit quod hæreditas non sit onerosa: sed frequenter cōtrarium: & ad ea, quæ frequentius accidunt, iura adaptantur, ut infra de leg. & senatusc. nam ad ea.

ADDITIO. Et quamuis glos. in l. si quis mihi bona §. primo. in glos. hæreditatē. ff. de acquiren. uel omitten. hære. teneat contrarium. ista tamen est ueritas; pro qua faciat, quia necesse est ad mentem cognoscere causam suæ aditionis, puta ex testamento. uel ab intestato: tanquam agnatus, uel cognatus: ut l. quia in aliena. ff. de acquiren. hære. quod pupillus discernere non potest, secundum omnes hic.

b Istam sequitur Ange. hic.

c Istam rationē sequitur Bar. in l. potuit. C. de iure delibe.

d Contrarium tenet Ias. quia pt torquēri sine tutoris auctoritate, quem supplet iudicis præsentia, ut no. Bal. in §. item sacramenta. in tit. de pace iura. firman.

* Ratio quare solus pupillus nequit adire hæ-

d *Ne ullum*. est & alia ratio, c etiam si sit lucrosa; quia litibus, & sumptibus uexaretur: ut ff. de minor. l. minoribus uigintiquinque ann. Et his eisdem etiam rationibus, nec in iudicijs ciuilibus, uel criminalibus d potest esse sine tutoris auctoritate, ut C. si aduersus rem iudicatam. l. cum; & minores & C. de aucto. præs. l. clarum. Nisi in quatuor casibus, ut in possessione momentanea. ut C. si per uim uel alio modo. l. prima. & C. qui legi. perso. l. momentaneæ. in glos. 3. Item in uiolato thoro, minor sine curatore accusat. ut ff. de adulte. l. si maritus. 2. §. lex. sed hoc in adul. Item si ueniam ætatis impetret, ut C. de ijs qui ue. æta. imp. l. prima. & secunda. Item in interdicto de libero homine exhibendo, ut ff. de lib. homine exhiben. l. quod & lex. §. sed & si mulier.

e *Damnum habeant*. * quia fortè subest æs alienum latens. Accursius.

¶TVTOR AVTEM.

¶CASVS. Domine, iam uideo, in quibus casibus tu. auctō. debet interuenire, dicatis mihi, si cordi est, qualiter debeat interponi tut. auctor? Ad hoc respondet Imperator, Amice, tutor in ipso negotio a pupillo suo contrahendo, debet personaliter interesse: & quod actum est a pupillo laudare, si hoc pupillo suo prodesse existimauerit. Nam tutoris auctoritas post tempus, uel per Epistolam interposita, nihil agit. Et hæc usque ad illum §. si inter tutorē. Franc. de Are.

f *Auctor fieri*. idest probare, & laudare, quod fit per pupil. ut ff. eo. li. etiam.

g *Existimauerit*. non enim compellitur; primo quia est iniquum. Secundo, quia tenetur pupillo damnum resarcire tutor. ut ff. eo. l. si tutor. Accur.

ADDITIO. Sic etiam filius non potest adire hæreditatem sine uoluntate patris, C. de bon. quæ liber. Anali. penult.

h *Post tempus*. scilicet non modicum, aliàs ualet auctoritas: ut. ff. de acquiren. hæredit. l. si quis mihi. §. iussum. quæ est contra. & est ratio, quia uidentur inesse, quæ incontinenti fiunt; ut ff. si certum petatur l. lecta, §. dicebā & ibi gl.

i *Per epistolam*. Nocaute, & redde singula singulis. nam dixerat duo, scilicet, statim; ad quod refertur post tempus, &c. Item in ipso negotio præsēs, ad quod referi, hoc per epistolā: quæ inter absentes mittitur, * ut infra de oblig. ex consensu. §. ideo. in fi. idem & si alio modo inutiliter auctorizet. ut ff. e. l. 1. §. fi. & l. sequēd.

Tutor non potest auctorare pupillo se cum litiganti sed dandus est curator cuius officium finitur, finita lite. Areti.

¶ Si inter tutorem, pupillumque iudiciū ᵏ agendum sit, quia ipse tutor in rem ˡ suam auctor ᵐ esse non potest, non prætorius tutor (ut olim ⁿ) constituitur, sed curator ᵒ in locum eius datur, ᵖ quo interueniente, iudicium peragitur, & eo ᑫ peracto, curator esse desinit.

hæreditatē, qa nō hēt discretionem, nec cognoscit causas acquirendæ hæreditatis, qd requiritur: ut l. pupillus. ff. de acq. hære. Aeg. Ferr.

*Idē Tus. si. epi. 2. epis. par. 3. Aeg. Fer. ti.

SI INTER TVTOREM.

¶CASVS. Domine, iam uidi, qualiter debeat interponi tutor. auct. dicatis mihi modò, si aliquod iudicium agendum sit inter tutorē, & pupilum, quid iuris est in casu isto. Ad hoc Imperator dicit, Amice, si iudicium inter tutorem & pupillum agendum sit, in casu isto non prætorius tutor (ut olim cōsueuerat heri) constituetur: sed loco eius curator dabitur: & interueniente ipso curatore, iudicium peragetur: & finito iudicio, desinet esse curator. Et hæc dicuntur usque in fi. tit. Fran. de Are.

K *Iudicio*. scilicet rei uendicationis, uel alterius personalis, uel realis actionis, præter actionem tutelæ, quæ contra tutorem erit danda: quæ, durante officio, non datur, ut ff. de tut. & ra. di. l. nisi. finita. §. finali. & l. si. cum adhuc. & idem in utili generali neg. gest. quæ datur contra curatorem adultis, ut ff. de admin. tutor. l. cum curatore, & C. de admini. tutor. l. secunda. & l. rationes. Sed certè nec aliæ uidentur interim posse intendi, ut ff. de tu. & ra. di. sed non dantur. Sed illud intelligo, ut ipsemet exerceat, non dantur, sed per procuratorem sic, ut hic dicitur. Item nunquid hæc correcta sunt hodie per Authent. ut ij, qui ob. se pechi. ha. res mi. §. primo. collat. 6. cum nullius creditor * uel debitor possit esse tutor, uel curator? Respon. sic: nisi in tutore testamentario; in quo poterit adhuc hodie hic. §. loqui: cum fides talis tutoris ab ipso testatore sit comprobata, ut infra de satisdat. tutor. uel curat. §. primo. & C. de Episcop. audientia. l. de creationibus. e in princip. Vel idem in eo, quod in alijs, ut in prædicta Authen. diximus. Item & circa reales actiones hunc § hodie facimus loqui, cum in eis non sit obligatio: unde Authen cessat, ut infra de actio. §. 1. Accur.

* Sic nec debitor, nec creditor ecclesiæ potest esse matricularius eiusdem. Aeg. Fer.

Iudicium uirum inter tutorē, & pupillū possit esse. e Et ista ē cōmunis opin. si testator sciuerit: non si ignorauerit secūdū Ange.

f Pōt tamen in cōsequentiā etiam ad propriam rē authoritate, & sibi soluere & tradere rē debitam, etiam immobilem sine iudice, ut l. si stulas. ff. de contr. em. & empt.

g Dic, q ibi improprie dicitur iudex. & testis.

l *In rem suam*. & pupilli, quæ sua dicitur, cum bene administrat, ut ff. de furtis. l. interdum. secundo. §. qui tutelam.

m *Auctor esse non potest*. facit ad hoc ff. de uerborum significat. l. quod dicimus. & C. ne quis in sua causa. l. unica. f & C. de testi. l. omnibus. & ff. eodem. l. 5. primo respō. arg. contra C. de fideicommis. l. si. ibi, cum ipse sibi iudex, & testis, &c. g Ratio autem textus præsentis est, quia sequeretur, ut in eodem negotio esset quis actor, & reus: quod est incōueniens. Accur.

n *Ut olim*. Nam olim in tali casu dabatur tutor prætorius, quod hodie non est, ut hic dicitur.

o *Sed curator*. ut C. de in lit. dan. tu. l. 3.

p *Datur*. etiam inuito, ut ff. de tute. l. tertia. §. idem Cassius.

q *Et eo*. scilicet iudicio.

QVIBVS

QVIBVS MODIS tutela finitur.

TITVLVS XXII.

Tutela finitur pubertate pupilli, quæ in masculo est statim completo xiiij. an. in fœmina duodecimo. Arett.

Pupilli,[a] pupillæ que, cum puberes esse cœperint, à tutela liberantur.

¶ Pubertatem autem veteres quidem nõ solùm ex annis, sed etiam ex habitu[b] 1† corporis in masculis æstimari volebant. ¶ Nostra autem maiestas indignum esse castitate nostrorum temporum, existimans,2† bene putauit, quod in fœminis etiam antiquis, impudicum esse visum est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam[c] in masculos extendere. Et ideo nostra sancta constitutione[d] promulgata, pubertatem in masculis post decimumquartum annum completum, illico initium accipere disposuimus: antiquitatis normam 3† in fœminis bene positam, in suo ordine relinquentes, vt post duodecimum annum completum uiri potentes esse credantur.[e]

Arrogatione, deportatione, seruitute, vel captiuitate pupilli finitur tutela. hoc dicit. Aret.

u *Sanctiones.* in ſtricta ſignificatione: quandoque ponitur largius pro qualibet Imperiali lege, ut C. de nu. Cod fa. §. quibus. ver. colligentes uerò, &c. Quandoq; largiſſimè, pro collectione totius iuris ciuilis, vt in proœ. ffor. um. in princ.

¶SINGVLORVM. ¶ Iſta eſt ſecunda pars principalis huius tituli, quæ diuiditur in quinque partes principales. Primò, qualiter acquiruntur nobis res, quæ in nullius bonis ſunt. Secundo, qualiter acquiruntur ea, quæ ſunt alterius, ex facto noſtro, ex permiſtione, vel fabricatione. Tertiò, quando vſufructuarius, uel bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos; & quid contineatur appellatione fructuũ. Quartò ponit vnũ caſum exceptum à prima parte, uidelicet, ꝙ ea, quæ ſunt in nullius bonis, non tamen in totum efficiunt occupantis. Quintò, qñ per traditionem, uel non in perſonã certã, uel incertã dñium trãſferat. Secunda ibi, in §. cum ex aliena materia. Tertia ibi, Si quis autem, Quarta ibi, in §. theſauros. Quinta ibi, in §. per traditionem.

¶CASVS.

¶CASVS. Dñe iam video, quæ sunt naturali iure cõia, & quæ publica, & quæ vniuersitatis, & quæ nullius. Dicatis ergo mihi, si placet, quæ sunt singulorum hominum res? Et resp. Imp. dicens, ꝙ multis modis fiunt. Quarundam.n. rerum dñium nãcisci mur iure naturali, ꝙ sicut diximus, ius gentium appellatur, & quarũdam rerum dominium nanciscimur iure ciuili. Sed pone cas. Dñe. iã video, ꝙ rerũ dñium acquirit de iure gen. & de iu. ci. sed pro Deo dicatis mihi, de quo iure incÿditis primo tractare? Ad hoc resp. Amice, commodius est à vetustiore iure incipere. Manifestũ autẽ est, ius naturale uetustius esse, ꝙ cum ipso gñe humano rerũ natura ꝓdidit. Ciuilia. n. iura tunc primò esse cœperũt, cũ ciuitates cõdi, & magistrat* creari, & leges scribi cœperunt. Et hæc dicun tur usque ad §. feræ igitur. Fran.

* Adde Forca. dia. 87. nu. 4.

1 † enim.

* Not. ad legis essentia requiri scripturam. Ad Fel. in rub. de constit. num. 2. ubi latissimè.

multis modis res fiunt. Quarundam.n. rerum dominiũ nanciscimur iure naturali, quod (sicut diximus [a]) appellatur ius gentium: quarundam verò iure ciuili. [b] *

¶Commodius est itaq; a vetustiore [c] iure incipere: palam est aũt vetustius esse ius naturale, qđ cum ipso genere humano, rerum natura [d] ꝓdidit. [e] ¶ Ciuilia aũt [1] † iura tunc esse cœperunt, cũ & ciuitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt. *

Feræ bestiæ, volucres, et pisces fiunt occupãtis, siue quis ceperit in suo fundo, siue in alieno: sed dominus fundi potest ingredientem prohibere. Vbi autem animal captum euaserit, statim reuertitur ad pristinum statum. Aret.

¶Feræ igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia [2] † animalia, quæ in mari, cœlo, [f] & terra nascuntur, simul atque [g] ab aliquo capta fuerint, [3] † iure gentium statim illius esse incipiunt.

¶Quod.n. * ante nullius est, id naturali ratione occupanti cõceditur. Nec [h] interest, feras [4] † bestias, & volucres vtrũ in suo fundo quis capiat, an in alieno.

¶Planè qui alienum fundũ ingreditur, venandi, [i] aut aucupandi gratia, põt à dño, si is præuiderit, iure [5] † prohiberi, ne ingrediatur. [k] ¶ Quicquid autem eorum ceperis, eousq; tuũ esse intelligitur, donec tua custodia coercetur.

2 † alias.i. omnia.

3 † capiuntur.

* Quod in nullius bonis est id ocupanti cõceditur. & ad hũc §. & sequẽtes remittit. gl. in c. si culpa. sup verbo, alias tua ante §. gl. extra de iniu. & dã. dato.

4 † al. nec interest, q̃ ad feras.

5 † al. deest iure.

a *Diximus.* sed ubi? Rñ s. de iure natur. §. j. ibi, ꝙ uerò naturalis Vel s. de iure na §. sed naturalia. Vel melius. s. eo. §. & quidem.

ADDITIO Dic, ꝙ ista gl. uĩ approbare ultimã opi. hic positam. in gl. sed illa non uidetur uera, ut in §. j. in uer. ꝙ uero. s. de iure nat. Ang.

b *Iure ciuili.* usucapione, arrogatione, succeßione, deportatione, monachatione, de quibus incipiet dicere infra de usucapio.

c *Vetustiore.* sic ff. de iure immunita. l. semper.

d *Rerum natura.* i. Deus.

e *Prodidit.* i. statim cum procreauit Deus gentes, statim fuit ius gentium. Accur.

ADDITIO. Et potes exponere, prodidit, idest, adinuenit. inde proditus, idest, adinuentus, ut infra si quad. pau. fecis. di. in princ. Quandoque etiam proditus, idest, datus. infra de act. §. huic autem. uersi. qua de causa. Et sic accipi in hoc loco, non esset ineptum.

¶FERAE IGITVR.

¶CASVS. Dñe, iã uideo, ꝙ multis tract. de iure gen. tanq̃ de uetustiore; dicatis ergo mihi, si placet, aliquẽ modũ acqrẽdi dominium de iure gentium. Ad hoc respon. Iustinia. Amice, feræ bestiæ, & uolucres, & pisces, & omnia animalia fera, quæ in terra, & quæ in mari, & quæ in cœlo, idest in aere nascuntur, statim cum ab aliquo capta fuerint, iure gentium occupantis fiunt, & hoc tali ratione. Mundi enim animalia fera, in nullius bonis esse intelliguntur, & quod ante nullius est, id iure gentium (quod naturali ratione introductum est) occupanti conceditur. Nec interest, quantum ad acquirendum dominium, utrum quis huiusmodi feras bestias, & uolucres in suo proprio fundo ceperit, an in alieno, & hoc est uerum, nisi prohibitio domini intrare uolentes præcesserit. Nam qui in fundum alienum ingreditur uenandi, aut occupandi gratia, poterit à domino prohiberi, ne ingrediatur, si dominus fundi eum præuiderit. Sed po. Domine iam uideo, quod per occupationem huiusmodi ferarum, & uolucrum acquiritur mihi dominium, dicatis mihi, quamdiu durat mihi huiusmodi dominium acquisitum? Ad hoc respon. Amice dico tibi, quod quicquid prædictorum animalium ceperis, tamdiu tuo dominio subiectum esse intelligitur, quamdiu in custodia tua detinetur, sed cum tuam custodiam euaserit, & in pristinam naturalem libertatem se receperit, in tuo dominio esse desinit, & rursus sicut prius, occupanti conceditur. Sed domine dicatis mihi, quando dicitur se recepisse in naturalem laxitatem, uel libertatem? Ad hoc respond. In naturalem laxitatem dicitur se recepisse, cum vel omnino conspectum oculorum tuorum euaserit, uel ita sit in conspectu tuo, ut impossibilis sit eius persecutio. Vnde super tali quæstione apud ueteres multum fuit disputatum, & quæsitum: Quidam uenator, puta Titius, quendam ceruum vulnerauit, & mortale uulnus ei inflixit, ita quòd ceruus uulneratus capi poterat. Nam in casu isto dubitatur utrũ dominium cerui uulnerati incontinenti post vulnus infixum intelligat Titio uulneranti acquisitum. Et certè quidam ueteres dixerunt, statim post uulnus infixum, huiusmodi ceruum uulneratum fieri Titij uulnerantis, & tamdiu in eius dominio uideri, quamdiu eũ prosequitur. Et si Titius eum persequi desierit, dixerunt, huiusmodi ceruum desinere in dominio Titij esse, & rursus occupanti concedi. Alij uero non aliter putauerunt huiusmodi ceruum fieri Titij, quàm si eum Titius ceperit. Sed domine, quid dicitis vos super hoc? Certè dicit Iustini. Nos posteriorem sententiam, tanquam iustiorem confirmamus, ut uidelicet ita demum intelligatur Titij esse, si Titius eum ceperit. Multa enim solent accidere impedimenta, ut Titius eum non capiat. Et hæc dicuntur usque ad §. apum quoque. Fran.

¶ *Feræ igitur.* Quia à uetustiori incipiendum est, igitur, &c. Accur.

f *Cœlo.* i. aere. A.

g *Simul atque.* idest statim postquam, &cæt. Sed nunquid res sacræ conceduntur occupanti, ut supra eodem. §. nullius? Respond. Res dicitur esse in nullius bonis sex, uel septem modis. Natura, ut hic. Facto, ut infra eod. §. penultimo. Item tempore, ut ff. de acquirendo rerum dominio. l. nunquam. §. thesaurus. & in his tribus locum habet hæc regula, nisi quod in thesauro de æquitate dimidium domino soli restituitur, ut infra eodem. §. thesauros. Item censura, ut supra eodem §. nullius. Item casu, ut in hæreditate iacente, quæ uicem domini repræsentat, ut infra de stipular. ser. in principio. Item culpa hominis, ut si eijciam seruum ægrotantem, ut C. de Lati. li. tol. l. prima. §. sed scimus. & etiam hic. Item iuris naturalis constitutione, ut liber homo, ut ff. de uerbo. ob. l. inter stipulantem. §. sacram.

Res dr̃ esse in nullius bonis septẽ modis.

h *Nec interest.* quo ad acquirendum dominium.

i *Venandi.* aliud si causa requirendi fugitiuum meum, ut C. de seruis fugitiuis, leg. secunda. a uel glandis colligendæ causa, ut ff. de glan. leg. l. prima, uel ut recipiam pecuniam, quam ibi abscondi. ut ff. de exhiben. l. thesaurus. uel si uindemiam, quam emi, tollere me uenditor prohibeat, b ut ff. de actionibus empt. leg. qui pendentem.

a Scilicet cũ authoritate iudicis, quã de facili pstabit. Sed in alia re perdita ita demum, si cõliqua ẽt leuia præcedant indicia, secũdũ Christ.

Et an qs cogat indicare fure, uide Ias. hic.

b Idẽ ubi uia publica, uel ẽt priuata, ẽ dituta: ẽm Ias. hic.

k *Ingrediatur.* quid si post prohibitionem quid ceperit. Respond. non facit suum, ut C. de rei uendic. leg. si fundum. & l. certum & facit infra eodem. §. apum. uersic. planè.

ADDI-

ADDITIO. Dic istud uerum, secundum Ang. si fructus fundi consistebant in ueneratione; aliàs secus, ut tenet glo. in l. diuus. ff. de ser. urb. præd. & in l. 3. ff. de acq. re. domin. quamuis Poe. sequatur illam gl.

a *In libertatem.* idest, laxitatem, ut statim sequitur, ut ff. de acqu. re. domin. l. naturalem. & l. Pomponius.

b *Difficilis.* i. impossibilis. sic ff. pro socio l. de illo. & in gl. difficultate. cótra ff de ijs qui dei vel effu. l. secunda. Accur.

c *Persecutio.* sic ff. de acquiren. poss. l. 3. §. Nerua.

d *Illud.* sic. ff. de ac. re. do. l. naturalem. §. illud.

e *Capi possit.* cósiderata natura hominis, & animalis, non diuina possibilitate: licet nec omnino facilitatem considero.

f *Sed posteriorem.* sic ff. de acq. re. do. l. in laqueum.

g *Accidere.* licet enī probetur unum, idest eam uulneratam, nō tamē sequitur, ut eapi possit ut C de probationi. l. neque natales.

h *Non capias.* No. quod inspicitur, quod euenire potest, sic. ff. loc. l. si quis domum. §. idem quærit si sumptus. & ff. ad Treb. l. Lucius. §. pe. & ad l. Fal. l. in quātitate §. magna & ff. ex quib. cau. ma. sed & si per prætorem. § si feriæ. & ff. de ser. rust. præd. l. qui sella. §. 2. & de dam. infec l. qui bona. §. cum inter. arg. tamē contra. ff. de pecu. l. eo tēpore. j. rñ. ADDITIO. Ibi euentus erat impossibilis, cū nihil esset in peculio secundum Ang. uel non erat ciuilis nec honestus. secundum Christoph. de quo Brocardo dic, ut per Ang. Are. hic.

1 † *al. s.*

a Immo tex. debet intelligi, prout iacet. & hoc totū stat in arbitrio iudicis, ut sentit glo. sup. uer. bo. capi. ꝑ e. secundū Christop.

** Et sic in rebus incertis non pōt ferri sententia certa: vt hic, & in c. inuenit. iuncta glo. 1. post prin extra de spon. & matri. & est arg. quod ad ea, quæ frequētius accidunt, iura adaptantur, ut hic, & in c. literas. iuncta glo. super ver. placere cōsueuerunt. l. in med. in versi. item ar. ad ea. extra de desp. imp:*

¶ Cum vero tuam euaserit custodiam, & in libertatē [a] naturalem sese [1] † receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. ¶ Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis [b] sit eius persecutio. [c]

Licet fera syluestris ab alio vulneretur, ita vt verisimiliter possit capi, tamen non efficitur vulnerantis: nisi eam ceperit. Aret.

¶ Illud [d] quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi [e] possit, statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit statim esse tuā: & eo vsque tuam videri, donec eam persequaris. quòd si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alii verò putauerunt, non aliter tuam esse, quàm si eam ceperis. ¶ Sed posteriorem [f] sentētiam nos cōfirmamus, quia multa accidere [g] solent, vt eam non capias. [h] *

Apes, quæ in nullius bonis sunt, occupanti conceduntur, & earum fructus, sicut & aues, licet in aliena arbore capiantur. Dominus tamen à principio ingredi prohibere potest. Et examen earum tuum est, donec difficilis non est persecutio. Aret.

¶ Apum [i] quoque fera [k] natura est. Itaque apes, quæ in arbore tua consederint, ante quàm à te a'ueo [l] includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidū fecerint: ideoque si alius eas incluserit, [m] is earum dominus [n] erit.

¶ Fauos quoque, si quos esse ceperint, eximere qlibet potest. Planè, integra [o] re, si præuideris [p] ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur.

¶ Examen [q] quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eo usque intelligitur esse tuū, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est, alioqui occupantis fit.

Animalia, quæ naturaliter sunt feræ, sed per accidens mansueta, tamdiu sunt nostra, quamdiu retinent consuetudinem eundi, & redeundi. Are.

¶ Pauonū quoq; & colūbarū fera [r] natura est, nec ad rem [s]

i *Apum.* concordat. ff de acquir. rer. domin. l. naturalem. §. apum.

k *Fera.* idest, non mansueta.

l *Alueo.* uas est, ubi apes manent. Quandoque pro loco, ubi flumen currit ponitur, ut infra eo. §. insula.

m *Incluserit.* quod Bul. facere noluit in his, & simi lib. dicens: magis timeo scā dalum, q̄ futurum iudiciū, ut no. ff. de ac. re. do. l. in laqueum.

n *Dominus erit.* nec furti tenetur, ut ff. de fur. l. si apes.

o *Integra re.* i. antequā intret, uel priusquam eximantur.

p *Præuideris.* quid si fuerit igressus, an poterit retinere eum, ut det, quod acceperit, cū homo quilibet possit prohibere, ne quis intret fundum suum? Resp. cum dominus factus sit per occupationem, non uideo quare desinat esse dominus, arg. huius §. qui tantum præiudenti consulit.

q *Examen.* idest, uniuersitas apum, alias pro approbatione ponitur, alias pro iudicio, ut C. de aduo. diuer. in d. l. nemini. §. 1. Et fortè semꝑ aliud de cōsuetudine in hoc. §. & in superioribus duobus.

¶ PAVONVM QVOQVE. ¶ CASVS Domine, quidam habēt pauones, & columbas, qui ex consuetudine solent euolare, & reuolare. mō quæro à uobis, utrum natura huiusmodi pauonū, et columbarū debeat censeri fera? Resp. quod sic. nec obst. quo min' natura pauonū, & colūbarū fera censeať, quod hmōi pauones, & colūbę ex cōsuetudine euolare solent: Nā hoc idē faciunt apes, & tamen manifestum est, naturam earum feram esse. Hoc idem etiam in ceruis quandoque contingit. Quidam enim ceruos ita mansuetos habent, ut in syluas ire, & redire soleant. Nemo tamen negare potest, naturam omnium ceruorum in genere, & etiam ipsorum singulorum speciem feram esse. In his igitur animalibus accidentaliter mansuetis, quæ ex consuetudine ire, & redire solent, talis regula a iure comprobata est, ut tamdiu intelligantur tuo dominio subiecta esse, quamdiu habuerint animum reuertendi. Nam si reuertendi animum habere desierint, in tuo dominio esse desinunt, & occupanti conceduntur. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, qualiter perpendam, quod desierint habere animum reuertendi? Ad hoc respond. Amice, tunc intelliguntur desinere habere animum reuertendi, cum reuertendi consuetudinem deserunt. Et hæc dicuntur usque ad illum §. gallinarum, ubi tractatur de animalibus prorsus mansuetis, & casus eius planus est, usque ad illum §. item ea, quæ ex hostibus. Fran. Aret.

r *Fera.* idest, non prorsus domestica, uel mansueta. Accursius.

s *Nec ad rem pertinet.* idest, non obstat ijs, quæ diximus.

Alueus duo significat.

Scandalū timēdum est.

Examen tripliciter accipitur.

¶ APVM QVOQVE. ¶ CASVS. Iustinianus in hoc §. prosequitur materiam suam de prorsus feris. Et dicit, quod natura apum fera est, i. non mansueta, unde apes si in arbore tua consederint, antequam à te in alueo tuo fuerint inclusæ, non magis intelliguntur esse tuæ, quàm uolucres, quæ in arbore tua nidificauerint. unde si huiusmodi apes in arbore tua consìdentes aliquis alius incluserit, ipse earum dominus efficietur, & etiam si huiusmodi apes antequam à te fuerint inclusæ, aliquos fauos in arbore tua, uel in fundo tuo fecerint, quilibet eos eximere potest: uerumtamen, si re integra præuideris aliquem ingredientem in fundum tuum, poteris iure prohibere, ne fundum tuum ingrediatur. Sed pone, quoddam examen, i. immensitas apū euolauit de alueo meo, in quo a me fuerat inclusum: ego quæro quamdiu dominio meo intelligatur esse subiectum? Ad hoc resp. si examen ex alueo tuo euolauerit, tādiu intelligitur esse tuum, ~~quamdiu intelligitur esse tuū~~, quamdiu intelligitur esse in conspectu tuo, nec difficilis sit eius persecutio: alioquin, si euasit conspectum tuum, uel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis, sit eius persecutio, occupanti conceditur. Et hæc dicuntur usque ad illum §. pauonum. Franc.

a *Quorum*.f.apum.
b *Quorum*.f.ceruorum in genere.
c *Ipsorum* f.singulorum in specie.
d *Talis regula*. hic no. tria genera animalium. Mansueta, vt sunt gallinæ, in quibus habet locum hæc regula, ut vbicunque sint, domini esse intelligantur, ut J. prox. §. item fera prorsus, & in his habet locum alia regula. quia occupāti conceduntur, vt s.e.§ feræ. & §. illud. & §. apum. & §. examen. Itē fera naturaliter, sed accidētaliter māsueta, *a* & in his obtinet hæc præsens regula; & facit ad hoc, ff. eo. de acq rer. do. l. naturalem. per totū. vsque ad §. fi.
e *Desierint*. exteriora indicant animi secreta interiora. facit ff. de ędil. edi. l. si tamen. §. 2. vnde versus: Intima per mores cognoscimus ex teriores.
ADDITIO. Ex hoc comprehendit, si viso domino, vel familiaribus non redeunt, ut solebant, nisi per aliquos dies hinc inde, non tamē si in syluis aberrassent, secundum Ang.
f *Gallinarum*. f. omnium, ut statim innuit. Vel dic singularum in specie.
g *Feras*. vt phasianos Accur.
h *Anseres*. scilicet domestici.
i *Gallinæ*. scilicet, domesticæ.
k *Turbati*. ut per vulpem, vel miluum.
l *Qui lucrandi animo*. f. ut habeat pennas, vel oua: aliàs enim nō committitur furtum, nisi lucrandi animus interueniat, ut ff. de fur. l. 1. §. fina. Sed nunquid dolus fit in uno ouo? Resp. sic, sed de dolo non agitur in re minori duobus aureis, ut ff. de dolo. l. si oleum. §. fina. & l. seq. Sed quare non agitur de dolo, cum agitur furti, ut hic Resp. furtum fit pletunq; & ideo frequentius puniendum est. fm Io. ut ff. de pœ. l. aut facta. §. fin. *b* Et no. ex hoc §. q̄ quælibet actio etiam pro uno nummo datur, ut ff. de dam. inse. l. si appietatus. in fi. t. resp. & ff. de coniun cum emanc lib. l. 1. §. illud. Sed fallit in casibus, ut ecce si commodo tibi seruum, & tu cum alis, non repetis à me expensas modicas, ut ff cō mo. l. in rebus. §. possunt. & ff. de impensis in re. do. fa l. omnino. Et excepta actione doli, ut dictum est. Item excipe, quod est. ff. de dam. inse. l. ex damni. in prin. Accur.

pertinet, q̄ ex consuetudine euolare [1] † & reuolare solēt. ¶ Nā & apes idem faciunt, quarū [a] constat ferā esse naturam. ¶ Ceruos quoq; ita quidam * mansuetos habent, vt in syluam [2] † ire, & redire soleant, quorum [b] & ipsorum [c] ferā esse naturam, nemo negat. ¶ In ijs aūt aīalibus, quæ ex cōsuetudine abire, [3] † & redire solent, talis [d] regula comprobata est, vt eousque tua esse intelligantur, donec animum reuertēdi habeāt. * Nam si reuertendi animum habere desierint, [e] etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. ¶ Reuertendi autē animum vnr desinere habere tunc, [4] † cùm reuertendi consuetudinē deseruerint. *

Gallinæ & anseres domestici tui sunt etiam si conspectū tuum effugerint, & qui eas accipit animo lucrandi, furtum committit. Aret.

¶ Gallinarum [f] autem, & anserum non est fera natura, idq; ex eo possumus intelligere, q̄ aliæ sunt gallinæ, quas feras [g] vocamus, item alii sunt anseres, quos feros appellamus. ¶ Ideoq; si anseres [h] tui, aut gallinæ [i] tuæ, aliquo modo [5] † turbati, [k]

turbatæve euolauerint, licet conspectū tuum effugerint, quocunque tn̄ loco sint, tui, tuæve esse intelliguntur, & qui lucrandi animo ea [l] animalia detinet, furtum committere intelligitur. *

Etiam si hominem liberū ex hostibus ceperimus, de iure gentium noster fit, qui si exierit potestatem nostram, recuperat antiquam libertatem. Aret.

¶ Item ea, quę ex hostibus [m] capimus, iure gentium statim nostra fiūt: adeo quidē, vt & liberi homines in seruitutem nostram deducantur: qui tamen, si euaserint [n] nostram potestatem, & ad suos reuersi fuerint; pristinum statum recipiunt. [o]

Inuentoris fiunt lapilli, & alia, quæ in littore maris inueniuntur. Aret.

¶ Item lapilli, [p] & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur, [q] iure naturali [r] statim inuētoris [s] fiūt.

Nata ex animalibus nostris, nostra sunt. Aret.

¶ Item ea, [t] quæ ex animalibus [u] dominio tuo [x] subiectis nata sunt, [y] iure tibi acquiruntur.

& gēmæ, & cætera, q̄ in littore maris inueniuntur, statim cum ab inuentore accupata fuerint, iure gen. q̄ naturali iure introductum est, inuentoris fiunt. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. Item ea, quæ ex animalibus. Fran.
m *Ex hostibus*. ut quibus populus Romanus bellū indixit, vel ipsi populo Romano ut ff. de capti. & postli. reuer. l. hostes. & ff. de uerb. sig. l hostes. & l. quos in hostes.
n *Si euaserint*. animo, & corpore, vt ff. de cap. & post. reuer. l. nihil. in prin.
o *Recipiunt*. iure post liminij, vt supra, q. b. modis ius patr. pot. sol. l. si ab hostibus. ADDITIO. Hodie tñ, quantū ad personas, non seruantur iura captiuitatis, & postliminij, nisi quātum ad res.
p *Lapilli* f. pretiosi. Et quæ sit inter lapillos, & gēmas, & margaritas differētia, dic vt ff. de auro, & arg. le. l. & si nō sūt §. fi.
q *Inueniuntur*. quæ tamen non sunt alicuius, aliàs econtra. vt J co. § fi. Acc.
r *Iure naturali*. f. gentium, ut sup. eo. §. fin gulorum Accur.
f *Inuentoris*. ita demū, si occupet, siue apprehendat, & non oīa, fm Azonē, nam in superiori § & in alijs præcedentib. de ijs, quæ per occupationem quæruntur, tractatur, vnde q̄ idē psequatur hic uerui tas scripturæ innuit. vt ff de tes. l. hæredes. §. sed & si noiam. & ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fi. Et ad uerbium similitudinis. scilicet item, * q̄ est in princ. §. aperte dat intelligere aliud esse in thesauro, cuius tractatus est valde ab hoc separatus, ut inf. eo. §. thesauros. & ideo primum uidenti, *d* & inuenienti, non capienti quæritur.
¶ ITEM EA, QVAE EX ANIMALIBVS. ¶ CASVS. Domine iam uidi qualiter acquiritur dominium rerum per occupationem, nunquid pluribus modis acquiri pōt? Resp. q̄ sic. Nam ea, quæ ex animalib. dominio nostro subiectis nata sunt, iure gentium per accessionem nobis acquirunt. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. præterea, quod per alluuionem. Fran. de Aret.
t *Item ea*. nunc mutat stylum, & materiam. & dicit de ijs quæ acquiruntur per accessionem discretam, & in sequenti §. præterea, dicet de accessione concreta.
u *Ex animalibus*. fœminini generis, siue rationalibus, ut ex ancillis, ut supra. de iure persona. §. serui. & C. de rei ven di. l. partum, siue irrationalib. ut ff. de rei uend. l. idem Pomponius scribit si frumentum §. idem scribit.
x *Dominio tuo*. uel quasi, ut si bona fide possides animal irrationale, ut ff. de acquirendo rerum dom. l. bonæ fidei. §. fin. non ita id rationali, ut inf. eod. §. in pecudum. & est ratio, ut ibi.
y *Eodem iure*. f. gentium.
¶ PRAETEREA. ¶ CASVS. Iustinianus in hoc § dicit, q̄ Præter

¶ ITEM EA, QVAE. ¶ CASVS. Domine iam uidi qualiter dñiū ferarū, & volucrū singulis acquirit per occupatione: Nunq̄d pluru terū dñiū acquiri pōt p occupationē de iure gen.? Rñ. q̄ sic. Nā ea, quæ ab hostib. nostris capimus, statim iure gen. nostro dñio acquirunt, & hoc in tm̄ uerum est, ut liberi hoies, quos ab hostibus capimus, dñio nostro subijciant, & in seruituiē deducant. si tñ nr̄am ptātē euaserint, & ad suos corpore, & aīo reuersi fuerint, pristinū statū libertatis iure postliminij recipiut. Et non solū supradicta iure gen. p occupationē acquirunt, sed ēt lapilli,

Animaliū tria sūt genera.

[1] † al. auolare.

* Adde Fortu. dial. 1. num. 11.
[2] † syluas.
a Ista glo. reprehendit p doc. hic, q. a apū natura non est adeo fera, quin mutari possit, fm Po. hic
[3] † al. ire.
* Adde Alc. reg. 2. præs. 26. nu. 7.
[4] † al. deest tunc.
* In dubio autem dicta animalia præsumuntur reuersura, & tradit Feli. in proœ. decre. Berengarius. nu. 53.
[5] † Fortuito casu The.

b Hanc tō hē improbat Io. Fa. q. a dolus sit sine furto, sed non ecōtrā. dic ergo furtū esse improbius, & et actionē cōpetere. de iure cōi: d dolo āt de iure spāli, cū sit qdā spēs residuis rescin-

dens ea, q̄ consensus partiū firmauerat. l. 1. ff d d o na. ergo & cæt. argu. l. 1. eius militis. §. militia missus. ff. de re militi. Ang.

* Facit in proœ. decr. in gl. vlti. vbi dicitur q̄ pro vna gallina furtum cōmittitur. post me glos. & gl. fi. in fi. i c. cū te. extra de re iu di.

c Hoc uero in uacā tib. ut hic. & l. si barsatorā. C. de fideiuf. Quod no. pro statuto loquēte de eo, qui īuenerit bā nnū. Item in nō uacā tib. si possidentis animus nō cōcurrat: aliàs solo acquirunt aspectu.
* Dictio item, est repetibilis p̄ cedētium clausulatū qd est uerum, si copulatiuē ponat sec̄ si cōtinuatiuē. Aegi. Petr.

d Istā gl. approbat Bar. hic.
* Fallit in leporib. habentib. utrunq; sexū Teren. tute ipse lepus es, & pulpamentum q̄ is. Aeg Petr.

præter supta dictos modos acquirendi, de iure gentium acquiritur nobis dominium per accessionem concretam. Qđ enim per alluuionem agro tuo flumen adijcit, iure gentiū tibi acquiritur. Sed domine, pro Deo dicaris mihi, quid est alluuio? Ad hoc respon. Est autem alluuio incrementum latens, unde illud per alluuionem agro tuo uidetur adijci, ꝙ ita paulatim, & successiuè adijcitur, ut licet tota die intuitum figas, tamen intelligere non possis, quantum quolibet momēto agro tuo adiectū fuerit, uerum est tñ, ꝙ istud latens incrementum tibi iure accessionis acquiritur. Sed si impetus fluminis aliquam partem grossam ex ꝑdio tuo detraxerit, & illam partem, detractā vicini prædio appulerit, manifestum est, eam partē ex prædio tuo detractam, nihilominus in tuo dominio permanere: si tamen longo tempore fundo uicini tui adhæserit, ita quòd arbores, quas secum traxit, in fundum uicini radices emiserint, ex tempore immissionis radicum uidentur fundo uicini iure accessionis acquisitæ esse. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. insula. Fran.

* intel. huius §. uide per Ioan. Hannibalem in Rubri. de vsucap. ff. num. 59.

1 † attulerit.

Per alluuionem fluminis, idest, per incrementum latens, res nobis acquiruntur, non autem per vim ipsius terram euellentis, nisi radices arbores emiserint. h. d.

¶ Præterea * quod ꝑ alluuionem agro tuo flumen adijcit,[a] iure gentium tibi acquiritur. ¶ Est autem alluuio incrementum[b] latens.

¶ Per alluuionem autem id videtur adijci; quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi[c] non possit, quantum quoquo momento temporis adijciatur. ¶ Quod si vis fluminis de tuo prædio aliquam partem detraxerit, & vicini prædio appulerit,[1 †d] palam est, eam tuam permanere.

¶ Planè si longiori[e] tempore fundo vicini tui hæserit, arboresq;, quas secum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur vicini fundo acquisitæ[f] esse.

a *Adijcit*. ponendo iuxta tuum prædium.

b *Incrementum*. i. augmentum. Accur.

c *Intelligi non possit*. licet tota die ibi figas intuitum, & hoc propter imbecillitatem naturalis visus, qui tā subtilia perpendere non potest, ut in cucurbita patet, quæ cito crescit, quæ tamen percipi non potest; quantum crescit quoquo momento temporis. Sed in quodam genere agrorum cessat ius alluuionis, ut in agris militibus assignatis à principe, qui limitati dicuntur, ut ff. eo. de acq. rer. do. l. in agris. Quæ sit ratio diuersitatis, dic ut in ea. l. in fi.

d *Appulerit*. aliàs, applicuerit, i. apposuerit, ut subijcit, puta crustam terræ forte uineatæ, uel arboratæ.

e *Longiori*. i. longo, s. tanto, ut faciat radices, ut sequitur, uel etiam ipsa terra apposita unitatem alteri terræ fecerit, cui apponitur, ut ff. de damno infe. l. hoc amplius. §. ita demum. a Sed quomodo scitur, quando hæc unitio, uel immistio erit facta? Resp. per rusticos, qui talia sciunt, ut in auth. de non alie. aut permu. §. quod autem dictum est. colla. 2. A.

a Quòd si non fecerit, poterit de directo uendicari.

f *Acquisita*. utilis tamen rei uendicatio priori domino datur, secundum M. ut ff. de rei uen. l. idem Pomponius scribit, si frumentum. §. de arbore. Sed nos contra, sed in factū ad æstimationem damni, ut ff. de rei vendi. l. in rem. 1. §. itē. Sed rei uendicatio non datur, ut ff. de dam. infec. l. hoc amplius. § Alphenus.

ADDITIO. Dic ſm Io. Fab. ꝙ imo nec in factum daſ, ut d. l. hoc amplius. §. ita demum. ff. de dam. infe. nec obst. §. de arbore, qa ibi loquiſ, qn fuit facta unitio actu, siue facto hominis: hic loquitur, quando fuit facta facto fluminis, & ideo cum quæritur de flumine, hoc videtur satis rationabile, & fuit opinio antiquorum, sed opinio, quæ hic no. fuit Azo. quæ satis est æqua secundum Ang. hic.

¶ INSVLA. ¶ CASVS. Domine, ponamus, ꝙ aliqua insula nascatur in mari, dicaris mihi, cuius iuris esse intelligitur? Resp. si aliqua insula in mari nata sit (ꝙ tamen raro accidit) occupanti conceditur. Nam ante occupationem nullius esse intelligitur. Sed licet dixerim tibi de insula, quæ in mari nascitur, ꝙ occupantis sit, secus tamen est de insula in flumine nata, quod frequenter accidere solet, si quidem mediam partem fluminis teneat, communis est corū hominum, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripam prædia possident, uidelicet ꝑ modo latitudinis cuiusq; fundi, q̄ latitudo prope ripā sit: ꝙ si alteri parti fluminis ꝓximior est, eorum est tñ, q ab ea parte propè ripam ꝑdia possident: ꝙ si in aliqua parte diuisum flumen sit, deinde. inf. unitum agrū alicuius in formā insulæ redegerit, huiusmodi ager ad modū insulæ diuisione fluminis circundantis redactus, eiusdē permanet, cuius ante diuisionem fluminis fuerat: sed ponamus, ꝙ flumen naturalem alueum penitus dereliquit: & ex alia parte cœperit fluere, dicatis mihi, quid iuris in isto casu? Ad hoc resp. ꝙ si naturali alueo in uniuersum derelicto, ab alia parte fluere cœperit, tunc prior alueus à flumine derelictus, eorum incipit esse qui prope ripam eius ꝑdia possident, ꝓ modo latitudinis cuiusq; agri, quæ latitudo prope ripam sit. Sed ponamus, nouus alueus iam occupatus publici iuris incipit esse, sicut est ipsum flumen: sed si post aliquod tempus ad priorem alueum flumen reuersum fuerit, nouus alueus iam à flumine derelictus, eorum incipit esse, qui prope ripam eius prædia possident. Aliud tamen iuris est, si totus ager alicuius aqua inundatus fuerit. Inundatio enim aquæ faciem fundi non immutat, & idcirco si aqua à fundo recesserit, manifestum est manere dominū fundi, qui ante dominus fuerat. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. cum ex aliena, &c. Fran.

Insula nata in mari efficitur occupantis: secus si in flumine: sed est eorum, qui habēt prædia vicina pro modo latitudinis fundi, si est in medio; aliàs est illius, cuius prædio est vicinior. Si verò ex diuisione fluminis vnus fundus includatur, remanet antiqui domini. Aret.

¶ Insula, quæ in mari nata est, (quod[g] raro accidit) occupantis fit: nullius enim esse creditur.[h] ¶ At insula in flumine[i] nata, (quod frequēter accidit) si quidem mediā partem[k] fluminis tenet, cōmunis est eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia possident: scilicet, pro modo latitudinis[l] cuiusq; fundi, quæ latitudo[2 †] prope ripam sit.

¶ Quòd si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident.

2 † al. desit latitudo.

¶ *Insula*. dicitur locus vndique circundatus aqua, ut hic, & ff. eo. de acquiren. rer. domin. l. adeo. §. insula. & l insula b aliàs quandoque pro domo in mari posita, quæ in solo, i. in salso posita est, secundum Isi. Item quandoq; pro qualibet domo, ut ff. de eo, quo cer. lo. da. l. 3. §. si quis insulam. Item nota diligenter ista sex responsa usque ad §. illa sanè.

Insulæ tria significat.

b Dic, ꝙ insularum alia est naturalis, ut Corsica, & Sardinia, alia casualis, vel accidētalis, quæ in flumine sępe nascitur, in mari perraro. Naturales insulæ sūt prīcipis, non in dominio iurisdictionali. vt in l. insulę. ff. de offic. præ. sed de hac materia pleni videas hic per Ange.

g *Quod raro accidit*. sed oppo. nam ad ea, quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur, ut ff. de leg. & senatusc. l. nam ad ea. Resp. quod illud uerbum, potius, solutionem inducit. nam bene infertur, potius, ergo ad alia. Accur.

h *Creditur*. s. antea.

i *In flumine*. i. in medio fluminis.

k *Mediam partem*. quod. s. poterit sciri accepta chorda, & puncto posito in medio, inter utrunq; agrum, & tunc si pūctum est ex una parte tantum, alij cedat, aliàs secundum ꝙ punctum extenditur, ut colligitur. ff. eo. de acq. re. do. l. inter eos. & l. seq. Ex his patet, quod pro diuiso possident insulam, & habent dominium circundantes flumen, ut ff. eo. de acq. re. do. l. pro regione.

l *Latitudinis*. existentis ab una parte, cum plures sint ex vna parte, & vnius fundus latior est, quàm fundus alterius & in hoc tantum frontem agri considero, ut ff eo. de acq. re. do. l. insula. in prin.

Parte.

a *Parte*.s.superiori.
b *Infra*.s.in inferiori parti.
c *Vnitum*. s.flumen,i.coadunatum,& hic fit punctum.Vel dic,vnitum agrum,&c.& tunc puncta ibi,infra.
d *Alueus*.à quo nunc vltimo recessit flumen.
e *Incipit*. quantum ad strictam rationē. nam de æquitate vix obtinet,idest, nō obtinet. ut ff. eodem. l. adeo. §. insula. in fi. Et no.hic,q̄ flumina vicem iudicum tenent,& dant, & auferunt dominia.ut hic, & ff. eodem, de acq. rerum domi. l. ergo. §.alluuio. Accur.
f *Speciem*. idest, faciem fundi. Sed contra. ff. de flum. & ne quid in flu. pu.l. 1.§ si fossa.in fine. §. Solu.ibi totum occupauit, hic partem. Vel hic eodem impetu recessit, quo uenit, ibi non: sed diu coopertum tenuit.
g *Manere*. fuit ergo dominus etiam tunc temporis, quando aqua inundabat. Sed contra ff. quib. mod. vsusfruct.amit.l. si ager. Solut. ibi impropriè dicit amitti, scilicet quantum ad cō modum fruendi. * Vel hic inundauit ꝓpter impetum aquarum; ibi vt faceret alueum, ut probat prædicto titulo. l. q̄d tamen. §. agri. Et hæc vera sunt, quantum ad proprietatem, sed possessio in dubitanter tempore inundationis amittetetur: ut ff. de acquirenda possessione. l. tertia § Labeo & l. qui uniuersas. §. secundo, & l. Pomponius. primo respon. a tamen aqua receden te,etiam possessio restituenda est,vt ff. de itine. actuque priua. l. prima. §. sed & si quis.

1† *alias parte.*

2† *alias deest.latitudo*

* Vel fortè ibi capitur ꝓprietas ꝓ possessione; hic ꝓpriè Aeg. Perr.

3† *al. immutat.*

a Et est tō̄ sm Chris. quia possessio est facti,& ex solo aīo d̄ pēdet, sed dn̄ium est iuris, & in re cōsistit. Et iō possidētes pdia penes flumina,q̄ sæpe solēt inūdari, itē ꝓpe confinia belli, uel epidimiæ raro scribunt.

¶Quòd si aliqua parte [a] diuisum sit flumē, deinde infra [b] vnitum [c] agrum alicuius in formam insulæ redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

Alueus nouus efficitur publicus: sicut ipsum flumen est, vetus uero dominis fundorum propinquorum conceditur. Idem de nouo alueo si flumen in antiquū redeat; Item inundatio fluminis non mutat dominium fundi.

¶ Quòd si naturali alueo in vniuersum derelicto, ad aliā partem 1† fluere cœperit, prior quidem alueus [d] eorū est,qui propè ripam eius prædia possident, ꝓ mō.s.latitudinis cuiusq; agri, quæ latitudo 2† ꝓpè ripam sit.¶Nouus aūt alueus eius iuris esse incipit, [e] cuius & ipsum flumen est.i.publicus.¶Quòd si post aliquod tp̄s ad priorem alueum reuersum fuerit flumē, rursus nouus alueus eorū esse incipit, qui propè ripam eius prædia possident. ¶Alia sanè causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit: neq; .n. inundatio fundi speciem [f] cōmutat, 3† & ob id, si recesserit aqua, palam est, eum fundum eius manere, [g] cuius & fuit.

Specificans aliquam speciē ex materia aliena, efficitur dominus eius, si ipsa species ad pristinam materiam non possit reduci. Are.

¶ Cùm ex aliena materia * species aliqua facta [h] sit ab [i] aliquo, quæri solet, quis eorum naturali [k] ratione dn̄s sit: vtrum is, qui fecerit, [l] an potius ille, qui materiæ dn̄s fuerit. ut ecce, si quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut spicis, vinum, aut oleū, aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ęre uas aliquod fecerit, vel ex alieno vino, & melle mulsū [m] miscuerit, vel ex medicamētis alienis emplastrum, aut collyrium [n] composuerit, vel ex aliena lana vestimentum fecerit, vel ex alienis tabulis nauem, vel armarium, vel subsellia fabricauerit.

¶ Et post multam Sabinianorum, [o] & Proculianorū ambiguitatē, placuit [p] media [q] sententia existimantiū, si ea species ad priorem, & rudē materiam reduci possit, eum uideri dn̄m esse, qui materiæ dn̄s fuerit: si non possit reduci, eū potius intelligi dn̄m, qui fecerit. [r] ut ecce, uas cōflatū pōt ad rudē materiā 4† ęris, vel argenti, vel auri reduci: 5† vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, uel spicas [s] reuerti non pōt, ac ne mulsum quidem ad uinum, & mel resolui potest.

¶CVM EX ALIENA. Diuiditur in quinque partes. Primò ponit thema. Secundò quęstionem. Tertio per exempla thema declarat. Quartò ponit responsionem. Quintò per exempla responsionem declarat. Secunda ibi, Quæri solet. Tertia ibi, vt ecce. Quarta ibi, Et post multam. Quinta ibi, Vt ecce vas.

¶ C A S V S. Domine, iam uidi plures modos acquirendi dominium de iure gentium. Nunquid pluribus modis de iure gentium acquiri poterit? Respondet, quod sic. Per specificationem de iure gentium acquiritur dominium. Cum enim quis ex aliena materia, &c. Casus planus est, usque ad illum §. si tamen alienam. Franciscus.

h *Facta*. facta autem intelligitur etiam cœptā, licèt non perfecta, ut ff. de auro, & argento lega. l. & si non sunt. §. quid ergo. Ratio huius est, quia quæ in opere sunt, inesse uidentur. & si certum petatur. l. lecta. §. dicebam, & cap. officij. extra de electio.

ADDITIO. Sed ibi species quantum ad materiam erat perfecta, licet quædam ad bene esse deficerent. Et ideo reprehenditur hæc glo. propter uerbum fecerit, quod perfectionem significat: ut l. 1. ff. quod quisque iuris.

i *Ab aliquo*. scilicet bona fide; ut ff. ad exhibendum. l. de eo. §. si quis. & suo nomine, ut ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeo. §. cū quis. in principio, & l. quicquid. §. secundo. Item, & tertium, scilicet, quod non possit redire ad priorem materiam, secūdum Ioannem, ut in fine huius §. Quid si duo specificauerunt: vnus bona fide, alius mala fide? Respondet communis est domini, & specificantis bona fide: b vt ff. qui. ad li. proclama. non licet. l. si duo. Azo. eodem modo quæro. & soluo ea, quæ sequuntur. Quid si ex diuersorum materijs speciem fecit, & in vna habuit bonam fidem, & in alia malam fidem? Item quid si in materia vnius partim bonam, partim malam fidē habuerit? Item quid sit partim suo specificantis nomine, partim nomine domini.

ADDITIO.

Intellige secundum præcedentia, quod habeat bonam fidē: item, quod omnia sint paria, aliàs minus pretiosum cedet pretiosiori, secundum omnes docto. hic, per l. quicquid. §. fina. ff. eodem, de acquiren. rerum dominio.

k *Naturali ratione*. idest, iure gentiū.

l *Fecerit*, idest, dexerit, quo ad spicas, ut ff. eo. de acqui. rerum domi. l. adeo. §. cum quis. in fine, sic supra de liberti. §. primo.

m *Mulsum*. i. nectar, siue stalladiam.

n *Collirium*. i. vnguentum ad oculos.

o *Sabinianorum*. i. Sabini, & suorum fautorum, qui dixerunt, speciem cedere domino materiæ. Sed Proculus cum suis sequacibus econtra, s. ut specificanti tantum cedat. ut ff. eo. l. adeo. §. cum quis.

p *Placuit*. s. nobis Accur.

q *Media* * *sententia*. quæ nec uni in totum, nec alteri concordat, uel discordat, sed distinguit, ut sequitur. Et no. medium seruandum: sic supra quibus ex causis maio. l. non licet §. penulti. Argumen. * contra. ff. de nego. gest. l. Nesennius. in fi.

r *Fecerit*. si & alia duo interuenerunt, quæ in prin. huius §. diximus.

s *Vel spicas*. & ita apparet, quod frumentum cedit specificanti. Sed contra. ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeo.

* *Adde Fortes. dial. 38. vbi ponit regulas in materia confusionis & communicationis.*

b Imo nomine proprio, & bona fide secundum Christ.

4† *al. massam.*

5† *reuerti. Tul. de inuen. titu. 8.*

*Medium tenuer̄ Beati hinc Luce 22. c. ego in medio vestrū sum Aeg. Perr.

Solutio vna multas quęstiones terminat.

*Dic, q̄ in dubio, s. quolibet extremorū æqualiter se habente media via est eligenda: sed vbi clarū est ꝓ altera parte, non ut in contrario. Aeg. Perr.

adeo.§.cum quis in fin.§. Solu.hæc poſuit gratia exempli, pro pueris, ſecundum Pla. quædam enim gratia docendi * dicuntur, quæ alias non dicerentur, vt ff de ac.& obli. l. obligationum ſubſtantia. § fin. Vel dic ſecundo ſecundum Azo.illam per iſtam corrigi. Item ad hæc omnia exempla, in quibus dicit ſpēm ſpecificanti cedere, eſt contraria regula, quæ dicit. Quod ex re mea eſt, uel naſcit, meum eſt, vt ff ad exhib.l.de eo. §. ſi quis. in fi. & ff. de rei ven. l.ſolum.§ meū. Sol. Illa regula locum habet in quinque caſibus, ſ. ubi dominus ſpecificauit, item ubi ſine mandato, ſed ratum habet; a itē vbi alius mala fide, & ſuo nomine; item vbi bona fide, ſed res poteſt ad priorem materiam reduci, quorum nullus eſt hic. Item ſi hæc vera sūt, quòd ſpecificanti cedant, contraria eſt regula, quæ dicit neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem: ut ff. de cond. ind. l. nam hoc natura. Reſp. licet fiat ſua ſpecies, quo ad dñiū, tamen actione in factum tenetur ad æſtimationē, vt ff. de rei ven. l. in rem [illegible] itē quæcunque. & ff de dona inter vi.& vxo. ſi mulier. j § j.& l.ſe.

a Intelligas gl. qñ noīe dñi ſpecificauit, aliàs ſi non fuiſſet ſpecificata noīe dñi, non poſſet habere ratū, cū ſit fctm ſui fauore ut l. ſi pupilli. §. ſi ego. ff. de neg. geſt.

tur hic.§. quando dicta purpura gratia ornandi vestimenti fuit appoſita. Sinautem econtra, ut veſtimentum ſeruiret purpuræ, ut fortè eam ſeruaret, tunc cedet veſtimentum purpuræ, ut in duabus legibus contrarijs, ut ff. de vſucap. l.rerum miſtura. §. quid ergo. & ff. de auro, & argento legato. l.& ſi non ſunt. §. perueniamus. Si autem neutrum cauſa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit, & utrunq; poſſidetur, vt ff. de vſucapio. l. rerum miſtura §. quid ergo. ADDITIO. Dic ſecundum Docto. quod neutrum poſſideur communiter. ſed quodlibet de per ſe ſic, ut not. in d. §. quid ergo. Angelus Aret.

tia ornat* alias ſec*; quia ipsū vilius ſeq̄ nobilius. Aeg. Pet.

Purpura ueſtimēto tripliciter apponit.

* Adde Bal. in authen. habita nu. 4. C. ne fil. pro patre.

Si quis ex materia partim ſua, & partim aliena ſpeciem fecerit aliquam, efficitur in totum dominus eius. Aretinus.

¶ Quòd ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena [a] ſpeciem aliquam fecerit quis, veluti ex ſuo vino, & alieno melle mulſum miſcuerit, aut ex ſuis, & alienis medicamentis emplaſtrum, aut collyrium, aut ex ſua lana, & aliena [b] veſtimentum fecerit, dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominū, [c] qui fecerit, cum non ſolum operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdē materię præſtiterit.

Aliena purpura intexta veſtimento meo, cedit veſtimēto: ille autem, qui dominus fuit, habet actionem contra furem. Aret.

¶ Si tñ alienam [d] * purpurā [e] veſtimento ſuo quis intexuerit, licet pretioſior [f] ſit purpura, tñ acceſſionis vice [1] † cedit veſtimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum, qui ſurripuit. [g] habet furti actionem, & [2] † condictionem, [h] ſiue [i] ipſe ſit, [3] † qui veſtimentum fecit, ſiue alius. Nam extinctæ [k] res licet vendicari non poſſint, cōdici tamen à furibus, & quibuſq; [4] † aliis poſſeſſoribus [l] poſſunt.

Si materiæ eiuſdem generis, vel diuerſi confundantur ex uoluntate dominorum, efficiuntur communes: & idem, ſi caſu fuiſſent confuſæ, aliàs ſecus. h.d. Aret.

¶ Si duorum [m] materiæ ex voluntate dominorū [n] con-

1 † ſic Theo. al. iure.

2 † Furtiuā Theo.

3 † al. ſiue ipſe fur eſt.

4 † quibuſq̄.

a *Ex aliena*. ſcilicet, materia.

b *Et aliena*. ſ. lana.

c *Dominum*. ſed ſi non poſſit reduci ad priorem materiam, ſit communis habita ratione materiarum, vt non cedat ſpecificanti: vt ff.eo.de acq.rer.dom.l quicquid.§. ſi. in ſi. Idē fortè erit, & quando mala fide fecit, licet reduci non poſſit. ut ff.de exhib.l.de eo.§.ſi quis. Accur.

¶ SI TAMEN ALIENAM. ¶ CASVS. Titius manicam, uel gyronem de purpura aliena intexuit veſtimento ſuo, modo quæritur, utrum purpura cedat ueſtimēto, uel ueſtimentum tanquam vilius, & minus pretioſum accedat purpuræ? Reſpondet, quod purpura licet pretioſior ſit, iure tamen acceſſionis cedit ueſtimento, & per cōſequens Titio domino ueſtimenti acquiritur. Veruntamen ille, qui dominus fuerat purpuræ, licet iam dominum purpuræ per acceſſionem amiſerit, contra eum tamen, qui ſurripuit, furti habet actionem, & condictionem furtiuam quæ ſemel ei contra furem competit, quam licet poſtea ſine culpa ſua à domino cadat, non amittit. Nam huiuſmodi res, quæ iure acceſſionis alteri rei cedunt, licet à priori domino uendicari non poſſint, à furibus tamen, & à quibuſdam alijs malæ fidei poſſeſſoribus per condictionem furtiuam, uel ſine cauſa condici poterunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum § ſi duorum.

d *Si tamen alienam*. hic incipit dicere de acceſſione, quæ fit humana natura operante.

e *Purpuram*. ut manicam, vel gyronem: ſi autem ipſa filia, pura in tela, tunc alia ratione eſt dominus factus purpuræ, ſcilicet, iure ſpecificationis, ut ſupra proxi. §. & præcedenti. hic autem §. aliquid vult adijcere ſupradictis, ſcilicet, de acquiſitione iure acceſſionis ne ergo nihil operetur, adiungit hoc quod nunc dixi, ut ff de leg. 1. l. ſi quando. in princip.

f *Pretioſior*. nota pretioſius accedere viliori. * ſic ff. de contrahenda emptione. l. ſi in emptione. Sed contra. ff. de ædili. edi. l. iuſtiſſimè. Sed ibi ſpeciale in homine. Sed contra infra de fideiuſſo. §. fideiuſſores. Solue, ut ibi. Item loqui-

* Hoc verum, q̄do apponit̄ p̄ cioſius gra-

g *Surripuit.*] ſi ſurripuit: aliàs iſtis actionibus famoſis non tenetur.

h *Et condictionem*. ſcilicet furtiuam, vel ſine cauſa, vt ff. de condi. ſine cau. per totum.

i *Siue ipſe*. ſ. fur. nam fortè erat ſator.

k *Extincta*. quantū ad dominium, quod perdidit dominus eius, & ideo dicitur, quantum ad eum extinctum: quia quādiu eſt intexta purpura, extīcta eſt, nec poteſt uendicari, ſed agi poteſt ad exhibēdum, ut exhibeatur, & poſt uendicetur, vt ff. ad exhib. l. gemma & ff. de rei uen. l. in rem actio.

l *Poſſeſſoribus*. veluti à prædonibus, & malę fidei poſſeſſoribus, ut iſte fuit, vt hic. & infra de actio. §. ſic itaque. & de vſufru. quemadmodum cau. l. fi. in fi.

¶ SI DVORVM. ¶ Diuiditur principaliter in duas partes. Primo quando uoluntate dominorum; ſecundo, quando caſu ſunt confuſæ. Secunda ibi, Quod ſi fortuito. Item prima ſubdiuiditur. Primo, quando eiuſdem generis materiæ confunduntur. Secundò, quando diuerſi generis. Secunda ibi, Sed & ſi diuerſæ. Are.

Diuiſio.

CASVS. Sed Domine Imperator, nunquid dominium de iure gentium adhuc pluribus modis acquiri poterit? Reſpon. quod ſic. Nam per confuſionem materiarum acquiritur dominium de iure gentium. Si enim materiæ duorum dominorum de voluntate, & conſenſu eorum confuſæ ſunt eorum corpus, ꝙ ex confuſione materiarū reſultat vtriq; dñorum cōe fit; veluti ſi aliqui vina ſua confuderūt aut maſſas argenti, aut auri in aliquod vas conflauerūt. Et iſta ſunt uera, qñ eædem materiæ cōfunduntur. Sed pone, ꝙ materiæ ſunt diuerſæ, nunquid idem iuris eſt? Rñ. ꝙ ſic. Si.n. diuerſę materię confuſæ fuerint, & ex illis materijs cōfuſis aliqua ſpecies facta ſit, veluti ex uino Petri, & melle Martini mulſum; aut ex auro Petri, & argento Martini electrū, in hoc caſu nulla dubitatio eſt, hmōi ſpēm, ex diuerſarum materiarum confuſione, de voluntate dñorum factam communem eſſe. Sed pone, ꝙ diuerſæ materiæ, uel materię eiuſdem generis fortuito caſu, & nō interueniente uoluntate dñorum, ſunt confuſę, nunquid idem iuris erit? Rñ. ꝙ ſic. Hoc tamen intelligo, niſi materię ſeparari poſſint. Si.n ſeparari poſſent, ſecus tunc eſſet. Et hæc dicuntur vſq; ad illum §. quod ſi frumentum. Fran. de Are.

m *Si duorum*. acquiritur dominium non ſolum ſpecificatione, vt ſup. eo § cum ex aliena, & §. ꝙ ſi. & acceſſione, ut ſup. eo. §. ſi tamen. ſed etiam confuſione, ut hic. item immiſtione, ut inf. prox. § quod ſi frumentum.

Dñiū uarijs modis quęritur.

n *Dominorum*. bene dicit, dominorum uoluntate: nam ſi

vnus

fusæ[a] sint, totum id corpus, quod ex cõfusione fit, utriusque commune est: veluti, si qui vina sua confuderint, aut massas argenti, vel auri conflauerint. ¶ Sed & si diuersæ materiæ sint, ob id propria species facta sit, forte ex vino, & melle mulsum, aut ex auro, & argento electrum, [b]idem iuris [c]est. nam & hoc casu communem esse speciẽ nõ dubitatῦ. Quòd si fortuito,[1] † & non voluntate dñorum confusæ fuerint, vel diuersæ materiæ, vel quę eiusdem gñis sunt, idem iuris esse placuit.[d]

Si species duorum dominorum, eorum voluntate cõmisceantur, efficiuntur communes: secus si sine eorũ uoluntate. Aret.

¶ Quòd si[e] frumentum Titij frumento tuo mistum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune est. q̃a singula corpora, i. singula grana, quæ cuiusq; propria fuerunt, consensu[2] † vestro cõicata sunt.[f] ¶ Quòd si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non vr̃ cõe esse: quia singula corpora in sua substantia[g] durant. ¶ Nec[3] † magis istis casib. cõe fit frumentũ, quàm grex intelligitur esse cõis, si pecora Titii tuis pecoribus mista[h] fuerint.

¶ Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum[i] retineaur, in rem quidẽ actio, pro modo[k] frumenti cuiusque competit:[l] arbitrio aũt iudicis continetur, vt ipse æstimet,[4] † quale cuiusque frumentum fuerit.

Aedificium cedit solo, sed materia, ex qua ædificium fit, remanet antiqui domini: eam tamen repetere non potest, quandiu ædificium durat, quo diruto datur ei vindicatio. Aret.

vnus dominus fecit inde speciẽ i. mulsum, vel vas ex argẽto meo, & suo, sua est iure specificationis, non communis, vt s̃. e. §. q̃ si partim & ff. de rei vend. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. 1.

ADDITIO. Hoc intellige bona fide, & suo nomine, ut vidistis in §. cum ex aliena. s̃. e. per glo. vt hic. Ang.

f *Tempora.* ſ. ut continuentur: ſed in hoc differt, quia in titulo ſingulari utrunque, ſ. emptorem, & uenditorem bonã fidem habere oportet, ut ff. pro emp. l. 2. §. ſi eam rem. alias contra. ſecus in uniuerſali titulo, ut hic. Et eſt ratio, quia ſi hæres non adiret, hæreditas compleret. ut ff. eod. l. nunquã. ij. §. uacuum. quia eſt eadem perſona, ut in Auth. de* iureiur. à mo. præ in fi. 1. reſpond. ibi, cum utique. col. 5. concor. cum hoc §. ff. pro emp. l. 2. §. emptori. & §. ſi defunctus. & fit hæc coniunctio ad lucrum, & ad damnum, ut ff. quemad ſer. amit. l. ſi quis alia. §. tempus.

¶EDICTO DIVI MARCI. ¶CASVS. Dicit Iuſti. quòd edicto diui Marci ita cautum eſt, ꝙ ſi aliquis emerit rem alienam à fiſco uendente ut ſuam; & dominus rei rem ſuã ab emptore intra quinquennium, poſtquam tp̃s uenditionis lapſum fuerit, non repetebat: poſtea emptor per exceptionem quinquennalis præſcriptionis dominium rei repellebat. Et hoc obtinebat utique ad tp̃s domini Zenonis. Poſtea autem conſtitutio bonæ memoriæ Zenonis illis, qui à fiſco vendente rem alienam, ut ſuam, aliquid emerint, aut titulo donationis, vel alia quacunque iuſta cã acceperint, bene proſpexit: nam in conſtitutione Zenonis cautum eſt, ut illi, qui à fiſco alienam rem vendente, ut ſuam aliqd acceperint ſtatim ſecuri fiant, & exiſtant uictores, ſiue agant aduerſus alios, ſiue ab alijs conueniantur. Sed certè domine, uidetur mihi, quòd iniqua ſit conſtitutio Zenonis, quæ ſtatuit ita ueros dominos per alienationem à fiſco factam ſtatim, excludi. Ad hoc Reſpon. amice, non eſt iniqua conſtitutio Zenonis, ſicut tibi uidetur: nam in eadem conſtitutione, & dominis rerum proſpectum eſt. Licet enim aduerſus emptores uenire nõ poſſint, actiones tamen ſuas, ſi quas ſibi hypotheca. uel dominio rerum a fiſco alienatarũ putauerint competere, per eandem conſtitutionem uſque ad quadriennium aduerſus ſacratiſſimum ęrariũ, poterũt exercere. Sed domine, iam uideo, quid dominus Zeno ſtatuit in alienationibus factis à fiſco, uendente rem alienam, ut ſuam. Sed ponamus, quòd Imperator uendat aliquam rẽ de patrimonio ꝓprio, quod habuit ante diadema imperij, quid iuris erit in caſu iſto? Ad hoc reſpond. ꝙ idem iuris in caſu iſto erit, quod ſtatutũ fuit in conſtitutione Zenonis Nam in conſtitutione, quam nuper promulgauimus de his, qui à noſtro priuato patrimonio, uel à patrimonio uenerabilis Auguſtæ, aliquid acceperint, ſtatuimus, eadem per omnia ſeruari, quę in præfata diuinæ memoriæ Zenonis conſtitutione continentur. Et hæc dicunrur uſq; ad fi. tit. Fran.

g *Edicto.* i. præcepto generali; alias prætorum dñr edicta, ut ꝙ metus cã, & ſimilia. vt ff. qđ met⁹ cã. l. ſi mulier. circa pr. Ac.

h *A fiſco.* vt à procuratore Imperialium rerum. nam de patrimonialibus dicitur inf. eo. in fi.

i *Emit.* ſcilicet à fiſco vendente, vt ſuum, à quo edicto res minorum excipiuntur. vt C. ſi aduer. fiſ. l. fi. Si autem ut alienam, ut quia ceſſatum eſt in ſolutione tributorum, tria exiguntur. Et quod ſit debitum, & quod ſit ceſſatum, ut C. ſi aduer. fiſ. l. fi & C. ſi propter pu. pen. l. fin. ij. reſpon. fortè biennio, ut ff. loc. & conduc. l. quæro. §. inter. uer quæro. Item tertio, quòd res ſubhaſtetur, ideſt, præconizetur, ut C. ſi propter pub. pen. l. fi.

ADDITIO. Et plura alia requiſita uide per Ang hic, & per gl. in l. j. C. de fide inſtr. & iu haſtæ fiſ. lib. 10.

k *Conſtitutio.* C. de quadri. præſcrip. l. omnes.

l *Bene proſpexit.* corrigendo edictum diui Marci.

m *Statim* ff. de peri. hæc. l. etiam ſi. §. item ſi quis. in glo. emerit contra. Sol. ibi in uniuerſitate; hic in re ſingulari loquitur. Alij dicunt, ꝙ hic corrigitur. *a* Et eodem modo (ſcilicet primo, & non ſecundo) reſpond. ad l. C. de hæred. uend. l. j. Item ibi erat res fiſci

n *Quadriennium* niſi ſit minor, uel reipublicæ cauſa abſẽs: ut C de reſti. mili. l. neque.

o *Actiones.* ſed quæ? Reſpon. condictio ex hac l. ſecundũ Io. ſed P. in rem dabat hic non domino contra dominum. arg. C. de hære. uel act. uend. l. j contra. Sol. ibi de uniuerſitate uendita, hic de re ſingulari.

p *Conſtitutio.* C. de quadri. præ bene à Zenone.

q *A noſtra.* i. à priuata noſtra ſubſtantia: ſed ſup. de fiſcali dixit: ut C. de quadri. præſcrip. l. bene à Zenone.

* Adde Doct. ad l. hæred. eiuſdem. de te gu. iut. Fabr. Cuiac. Præſcribit hęres cum mala fide.

1 † *Præfata Zenoniana conſtitutione, in aliquibus.* Fiſcus uendit rẽ, uel iuſtam, vel vt alienã. a Et iſtam cõitet approbante omnes, qa illo iure hęc præſcriptio erat incognita. Ad l. j. reſpondeo, quòd ibi conueniebat ex natura rei, ꝙ continet credita, & debita, nõ ex eo, ꝙ eſſet aliena: quia ad rẽ ipſam, ſ. hęreditatẽ non emptor, ſed fiſcus conueniretur, laſ.

¶DE DONATIONIBVS.

¶Ista rubrica continuatur per Imperatorem: dictum est s. de quibusdam modis acquirendi, s. de acquisitione, quæ fit per vsucapionem. & præscriptionem. Nunc dicendum est de alio modo acquirendi, qui fit per donationem.

Est & aliud. ¶Totus iste titulus diuiditur i quinq; partes. Primo ponit continuationẽ cum distinctione bimembri. Secundo de donatione causa mortis. Tertio de donatione inter viuos. Quarto de donatione pp nuptias. Quinto de vna acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi in §. Mortis causa. Tertia in § Aliæ autem. Quarta ibi, in § Est & aliud. Quinta ibi, in §. Erat olim.

De donationibus.

TITVLVS VII.

Donationis duplex est genus scilicet causa mortis, & inter viuos. Et causa mortis est, quæ fit propter mortis suspicionem. Et tribus modis hic positis reuocatur, & magis sequitur naturam legatorum. Et breuiter donõ causa mortis est, quando donans commodum vult magis excepto eo, esse in donatario, quam in hære de. h. d. Aret.

EST & aliud genus acquisitionis, [a] donatio. Donationũ autem duo sunt genera, mortis causa, & non mortis [b] causa.

¶Mortis [c] causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cùm quis ita donat, vt si quid [d] humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit: si autem superuixisset, [e] *is, qui donauit, reciperet: vel si eum donationis pænituisset, [f] aut prior decesserit is, cui donatum sit.

¶Hæ mortis causa donationes, ad exemplum [g] legatorum redactæ sunt p omnia. [h]

¶Nam cum prudentibus ambiguum fuerat, vtrum donationis, [i] an legati instar eã obtinere oporteret; & vtriusq; cãæ quædam habebant [k] insignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant: [l] nobis constitutum est, vt per oĩa ferè legatis [m] connumeretur, &

¶CASVS. Dñe, iam video qualiter per vsucap. & præscri. acquiritur dñium rerum de iure ciuili; nunquid sunt plures modi acquirendi dñium de iure ciuili? Ad hoc respon. Iusti. q sic. Est .n. & alius modus ciuilis acquisitionis: uidelicet donatio. vnde hic de dona. vidẽdum est; & hoc in prima parte. Sed pone in secunda, Dñe, iam video, q vultis tractare de dona. ponatis mihi aliquã diuisionem donationum? Ad hoc respon. donationũ duo sunt genera: Est .n. quædam donatio inter viuos, & alia cã mortis. Sed dñe, dicatis mihi, quid censetur dona cã mortis? Ad hoc respon Amice, dona. cã mortis est, quæ fit pp mortis suspicionem, veluti si quis donat, vt si ipsum mori contigerit, remaneat donatio penes donatarium, & huiusmodi mortis causa donatio tribus modis reuocatur, videlicet, si donator cunualuerit, vel eum donationis suæ pœnituerit: aut si donatarius prius decesserit: & hmõi mortis cã donatio per omnia ferè ad exemplum legatorum redacta est. Nam cum ante, tps nostrum veteres iurisprudentes dubitarent, vtrum donationem causa mortis oporteret obtinere similitudinem cum legato, an cum donatione simplici inter viuos; & cum quidam antiqui eam vellent donationi simplici comparare; & quidam legato; ob huiusmodi discordiam antiquorum sopiẽdam, à nobis constitutũ est, vt huiusmodi donatio causa mortis per omnia fere legatis cõnumeretur; & sic omnino procedat, quemadmodum nra constitutio procedere constituit; & ut breuiter de hac donatione expediamus; in summa scire dẽs. q mortis cã donõ est cum aliquis ita donat, vt magis velit seipsum hre, si conualuerit, quã donatariũ magisq; donatariũ si moriat, q hredem suũ, sicut Homerus recitat Telemachũ his verbis expssis donasse Peiræo. Et hæc dñr vsq; ad illum. §. aliæ aut. Fr.

a *Acquisitionis*. scilicet, de iure ciuili. nam per stipulationẽ tantum contrahebatur, scilicet, donatio, quę scilicet stipulatio est de iure ciuili: sed hodie fit nudo pacto: C. eo. l. si quis argentum. §. fi. a & inf. de actio. §. de constituta. Vel dic, eam esse iuris ciuilis approbatione, non inuentione, sed iurisgentium, ut sup. de rer. diui. §. per traditionem. Vel dic, sui origo fuit de iure gentium uno modo, scilicet, per traditionem: ac postea de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alius inuentus, scilicet, per stipulationem. Tertio per Iustinianum additus est tertius, puta, per nudum pactum. Acc.

b *Et non mortis*. si large hæc duo membra accipiuntur, in tex nihil deest, & propriè ponuntur genera. nam multæ species sub quolibet continentur. & hoc appr. bo. Vel accipe strictè pro duabus speciebus tantum donationum, s. simplicis inter uiuos, & simplicis causa mortis, & adde alias donationes, vt legatum: ut inf. de leg. in princ. Item donationem propter nuptias: ut inf. eo. §. est & aliud. Item & quod est j. eod. §. fi.

c *Mortis*. scilicet, instantis, uel futuræ, ut ff. eod. l. 2. 3. 4. 5. & 6. siquidem vbique * mors timenda est, cum eius dies incertus sit: ut ff. eod. de morb. cau do. l. senatus §. mortis. & de condi. & demon. l. j.

d *Si quid humanitus ei contigisset*. idest, si moriatur, ut ff. de ver bor sign l. in vulgari. §. fi. & debet hoc exprimi, aliàs non est mortis causa donatio: ut ff. eod. de mor. cau. do l. Seia § si nisi ex coniecturis appareat, eum velle donare causa mortis.

ADDITIO. Nota, quòd ad hoc, ut sit donatio cã mortis, requiritur, quòd fiat mentio mortis. idem not. glo. Barto. Ange. & Raph. & Imo. in d. l. Seia. §. fin. & glo. & Bar. in l. Seia. ff. de do. præleg. & Bar. in l. quæ dotis. in fi. 1. col ff. solu matr. alias autem licet aliquis sit in extremis constitutus, si simpliciter donat, nec adijcitur, causa mortis, intelligitur donatio inter uiuos. & est tex. sing. in d. l. Seia. §. si quod no. secundum Ang.

e *Superuixisset*. idest conualuisset: & ita tribus modis reuocatur: vt hic subijcitur. & ff. si cer. pet. l. non omnes.

f *Pænituisset*. quia uoluntas est ambulatoria vsq; ad mortem: ut ff. de adimen leg. l. 3. in fin. & quia donatio ob causam, scilicet, si moriat, & sic possum pœnitere: ut ff. eod. de mor. causa duna. l. senatus. § 1. in fin. & ff de condi. cau. da. l. 3. §. 2.

g *Exemplum legatorum*. quantum ad uim, & potestatem; quia sicut legata morte confirmantur, ita donationes cau. mor. ut reuocari non possint.

h *Per omnia*. subaudi ferè, ut statim dicet: nam in multis differunt.

i *Donationis*. scilicet, simplicis, & inter uiuos: alias nulla esset huiusmodi distinctio: cum omne legatum sit donatio, ut patet ex definitione eius, ut ff de leg 2. l. legatum.

k *Habebat*. scilicet, donatio causa mortis. nam cum donatio inter viuos habet insignia, ut sit liberalitas cum legato, ut morte confirmetur, & ut detrahatur Falcidia: ut C. ad l. Fal. l. fi.

l *Retrahebant*. subaudi, & alij ad aliud.

m *Fere legatis*. dicit, ferè; quia in quibusdam discrepat à legatis: ecce enim si donas in annos singulos: donatio una est; sed legata plura: ut ff de dona. causa mor. l senatus §. fi. Item legatum ab hærede semper traditur: ut patet ex definitione legati: inf de leg. in prin. donatio autem vel ab hoc, uel ab alio. Item in donatione obligatur donatus: in legato non. Item si testamento accuso, perdo legatum, non donationem; si tamen accuso, ut falsum, arg. ff. de his, quib. ut indig. l. post legatum. §. qui mortis. b Item alteri substituitur in legatis, secundum quosdam: ut ff. de donatio. causa mortis. l. ei, cui mortis. & de legatis. 2. l. ut hæredibus. Item filiusfamilias donat, sed non legat. ut ff eo. de mor. cau. dona. l. tam is. & inf. quib. non est permis. face. test. in prin. Itẽ in legato tria tempora considerantur, ut sit capax legatarius: ut inf. de hæredum quali. & differ. §. in extraneis. c in donatione non: ut ff. de donatio. causa mortis. l. in mortis. Item q a pro legato datur interdictum, quorum legatorũ, non pro donatione: quod dic, ut in summa. C. quorum leg. l. j. & in l. Marcellus § Paulus. ff. de donatio. cau mor. Acc.

ADDITIO. Immo habet locum, quorum legatorum saltem in eo, quod excedit Falcidiam: uel si per donatariũ sit occupata, secundum Io. Fab. & Ang.

gl. manifestauerit.

* Hoc uerum, cum quid agit facinorosè, secus ubi uirtus exercetur quia tunc non est timenda mors. Seneca, Sic discas qua si nunquã moritur; sic uiuas, quasi cito moriturus: nil .n. mali in morte est. Tulli. Viro forti nõ modo non timẽda mors pro patria est, sed appetenda. Aegi. Perr.

Donatio causa mortis nõ est, nisi exprimat mors.

* *Superuiuere, nunc saluum euadere: Aliàs superuiuere, est superstitem alicui viuere. Cuia.*

Donationes causa mortis. & legata differunt in multis.

a Etiam si sit donatio causa mortis secundũ cõmuniter omnes; de quo uide Ang. in §. in psonã. inf. de act. & Christ. inf. cod. in

b Hoc intelligas, ut dicit gl. in l. etiam ff. d inof test. & plenè p Ioan. de Imo. in l. fi. ff. de do. causa mortis. Ang.

c Hoc est falsum secundum Ange. ibi.

Cuusti-

a *Constitutio*. s. coram v. testibus, scriptura interueniente, vel non: vt C. eo. l. fi.

b *Et in summa*. idest, vt breuiter de hac donatione expediamus: vt ff. eo l. j.

c *Vult*. idest vellet, in quibusdam, uelit.

d *Habere*. scilicet si superuixerit: vt ff. eo. l. senatus. §. 1.

e *Et sic apud Homerum*. i. sicut recitat poeta Homerus, quod Telemachus dictis verbis expressis donauit.

¶ ALIAE AVTEM. ¶ CASVS. Domine, iam vidi exemplũ de dona. causa mor. & de eius effectu, ponatis mihi exemplũ de do. inter viuos. Ad hoc respon. Amice, sunt quædam aliæ donationes, quæ sine aliqua mortis cogitatione fiunt: & huiusmodi dona. inter viuos appellantur: & tales dona. legatis nõ comparãtur. Si enim perfectæ fuerint, temerè reuocari non possunt. Sed domine dicatis mihi, quando dicuntur perfectæ? Ad hoc respondet. Amice, huiusmodi donationes perfectæ censentur, cum donator voluntatem suæ liberalitatis in scriptis, vel sine scriptis donatario manifestauerit, puta, per talia uerba, dabo, vel donabo tibi talem rem. & in nostra constitutione cautum est, huiusmodi donationes semel perfectas traditionis necessitatem ad exemplum venditionis in se habere sicut venditor rem venditam, numerato sibi pretio, tradere compellitur; ita donatori post emissam liberalitatis vocem auctoritate nostræ constitutionis, tradendi necessitas imponatur. Sed antiqui principes statuerunt, donationes simplices summam ducentorum aureorum excedentes, sine insinuatione scripturæ non valere; nunquid placet uobis, quod illud hodie obseruetur; Ad hoc Respon. quod non. Nam cum constitutiones antiquorum principum statuerint, huiusmodi donationes simplices, excedentes summam ducentorum aureorum actis interuenientibus insinuari: nostra constitutio huiusmodi summam vsque ad quingentos solidos ampliauit; & statuit vsque ad quingentos solidos sine omni insinuatione ualere donationes: & per eandem constitutionem quasdam species donationum introduximus: quæ licet quingentos solidos excedant, tamen nullam insinuationem desiderant: sed in se sine omni insinuatione plenissimam habent auctoritatẽ. & alia insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia, & singula ex constitutionibus nostris, quas super huiusmodi donationibus fecimus, manifestissime colligi possunt. Sed domine, vos dixistis mihi suprà, quod huiusmodi donationes simplices, semel perfectæ non possunt reuocari: nunquid est hoc generaliter uerum? Respon. quòd non. Licet enim diximus, tales donationes non posse reuocari: tamen sciẽdum est, quod si plenissimæ sunt huiusmodi donationes, si donatarij ingrati extiterint erga donationes: licebit ipsis donatoribus per nostram constitutionẽ certis ex causis eas reuocare: & hoc ideo statuimus, ne datores, qui beneficiũ suæ liberalitatis in alios contulerunt, ab illis iniuriam patiãtur: secundum modos in nostra constitutione enumeratos. Et hæc vsque ad illos §. est & aliud. Fran.

* *Versus istos omisit Haloã. extant aũt apud Theoph. & in quibusd. manuscri.*

* *odissea. 17.*

* *Vide Alcia. lib. 2. Prætermis.*

* *ea sunt, quæ directæ dicuntur in l. donatio. C. eo. tit. Cuia.*

1 † *Duæ quæ nõ ĩm nino. Sed hic rectius*

* *Vt hic, & c. ult. in gl. 1 in fi. ext. eo. tit.*

sic procedat, quemadmodũ eam nostra firmauit constitutio.[a]

¶ Et in summa [b] mortis causa donatio est, cum magis se qs vult [c] habere, [d] quàm eum, cui donat: magisque eum, cui donat, quàm hæredem suum. Et sic apud Homerum [e] * Telemachus donat Peirço.

* Τὸν καὶ Γείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν, *
Τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας,
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Γείραι οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Donatio inter viuos non æquiparatur legato, quæ solo consensu hodie est perfecta: indigetque insinuatione si excedat quingentos solidos. fallit in aliquibus casibus Aret.

¶ Aliæ aũt donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiũt: quas inter viuos * appellamus, 1 † quæ oĩno nõ comparantur legatis. quæ si fuerint perfectæ, temere [f] reuocari non possunt. * ¶ Perficiuntur aũt, cum donator suam voluntatem [g] scriptis manifestauerit.[h] Et ad exemplum venditionis, [i] nr̃a constitutio [k] eas etiam in se habere necessitatem traditionis, voluit: vt etiam [l] si non tradantur, habeãt plenissimum, & perfectum robur, & traditionis necessitas [m] incumbat donatori.

¶ Et quum retrò principum [n] dispositiones insinuari eas, actis interuenientibus, volebant, si maiores fuerant ducentorum solidorum constitutio [o] nostra, eã quantitatem vsque ad quingétos solidos ampliauit, quã stare, etiam sine insinuatione [p] statuit.

¶ *Aliæ autem*. nunc prosequitur aliud genus donationis. Dictum est de donationibus causã mortis: nunc de dona. simplici, idest, inter uiuos dicit. Accursius.

f *Temerè*. ideo dicit, temerè; quia quãdoque reuocantur: vt infrà. eod. §. sciendum.

g *Voluntatem*. etiam nudo pacto: ut C. de dona. l. si quis argentum. § fi. Ac.

ADDITIO. Si autem donetur factũ, requiritur stipulatio, & traditio, sicut olim. Item pęnitentia donantis, & donatarij, ubi fit certæ personę: secus si incertæ.

h *Manifestauerit*. scilicet per uerba futuri tẽporis: ut dabo, vel donabo: ad instar stipulationis: vt ff. de verb. obli. l. 5. §. stipulatio. vel præsentis temporis: ut, do, uel dono: cum nudo pacto fiat: & pactum etiam fiat per uerba præsentis temporis. vt C. eod. de dona. l. si quis argentum. §. fin. ff. de pact. l. tale. in prin. & in glo. 2.

i *Venditionis*. ex hoc uerbo dicebat M. vẽditorem præcisè teneri ad rem tradendã. sic ff. de uerbo. obl. l. ubi autem non appatet. in fine. Ioan. contra, scilicet, vt interesse dando * liberetur: ut ff. de act. emp. l. 1. in princip. & similitudo, quæ in his fit, est in hoc, ut sicut necessitas imponitur uenditori ad aliquid, sic & donanti, licet a principio nullus cogebatur: ut C. de act. & oblig. l. sicut. Sed nunquid donator de euictione tenetur? Resp. si incipit a traditione, non; ut ff. eo. de don. l. Aristo. in fi. Si a pactione sic: ut C. de iure do. l. j. Acc.

ADDITIO. Et est ratio, qui cum donatio sit doni datio: iste paciscens, obligatur expressè ad dandum. l. senatus. §. 1. & de dona. causa mor. & ideo non liberatur, nisi transferat dominium; secus autem, ubi sola traditio sine pacto interuenit. Ex quo infertur, quod pro euictione hic agitur primæua actione, quasi non dederit, etiam re nondum euicta in totum, uel pro parte. Secus in uẽditione, ubi euictione noua nascitur actio, quasi per traditionem, obligatione ablata. quod no in præscriptione, & libelli formatione secundum omnes hic.

k *Constitutio*. ut C. de dona. l. si quis argentum §. fi.

l *Etiam si non tradantur*. idest si tradere nolit donator. Accursius.

m *Necessitas*. per condictionem ex lege, quæ stricti iuris est ff. eod. de don. l. eum, qui. & C. eod. l. si quis argentum. § fina.

n *Retro principum*. idest eorum, qui ante nos fuerunt: ex nostra etiam patria, ut C. eo. de dona. l. sancimus. in fi.

o *Constitutio*. ut C. eo. l. pen. in fi.

p *Insinuatione*. idest scriptura facta in præsentia publicarũ personarum *b* & in actis, ubi superfluum est, testes adhibere: cum publica monumenta sufficiant: ut C. eo. l. data. & l. in donationibus.

* Triplex est interesse: Conuẽtũ, ut pretium, quod conuenitur cõe, ut quod tres cõiter ualet. Singulare, quod utrumque aliorũ excedit, secundum gl. in l. j. ff. de act. empti. Aeg. Perr.

a Nisi de ipsa ẽt unde esset promissum, l. 2. C. de eui. secundum Ang. & Ias. Itẽ debet ĩtelligi, quod precesserit cõuentio saltem ordine intellectus; cum aliàs ex sola traditione nõ trãsferatur dñiũ, secundum Christ. hic.

Insinuatio quid est.

b Puta, qualiscunque iudicis ẽt exnei, nec hẽt necesse decretũ interponere. Et possunt hæc oĩa fieri ẽt ex ĩterualo, quæ si nõ ĩteruenerint, nõ annullant totam donationẽ, sed pro parte tm, in qua excedit. Ange. Et an insinuationi posit renũciari, & sine ea donatio validari; & an in simplici remissione ipsa insinuatio; itẽ ĩ cessione debitoris citatio requiratur, vide Ang. & Ias. hic.

Digitized by Google

a *Inuenit*.s.nostra constitutio: ut si donetur in redemptionem captiuorum: vel a magistro militum donetur militib. vel in refectionem domus donetur alicui: vt C.eo l pe. Idē & si donet Imperator, uel ei donetur: ut in Aut. de nō alie. §. si uero minus. col.2. & in Auth. ut non fiant pig. §. quia igitur. col.6. Idem in donatiōe pp nuptias vt in Aut. ut spō. lar. col.9. in ptin. Idem ī remissionem usutarū futuri tpis: ut ff. eo. l. Modestinus. Acc.

ADDITIO. Idem in donatione facta ꝑ benemeritis. l. Aquilius. ff. eo. dummodo appateant, & eis pro portionetur, fm doc.

b *Minimè*. licet quingētorum solidorum summam excedant.

c *Alia*. velutī, ne plures donationes diuer sis tpib. factæ coacer uentur: C. eo. l. sancimus. §. si quis aūt. Item ut ij, qui pecuniam recipiunt in redemptionem captiuorum, iurent se ibi bona fide expēdere. Item ut sacro dñi domus qō dirimatur: vt C. eo. l. pen. in fi.

d *Constitutionem*. ut C. de reuo. do. l. fi.

e *Ex causis*. quinq; s. vt si atroces iniurias in eum effundat, vel impias manus inferat, uel graue damnū in bonis uel uitæ periculum intulit: vel si legi dictæ in donādo nō paruerit: ut C. de reuoca. don. l. fi. Sed donatio liberto facta, solo obsequio nō pstito reuocat: aliud ī libertate. ut C. de reuo. don. l. 1. & de lib. cau. l. solo. Et est hic arg. pro dño, ut his causis possit reuocare feudū. sic in Auth. ut lib. de ex. §. illud uero col. 6. & ff. de li. agno. & alen. a paren. l. alimenta.

¶ Sed & quasdam donationes inuenit, [a] quæ penitus insinuationē fieri minimè [b] desiderant: sed in se plenissimam habent firmitatem.

¶ Alia [c] insuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

Donatio inter uiuos etiam perfecta, ex aliquibus causis reuocari potest. Aret.

¶ Sciendum est tñ, quod etsi plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est donatorib. per nostram constitutionem [d] licentiam præstitimus, certis ex causis [e] * eas reuocare, 1 † ne illi, qui suas res in alios cōtulerint, ab his quandam patiantur iniuriam, uel iacturā, secundum enumeratos in cōstitutione nostra modos.

Donatio ante nuptias olim ante matrimonium fiebat, hodie potest fieri, cōstante matrimonio, & etiam augeri ut dos, & ideo donatio ꝑpter nuptias uocatur, ut nomen conueniat rei. h. d. Are.

¶ Est & aliud genus inter uiuos [2] † donationis, quod uete ribus quidem prudentib. penitus erat incognitum: postea autem a iunioribus diuis principib. introductum [f] est, quod ante nuptias uocabatur, & tacitā in se conditionē habebat, [g] ut tunc ratū esset, cum matrimoniū [3] † esset insecutū. [h] Ideoq; ante nuptias appellabatur, quod [i] ante matrimonium efficiebatur, & nunquā post nuptias celebratas talis donatio ꝑcedebat.

¶ Sed primus quidem diuus Iustinus pater [k] noster, cum [l] augeri dotes, & post nuptias fuerat [m] permissum, si quid tale [n] 4 † eueniret, & ante nuptias augeri donationē; &, constante matrimonio, sua constitutione permisit. [o] Sed tamen nomen inconueniens remanebat, cū ante nuptias quidem uocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed * nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia [p] noīa reb. esse studentes, constiuimus [q] ut tales donationes non augeantur tm̄. sed ēt, cōstante matrimonio, initum accipiant, & non ante nuptias, sed propter nuptias vocētur: & dotib. in hoc exequentur, [r] ut quemadmodū

* Scilicet, propter ingratitudinē, ut hic dicitur, & 17. q. hi c. 1 uētum. & 56. di. c. satis peruersam. & ex don. de do. c. ult.

1 † in aliquibus ma nus c. neq;

2 † donationum, in aliquib.

ADDITIO. Vnde uersus, Quinq; modis perdo mihi, quæ donata fuere: Infero si damnum grauiter donantis in æte: Huic per me si sit attox iniuria facta, Si sit persona manua li uulnere facta, Qñ suæ uitæ crudeliter insidiabor. Ingratus domino, re donata spoliabor. Ingratum factum dic me eum, fregero pactum. Ius autem reuocandi donationem ex causa ingratitudinis, non transit ad hęredes, si defunctus facultatem reuocandi habuit.

¶ EST ET ALIVD. Dñe, Iam uidi de dona. simplici, q appellaī do. inter uiuos, nunqd est aliqđ aliud genus do. inter uiuos? Ad hoc rñ. ꝙ sic. Est. n. quoddam aliud genus donationū, qđ ueterib. iurisconsl. penitus erat incognitum, sed postea a iunioribus principib. fuit introductum, & fm eos donatio ante nuptias appellabaī, & in se habebat tacitā condōnem, ut uidelicet, tunc rata esset hæc donatio, & effectum hret, cum mrīmonium esset subsecutū. Sed dñe, quare appellabaī ante nupt Respon. ꝙ iō, quia sp ante nup. fiebat, licet effectum non hret, nisi nuptiis subsecutis: & nunquam post nup. celebratas talis donatio potuit inchoari. Sed postea diuus Iustinus pater meus hmōī obseruationem semplenè correxit. Nam cum permissum fuerat dotes, cōstante mrīmonio, posse augeri, permisit in constōne sua, huiusmodi do. ante nup. & post nup. celebratas ad similitudinem dotium posse augeri, sed tñ nomen inconueniens ponitus remanebat, nam ante nup. vocabaī, ut prius, licet ex constōne sua post nup. tale susciperet incrementum, & ita augebaī post. nup. tñ ante nup. appellabatur. Et ita manifeste patet, ꝙ nomen non benè consonabat rei. vnde nos plenissimo fini sanctiones tradere cupiētes, & cōsonat noīa reb. esse cupientes, vel studentes, in nr̄a constitutione statuimus, vt hmōi don. nō solum post celebratas nup. augmentū suscipiāt, sed ēt initium suscipere possint. & in hoc dotib. parificantur: vt quemadmodum dotes. cōstante mrīmo. nō solum augeri, sed ēt de nouo fieri possunt; ita hmōī don. q pp. nup. introductæ sunt, non solum, constante matrimo. contracto, augeri; sed ēt de nouo cōstitui possunt. & hæc dñr usq; ad illū. §. erat olim.

f *Introductum*. ut C. de dona. ante nup. ꝑ totum tit.

g *Habebat*. & hodie habet, si fiat donatio prius. nam & postea fieri pōt. ut ī. eod. §. sed tamen.

h *Insecutum*. de iure, & de facto.

i *Quod*. idest, quia.

K *Pater noster*. sic ī. qui. non est perm. facere testa. §. cæterus.

l *Cum augeri*. i. cum hoc non esset. a Acc.

m *Fuerat*. ēt ante se.

n *Tale*. puta, quia augeatur dos.

o *Permisit*. diuus Iustinus: ut C. de dona. ante nup. l. pen.

p *Et cōsequētia*. alias conuenientia: sic C. de epis. & cle. decernimus. in fi. gl. & in summario. & de offi. præfec. urb. l. j. in fi. & de defen. ciui. l defensores. ar. contra, C. de cōstit. pec. l. 2. §. pen. & ff. de adim en. leg. l. 3. §. cōditio.

q *Constituimus*. C. de do. ante nup. l. fi.

r *Exequentur*. si de nouo fiat donatio, uel dos post matrimonium, uel uetus augeatur, est æqualitas: ut C. de do. ante nup. l. fi. §. si igitur dote. Si ante matrimonium: poterat esse inæqualitas. C. de pac. con. l. ex morte. in prin. Sed hodie æqualitas est ante, & post in constituendo, & in pactis lucrorum: ut quantum dat uxor in dotem, tantum det in donationem propter nuptias maritus: & sicut hic fit dominus dotis, sic illa donationis propter nuptias: usumfructum tamen habeat maritus, nec accidat matrimonij onerib. dotē non seruire. Nā æquitas suggerit. ꝙ dos debeat esse ibi, ubi sunt onera mrīmonij. ut ff. de iu. dot. l. dotis fructus. & l. plērunq;. §. si serui. cū tātundē reddaī uxori. ex qua donatione consulit mulieri soluto matrimonio. si res dotales non existant: & quia nō potuit alienare maritus, ēt ea cōsentiēte, ut ī. tit. proxi. in prin. licet alias iure hypothecæ possit renūciare: vt C. ad Vel. l. ēt. & l. iubemus. & in aut. siue a me. eo. ti. C. Et sicut dos uxori, sic & talis donatio iure reddiī uiro, so l. mat. cū si æqualitas: ut l Aut. đ æqua. do. §. j. coll. 7. Est & spōsalitia largitas, qñ sponsus spōsæ ꝑ uerba de futuro, vel ecōtra donat purè nō respectu dotis, q similiter cōdōnem mrīmonii hēt, ut C. đ do. añ nup. l. cū ueterū. & l. si a spō. A.

3 † fuerit, in aliquib.

4 † eueneri, et ante, in manus.

* Hic est casus, quo filius corrigit patri: nec obstat. de nup. §. si vero ex pellet.

a Alias cū hoc esset.

ADDITIO,

ADDITIO. Tu dic, ꝗ aliqñ fit ex mera liberalitate hoc expresso, ꝗ nullo casu repeti possit, & habet locum l.si mater.C.de don.ante nup.aliqñ fit simpliciter, nullo expresso; & tunc olim præsumebatur ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis.l.2.l.si filiæ.& l.si tibi.C.eo.hodie vero ob eam futuri matrimonij.l. cum veterum. eo.tit.

a *Sed eo etiam contracto*. hodie hoc corrigit in Auth.de æqua li.do. col. 7.

¶ERAT OLIM. ¶CASVS. Domine vidi plures modos acquirendi de iure ciuili, nunquid adhuc reperiuntur plures modi ciuilis acquisitionis? Resp. ꝗ sic: Erat .n. alius modus ciuilis acquisitionis per ius accrescendi, quod quidem ius accrescẽdi erat tale. Si duo habebant seruum cõem Petrus, & Mar. si Petrus solus inter viuos vel in vltima volũtate cõem seruum manumitteret, libertas nõ ualebat, sed in eo casu pars Petri penitus amittebatur, & Mar. nolenti manumittere accrescebat; & ita seruus, qui prius cõis erat, tot' Martino per ius accrescẽdi acquirebatur. sed cum hoc pessimũ fuerat exemplum, seruũ quidem manumissũ libertate defraudari, & impositione libertatis humaniorib. dominis damnũ inferri, & seuerioribus lucrũ acquiri; iõ hoc quasi inuidia plenum pio remedio p nrãm constitutione duximus corrigendum, & inuenimus uiam, perquam tam manumissor, quam socius eius manumittere nolens, quam ẽt seruus, qui libertatem accepit, nrẽ permissionis beneficio cõiter perfruatur. Statuimus.n. ut libertas seruo cõi imposita debitum effectum sortiat. Manifestum.n.est antiquos legislatores in fauorem libertatis multa contra regulas cões iuris statuisse; & statuimus, ꝗ dñs, qui libertatem imposuit, suæ liberalitatis stabilitate gaudeat, & socius indemnis conseruetur, & pretium serui manumissi a domino manumittente seruum secundum partem domini constitutione definiti accipiat. Et hæc usque in fi.tit. Fran.

dotes, cõstãte matrimonio, non solum augẽtur, sed etiã fiunt, ita & iste donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solũ antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto[a] augeantur, & constituantur.

Hodie si unus ex dominis manumisit seruum cõmunẽ, seruus efficitur liber, & socius conseruatur indemnis, dato si bi pretio partis suæ. h. d. Are.

¶Erat * olim & alius modus ciuilis acquisitionis per ius accrescendi, quod est tale.

¶Si communem seruum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit, vel vindicta, vel testamento, eo casu pars eius amittebatur, & socio accrescebat.

¶ Sed cum pessimum fuerat exemplo, [b] & libertate seruum defraudari, & ex ea humaniorib. quidem dominis damnum inferri, seueriorib. [1]† autem dñis lucrum accrescere, [2]† hoc quasi inuidię plenum, pio remedio per nostram constitutionem, [c] mederi necessariũ duximus.

b *Exemplo*. sic. C.de proba.l.exemplo.

c *Nostram constitutionem*. C.de com.ser.ma.l.j.§.ne aũt. & §.sinautem socius.

d *Cuius*. scilicet libertatis.

e *Communes*. f. ut l.libertates per leg.Fal. non minuantur. Item ubi non ualet testamentum, libertates non reuocantur.ff.de inoff.test.l.Papi.§ sed an & libertates. & §.si Itẽ & ff.de fidei.li.l generaliter.§.si quis seruo.

f *Definimus*. C.de communi ser. ma l.j.§ ne autem, & §. sinautem socius.

g *Accipiente*. uel eo deposito: ut C.de com.ser.ma.l.j.§.ne autem. & §.sinautem socius & no ꝗ compellitur quis uendere: quod est spãle contra reg. ut C de contra.emp.l.inuitum.& C. de iu.deli.nec emere. quod plenè not. in Auth. de fideius.§.pen.col.1.

¶ QVIBVS. &c. ¶Dictum est sup. de acquisitione facta per usucapionem, uel per donationem; nec dicit per quos alienatio possit fieri, & per quos non. Are. uel sic continua. supra dictum est; quo quis efficitur dominus iure gentium, vel ciuili: hic tractare intendit de quadam specialitate, quæ contingit circa eos, qui dominia rerum acquirunt. generale.n.est, ut qui dominus est, possit alienare: & qui dominus non est, alienare non possit: hic & in specialibus casib. contingit contrarium.

¶Et inuenimus viã, per quã & manumissor, & socius eius, & qui libertatẽ accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedẽte (cuius[d] fauore antiquos legum*latores, multa etiam contra cões [e] regulas statuisse manifestum est) & eo, qui eã libertatẽ imposuit, suæ liberalitatis stabilitate* gaudẽte; & socio indemni conseruato, pretiũque serui secundum partem dominii, quod nos definiuimus, [f] accipiẽte. [g]

Quibus alienare licet, vel non.

TITVLVS VIII.

Maritus non potest aliena re vel obligare prædium dotale, etiam consentiente muliere non solum in Italia, sed etiam in prouincia. Are.

Accidit aliquando, ut qui dñs [3]† rei sit, alienare nõ possit: & contra, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat.

¶ Nam dotale prædium [h]

Accidit. ¶Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò, qñ dominus nõ põt alienare res suas. Secundò econtra, quando nõ dominus alienat. Tertiò redit ad primum casum. Secũda ibi, Cõtra aũt. Tertia ibi, Nunc aũt admonendi. Vel diuide subtilius. Primò quãdo prohibetur alienatio pp rem, quæ est alienabilis. Secundò, quando permittitur ex pactione, uel pp publicam utilitatem. Tertiò, quando prohibetur rõne personę alienantis, vel rõne personæ, in qua fit alienatio, quia pupillus est.

¶CASVS. In prima parte dicit Iusti. præmittendo ea, de quib. intendit hic tractare; aliquando accidit, ꝗ ille qui dominus est rei, dominiũ tamẽ eiusdem rei In alium transferre nõ possit & in casu isto conuerso, similiter quandoq; accidit, vt ille, qui dominus nõ est, prãtem tamẽ dominium transferẽdi in alium habeat; & hæc dicuntur vsque ad uer. Nam dotale. in quo talis figuratur casus. Domine uos dixistis mihi sup ꝗ dominus rei aliquãdo rem suam alienare nõ potest, ponatis mihi exẽplum de hoc. Ad hoc resp. Amice ecce maritus licet sit dominus prædii dotalis, tamen inuita muliere, prædium sibi in dotem datum, per l.Iul.de fun.do.alienare prohibetur: ut hypothecas earum rerum, quæ uolente ẽt muliere fiebant, quam leg Iul. per constitutionem nrãm correximus, & in meliorem statum deduximus. Cum.n.prohibitio.l.Iul. tantummodo in reb. immobilib. Italicis locum habebat: & alienationes rerum dotalium ẽt in omni re, quæ, inuita muliere, fiebant, inhibebat: utique remedium adhibuimus, & statuimus, ut nõ solum in Italia interdicta sit alienatio, uel obli. rerum dot. sed etiã in omni prouincia, quæ Romano subiecta est Imperio. & non solummodo, inuita muliere, locum habeat huiusmodi prohibitio, sed etiam neque alienatio, uel obli. licet de consensu mulieris facta fuerit, robur obtineat. & hoc ideo statuimus, ne fragilitas sexus muliebris, quæ de facili ad consentiendum alienationi per blanditia mariti posset induci, in perniciem substantiæ mulierum uideatur conuerti. & hæc usque ad illum §. contra autem. Fran.

h *Dotale prædium*. l.inæstimatum: ut C. de rei uxo.act.l.j. §.& cum lex.uer.in fundo autem. a alias si æstimatum esset, posse alienari, nisi æstimatio fiat, ut sciatur, quantum ualet: ut C de iu.do.l.quoties.& l.si inter uirum.& de fun. do.l.j. Et dic dotale, uel quasi: ut ff.de fun.do.l.3.& 4 Quid si res mobilis est? Respon. potest alienari, si maritus est soluendo. C.de ser.pig.da.ma.l 1. facit l.si ex lapidicinis.ff de iure dot. Accur.

* Titulum hunc de donat. in duos distinctũ inuenimus: in exempl. ante 400. an. manuscriptis vidisse se refert Apellus: quorũ prior de don. alter de manumissionibus inscriptus erat: hocq; loco titulum de manumissi. apte praeponendũ censet: cuius sententia uera est: nã & hic de his tractat: huicq; rei ar. erit Pãdectarũ series: ille.n. donationũ tractationi subijciuntur manumissiones. T. Preteius.

1† Alias senioribus. Alias saeuioribus.

2† Du. accedere.

* Adde Felyn. in c. ad nostram. il 1.nu.12.de iureiu.

* Idem est ẽt, si sit socius fit socius. quia, eo inuito, poterit seruus manumitti secũdũ Nic. per l. 1. C. de no. sti. & com mis. Aegi. Perr.

3 † Deest Duar.

a Et in his casib. ubi non põt alienari, an fideiussor datus a uiro obligetur, uĩ de Iashic.

Vendere qs cõpellitur aliqñ.

Alia continuatio.

ADDITIO. Sed iure canonico indistinctè valet alienatio, vxore consentiente, & iurante. c. licet mulier. de iureiur. lib 6. nisi prius iurasset se nunquam tali alienationi facien dæ velle consentire.

a *Inuita muliere.* ergo, ea uolente poterat, vt innuit: quod corrigitur statim.

maritus, inuita [a] muliere per legem Iuliam prohibetur [b] alienare, [c] quãuis ipsius [d] sit, dotis causa ei datum. * quod nos legem Iuliam corrigentes. [e] in meliorem statum deduximus. [f]

¶ Cum.n. lex [g] in solis tantũ modo rebus locum habebat quæ Italicæ [h] fuerant, & alienationes inhibeba, quæ, inuita [i] muliere, fiebant: hypothecas a[u]t earum rerum: et uolente [k] ea, utrique [l] remedium imposuimus, vt et in eas res, quæ in prouinciali solo positæ sunt, interdicta [m] sit alienatio, uel obligatio: vt neutrũ eorum, neq; [n] consentientibus mulieribus, procedat, ne sexus muliebris fragilitas in pernicem [o] * substantiæ earum [1] † conuertatur. [p]

Creditor licet non sit dominus, potest tamen pignus alienare ex pacto, uel sine pacto seruata forma legis. Are.

b *Prohibetur.* nisi prouocet ad diuisionẽ fũdi dotalis: vt C. de fun. do. l. fi. Item nisi ex necessitate: ut C. de li. cã. l. 1 Item nisi cum uniuersitate: vt ff. d fun. do. l. 1 Item nisi utatur ad utilitatem mulieris: ut ff. de iu. do. l fi.

c *Alienare.* hoc large accipiat, siue dominium mutetur: si ue ius aliis constituatur: ut C de reb. alie. non alien. l. fin. & in Auth. de non alie. §. alienationis. col. 2. & ff. de fun. do. l. Iulianus. Accur

d *Ipsius sit.* s. de integentium, ut per traditionem: & ciuili, t ap probatione, s in loã. Alii dicunt de iure ciuili, s fictione, non iure gentium: ut C. de iure do. l. in reb. Sed qđ ibi dr, de iure naturali uxorem dñam esse uerum est primæuo iure, quod dr: Quicquid calcauerit pes tuus, &c. non natura li, i. iure gentium: sed rerũ dña dr. quo ad spem, & quantum ad ho:, ut ex eis sustentetur; sicut filij dñr, dñi rerum paternarũ ut j. de hær. quali. & diff. §. sui. uersic. sed sui quidem. & C. de fur. l. quamuis. & rer. amot. l. 1. uel domina est inspecto exitu: sicut filius dicitur dominus: ut ff. de lib. & posth l. in suis. Accur.

ADDITIO. Circa hoc dicas, ꝙ uerum, & effectuale dominiuin habet maritus: sed fictum, & interpretatum habet uxor; ex quo cum uiro uiuit continuo, & præsumitur eadem persona.

e *Corrigentes.* in duob. capitulis, & in aliis non. Accur.

f *Deduximus.* ut C. de rei uxo. ac. l. unica. §. & cum lex.

g *Lex.* scilicet Iulia.

h *Italiæ.* idest in Italicis prohibebat alienationem: & hoc erat primum eius uitium. Acc

i *Inuita muliere.* sed ea uolente concedebat, & hoc erat secundum uitium.

k *Volente ea* similiter prohibebat.

l *Vtrique.* scilicet uitio.

m *Interdicta.* quid si fiat? Respon. uendicat maritus, constante matrimonio contra factum suum ueniens, cum fuerit contra legem: ut C. de agri. & censi. l. quemadmodum. circa fi. lib. 11. & de rei uend. l. doce. sed dissoluto eo, mulier. repetit. ut C. de iu. dot. l. in rebus. Idem in prælato ecclesiæ, alienante rem ecclesiæ: quia põt eam repetere, prælatura durante; ut extra de rebus eccl. non alie. cap. si quis presbyterorum.

n *Neque consentientib.* spãle, ut suo fauore nõ possit renũtiare: quia etiam reipublicæ interest: ut ff. sol. ma. l. 1. sic ff. de pac. do. l. de die.

o *In perniciem.* idest destructionem.

p *Conuertatur.* similia sunt, ubi etiam dñs nõ alienet: ut C. ad le. Iul. Maie. l. fi & C. de hæret. & ma. l. manichæos. §. pe. C. de prædi. decur. l. fi. lib. 10. & j. eo. §. nunc admonendi

ADDITIO. Vnde uersus: Coniunx, ecclesia, furiosus, menteq; captus. Prodigus. atq; minor, existẽs, sub patre natus. Aduersus fidei, maiestatis reus: isti. Res alienare ꝓprias de iure uetantur. Prætacto dẽt sub iure decurio scribi. Are.

¶ CONTRA AVTEM. ¶ CASVS. Dñe, iam uidi casum, in quo dñs alienare nõ possit. Pro deo ponatis mihi exẽplũ, qñ dñs dñium rei in alium transferre põt. Ad hoc resp. Amice, licet creditor non sit dñs rei obligatæ: tñ, si ipse pignus ex pacto uel lege alienauerit, dñium eius in alium tranfert: sed forsan ĩ primo casu, uidelicet quando ex pacto sibi facto a debitore pignus alienat, hoc fieri, quia uoluntate debitoris intelligitur pignus alienare; quia debitor ab initio cõtractus pactũ fecit, ut liceat creditori pignus uedere, si intra tps statutum non soluerit: & ita in casu isto potius ex pacto, & uoluntate debitoris uř dñium translatum, q̃ ex facto siue traditione ipsius creditoris. Sed certè nõ solum in eo casu, qñ pactũ de distrahẽdo pignore a debitore interpo tñ est, licet creditori uendendi dñiũ pignoris ad aliũ transferre: sed et qñ ac to tita: e legis pignus distrahit. Ne ergo creditores ius suũ persequi diutius impediretur, & et ne debitores nimis cito rerum suarum dñium amittant: nřa constõne utriq; parti prospectũ est, & per eãdem constõnem certus modus est inuentus, per quem quidem modum pignorũ distractio possit ꝓcedere. cuius constõnis tenore utriusq; partis indẽnitati, in eo casu, qñ pactũ de distrahendo non intercesserit, sufficienter, & abunde prouisũ est. Et hæc dicuntur usque ad illum §. nunc autem. Fran.

¶ Contra [q] autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non sit, alienare [r] potest. *

¶ Sed hoc forsitã ideo uidetur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui ab initio contractus pactus est, ut liceret creditori pignus uendere, si pecunia non solueretur. [s] 2 †

¶ Sed ne creditores ius suum persequi impedirentur, [t] neque debitores temere [u] suarum rerum dñium amittere uiderentur, nřa constitutione [x] consultũ est, & certus [y] modus impositus, cuius [z] tenore utriq; parti creditorũ, & debitorum satis, abundeque prouisum est.

Pupillus suam pecuniam sine tutoris auctoritate mutuando, non facit accipientis: & ideo nummi extantes possunt uendicari, consumpti condici, uel peti exhiberi. h. d. Areti.

q *Contra.* idest. econtrario.

r *Alienare potest.* idem in indice: ut ff. si ex nox. cã aga. l. ij. & j. de offi. iud. in fi Idem in flumine: ut ff. de acq. re. do. l. ergo. § alluuio. Idẽ in Imperatore, & Augusta: ut s. de usuc. §. ult. Idẽ in prælatis ecclesiarum: ut in Auth hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl Idem in tutorib. qui dominorum locum obtinent: ut. ff. de fur. l. interdum. § qui tutelã. Idem in procuratore, qui habet liberã administrationem: *b* ut s. de rer. diuisio. §. nihil aũt. Idem in seruis habentib. liberam peculii administrationem: ut ff. de pig. act. si conuenerit: §. fi. & l. seq. Vnde uersus. Princeps, Augusta, iudex, ac officialis, Tutor, curator, ꝓcurator, fluuiusq;. Creditor, exactor, ꝓlatus seruus hñt. Hi numero bis sex alienantes aliena. Acc.

s *Non solueretur.* scilicet tempore constituto.

t *Impedirentur.* ubi non esset pactio de pig. uendendo. Acc.

u *Temere.* i. nimis cito. ut s. de dona. §. aliæ autem. in prin.

x *Constitutione.* de iure do impe. l. fi. §. 1. & 2. Acc.

y *Certus modus.* ut si actum sit de vedendo, iuxta conuentionem uendere posit. Sed si nihil fuit dictum de hoc nuntiabit semel, & tunc, elapso biennio, uẽdet ut C. de iure do. impe. l. fi. §. 1. & 2. Si autem dictum fuit, ut non uendatur, res nuntiabit. & tunc uendet. ff. de pig act. l. conuenerit.

ADDITIO. Et inter denuntiandũ, q̃ interualla sint necessaria: itẽ quid si emptor nõ reperiatur: uel pignus plus uel minus ualeat, q̃ creditũ; itẽ qđ in pignore, iudiciali, uel pretorio; & an huic bñficio de uẽdẽ. pig. possit renũtiari: uid An. hic.

z *Cuius.* scilicet, constitutionis.

a Ad quã si prodest mulieri, et maritus ꝓ uocare potest Ang.

* *Dotis ca[usa] ei datum. Ratio legis hæc est, q[ui]a licet in bonis mariti dos sit, constante matrimonio, mulieris tamen est. Boe. enim in topic. Cicer. Dos, inquit licet, matrimonio constãte, in bonis uiri sit, est tamen in uxoris iura; & post diuortium velut res uxoris peti põt. Quod sumpsisse is uidetur ex. l. quamuis. de iu. dot. & l. Lucius §. i lem respondi. ad municip. Cuiac.*

* *Idest, ne fragilitate natura in repentina deducatur inopiã. l. 1. §. & cum lex. C. de rei uxor. est.*

1 † *conuertetur.*

Alienans quandoq; repetit, ꝗ alienauit.

Domini multi. sũt qui, suas res alienare nõ possunt.

* *Et sic plus iuris trãsfert in alium quã ipse habeat; de quo uide gl. fi. in c. pastoralis. ext. d iure pat.*

2 † *soluatur. Duar.*

b In quo non uenit do lus, nec ꝗ possit donare, nisi exprimatur, & tũc intelligit. de don. inter uiuos. non causa mor. Et qualiter libera administratio concedat, uide Ang. Are.

c Et per pactum nudũ nec est necessaria aliqua denuntiatio de pignore luendo, ꝗ no. pro limitatione l. si conuenerit. ff. de pign. Ang.

NVNC

¶NVNC ADMONEN. ¶CASVS. Domine, iam uidi casum, in quo dñs alienare non põt: nunquid sunt plures casus, in quib. dñs rei suæ alienandæ potestatem non hēt? Et respon. ꝙ sic; quia neq; pupilli, neq; pupillæ sine tutoris auctoritate vllam rem alienare possunt, licet domini rerum suarum censeant. vnde si pupillus alicui mutuā pecun ā tutoris auctoritate nō interueniente dederit, obligationem mutui non cōtrahit: & hoc ideo, quia pecuniam, q̃ mutuo dat, accipientis non facit: unde si nūmi à pupillo sine tutoris auctoritate mutuo dati exstiterit, vēdicari poterunt: si tñ ipse, q. nummos à pupillo mutuo acceperit, eosdē bona fi. consumpserit, ad exhibendum cū eo agi potest. Et licet dixerim tibi, ꝙ neq; pupillus, neque pupilla rei suæ dñium siue tutore in alium trāsferre possint, econuerso tñ oēs res, uidelicet, tā mobiles, quā immobiles, sine tut. pupillo, vel pupillæ dari possunt; ita uidelicet, ꝙ dñium in eos transferat: & iō si debitor pupillo, uel pupillæ debitum soluerit, necessaria est ei tutoris auctoritas. Si n. sine tutoris auctoritate pupillo, vel pupillæ soluerit, beneficiū liberationis non consequitur: sed hoc euidentissima rõne in nr̃a constitutione, quam ad Cæsarienses aduocatos promulgauimus, statutum est, in qua quidem constitutione dispositum est, ita demum licere tutori, uel curatori debitorem pupillarem soluere, si primum sine iudicio, & sine omni damno sportularum, & sine qua libet mercede tabulario præstanda hoc permittat. Nam si iudex soluendum pupillo pronuntiauerit, & debitor post sñiam iudicis interpositam soluerit, hmōi solutio plenissimam securitatem obtinebit: qm̃ in nullo euentu poterit debitor post hmōi solutionem iterum inquietari. Si uerò aliter, q̃ in nr̃a constitutione dispositum est, debitor pupillo soluerit, & pupillus hmōi pecuniam sibi solutam, aut saluam habeat, aut aliàs locupletior factus sit, licet debitor p̃ hmōi solutionem ipso iure liberatus non sit, si tñ pupillus adhuc eandem pecuniam petat, poterit debitor per exceptionem doli mali pupillum iterum petentem, tanquā de præda solicitum repellere, & hæc sunt uera, qñ pupillus habet pecuniam saluam, uel ex ea locupletior factus sit. Si uerò pupillus hmōi pecuniam sine tut. auctoritate sibi solutam, aut malè consumpserit, aut alio casu amiserit, si iterū eandē pecuniam petat, inutilis est debitori doli mali exceptio; quia nihilominus ad solutionem iterum faciendam condemnabitur: & sibi imputet, quia debitum sine tut. auctoritate, & non s'm no'æ constitutionis tenorem pupillo soluerit. Similiter in casu conuerso pupil. vel pup. sine tut. aucto. soluere non possunt: quia id, quod sine tutoris auctoritate soluit, non fit accipientis. Nullus n. rei alienatio sine tutor. auct. eis concessa est. Et hæc vsque in fi. tit. dicuntur.

¶Nunc admonendi sumus, neq; pupillum, neq; pupillā vllam[a] rem sine tutoris auctoritate alienare[b] posse.

¶Ideoque si mutuam pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit, [c]non contrahit obligationem, [d]quia pecuniam[e] non fecit [f]accipientis; ideoque vendicari nummi possunt, sicubi extant.

¶Sed si nummi, quos mutuo minor* dederit ab eo, qui accepit, bona fide[g] consumpti[h] sunt condici[i] possunt: si mala fide, ad exhibendum[k] de his agi potest.

Si debitor soluat pupillo cū tutoris, & iudicis auctoritate, habet plenissimam liberationē. Si verò soluat sine iudice, & sine tutore, liberatur ope exceptionis, si pecunia est salua, vel pupillus factus sit locupletior: aliter verò soluens, non liberatur vllo modo. h. d. Aret.

¶At ex contrario, omnes res pupillo, & pupillæ sine tutoris auctoritate rectè[l] dari possunt. Ideoq; si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris auctoritas: alioqui non liberabitur.[m]

¶Sed hoc etiam euidentissima ratione statutum est in constitutione, [n]quam ad Cæsarienses aduocatos, ex suggestione Triboniani viri eminētissimi, quæstoris sacri nostri palatij promulgauimus; qua dispositum est, ita licere tutori, vel curatori debitorē [o]pupillarem soluere, vt prius iudicialis sententia [p]sine[q] omni damno celebrata, hoc permittat. [r]quo subsecuto, si & iudex pronunciauerit, & debitor soluerit, sequatur huiusmodi solutionem plenissima securitas.[s]

¶Sin autem aliter, quàm disposuimus, solutio[t] facta fuerit

* *Minor.* pro pupillo *Cui a.*

* Non tñ alienare, aliud est n. amittere; aliud alienare, secūdum glos. in

a *Vllam rem.* neq; rõne proprietatis, neque rõne possessionis, quæ aīo retinetur, licet corporalem sine tutore perdere* possit, vt ff. de acq. rer. dom. l. pupillus & de acq. poss. l. possessionem. Quid in adulto? Respōde, si non habet curatorem, potest alienare, quæ seruando seruari non possunt; si habet curatorem, similis est prodigo: C. de in integ. restit. mi. l. si curatorem.

b *Alienare posse.* sic sup. de aucto. tut. in princ. ff. de solut. l. quod si forte. in fi. & l. pupillo. & ff. si cer. pe. l. non oīs. §. fi.

c *Dederit.* i.* tradiderit: cūm dare sit accipientis facere: ut inf. de act. §. sic itaque. si poneres propriè, non haberet locum, quod sequitur; ideoque vendicari, &c.

d *Obligationem.* s. personalem ex mutuo.

e *Quia pecuniam.* bona est rō: ut j. quib. mo. re cō. ob. in prin. & ff. si cert. peta. l. 2. §. appella: a.

f *Non facit.* qđ est necesse, qa dr̃ mutuū, ꝙ de meo fiat tuum: vt ff. si cer. pe. l. 2.

g *Bona fide.* credens eum maiorem: ut ff. pro eme. l. 3. §. si à pupillo vel ēt errans in iure, licet sit atgū cōtra. ut ff. pro emp. l. 2. §. si a pupillo.

h *Consumpti.* qđ fit exponēdo, uel cum alijs immiscēdo: vt j. de usufr. §. cōstituit. & ff. de sol. l. si aliem.

i *Condici possunt.* s. condictione certi ex mutuo recōciliato, p̃ cōsumptionē: ut ff. si cer. pet. l. à furioso? & l. seq. Item stipulatione recōciliat: ut C. si cer. pet. l. quūtis. Itē usucapione: ut ff. de iu. do. l. Proculus. & not. j. quib. mod rē con. obligatio. ī prin. in uerbo, tuum fiat. & melius in §. itē is. in uerbo, mutuum.

k *Ad exhibendum.* quia tenet qui dolo fecit, quò minus possit exhibere: ut C. ad exhibendum. l. ad exhibēdū. & sic iurat in litē ex eo, ꝙ interest pupilli, citius pecuniā redditā esse: ut de in lit. iur. l. i. actionib. & l. nūmis.

l *Rectè.* ut res fiat accipientis: non ut debitor liberetur. & hoc sequitur.

m *Non liberabitur.* s. debitor pupilli. Sed contra. ff. de so. l. si stipulatus fuero? Respon. ibi pupillus erat adiectus, nec quicquam sibi debebatur, cum ad solutionem tantum ponatur ut in eo. tit. de sol. ꝙ stipulatus. & l. qui res §. at ubi.

n *Constitutionē.* vt C. de admi. tu. l. sancimus. & l. constōnē.

o *Debitorem.* ex mutuo, uel simili cā, non ex pensione, uel reditu: ut C. de admi. tu. l. sancimus & l. constitutionem.

ADDITIO. Tunc enim sine iudice plenissimam securitatem consequitur, dummodo pensio, nec duos annos, nec centum florenorum summam excedat, secundū An.

p *Sententia.* s. interlocutoria, nam præceptum vulgariter appellamus: ut si dicat, Decerno. vel præcipio tibi soluere, vel deponere: vt ff. de mi. l. ait prætor. §. quid tamen.

q *Sine omni modo.* vel sportularum, uel pretiorum tabellionum. Sed nunquid debitor pro sua parte soluet? R. ñ. nō, ut C. de fure & lit. exp. l. fi. & facit sic C. de epis. au. l. tā demētis. §. fi & in Auth de sanct. epis. §. sportularum. col. 9. Acc.

ADDITIO. Priuilegium enim litis ordinationem, siue processum respiciens uni concessum, transit ad aduersariū. secus si decisionem, nisi uerba rescripti hoc sonent.

r *Permittat.* nota, ꝙ tutor, & iudex necessarij sunt secundū P. Sed secundum nos solus iudex sufficit: ut ff. de min. l. ait prætor. §. quid tamen. & l. ꝙ si minor. in fi. Accur.

ADDIITIO. Et hoc est uerum in casu nostro, & in alienatione rerum mobilium. aliàs in alienatione immobilium, opus est utroque. Ange. Arc.

s *Securitas.* ui nec restitutio detur: secus in prædio alienato cum decreto; quia emptio ex uoluntate, solutio de necessitate fit: ut ff. de min. l. ait prætor. §. quod tamen. & l. quòd si minor in fi. & C. de præ. mi. l. si quidem. Acc.

t *Solutio.* vt soll pupillo, uel adulto curatorem habēti, sine eo, unde ipso iure non liberatur: ut j. ibi nihil pderit, &c.

l. possessionē. ff. de acq. pos. Aeg. Perr.

Adultus an possit alienare.

* Sic uerba impropriant, ut materiæ, oportet. n. reb. cognatos esse sermones. c. intelligētia, ext. de ver bo. signi. Aeg. Perr.

Mutuū tripliciter reconciliat.

Sñia interlocutoria, & pceptū iudicis idem.

Solutio fit de necessitate.

a *Locupletior.* quod est, & si non est factus pauperior: ut ff. de sol. l. in pupillo. ibi, nam hoc ipso quod. Acc.
b *Petat.* & sic est de præda solicitus: vnde non audietur, vt C. pro emp. l. eum, qui. Acc.
c *Nihil proderit.* apparet ergo, ꝙ ipso iure non est liberatus; si autem cum auctoritate tutoris, ipso iu. liberaretur; sed tūc restitueretur minor, perdita pecunia: ut C. si aduer. solu. l. j.
d *Condemnabitur.* s. ipso minore petente, ve alio suo nomine; non extraneo, ut ff. de solu. l. filius.

1 † *Absunt ab omnib. manuscr. et Theoph.*

e *Soluerit.* circa hanc diffusam materiā distingue, cum debitor pupillo soluit, aut cōsequitur plenam, aut pleniorē, aut plenissimā securitatem. Si soluat pupillo sine tutoris auctoritate; & pupillus hēat saluā pecuniā, uel ex ea locupletior est, liberat, nō ipso iure, sed exceptione: nisi esset adultus sine curatore, ut hic, & ff. de sol. l. in pupillo. Si aūt soluat, tutore auctore, ipso iure liberatur: pōt tñ in integrū restitui, si non habeat rē saluā, ut C. si aduer. sol. l. j. nisi in quatuor casib. vt C. d̄ admi. tut. l. sancimus. & l. cōstōnem. qd̄ n. legitimè factū est, ex euentu retractari nō debet: ut C. ad S.C. Treb l. sancimus. Plenissima est, si iudex interueniat cū tutore, vel sine eo, ut ff. d̄ min. l. ait ptor. § quid tñ. Et de hac materia ibi plenè notat.

2 † *sic Theo. all. cuique acquiritur. et apud Dua.*

rit, pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior[a] sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat,[b] per exceptionem doli mali poterit submoueri.

¶Quod si male consumpserit, aut furto,[1] † aut vi amiserit, nihil ꝓderit[c] debitori doli mali exceptio, sed nihilominus cōdemnabitur:[d] quia temerè sine tutoris auctoritate, & non s̄m nostram dispositionem soluerit.[e]

Pupillus sine tutoris auctoritate non potest debitum creditori soluere. Are.

¶Sed ex diuerso pupilli, vel pupillæ soluere sine tutoris auctoritate non possunt:[f] qa id, quod soluunt, non fit accipientis, cum s. nullius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa sit.

Per quas personas[2] † nobis acquiritur.

TITVLVS IX.

f *Non possunt.* distingue: aut id, qd̄ erat soluendum, nō poterat alienari sine decreto: quo casu decretum interponendum est in soluendo: ut ff. de reb. eo. qui sub tut. l. magis. §. si pupillus. aliàs non tenet: & pōt uendicari. qd̄ solutū est, nisi consumpserit creditor, ut hic, & ff. si cer. pet. l. non oīs. §. fi. Aut poterat; quo casu solus sufficit tutor, vel curator, vel adultus non habens curatorē, nec restituunt, cum non sint decepti. Si sine tutore soluerit, non liberat, nec dñium transit, nisi ꝑ consumptionem; ut hic, & ff. si cer. pet. l. non oīs. §. fi. Et hoc qn̄ debitum erat ciuile, & naturale. Si autē naturale tm̄ per restitutionem poterit repetere, si legitimè soluit: aliàs suo iure condicet: ut ff. de cond. inde. l. interdū.

ADDITIO. Et tunc, quia minor ætas facit mediū concludēdi, satis est dicere, se minorem indebitè soluisse, & si non exprimat per ignorantiam; quod alias in maiore requiritur, ne donasse videatur, quod no. secundum Ang.

¶PER QVAS PERSONAS.

¶Est modus in reb. sunt certi deniq; fines, Quos vltra, citraq; nequit cōsistere rectum. Nam licet multis modis res nobis acquiranē, ut a §. illo. singulorum. de rer. diu. vsque nunc traditum est; tñ certi sunt hoīes, per quos nobis acquiritur: & sunt sex. s. per nos, per filios nr̄os, ꝑ seruos nr̄os, per alienos, in quib. usumfructum habemus, per alienos, quos bona fide possidemus, per liberum hoīem, quem bona fide possidemus. Est septimus, s. in quo nudū* vsum habemus. Est octauus qñq;, ut liber homo, i. procurator, de quib. hic tit. dicit. Differt aūt à quodā alio J. per quas perso. no. obl. acqui. quia ibi de oblig. acquerendis: hic reb. tractatur. Acc.

* Hoc verum, si acquisitio emanat ex re nostra, vel operis serui: secūdum Aegi. Petr.

ADDITIO. Adde, ꝙ etiam sunt alij, qui acquirūt alijs, ut religiosi suo monasterio; ut extra de sta. mona. l. cum ad monasterium §. j. ibi, unde si quicquam & beneficiati suis beneficijs C. de epis. & cle. auth. licentiam. Ar.

¶Continua autem istam rubricam sic: Dictum est sup. de multis modis acquirendi dominia: nūc sequitur uidere de personis, per quas dn̄ia acquiruntur, s̄m Por. Continuatio.

A *Cquiritur.* ¶Totus iste titulus diuiditur in tres partes principales. Primo ponit, per quos nobis acquiratur. Secundò illud exequit singulatim, & in specie. Tertiò facit præambulū transitus ad alios titulos, & materias. Secunda ibi, Igitur liberi uestri. Tertia ibi, Hactenus.

¶Iste titulus in casus positione est facilis; iō uide per teipsum.

g *In potestate habetis.* ut inf. eo. §. 1. & §. itē uobis.

h *Vsumfructum.* ut J. eod. §. de his. Quid si nudum usum? Resp. ex re nostra acquiritur, a nō autem ex opera, ut ff. de usu & ha. l. per seruum. & J. per quas perso. no. ob. acqui. §. per eum quo que in glo.

ADDITIO. Vbi vr̄ probari contrariū: & iō dic, ꝙ ex locatione operarum serui usuario non acquiritur, vt hic: sed ex ipsis præstitis in re vsuarij, uel conducta sic; ut ibi, & l. plenum. §. fin. de usu, & ha. Ang.

i *Bona fide.* ut inf. eo. §. item placet. quæ bona fides in possidēte, non in possesso requiritur: ut ff. de acq. poss. l. cum hæredes. §. fi. & ff. de sti. seruo. l. si seruus ex testō. & de acq. rer. do. l. homo liber. in prin. & exigitur bona fides in principio possessionis, & cōtinua in libero homine, quo ad aliquid acquirendum per eum, non in usucapione, quia non usucapitur: ut ff. de acq. rer. dom. l. qui bona fide. §. j. & C. de longi. temp. præscr. quæ pro libe. l. sola. Sed in seruo sufficit, & quo ad usucapionem, & quo ad fructus in initio bonam fidem habere: ut ff. de usur. qui seit. §. ult. & C. de usuc. transfor. l. unica §. cum autem. uersi. hoc tantummodo.

ADDITIO. Sed de iure canonico requiritur bona fides continuata, usque ad perfectionem præscriptionis. c. fi. cum ibi notatis, extra de præscr. Et facit iste textus, quòd monachus transiens de uno monasterio ad aliud, acquirat *secundo bona fide possidenti.

Acquiritur nobis nō solum per nosmetipsos, sed etiam per personas hic descriptas. Aret.

A Cquiritur[3] † uobis, nō solum per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis:[g] *

3 † *Theoph. & Dig. nobis. & c. sequentia, vt conueniant prima personæ plura lis numeri.*

* *Veluti per seruos. & concor. in prop. decr. in gl. 1. circa prin. ibi, vel seruus dicitur.*

¶Item per seruos in quib. vsumfructum[h] habetis.

¶Item per homines liberos, & per seruos alienos, quos bona[i] fide possidetis; de quibus singulis diligentius dispiciamus.

Olim quicquid acquirebant filijfamilias, acquirebant patri pleno iure, exceptis castrensibus, vel quasi: hodie verò profectitia, quo ad plenum ius, aduentitia, quo ad vsumfructum nudum. Are.

¶Igitur[k] liberi vestri vtriusq; sexus, quos in potestate habetis, olim[l] quidē quicquid ad eos peruenerat (exceptis, videlicet, castrensibus[m] pe-

a Dummodo stipuletē mihi: aliàs acquiritur stipulanti, q̄uis is teneatur mihi restituere per conditionem sine causa, ut l. pen. ff. de stipul. ser. Ang.

* Ratio, qa monach*, & seruus æquiparantur, c. cum olim. de priui. Aeg. Petr.

¶IGITVR. ¶Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit de acquisitione facta per liberos, & per quos, & quid acquiratur. Secundò quando per seruos nostros, & per quos, & qd acquiratur. Tertiò de acquisitione per liberam personam, an possit acquiri, & quid. Secunda ibi, Item uobis. Tertia ibi, Ex his. Item prima subdiuiditur in tres partes. Nam primò ponit ius antiquum. Secundò rationem correctionis. Tertiò ponit suum statutum. Secunda ibi, Quod nobis. Tertia ibi, Sancitum. Are.

k *Igitur.* quia de singulis dicere vult, de filijs, ut de dignioribus primò dicit.

ADDITIO. Facit ex̄ gl. ff. de edēdo l l. argētarius. in § edi.

l *Olim.* antiquitatem primò recitat, & hoc ideo, ut nihil antiquitatis penitus ignoraretur, ut inf. tit. proxi. in prin. nā id, quod tollitur, vel reformatur, non debet esse incognitum: ut C. de caducis tollendis. l. unica. in fi.

m *Castrensibus peculijs.* idem in quasi castrensibus, etiam iure ueteri, ut ff. de coll. bon. l. j. §. nec castrense, non solum iure nouo. ut C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. exceptis. & §. eadem obseruando. Est autem castrense, quod filiusfamilias & quolibet in castris acquirit, non acquisitu-

rus

rus aliàs:vt ff.de caſtren.pecu.l. ſi forte & l.caſtrenſe.Quaſi caſtrenſe eſt quod magiſtri liberalium artium,medici,clerici,& aduocati,de publico acquiuunt: *a* vt C.de inof.teſt. l.ſi ad prin & C.de ep.& ele.l. ſacroſanctæ.& l.cum lege.

a *Sine vlla diſtinctione*.aduentitij, uel profectitij,proprietatis, uel uſusfructus.

b *Alij*. ſcilicet. fratri, quod grauius eſſe uidetur. ut C. de bonis, quæ liberis. l. cum oportet.§.primo.

c *Conſtitutione*. ut C. de bonis,quæ liberis l.cum oportet. Accurſius.

d *Ex re*. largè pone, i.propter rē, ut uſusfructus ex rebus patris, uel occaſione patris,quocunque modo quæſita: *b* ut ff. de inceēd. rui. natu l. 1.§.1. & ff.de uſuris. l.in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. & de uul.ſubſt.l. ſed & ſi plures. § in arrogato. & de caſtren. pec.l. ſi fortè. & l.ſi caſtrenſe. niſi aliunde filius ſit habiturus per ſe.ut ff.de iu. do.l.5.§. ſi pater. Et ſic ponitur ex re, id eſt, propter rem.ff. de acquiren. hæred. l.aditio .in fi. Argu. ff.de pecu.l. eo tempore. in fi. Arg.ſimiliter contra.ff.de actionibus emp.l. Iulianus.§. ſi quid ſeruo. Accur.

ADDITIO. Solu. dictio, ex propriè,& ſtrictè ſumpta,denotat immediatum, ut ibi ſecus ſi largè, ut hic. Bal.

culijs) hoc parentibus ſuis acquirebant ſine vlla diſtinctione,[a 1]) & hoc ita parentum fiebat, vt etiam eſſet eis licentia, quòd per vnum, vel vnam eorum acquiſitum eſſet, alij[b] filio, vel extraneo donare,vel vēdere, vel quocunque modo uoluerāt, applicare. ¶Quod nobis inhumanum uiſum eſt, & generali conſtitutione[c] emiſſa, & liberis perpecimus, & * parentibus honorem[2]†debitum reſeruauimus. ¶Sancitum etenim à nobis eſt, ut ſi quid ex re[d] patris ei[e] obueniat,hoc ſecūdum antiquam obſeruationem totum parēti acquiratur. Quæ enim inuidia[f] eſt;quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti?[g] Quod autem ex alia cauſa ſibi ſi iusfamilias acquiſiuit, huius uſumfructum,[h] patri quidem acquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne qđ eis ſuis laboribus, uel proſpera[i] fortuna acceſſerit,hoc in alium perueniēs,luctuoſum ei procedat.[k]

e *Et*.ſ.filio

f *Inuidia eſt*.ſ.filio,qui acquiſiuit.

g *Reuerti*.quaſi dicat, nulla.

h *Vſumfructum*. quem habet in aduentitijs, niſi remiſerit, * ut C.de bo. quæ lib.l.cum oportet §. ſinautem res. uel niſi ab aliquo ſibi detur, uel relinquatur hoc pacto ut ad partem nō pertineat uſusfructus:ut in Auth.ut lice.ma. & au.in prin.coll.8. Vel niſi ſuccedat filius una cū patre in hæreditate fratris,uel ſororis: ut in Auth.de hære.ab inteſta.ueni.§. ſi uero.collatio.nona.Vel niſi ſeruus donetur filiofamilias eo pacto,ut manumittatur ſtatim,ut C.de bonis,quæ libe.l.ultima,in fin. Vel niſi quando pater noluit conſentire filio ademiti hæreditatem aliquam; ut C.de bonis,quæ liberis.l.finali.in fine.§. primo.& ſecundo.Vel niſi parente minus legitimè diuertente bona filijs applicentur: ut in auth.ut nulli iud.§. quia uerò quædam.col.nona.Item quando pater contraxit inceſtas nuptias:ut in authen.de inceſt.nup.§.2.coll.2.

ADDITIO. Et alios caſus uide per Ange. hic; in quibus omnibus licet non habeat pater ius uſusfruc. debet tamen habere commoditatem ipſius iuris, niſi de ipſa in pacto, uel remiſſione fiat expreſſa mentio: ut hic per eum.

i *Proſpera fortuna*. Quid dicemus in dubio, unde prouenerit? Reſpon.quidam: ex bonis patris præſumitur habuiſſe: ſicut ſi uxor habet, præſumitur ex bonis * mariti ut C.de donatio.inter uirum, & uxorem.l. etiam. & ff. de donatio.inter uirum, & uxorem.l. Quintus. Nos contra, & diſtingue, an filius ſit diligens, uel diues, & pater inops: uel econtra: ut ex bonis diligentis (alias diuitis) quæſitum fingamus: ut C.arb.tu.l. ſi defunctus.& ff.de hær.uend.l. uenditor ex hæreditate.§. ſed ubi hæreditatē. ibi,pretium enim hominis,&c. & ff.ad legem Falc.l.ſi hæres inſtitutus,in prin.

ADDITIO. Et hæc eſt communis ſecundum Angel.licet Io. Fab. hic ſentiat contrarium, & male: quia in dubio non præſumitur delictum: ut l.merito. ff pro ſoc. Ange.

a Qđ eſt uerum, ſi dentur ne ceſſaria ad bellū: al's diſtingue, an detur à notis ꝓpe caſtra: an aliàs:ut in d.l. ſi fortè. in glo. alleg. & ita poteſt intelligi. l.1. C. de caſt. pecu. lib.12. ubi latius ponitur hæc diſtinctio, ſecūdum Ang.

1† *In quibuſdā exēpl. additur vſusfruct' & proprietatis.*

* *Facit ad hoc, ꝙ in unaquaq; diſpoſitione ſeruandus eſt honor patri, ſecundum Aeg.Perr.*

2 † *Du.patribus.*

Peculium quaſi caſtrenſe.

b Scilicet licitè, & tunc id.ꝙ tribueret ꝑſonæ ꝑꝑ laborē, & induſtriā, cenſeē aduentitiū, & ipſius filij ꝓpriū; aliàs ex đ licto: puta uſuris,nec patri. quæ ritur, nec fructibus cōfertur, ſicut nec cętera aduētitia. ut l.fin.C.de coll. Ang.

* Hoc eſt bonū con ſilium ꝓ filijs quorum dfes ſunt debitores, ut faciāt eos renunciare uſufructui aduē titiorū ni-

Olim emancipans filium lucrabatur tertiam partem bonorum aduētitiorum filij; hodie verò ſolam medietatem vſusfructus pro præmio habet. Aret.

¶ Hocquoque[l] à nobis diſpoſitum[m] eſt, & in ea ſpecie,[n] ubi[o] parens emancipando liberos ſuos,[3] †ex rebus, quæ acquiſitionem[p] effugiebant,[4] † ſibi tertiam partē retinere (ſi uoluerat) licentiam, ex anterioribus conſtitutionibus[q] habebat, quaſi pro[5] †pretio quodammodo emancipationis. ¶Et inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum ſuarum,ex hac emancipatione, dominio pro parte defraudaretur,& quod honoris ei ex emancipatione additum[6] †eſt, [7]†quod ſcilicet ſui iuris effectus eſt,[8] †hoc per rerum diminutionem decreſceret[r] [9]† ¶Ideoque ſtatuimus,ut parens pro tertia parte dominij,[10]†quam retinere poterat, dimidiam[ſ] non dominij rerum,ſed uſusfructus retineat.

k *Procedat*. collige peculium aliud caſtrenſe: aliud quaſi caſtrenſe: aliud ruſticanum, ſiue paganum, quod diuiditur in profectitium, & aduentitium: ut C.de inof.teſt.l.fi.in prin.in quibus omnibus dicitur in hoc tit. quod iuris ſit.& C.de bo. quæ lib.l. cum oportet.

l Hoc quoque. ſ.ut parentibus honorem ſeruemus, & filijs pareamus.

m *Diſpoſitum eſt*.C. de bo quæ lib. l.cum oportet. §. cum aūt.

n *Specie*. id eſt,caſu. Accur.

o *Vbi*.i.in quo.

p *Quæ acquiſitionem effugiebant*.i.patri nō acquiruntur. quantum ad proprietatē. Sed ſecundum quæ tempora locum habebat,quod hic dicitur: Secundum antiqua non: quia ſola caſtrenſia, & quaſi non aquirebantur: de quibus nihil detinebat pater: ut C. de bon. quæ li.l. cum oportet. §.1. ſecundum moderna uero non: quia non erat adhuc ſtatutum in aduentitijs,ut non acquirantur patri, tempore huius legis antiquæ; quæ recitantur hic. Reſpondet quatuor iura hic ſucceſſiue conſiderari. Antiquiſſimum; quo ſola caſtrenſia, uel quaſi non acquirebantur, ut ſupra § primo. Antiquum: ut tempore Conſtantini, quo res maternæ, & ex materna linea delatæ, ut non acquirantur patri, ſtatutum eſt: ut C.de bonis maternis.l.prima,ſecunda,& tertia. Tertium, quod hic recitatur: ut pater emancipando filium, de his maternis tertiam teneat pro præmio. Quartum, quo cauetur,ut omnia aduentitia acquirantur filijs, quantum ad proprietatem: patri quantum ad uſumfructum; ex quo corrigitur illud, quod iure antiquo cautum erat: ut hic. & ſupra §. primo, & C.de bonis, quæ libe.l. cum oportet.

q *Conſtitutionibus*. ſcilicet, Conſtantini ante Iuſtinianum ut recitatur C.de bonis, quæ liberis.l.cum oportet.§. penultimo.

r *Decreſceret*. argumentum contra. ſupra de leg.pat.tute. per totum.& C.de caducis tollendis.l. unica.§ pro ſecundo. Accur.

ADDITIO. Tu dic, quod onus cum emolumento pecuniario poteſt cauſare honorem: ſed honor ſine emolumento nō poteſt eſſe cauſa oneris,quamuis quandoque contingat honorem eſſe ſumptuoſum.

ſ *Dimidiam*. quam ſemper retinet, niſi expreſſe remittat. ut C. de bonis, quæ liberis. l. cum oportet. Accurſius.

ſi hoc fiat in fraudē creditorū. ſecūdum Porc.Aeg. Perr.

* Vt tollatur coniectura turpis,quę eſt adulterij. Aeg.Perr.

Peculium eſt multiplex.

3† *Liberū ſuū, in alijs.*

4 † *effugiūt in manuſc.*

5 † *premio legunt aliqui, ſed ex cuſa lectio conformatur omnib. manuſcriptis.*

Nam emācipatio erat quadā imaginaria uenditio, pretiū aūt emptionis, & uenditionis eſt proprium.

6 † *Abeſt à manuſc.& Theoph.*

7 † *Erat Du.*

8† *eēt Du.*

9 † *decreſcat, manuſcri.*

10†*bonorū addit hoc loco in pleriſque manuſc.*

Pater ſm diuerſa tēpora diuerſa iura habuit in bonis filij

ADDI-

ADDITIO. Dic, quod in peculio profectitio est necesse, quod pater expresse retineat: aliàs donare videtur. l. donationes. 2. §. pater. ff. de don. Et est rõ diuersitatis, quia profectitium pater potest adimere, & totum ex eius voluntate dependet: ideo ei non prouidit, sicut in aduẽtitio, qđ pater non potest adimere, cum proprietas sit ipsius filij, secundum Io. Fab.

¶ Ita eteni res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia [a] dimidia potiturus.

Seruus acquirit domino etiam ignoranti. Hæreditas verò sine iussu domini ab eo adiri non potest. Et tam proprietas, quam possessio per eum domino acquiritur. Are.

¶ Item vobis [1] † acquiritur, quod serui vestri ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur, [b] siue ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet [c] alia causa acquirãt. Hoc enim vobis, & ignorantibus, & inuitis [d] obuenit. ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil [e] suum habere potest. ¶ Sed si [f] hæres institutus sit, nõ aliàs, nisi vestro iussu, hæreditatẽ adire potest. Et si, vobis iubentibus, adierit, [g] vobis hæreditas acquiritur, perinde [h] ac si vosipsi hæredes instituti essetis. ¶ Et conuenienter, scilicet, vobis legatum per eos acquiritur. [i] ¶ Non solũ autem proprietas per eos, quos ĩ potestate habetis, uobis acquiritur, sed etiã possessio. Cuiuscunq, enim rei possessionem adepti [k] fuerint, id vos possidere videmini. [l] Vnde etiam per eos usucapio, [m] vel longi temporis possessio [n] vobis accidit.

a *Pro tertia.* idest, loco tertiæ, quam habebat olim ĩ bonis maternis ratione ꝓprietatis, habet hodie dimidiam vsusfructus. in omnibus aduentitijs: vt C. de bo. quę libe. cum oportet. § pe. Accur.

b *Stipulentur.* & ita obligationem domino quærit. vt infra ꝑ quas, perso. nobis obliga. acq. circa prin.

c *Ex qualibet.* vt per occupationem, vel specificationem, vel inuẽtionem. vt s. de re. di. §. feræ. & §. cũ quis. & § thesauros.

d *Et inuitis obuenit.* sic. ff. de acqu. re. do. etiam inuitis. sic & ff. de verb. obl. seruus vetante. ar. contra. ff. de do. hoc iure. §. nõ potest. Acc.

ADDITIO. Sol. dic, ꝙ inuitis acquiritur ipso iure, sed nõ incommutabiliter: vt ibi, arg. l. inuito ff. de reg. iu.

e *Nihil suum.* s. ad suã vtilitatem: sed ad domini vtilitatem potest. vt infra de stipu. seruo. §. sed cum factum. quę est contra. immo etiam ad suã vtilitatem quãdoq;, vt si dominus seruo legatũ relinquat: vt C. de nece. ser. quidã §. illo. Resp. illud de ęquitate non ratione dicitur; quia in alimenta erat relictum ut C. de leg. l. seruis. & ff. de alim. & ciba. le l. seruos. alias antẽ non tenetur hæres, nisi uelit. Accur.

ADDITIO. Quod facere debet de urbanitate, si suam grauare nolit opinionem: ut ibi no. gl.

f *Sed si hæres.* nota in hæreditate adeunda, à seruo tria esse necessaria, quæ sunt, iussus: ut hic: & ꝙ præcedat, ut ff. de acq. hære. si quis mihi. §. iussum, & serui uoluntas, ut C de hære. insti. cum proponas. §. fi. in gl. pen. In Trebellianica restitutione seruo facienda solius domini sufficit uolũtas. At in bonorum possessione seruo delata seruum consentire, & dominum uelle, siue ante, siue post oportet: ut ff. ad Trebel. seruo inuito, & rem ratam habe l. pe. In legato non est opus iussione, cum emolumentum tantum contineat: ut ff. mand. l. si hæreditatem.

g *Adierit.* s. seruus.

h *Perinde.* quandoque non perinde: ut si filio meo substituam eos, quos hæredes mihi fecerim. Nam uocantur ex substitutione, qui per se, non qui per seruos, hæredes sunt: ut ff de uul & pupil. substitu qui liberis. §. hæc uerba. Item alibi, ut ff. de lega. 1. cum filio. §. denique. uersi. ipsi uerò. & uer. & ideo Accur.

ADDITIO. Quod facit, ut compromissum factum in Abbatem sancti Proculi, eo mortuo nõ transeat in successorem: quia prædefuncti industria uideatur electa, ut per Bar. ibi.

1 † *Alias incipit iste §. item ꝙ serui. & ita cõiter allegatur: sed tunc subaudi, uobis acquiritur.*

Beneficiũ confertur in inuitũ.

Seruus an possit habere aliquid suũ.

Hæreditas per seruũ adiri non potest, nisi tria concurrant.

Seruus, in quo habemus vsumfructum, acquirit nobis ex duabus causis: videlicet, ex re nostra, & operis suis. Ex alijs verò causis acquirit domino propietatis. Aret.

¶ De ijs autem seruis, in quibus tantummodo [o] vsumfructum [p] habetis, ita placuit, ut quicquid ex re [q] vestra, vel ex operis suis a [r] quirunt, id vobis adijciatur. ꝙ vero extra eas causas [2] † consecuti sunt, id ad dominum proprietatis [r] pertineat. Itaque si is seruus hæres institutus sit, legatumve quid [s] ei, aut donatum fuerit; non usufructuario, sed domino proprietatis acquiritur.

Liber homo, & seruus alienus bona fide possessus, acquirunt possessori ex re ipsius, & operis suis. Ex alijs verò causis liber homo acquirit sib & seruus domino suo. Et non tantum per prædictos acquiritur nobis dominium, sed etiam possessio. Are.

¶ Idem placet [t] & de eo, qui à vobis bona fide possidet, siue is [u] liber sit, siue alienus seruus.

¶ Quod enim placuit de vsufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque, quod extra istas duas causas [x] acquiritur, id vel

i *Acquiritur.* siue seruus tantum uelit, siue dominus tãtum, ut ff. de donatio. causa mor. l. fi. & de adimen. legat. l. si seruo cum libertate.

k *Adepti fuerint.* s. iuste, a secundum quosdam. Vel aliter, quod dic, ut diximus supra de ijs qui sunt sui, uel alieni iuris. §. primo.

l *Videmini.* etiam ignorãtes, ut ff. de acquiren. possess. l. 3 §. ſalius.

m *Vsucapio.* in rebus peculiaribus statim; in dominicis, postquam dominus scit ut ff pro sol. l. secunda. de usucap. l. Labeo.

n *Possessio.* idest, præscriptio, quæ est effectus longę possessionis. ut ff. de usucap. l. 3.

o *Tantummodo.* ut ff. de donatio. cau. mortis. l. ultima, de adi. l. l. si seruo.

p *Vsumfructum.* de eo, in quo usum tantummodo habemus; dic, quod ex operis tantum non acquirit; quia operæ serui in fructu sunt, ut ff. de usu, & habi. l. per seruum. Accur.

q *Ex re.* expone, ut supra. § 1.

r *Ad dominum proprietatis.* nisi contemplatione usufructuarij sit institutus, uel aliud sibi datum fuerit: quo casu ex re eius, scilicet usufructuarij, sic sibi q̃situ esse uidetur, ut ff. de usufruc. lega. l. sed & si quid. nõ tamen usufructuarij iussus sufficit ad adeundam hæreditatem, ut ff. de acquirẽda hæreditate. l. aditio. §. præterea. Accursius.

ADDITIO. Sed adibit iussu domini, qui fructuario restituet; & si nolit iubere, cogetur. ut no. eodem titulo, de acquirenda hæreditate. l. si quis mihi. an principio, & in glos. secunda. & ff. de usufruc. lega. si serui. Io. Fab.

s *Quod.* i. aliquid.

t *Idem placet.* scilicet quo ad acquisitionem, ut statim sequitur. nam in alio differt: ut infra eodem. §. sed bonæ fidei.

u *Is liber.* hic dic, quòd diximus, supra eodem, in principio.

x *Extra istas duas causas.* ueluti si fuerit hæres institutus, uel legatum fuerit ei aliquid, uel donatum.

a Et hoc tenet Ange. in l. ꝙ seruus. ff. de acqui. poss. ꝙ facit, ut lucrũ ex usuris non quæratur pri. nec sit fratribus cõferẽdũ, nisi utans cautela, q̃ qua ꝑ eã hic.

2 † *Persecuti sunt, in Dig.*

Possessionem possessus non quaerit.

a *Si liber est*. praeter possessionem, quae sibi scilicet libero possesso quaeri non potest, cum ipse ab alio possideatur, vt ff. ad legem Iuliam de adulte l. sic eueniet. Item praeter vsucapionem, quae sibi non quaeritur sine possessione, vt ff. de acquirendo rerum dominio l. homo liber. §. quicquid. & ff. de vsucap. l. sine possessione. Sed in haereditate per liberum hominem mihi quaerenda, sex sunt necessaria, quorum si quid defuerit, non quaeritur, scilicet, vt mei contemplatione instituatur. Item vt sciat conditionem suam instituturus. Item, quod iussu meo adeat. Item quod volens adeat. Item. quod velit mihi quaerere. Item. quod bona fide possideam: bene dico, quod oportet, vt sciat conditionem suam: Nam ignarus suae conditionis nulli acquirit; sibi enim non, ut ff. de acquirenda haereditate. l. qui putat §. qui bona fide. & l. 6. §. primo, quia se obligare non voluit. Item possessori non, si non interuenit iussus, vt ff de acquirenda haereditate. l. si quis mihi bona. §. iussum. Idem & si interuenit: ut ff de acquirenda haereditate. l. 6. §. Celsus. & §. primo nam seruili necessitate creditur hoc fecisse; ut ff. de negotijs gestis. arqui. §. si libero. quare non potest acquirere: ut ff de acquirendo rerum dominio. l. homo liber. Si sciat conditionem suam, volens quaerere mihi, quaerit sibi; sed restituitur mihi possessori per conditionem sine causa, cuius intuitu fuit institutus: sicut volens quaerere possessori, cuius intuitu fuit institutus, iussu eius adeundo, quaerit; sed si non eius contemplatione, nihil, vt ff de acquirendo rerum dominio, l. liber homo. & lege: homo liber in principio. a Item potest dici, quod ignatus quaerit sibi, ut ff. de acquirenda haereditate. l. qui putat. §. de eo. cum non contemplatione possessoris instituatur: ut ff de acqui. haer. lege, qui in aliena. in fi.

Haereditas non quaeritur per hominem liberum bona fide possessum, nisi sex concurrant.

1 † *Diffinitionem*. *in quibusd.*

a Dic secundum Io. Fabrum, quod hoc potest esse verum, in quo sui iussus non interuenit; quia tunc non vi sibi uel ie acquirere; dubio vt ff. de ac

ad ipsum pertinet, si liber[a] est: vel ad dominium, si seruus est. ¶ Sed bonae fidei possessor, cum vsuceperit seruum (quia eo modo dominus fit[b]) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest. ¶ Fructuarius verò vsucapere non potest primum, quia non possidet,[c] sed habet[d] ius vtendi fruendi: deinde quia[e] scit seruum alienum esse. ¶ Non solum autem proprietas per eos seruos, in quibus vsumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quae bona fide vobis seruit, vobis acquiritur, sed etiam possessio. Loquimur autem in vtriusque[f] persona, secundum[1] † distinctionem, quam proximè[g] exposuimus, idest, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint.

Per extraneam personam nihil potest nobis acquiri: per procuratorem verò acquiritur nobis possessio, & dominium, & vsucapio. Aret.

¶ Ex his itaque apparet,[h] per liberos homines, quos neque vestro iuri subiectos habetis, neque bona fide possidetis. ¶ Item per alienos seruos, in quibus neq; vsumfructum habetis, neque possessionem iustam, nulla ex causa vobis acquiri[i] posse. Et hoc est, quod dicitur, per extraneam personam nihil acquiri posse excepto eo quod per liberam personam, (veluti per procuratorem) placet non solum scientibus, sed & ignorantibus vobis acquiri possessionem[k] secundum diui Seueri constitutio

b *Dominus fit*. sic C. de pact. l. traditionibus. Accur.

c *Non possidet*. f. ciuiliter, sed naturaliter, vt ff. de acq. poss. l. naturaliter, b vnde vtile interdictum. vnde vi, sibi datur, vt ff. de vi, & vi arma. l. 3. §. vnde vi.

d *Sed habet*. sic ff. de acq. poss. l. 2. §. per eum. sic ff. quis satis. cog. l. sciendum. §. 2. Accur.

e *Quia scit*. vnde non vsucapit, cum malam fidem habeat. vt sup. de vsuf. in prin.

f *In vtriusque*. Nota de trib. vtriusq; dici, vel melius dic, vtriusque fructuarij, & bonae fidei possessoris.

nem;[l] & per hanc[m] possessionem, etiam dominium, si dominus fuerit, qui tradidit: vel vsucapionem, aut longi temporis praescriptionem,[n] si dominus non sit.

Epilogando transit ad alias materias, cum quodam praeambulo. Aret.

¶ Hactenus tantisper admonuisse[o] sufficiat, quemadmodum singulae res vobis acquirantur.[p] ¶ Nam legatorum[q] ius, quo & ipso iure singulae res vobis acquiruntur: item fideicommissorum, vbi singulae res vobis relinquuntur, opportunius inferiori loco referemus.[r] ¶ Videamus itaq; nunc, quibus modis per vniuersitatem res vobis acquirantur. ¶ Si cui ergo haeredes[s] facti sitis, siue cuius bonorum[t] possessionem petieritis, vel si quem arrogaueritis,[u] vel si cuius bona libertatum conseruandarum causa, vobis addicta fuerint,[x] eius res omnes ad uos transeunt. ¶ Ac prius de haereditatibus dispiciamus: quarum duplex conditio est: nam vel ex testamento,[y] vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est, vt de ijs dispiciamus, quae ex testamento uobis obueniunt: qua in re necessarium est initium de ordinandis testamentis exponere.

De testamentis ordinandis.

TITVLVS X.

Testamentum dicitur testatio mentis, & antiquitus erant plura genera testamentorum, vnum quod in pace, red. instit. usq; ad tit. de bono possessio.

g *Proximè*. vt s. e. §. de his. & §. idem placet.

h *Apparet*. s. arg. à contrario sensu sumpto. nam si tantum per dictos homines acquiritur; ergo non per alios, vt ff. de of. eius, cui man est iu. l. 1. in prin. & sup. de tute. in prin.

i *Acquiri*. fallit in tutore, & curatore, & similibus personis, vt dicemus. j. de inut. stipu §. si quis alij. ADDITIO. Videbitis ibi gl. plenam, quod pòt pro alio stipulari: de quo latè per Bart. & docto. in l. stipulatio ista §. alteri. & §. si quis insulam. ff. de ver. oblig. Ang. Are.

k *Possessionem*. C. de acqu. pos. l. 1. & ff. de acq po. possessio. quoque §. & si possessio.

l *Constitutionem*. quae est C. per quas perso. no. acq. l. 1. *

m *Per hanc*. ita quod & per procuratorem namque sola possessio (cum res inanimata sit) mihi non quaeritur nisi & per traditionem res mihi quaeritur & possessio, sed illa eadem & per me acquiritur. vt s. de re. diu. §. per traditionem & s. e. in prin. Alij dicunt, vt Azo. per solam possessionem acquiri dominium, vt hic, & C. e. l. 1. Sed ibi non dicit simpliciter, excepta possessione: sed dicit, excepta causa possessionis, i. dnio, quod est cum possessionis secunda post vsucapionem, vt ff. de vsuca. l. 3.

n *Praescriptionem*. vobis scientibus: vt C. de acq. pos. l. 1.

o *Admonuisse*. sup de re. di. §. singulorum.

p *Acquirantur*. per vos, & alios. ut in tit. isto.

q *Nam legatorum ius*. Rn. tacitae obiectioni quae fieri posset de singularibus acquisitionibus legatorum.

r *Referemus*. ut j de leg. per totum. & j. de singulis rebus per fideicom. reli. per totum. Accur.

s *Haeredes*. s. de iure ciuili: ut infra de haered. instit. usq; ad tit. de bono possessio.

t *Bonorum possessionem*. s. de iure praetorio, vt inf. de bo. pos. per totum titu.

u *Arrogaueris*. inf. de acqui. per arro. per totum

x *Addicta fuerint*. j de eo, cui liber cum bona addi. per totum.

y *Ex testamento*. de quibus vsq; ad tertium librum dicetur.

qui haec. l. quod in aliena. §. j. Sed de hac materia plenius uide hic per A n ge.

b Haec est cõis opinio licet Ra. ibi cõtra: cuius etiam opinioni inhaeret Angel. hic, quem uideas.

Agumentum à contrario sensu est in iure ualidum.

* Fallitur Accur. cum ex constitutio. Diocletiani sit non Seue. Existimarim igitur esse l. 1. C. de acqui. poss.

Possessio sola non quaeritur.

¶DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

¶ Ista rubrica, & sequentes continuantur per Imperatorem. vt sup. tit. 1. §. fi. dic, ut ibi. Vel dicas sic, & familiarius: Dictum est sup. in §. fi. tit. præcedentis, quòd per vniuersitatem res nobis acquiruntur, vt per hæreditatem, & alios modos ibidem positos. Verum quia hæreditates quandoque deferuntur ex testamento, & quandoq; ab intestato: ideo primo sequitur videre de testamentis.

aliud quod in bello, aliud quod per æs, & libram, aliud de iure prætorio, quæ recesserunt ab vsu. Are.

Testamentū [1] * ex eo appellatur, [2] * quod testatio [3] * mentis sit. ¶Sed, vt [a] nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciēdum est, olim [1] † quidem duo gn̄a testamentorum in vsu fuisse, quorum altero in pace, & otio vtebantur, quod calatis comitijs [b] [4] * appellabant: altero, cùm in prælium exituri [c] essent, quod procinctum [d] dicebatur. ¶Accessit [e] deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs, [f] & libram, scilicet quod per emancipationem, [5] * idest imaginariā quam

Testamentū. ¶Totus iste titulus diuiditur principaliter in tres partes. Nam primo ponit siue deriuationem, siue etymologiam testamenti. Secundo de testamentis in scriptis tā de iure veteri, quàm de iure nouo. Tertio de testamento nuncupatiuo. Secunda ibi. Sed vt nihil. Tertia ibi. Sed illa quidē. Item secunda pars principalis subdiuiditur. Nam primo recitat ius antiquum, & multiplicem ordinationem testamētorum, & eorum nomina cum eorum correctione. Secundò de sigillatione facienda per testes. Tertiò, qui testes possunt adhiberi, & qui repellantur in testamento. Quartò, quòd non refert, in qua materia testamentum scribatur. Quinto ponit unum casum, quòd de vno testamento possunt fieri plures scripturæ. Secunda ibi, Possunt autem. Tertia ibi, Testes autem. Quarta ibi, Nihil autem. Quinta ibi, Sed & unum. Item hæc principaliter subdiuiditur in 9. partes. Primò ponit etymologiā vocabuli. Secundo recitat duo genera testamentorum, quæ olim seruabantur. Tertiò recitat tertium genus testamentorum, quòd etiam iure ciuili fuit introductum. Quartò ponit duo genera testamentorum in desuetudinem abijsse. Quinto ponit, qualiter tertium genus partim desijt per desuetudinem. Sexto, qualiter postea fiebant testamenta de iure prætorio. Septimò, qualiter in confectione testamentorum ius ciuile, & prætorium coniunctum est, & etiam constitutiones imperiales. Octauo magis declarat quid est de iure ciuili, & quid de prætorio, & quid de iure constitutionum in formatione testamenti. Nonò qualiter per constitutiones Imperiales additum est, quod testator scribat nomen hæredis. Secunda ibi. sed ut. Tertia ibi, accessit. Quarta ibi, Sed illa. Qinta ibi, quòd uerò. Sexta ibi, postea. Septima ibi, Sed cum paulatim. Octaua ibi. Vt hoc. Nona ibi, Sed his omnibus.

¶CASVS. Domine, iam uideo, quòd vos vultis tractare de testamentis; dicatis ergo mihi, unde appellatus testamentum? Ad hoc respon. Amice, testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis est: sed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur à iuuenibus, scire debes, duo genera testamentorum de iure ciuili antiquissimo in vsu fuisse: quorum altero genere utebantur antiqui in pace, & otio, & hoc genus testamenti in pace, & otio facti appellabant antiqui calatis comitijs & altero genere testamentorum vtebantur, cum essent in expeditionem armorum exituri, & hoc secundum genus appellabant procinctum Postea verò procedente tempore, accessit tertium genus testamentorum; & hoc tertium genus appellabant per æs, & libram: & hoc tertium genus ita appellabatur, quia per quandam imaginariam uenditionem fiebat coram quinque testibus ciuibus Romanis puberibus libripende præsente, & eo, qui familiæ emptor dicebatur: & ita quodammodo sex testes de iure ciuili antiquo in factione testamenti requirebantur. Sed certè prima duo genera testamentorum, videlicet, calatis comitijs, & procintum, ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. Tertium vero genus, quod per æs, & libram appellatur, licet diutius permanserit, tamen partim in vsu esse desiit, & hæc tria genera testamentorum, videlicet, calatis comitijs, & procinctum, & per æs, & libram, ad ius ciuile referuntur. Postea verò de iure prætorio quædam alia forma faciendorum testamentorum inuenta est. Nam de iure nulla emancipatio, uel imaginaria venditio requirebatur. sed sigilla septem testium testamentis faciendis sufficiebat, quamuis iure ciuili antiqua sigilla testium non essent necessaria. Sed cū postea paulatim, & successiuè tam ex vsu hominum, quàm ex emendationibus constitutionum cœperit ius ciuile, & ius prætorium in unam consonantiam, & vniformem obseruationem circa factionem testamentorum confluere, statutum fuit ut vno, & eodem tempore signa septem testium in testamentis adhibeantur, quod ius ciuile antiquum quodammodo exigebat: & huiusmodi septem testes adhibiti in testamento subscribebant, quod ex constitutionibus inuentum est, & ex edicto prætoris, signacula testium testamentis apponerentur, vt hodie huiusmodi ius testamentorum faciendorum, ex triplici fonte videatur esse deriuatum. Nam testes & eorū signa uno contextu testamenti celebrandi gratia, à iure ciuili antiquo videntur descendente. Subscriptiones autem testatoris, & testium ex constitutionum obseruatione adhibentur; & sigilla, & numerus testium ex edicto prætoris. Sed pone. Domine, iam video quid obtinebat de iure antiquo circa facienda testamenta, & qualiter antiquitas corrigitur per constitutiones principum, nunquid addidistis per constitutiones vestras? Respon. quod sic: Nam omnibus prędictis propter sinceritatem testamenti, ut omnis fraus excludatur, ex nostra constitutione hoc additum est, ut nomen hæredis per manum testatoris, uel si ipse nesciat, uel non possit scribere per manum publicam exprimatur, & omnia secundum nostræ constitutionis tenorem procedant. Sed pone: Domine, iam uideo, quot testes debent signare testamentum; nunquid necesse est, quod quilibet eorum proprio sigillo vtatur? Respon. quod non. possunt enim omnes testes vno sigillo, vel vno anulo signatorio signare testamentum. Quid enim si septem annuli una sculptura fuerint, & eosdem habentes characteres, nonne sufficiunt? Ergo eadem ratione sufficit, & si omnes eodem annulo utantur. & ita Papi visum est. Et nō solum proprio, sed etiam alieno signare possunt. Et hæc dicuntur vsque ad illum § testes autem. Fran. de Are.

¶TESTAMENTVM EX EO APPELLATVR.

¶Ponit etymologiam, ut dicitur lapis, quasi lædens pedem; & argumentum, quasi argutè inuentum, & sic mutuum, quod ex meo tuum fit, ut ff. si certum petatur. l. 2. §. appellata. & secundum hoc codicillus potest dici testamentum. a Definitur autem sic: Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri uoluit: ut ff. eod. l. 1. & est addendum, cum institutione hæredis, ut inf. de leg. §. ante hæredis. quia sine hæredis institutione nullum dicitur testamentum, ut ff. de de iu. co. l. finali, & infra de fideicom. hære. in princ.

ADDITIO. Sed hanc glo. communiter reprehendunt Doct. quia ponit defectum in iurisconsulto, ut dicta l. 1. & exponunt iusta, idest, perfecta, vt probatur in l. cum filio §. finali. ff. de legatis tertio, quæ perfectio est quadruplex, scilicet, in materia, in forma, in solennitate, & quo ad confirmationem dupliciter, vt hic. Ang.

a *Sed vt.* C. de caducis tollendis. l. vnica. §. & cum triplici. argum. contra in eodem tit. de cad. tol. §. in pro non scriptis. Accur.

ADDITIO. Sed dic, quod licitum est scire, & allegare ius correctum, ad declarationem iuris noui, non ad decisionem lege prima, in principio. C. de Lati. lib. tol.

b *Calatis comitijs.* i. bonis initijs, uel bonis conuentibus. Calos enim bonum interpretatur, comitia sunt conuentus. Vel à calo, quod est, uoco: quia uocatio personarum fiebat: vnde calendæ dictæ sunt. Accur.

ADDITIO. Dic quod comitium propriè est, in quo communitur ad litium, & suffragiorum causas.

c *Exituri essent.* de domibus.

d *Procinctum.* eo fortè, quòd succinctè fiebat. b Et in his duobus testamentis hæres erat, vt infra eodem. §. sed neque.

e *Accessit.* similiter de iure ciuili.

f *Per æs, & libram.* proprium nomen testamenti.

1* *Hāc definitionem testamenti recitat glo. 1. in c. 2. extra de test. & ibi vide concor.*

2* *Hanc testamēti definitionem vtrum ab etymologia an ab allusione deductū velint Doct. vide Forca. dia. 73. nu. 4.*

3* *Etymologiā hanc ridet Aulus Gel. lib. noct. attica. 6. c. 12. & Laurē. Val. li. elegan 6. c. 35 in illos videto. L. Valla calūniā submonet A. Alc. li. 4. de verb. sig. hunc locū explicās*

1 † *Non est in manusc.*

4* *Calata Comitia, quæ dicantur pulchrè Gel. li. noctium Attica. 15. c. 27. & ibidem multa in hanc rē de testamētis.*

5* *Vide in hunc locum Budæū in adnotat. ad Pandectas, ad l. 2. de ori. iu. quo loco, quæ sit fiduciaria venditio, et quid emancipa. explicat.*

Lapis vnde dicitur, Argumentum vnde dicitur in c. cū esses. in prin. extra eo. ti.

a Tamen non est testamentū: vt l. fi. C. de codicil.

Calos. Calendæ. Comitia.

b Imò uerò eo, quod tūc fieret, cum uiri ad præliū faciēdum in aciē vocabantur, teste Aulo Gel. li. 15. cap. 27.

Venditionem.

Digitized by Google

a *Venditionem.* sic supra quib. mod. ius pat pote. solui. §. præterea.
b *Libripende.* * idest æstimatore, qui libripendebat, vel æstimabat familiam vno numo, deinde emptor manumittebat totam cum omnibus bonis.

* de libripende, vide Forca. dial. 48. in fine.

dam venditionem [a] agebatur quinq; testibus, & libripende, [b] ciuibus Romanis [c] puberibus [d] præsentibus, & eo, qui familiæ [e] emptor [f] dicebatur. * ¶ Sed illa quidé priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt. Quod vero per æs, & libram [g] fiebat, licet diutius permanserit, attamen partim [h] & hoc in vsu esse desiit. ¶ Et prædicta [i] quidem nomina testamentorum ad ius [k] ciuile referebantur. ¶ Postea [l] vero ex edicto prętoris forma alias faciendorum testamentorum introducta est. Iure enim honorario [m] nulla [1] † emancipatio desiderabatur: sed septem testium signa sufficiebant: cùm iure ciuili signa testium non [2] † essent necessaria.

Septem testes se subscribentes, totidemq; signacula in testamentorum confectione requiruntur, in quibus nomen hæredis à testatore, aut à testibus scribendum est. Are.

¶ Sed cum paulatim tam ex vsu hominum, quam ex constitutionum emendationibus cœpit in vnam consonantiam ius ciuile, & prætorium iungi: constitutum est, vt vno, eodemque tempore (quod ius ciuile quodammodo [n] exigebat) septem testibus adhibitis, & subscriptione [o] testiũ (quod ex constitutionibus [p] inuentum est, & ex edicto prætoris) signacula testamentis imponerentur. Ita vt [3] † hoc ius tripertitum esse videatur, [4] † testes quidem, & eorum præsentia vno contextu [q] testamenti celebrandi gratia, à iure ciuili descendant. Subscriptiones autem testatoris, [r] & testiũ [s] ex sacrarum constitutionum obseruatione adhibeantur. ¶ Signacula autem, & testiũ numerus, ex edicto prætoris.

¶ Sed his omnibus à nostra constitutione (propter testamentorum sinceritatem, vt nulla fraus adhibeatur) hoc additum est; vt per [5] † manus testatoris, vel testium nomen hæredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem [t] procedant.

Omnes testes possunt vno anulo proprio, vel alieno sigillare. h.d. Arct.

¶ Possunt * autem omnes testes, & vno anulo [u] signare testamentum. [x] Quid enim si septem anuli vna sculptura fuerint? secundum qđ [6] † Papiniano visum [y] est. Sed & alieno quoque anulo licet signare [7] † testamentum.

In testamento potest esse testis quilibet qui potest hæres institui, exceptis hic enumeratis. Aret.

¶ Testes autem adhiberi possunt ij, quibus cum testamenti factio [z] est. Sed neque mulier, [a] neque impubes, [b] neque seruus, neque furiosus, [c] neque mutus, [d] neque sur-

c *Ciuibus Romanis.* idest liberis hominibus, vt s. de lib. §. fi.
d *Puberibus.* sup. quibus. mod. tu. fi. in pri.
e *Familiæ.* i. hæreditatis, vt ff. de verb. sign. pronunciatio. §. familiæ. Accur.
f *Emptor.* qui erat loco hæredis, vt inf. §. sed neq;. Accur.
g *Libram.* scilicet, adæquatam, idest, æstimatam rem, & dicitur libra hæreditas: quia sicut libra diuiditur in 12. vncias ita & hæreditas, vt infra de hæred. instit. §. hæreditas. vnde dicitur adæquata libra, idest, hæreditas æstimata.
h *Partim.* quia numerus testium remansit.
i *Et prædicta.* aliàs, præfata, & ita allegatum quandoque inuenitur.
K *Ad ius ciuile.* scilicet, quia ius ciuile inuenit.
l *Postea.* scilicet, de media iuris prudentia.
m *Honorario.* i. prętorio. vt sup. de iur. nat. §. prætorum.
n *Quodammodo.* quia computato libripende, & emptore, septem * erant. Accur.
o *Et subscriptione.* vt subscribant se testamento affuisse, & cuius sit. vt ff. eo. l. pe. & antepe.
p *Constitutionibus.* vt C. de testa. l. hac consultissima.
q *Vno contextu.* idest, nullo actu interposito * nisi necessario naturæ, vt ff. eo. l. hæredes. in fi. & C. eod. cum antiquitas. Accursius.
ADDITIO Propter quem si aliqui recedant, antequam loco ipsorum alij subrogentur, potest aliquid fieri, si imminet periculum vitæ testatoris, aliàs non.
r *Testatoris.* si potest, vt C. eo. l. iubemus.
s *Testium.* si non potest testãtor scribere. Sed hodie indistinctè per alium scribere potest nomen hæredis, a vt in authen. vt sponsali. largi. §. quia vero. colla. 9.
t *Tenorem.* est aũt tenor, si potest scribere, faciat: aliàs dicet coram testibus, & scribetur per aliquem, vel per aliquos de eis: aliàs nõ valet: imo falsi pęna tabellio tenetur, ut C. eo. l. iubemus. In fi. Accur.
ADDITIO. Quod est uerum, quando solennitas non fuit obseruata nec scripta in testamento: secus si fuit obseruata, licet nõ scripta, vt l. si librarius. ff. de re. iu. Ang. notari q̃ tã deat, q sic s̃m Ange.

u *Anulo.* s. habente characteres, qui signatorius dicitur, & sic est in eo sigillum, non autem alio signo, vt ff. eo. l. ad testium. §. signum. & de ver. sig. l. signatorius
POst hæc. ¶Totus iste titulus diuiditur principaliter in quinque partes. Primo continuat se ad præcedentia. Secundo ponit definitionem legati. Tertiò recitat, quot genera legatorũ olim erant. Quartò illud corrigit. Quinto incipit tractare materiam legatorum. Secunda ibi, Legatum. Tertia ibi, Sed olim. Quarta ibi, Nostra autem. Quinta ibi, Non solum autem. Et illa quinta suo loco subdiuidetur.

¶CASVS. In hoc prin. dicit dominus Iust. continuãdo processum suũ: Post hæc, quæ diximus, s. de testamentis, videamus de legatis nunc: sed certè hæc pars iuris, quæ circa legata uertitur, videtur esse extra propositam materiam. nã locuti sumus s. de illis solis iuribus, quibus per vniuersitatẽ nobis acquiritur. Igitur videtur mihi, quod materia legatorum hic non debeat tractari. Sed licet hoc prima facie uideri possit, tamẽ cum diligenter de testamentis locuti simus, & de hæredibus, qui in testamẽtis instituuntur, cũm legata relinquantur in testamentis, & hæredibus præstentur: ideo potest in hoc loco non sine ratione cõpetenti materia legatorũ tractari, & hęc dicuntur vsque ad illum §. legatum itaque est. Franciscus.

i *Post hæc* scilicet, quæ diximus supra de testam. ordinan. hucusque.

k *Pars.* s. quæ est circa legata, & longa est, ut patet ff. eod. per multas rubricas.

l *Propositam.* s. per quas perso. nobis acqui. §. fi. Accur.

m *Loquimur.* i. locuti sumus. Et sic tempus pro tempore ponitur, ut C. de ijs, qui no infamia, (alias, ex qui. cau. infa. irro.) l. si Possidonium uel loquimur, i. loqui deberemus, si materiam præcedentem prosequeremur, b sic in auth. de consan. & uter. fra. §. si igitur. col. 6.

n *Figuris.* i. partibus, uel formis, quæ quatuor sunt, per successionem ciuilem, per prætoriam, per atrogationem, per addictionem conseruandæ libertatis causa; ut s. per quas perso. no. acq § fi.

o *Omnino.* i. diligentissimè.

p *Testamentis.* ut s. de test. & trib. seq. ti. Ac.

q *Heredibus.* ut s. de hær. inst. usq; huc. Acc.

r *Sequenti.* quia nec debentur, nisi in testamento relicta: & post hæredis institutionem. Sed hodie contra in utroq;: ut j. de fideicommi. hære §. præterea. & j. eo. §. sed non usq;. & § ante. Acc.

¶LEGATVM. Diuiditur in septem partes. Primò ponit, qualiter definiatur legatum. Secundo, quod erant olim genera legatorum. Tertiò qualiter unũ quodq; genus legatorum fiebat, quia erant certa uerba assignata.

Quartò,

* Et fit quod vulgo dr, hæreditatem nuda uoluntate posse adiri, intelligitur, dũmodo hęc uoluntas ab extra sit declarata sm Porc. Aeg. Per.

* Gerit pro hærede, qui animo cognoscit successionem, licet non attingat rẽ hæreditariã l. gerit. ff. de acq. hære. Aeg. Per.

a Quę protestatio ñ est necessaria, ubi facit actũ piũ, qui dilationem nõ recipit: nec releuat, ubi facit actũ contrariũ: ut c. cũ M. Fer. de cõsti. Fin Io. Fa. & Ange. hic. Hæreditatem adire uolenti multa sũt necessaria.

Continuatio.

Diuisio.

* Adde Cagn. ad rub. de reg. iu. nu. 5.

* Formis, & modis. l. 1. ff. de act. & obl. mortis causa, de don. cau. mor. Cu ac.

b Dic, quod præteritum perfectũ subiũctiui in cõtractib. quã nõ põt uerificari in præterito trahit ad futurũ, ut l. cum stipulamur. ff de uer. obl. sed in testis, & legibus, quę dant formam, & essentiam capiunt, a futuro, secundum Ang.

Quartò, qualiter dicta verborum solennitas est hodie sublata. Quintò, qualiter per Iustinianum omnes isti modi legandi, uel omnia ista genera legatorum sunt redacta ad vnam naturam, & legatarijs datur ius persequendi legata altero de tribus modis. Sexto remouet differentiam, quæ erat inter legata & fideicommissa, & ea adæquat. Septimò respondet cuidam tacitæ obiectioni. Secũda ibi, Sed olim. Tertia ibi, Et certa quædam. Quarta ibi, Sed ex constitutionibus. Quinta ibi, Nostra. Sexta ibi, Sed non usque. Septima ibi, Sed ne in primis.

¶ CASVS. ¶ Domine, iam uideo, quod vultis tractare de legatis: Dicatis ergo mihi si placet, quid est legatum? Ad hoc respon. Amice, legatum est donatio quædam à defuncto relicta &c. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed olim. Francis. de Arez.

¶ Legatum [a] itaque est * donatio [b] * quędam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. [1]†

Antiqua solennitas verborum, quæ olim in legatis obseruabatur, est hodie sublata. Are.

¶ Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor, per vendicationem, per dānationem,* per sinendi modum, per præceptionem.* Et certa quædā [c] verba cuique generi legatorum assignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur. ¶ Sed ex constitutionibus [d] diuorum principum solennitas huiusmodi verborum penitus sublata est. [e]

In omnibus legatis, in quibus spectatur potius voluntas, quam verba, vna natura imponitur: habentque legatarij ius persequendi legatum tribus actionibus.

¶ Nostra autem constitutio, [f] quam cum magna fecimus lucubratione, [g] defunctorum voluntates [h] validiores [i] esse cupientes, & non uerbis, sed uoluntatibus eorum fauentes, disposuit, vt omnibus legatis [k] una sit natura, [l] & ut quibuscunque uerbis [m] aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi non solum per actiones personales, [n] sed etiam per in rem, [o] * & per hypothecariā, [p] cuius constitutionis

a *Legatum*. sic ff. de leg. 1. l. legatum. sed aliter definitur. ff. eo. t. l. legatum est. ad fi. titu.

b *Donatio quædam*. sunt enim tres donationes: * vt ff. de do. l. 1. Et differt hæc à donatione causa mortis: ut diximus supra de do. §. 1. in fi. Item à donatione inter uiuos, cum legatum reuocari possit vsque ad mortem, ut ff. de adimen. lega. l. 3. in fi. & l. 4. Sed in donatione inter uiuos non est ita, ut sup. de don. §. aliæ. * Item differt ab hæreditate, cum hoc singulare, & sine onere sit: illud uerò uniuersale, & cum onere, ut ff. mā. l. si hæreditatem. & argum. ff. de eden. l. quædam. §. nihil interest.

¶ SED OLIM QVIDEM. ¶ CASVS. Dicit Imperator, quod olim erant quatuor genera legatorum assignata, per quæ quidem verba genera legatorum discernebantur. Si enim testator legabat his uerbis: puta, vendica tibi rem illam, tunc dicebatur illud genus legati per uendicationem. Si autem dicebat testator hæredi suo: damno te Titium legatario illam rem dare: tunc illud legatum dicebatur per damnationem. Si dicebat hæredi, sinito Titiū illam rem habere: tunc dicebatur per sinendi modum. Si uero dicebat alteri hæredum, illam rem præcipito, idest, ante partem hæreditariam capito; tunc dicebatur per præceptionem. Et ita singula genera legatorum uerbis singulis, quibus testator in legando utebetur, proprium nomen sortiebatur. & hoc ita antiquitus obtinebat: sed postea ex constitutionibus diuorum principum huiusmodi verborum solennitas penitus sublata est. Nos vero cupientes uoluntates testatorum esse ualidiores, & non verbis testatorum, sed uoluntatibus eorum fauentes, in constitutione nostra, quam cum magna deliberatione fecimus, disposuimus, ut omnibus legatis de cætero vna sit natura, & quibuscunque uerbis, idoneis tamen, aliquid à testatore relictum sit, liceat legatarijs id legatum persequi, non tantum per personales actiones ex testamento, sed etiam per rei uendicationem, & per hypothecariam, uidelicet, in alijs rebus, quæ erant testatoris tempore mortis, & ita triplex remedium competit legatario ad legatum sibi relictum persequendum. & huius nostræ constitutionis perpensum modum potestis ex ipsius constitutionis tenore perfectissimè accipere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. sed non usque. Fran. de Are.

c *Quædam verba*. ut si dicat legatario, uendica tibi rem talem, uel hæredi dicat; damno te illum ære alieno liberare: ut inf. eo. §. sed & tale. Item si sic dicat, sinito illum habere talem rem.* Item si dicat uni hæredum: præcipito rem illam, idest, ante partem capito, ut ff. eod. t. l. si a pluribus. in prin. ibi, præcipere iubeatur. Accur.

d *Ex constitutionibus*. quas non habemus. Accur.

e *Sublata est*. s. dudum retro. Accur.

f *Constitutio*. quæ est. C. communia de leg.

g *Lucubratione*. idest, vigilatione, maximè nocturna. nam secundum philosophos Luna dicitur habere radios lugubres: sed Sol claros. sic in Authen. ut indi. sine quo quo suffra. in prin. col. 2.

h *Voluntates*. Interdum non est uoluntas ualidior scriptura, ut ff. de vsuf. lega. l. si alij. b & ff. de su. pel. lega. l. Labeo. Et facit ad hoc, quod in textu dicitur, scilicet, quod uoluntas sit ualidior scriptura, quod est uerum, ut ff. de lega. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta. & de lega. 1. l. 4. secundum Ioan. & hoc, nisi sit impossibilis, uel probrosa, ut inf. eod. §. fi. uel inepta, ut ff. eod. t. l. seruo alieno. §. finali.

i *Validiores*. quàm sint uerba solennia: uel quam sit scriptura. Accur.

k *Omnibus legatis*. i. omni genere legatorum.

l *Vna sit natura*. quantum ad hoc, ut debeantur: sunt tamen quædam fauorabiliora alijs, ut infra de obli. quæ ex quasi contractu. §. fin.

m *Quibuscunque verbis*. aptis tamen ad hoc. sic ff. de consti. pec. l. qui autem. in fi. & ibi gl. fi. & l. seq.

ADDITIO. No. quòd lex generaliter loquens, recipit restrictionem de habilitate. concordat gl. 2. l. 1. §. nunciatio. & ibi doct. ff. de no. ope. nunc. & in l. ut gradatim § sed si lege. ff. de mune. & ho. & Bar. latè in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. Ang.

n *Per actiones personales*. l. ex testamento.

o *Per in rem*. idest, per rei uendicationem. nam recta uia transit dominium in legatarium rei legatæ, ut ff. de fur. l. à Titio. Accur.

ADDITIO. Scilicet, fictè à morte testatoris, & uerè ab adita hæreditate, reuocabiliter tamen. Et hæc uera, quando purè legatur res testatoris, & legatarius non repudiat. Et tunc fructus post mortem, & ante aditionem, post moram tamen adeundi ab hærede percepti; demum, facta aditione, debent legatario restitui. Si uero legetur res hæredis, nullo modo transit dominium, nisi facta traditione.

p *Per hypothecariam*. s. scilicet, in rebus alijs, quæ fuerunt defuncti. Et no. quod si legatum sit in specie, & sit res testatoris, competunt illæ tres actiones. Si in genere, ut seruum, competunt duæ, scilicet, testamenti, & hypothecæ, sed in casu tantum una actio, scilicet, ex testamento, & vna exceptio competit, ut si lego debitori liberationem, vt ff. de lib. leg. l. quod mihi, & ff. ut in pos. le. l. 1. §. si debitori. Si autem sit res aliena, duæ tantum competunt, scilicet personalis, & hypothecaria, ut C. communia de leg. l. 1. Non tamen omnibus aget, idest, actione in rem, & ex testamento, sed una quam elegerit, ut ff. de leg. 2. l. cum filius. §. uarijs. Sed si legatarius sit dominus, qualiter personali aget, ut inf. de act. §. sic itaque? Respon. ratione possessionis. ut ff. de cond. trit. l. 2.

ADDITIO. Et si ex testamento agitur ad præstandum, seu tradendum, non aūt ad dandum. Vel dic, quod §. sic itaq; loquitur in uero domino facto per traditionem de iure cōi: hic uero de iure spāli sine traditione. Igit non est mirum si dat cōcursus: ut in l. rebus. C. de iure dot. s'm docto.

Perpen-

* Adde quod legatum sit donatio, est tex. in l. ambiguitates. C. de testa. quem a nemine allegatum inueni.

* Quæ sit propter merita. Aeg. Perr.

1 † Totum hoc, ab hare de præstanda, in scriptis nostris exemplaribus non habetur.

* Obligationem, uel condemnationem in pœnam, ut si [illegible] Titium [illegible] rem, in [illegible] eius c[illegible] [illegible] lego. Aeg. Per.

* s. ante capitinem. Aeg. Perr.

* Scilicet cā mortis inter uiuos, & legatū. Aeg. Perr.

* Et hæc inducūtur ad qōnē si testator dicat, dono Titio fundum illum post mortem [illegible] ti, & recipienti, an censeatur legatū, vel donatio, ut per Ioā. Fab. & Ange.

* Vt si res illa iam esset apud eū.

cui legat. & testor iubeat apud eum manere. Arg. Perr.

* Concor. c. Ra. ī gl. super ver. usucapione ꝑ dote, post mediū extra de test.

b Nō ob. hæc lex, si alij, quia vē solū cōtra dicere, quia ibi attēdit scriptura; quia uoluntas testōris erat ambigua. Cæterū si eius fuisset clara uoluntas, ab ea non recederet: imo obseruatur scriptura, relicta interpretatiōe, ut l. cum mater. C. de fidei. & hic.

e Hęc gl. diuidit in quatuor ꝑtes. In prima declarādo text. remouet quoddam cōtrarium tacitū. In secunda ꝑ modū notabilis remouet aliud cōtrarium. In tertia remouet aliud cōttarium. In quarta, & ultima ꝑ modū qōnis remouet aliud ꝯtrariū: secunda ibi, & nota tertia ibi, nō tā oibus. quarta ibi, sed si legatarius.

a *Perpensum*.i.deliberatum.

¶SED NON VSQVE. ¶CASVS. Domine, iam video, quod fecistis satis vtilem constitutionem circa materiam legatorum: in qua quidem constitutione satis diligenter legatarijs prouisum est: unde videtur mihi, quod illa constitutio possit sufficere. Sed ad hoc respon. Amice certè minus bene uidetur sufficere. Non enim prædicta constitutione contenti sumus. Inuenimus enim, quod antiquitas strictò iure concludebat legata, & fideicommissis pinguiorem naturam indulgebat. Idcirco nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, necessarium duximus, omnia legata omnibus fideicommissis penitus exæquare: ut de cætero īter ea nulla sit differentia. Statuimus enim eadem constitutione, ut qđ hactenus legatis defuit, hoc ex natura fideicōmissorum impleturi, si quid amplius etiam fuit in legatis, hoc fideicommissis accedat. & per hoc fideicommiss & legata per nostram constitutionem exæquata sunt. Vnde dixi: Quare igitur coniunctim non tractatis de legatis, & fideicommis. Ad hoc respon. Amice, ad hoc optima ratio nos induxit, vt diuisim de illis tractare debeamus. Ne enim in his primis legum cunabulis coniunctim de legatis, & fideicommis. tractando, adolescentibus studiosis difficultatem introducamus, utile nobis uisum est separatim primo de legatis, & postea de fideicommis. animos informare, ut ita natura utriusque iuris per se cognita, facilè possint iuuenes de utriusque natura erudiri, & permistionem eorundem subtiliorem auribus intelligere. Et hæc dicuntur usque ad illum §.non solum. Franc.

perpensum [a] modum ex ipsius tenore perfectissimè accipere possibile.

Licet legata sint hodie fideicommissis adæquata, de his tamen propter adolescentes separatum tractandum est. Aretinus.

¶Sed non vsque ad eam constitutionem stādum esse existimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus, legata quidem stricte [b] concludentem, fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis [c] descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare, [d] ut nulla sit inter ea differentia: sed quod deest [e] legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius [f] est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum † naturæ.

¶Sed ne in primis [g] legum cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus, quandam introducamus difficultatem: operæ pretium [h] esse duximus, interim [i] separatim prius de legatis [k] & postea de fideicommissis [l] tractare, ut natura vtriusque iuris * cognita, [m] facilè possint permistionem eorum eruditi [n] subtilioribus auribus accipere.

Etiam res aliena potest legari, & hæres tenetur eam redimere, si potest, & soluere: aliàs tenetur æstimationem præstare: & hoc verum, si testator sciu esse rem alienam, & agenti, incumbit onus probandi. Are.

¶*Sed non vsque ad eam*. idest non fuimus contenti, scilicet, dicta constitutione: immo & aliam fecimus circa istam, & eandem materiam, ut C. communia de leg. l. secunda. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legatorum, scilicet in quo erat differentia inter se. Secunda vero remouet differentiam inter legata, & fideicommis. Accur.

b *Strictè*.i.strictò iure, sic ut testamento tantum debeantur, ut infra de fideicom.hær.§.præterea.

c *Magis*. scilicet, quàm legata, ut ab intestato etiam debeantur, ut infra de fideicommis. hæred. §. præterea. Vel dic, ex uoluntate magis, quàm ex solemnitate testamenti. Accur.

d *Exæquare*. quantum ad sententiam, & tractatum, non quantum ad uerba. nam non dicitur hodie legataria libertas, & hæreditas: licet fideicommissaria appelletur. Item propter legatum non cogitur quis adire, sed propter fideicom. uniuersale sic.ut inf.de l.Fal.§.quantitas uer.ex diuerso.& ff.ad Treb.l.quia poterat.& inf de fideicom.hæred.§. ergo.uer.sed si recuset.

Intellige istam adæquationem procedere in legatis particularibus quo ad particularia, & in uniuersalibus quo ad vniuersalia

e *Sed quod deest*. In tribus enim deest, ut ĩ.eo.§. post mortem.& inf.de fideicom.hær. §.præterea,& inf. de sing. rebus per fideicom. re in prin.

f *Amplius*. scilicet, ut ex necessitate dentur: quod non erat in fideicommissis, ut inf.de fideicommis.hæredita.in principio.

g *In primis legum cunabulis*.i. hoc uolumine, ut sup. eod. in procœ.circa medium.

h *Operæpretium esse duximus*.i. pulchrum putauimus, & utile, ut dicitur in Sallustio.

i *Interim*. i.antiquam ueniamus ad illam constitutionem ubi tractantur communia eorum.

k *De legatis*. ut hoc titulo, & duobus sequentibus.

l *De fideicommissis*. ut infra de fideicommis. hære. & alio ibi prox.tit.

m *Cognita*. scilicet, separatim.

n *Eruditi*. sic supra de iustitia, & iure. §. his igitur generaliter.

& non aliter, ut per Doct. hic. & in L. 1. ff.de leg j.

† *Fideicōmissi.*

* *Scilicet legati, fideicōmissi. Ae. Per.*

¶NON SOLVM. ¶CASVS. Domine, iam uideo, quid est legatum, & quot erant olim genera legatorum, & qualiter auctoritate uestræ cōstitutionis natura legatorum, & fideicōmis. exæquata est, & quæ ratio uos induxit ad separatim tractandum, primò de legatis, & postea de fideicomm. pro Deo dicatis modo mihi, si placet, quæ res legari possunt? Ad hoc respon. Amice, non solum res testatoris, uel hæredis legari potest: sed etiam aliena: sed in hoc casu quando testator rem alienam legat, hæres eius compellitur rem legatam redimere a domino rei, si emere potest. Si enim nullo modo, uel pro non certo pretio redimere potest: ad eius æstimationem tenetur. & hoc uerum est, si talis est res, cuius commercium haberi possit. Si enim res legata sit talis quod super ea contrahere non licet; tunc nec ipsa res, nec eius æstimatio debetur: ueluti si testator alicui legauerit campum Martium, uel basilicas uel templa, uel ea, quę sunt publico usui destinata. Nam in his casibus legatum nullius momenti est. Sed quod diximus generaliter alienam rem legari posse, hoc ita intelligendum est, si testator, quando legauit, sciebat, rem alienam esse: non autem si ignorabat, alienam esse: quia tunc forsitan, si sciuisset, eam alienam esse, non legasset. & ita omnia hæc diuus Pius rescripserit. Sed [illegible] Quidam legauit Petro rem alienam, [illegible] mortuo testatore, Paulus legatum petebat ab hærede. Hæres autem ex aduerso ad sui defensionem allegabat, testatorem ignorasse illam rem esse alienam, & idcirco dicebat, se non teneri ad huius legati præstationem. Legatarius uero in contrarium asserebat testatorem sciuisse rem alienam, & ita dicebat, legatum valere, unde magna fuit discordia inter hæredem, & legatarium super illo legato. Pro Deo domine dicatis mihi, quid iuris est in casu isto: uidelicet, utrum legatarius debeat probare testōrem sciuisse rem alienam esse, uel hr̄s dēat ꝓbare testōrē ignorasse? Ad hoc resp. Amice, in hoc casu verius est ipsum legatarium oportere probare sciam testōris. Non aūt oportet hr̄dem ꝓbare ipsius ignorantiā, & hoc ꝑ illā regulam gñalem, ꝓbatio incūbit qui agit. Igit cū legatarius in hoc casu agat ad legatū sibi relictum præstandū, meritò onus ꝓbandi ei debet incūbere. Et non solū in casu isto ꝑdicto locū habet hæc distinctio; sed ēt in alio casu: ueluti si testōr legauit rē creditori suo obligatā: nā in hoc casu, idē placet, ꝙ in superiori fit, ut uidelicet, ita demū necesse hēat hr̄s eā à creditore luere, si testōr sciebat rē esse obligatā, & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, & hoc est uerū, nisi appareat de contraria uoluntate testōris. Nā si testōr uoluerit legatarium

tarium luere, & hoc in testã. & codicillis expressit: quãuis testator sciebat rem obligatam, hæres tñ in hoc casu eam luere nõ dẽt. Et hæc dñt vsq; ad illñ §. si res aliena. Fran.

a *Hæredis*. & in his nil refert scierit hoc defunctus, an ignorauerit: vt j. eo §. si quis rem suam. & ff. de leg. 2. l. vnũ ex familia. §. si rem suam. Idem de re cõmuni legata, secundum Io. vt ff. eo. l. 5. §. 1. & 2. sed certe ibi non valet legatũ, nisi pro ea parte, pro qua non est error.

ADDITIO. Idẽ si filius rem cõmunem simpliciter legaret: quia non valeret, nisi ꝑ parte sua. Et ratio: quia cum ꝑ illa parte legatũ sit vtile, maior ratio facit, vt ad eam referatur. non sic in re penitus aliena. Io. Fab.

b *Aliena*. etiam hostium: a vt ff. eo. l j. l. ab omnibus. §. ẽt. secundum Io. Itẽ ab hostibus capta: vt ff. eo l. seruus ab hostibus. & l. id quod.

c *Cogatur redimere*. speciale pp ꝑceptũ testatoris sic ff. communi diuid. l. communi diuidundo. §. fin. Regulariter contra: vt C. de contrahen. emp. l. inuitum.

d *Non potest redimere*. ullo modo; quia non uult uẽdere, uel si vult, tamen nimiũ petit pro pretio, ut ff. eo. l. non dubiũ. §. fi. & de leg. 1. l. apud Iulianum. § constat.

stipulanti: de euictione aget, ac si nihil sibi datum esset: si est extraneus, l. si te legatarius: ut ff. de leg. 1. l. si domus. §. 1. & l. non quocumque; & de lega. 3. l. qui concubinam. §. si hæres. & de euict. l. hæres. Si de coniunctis est legatarius, ut si uni de fratribus est prælegatum, non agit: ne crescat inuidia inter eos: ut C. de bo. quæ li. l. cũ oportet. & ff. de leg. 2. l. cum pater. § euictis. Sed quando omnibus est prælegatũ, omnes agunt, siue distributio prælegatorum sit per iudicẽ facta, siue ꝑ partes. Si autem à testatore, excipiendo seruant, non agendo: ut C. cõmunia utriusq; iud. l. si fratres & ff. de lega. 2. l. cum pater. §. euictis.

¶Non solum * autem testatoris, vel hæredis [a] res, sed ẽt aliena [b] * legari potest: ita, vt hæres cogatur redimere [c] eam, & præstare: vel si eam non potest redimere, [d] æstimationem eius dare. ¶Sed si talis sit res, cuius commercium [e] non est, vel adipisci [f] non potest: nec æstimatio [g] eius debetur: veluti si quis campum Martium, vel basilicas, [h] vel templa vel quæ publico vsui destinata sunt, [i] legauerit. Nam nullius momenti tale [1] † legatum est.

¶Quod autem diximus, alienam rem posse legari: ita intelligẽdum est, si defunctus sciebat, alienam rem esse: non si ignorabat: [k] forsitan enim si sciuisset [l] alienam [2] † rem esse non legasset, & ita diuus Pius rescripsit. ¶Et verius [m] est, ipsum, qui agit, id est, legatariũ probare oportere, sciuisse alienam rem defunctum, non hæredem probare oportere ignorasse alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. [n]

Hæres tenetur luere rem testatoris alteri obligatam, si testator sciuit esse obligatam, nisi probetur de contraria voluntate testatoris. Aret.

¶Sed & si rem obligatã creditori aliquis legauerit, necesse habet hęres eam luere. [o] Et in hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere necesse habeat hęres, si sciebat defunctus rem obligatam esse, & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit [3] † legatarium luere, & hoc expresserit: non debet hęres eam luere.

Si legatarius factus fuerit dominus rei legatæ ex causa lucratiua, non debetur legatum: secus, si ex causa onerosa. Aret.

e *Commercium non est*. i. non potest super ea re contractus haberi.

f *Adipisci*. passiue accipitur. i. acquiri, uel haberi.

g *Nec æstimatio*. Si apud nullum est commercium: uel ẽt est, sed cum grandi difficultate, non ualet legatum: ut hic, & ff. e. l. apud Iulianum. §. fi. nisi testator uoluerit cõtrariũ manifeste: ut ff. e. l. si quis inquilinos. ad fi. ti. & ibi gl 3. & nisi in alio casu: ut si liber homo sibi legetur, qui fuerat redemptus ab hostibus: quo casu à pignore eximitur: ut ff. e. l. senatus. j. §. fi. Si aut commercium * est in cõi, sed non est ei, a quo relinquitur, ualet ut ipsum det, uel eius æstimatio: ut ff. e. 2. l. mortuo boue § Labeo. 1. rñ. & sic intelligitur ff. de leg. 1. in l. sed si res. Si aũt tñ ei non est, cui pstari debet, si pp suum delictum, vel sectæ diuersitatem, ut in Iudæo, & mancipio Christiano, ut C. ne Iudæ Christ. man. l. 1. non ualet, nec æstimatio dat ut ff de lega 2. l. mortuo boue. §. Labeo j. rñ. & de uer. ob l. multum interest. Si pp status conditionem, uel corporis uitium: ut quia seruo militia, uel contracto legetur stipendium cursoris: si testator scit uitium inesse, datur æstimatio: alias non: ut ff. de lega. 3. l. fideicommissa. § si seruo alieno. & ff. eo. l. si filiusfamilias § si quid alicui. A. cursius.

ADDITIO. Vide gl ferè similem ff. eo. j. l. sed si res aliena facit gl. in l. multum. ff de verb. obl.

h *Basilicas*. Basilica Græcè, Latinè domus regia dr. Acc.

i *Vsui destinata sunt*. ut uia publica.

k *Ignorabat*. quæ ignorantia nocet: nisi coniunctæ personæ sit relictum: ut C eo. l. cum rem alienam. & nisi cum relinquitur libertas seruo alieno: ut ff. de fideic. li. l. Paulus. j. resp. Quid si res legata fuerit euicta? Respon. si in specie, non teneri debet hæres de euictione: ut ff de euic. l. hęres. & ff. de leg. 1. l. si a substituto. §. hęres b si in genere; siue extra iudicium, siue in iudicio tradita fuerit legatario non

l *Si sciuisset*. in eo casu, quo ignorauit.

m *Et verius est*. ut ff. de prob. l. uerius C. de rei uend. l. fi. & ibi gl. fi. & C. de ed. l. q. accusare uolut. C. de excep. l. si q dẽ. j. de interdi. §. commodũ. C. de act. & obl. l. negantes. & C. de prob. l. actor.

n *Qui agit*. nisi qui negat, neget ius, & nisi præsumeret ius pro actore: tunc. n. ꝑbat reus negans: ut ff. de probat. l. ab ea parte ff. de dona. inter uirum, & uxo. l. Quintus.

o *Luere*. tribus casibus luit hęres. Si sciebat testator, rẽ esse obligatã: ut hic. Item si ignorabat, sed reliquit coniunctæ personæ, ut C. de fidei com. l. prædia. uel si pro tanto erat res obligata, quantu ualet, uel ꝑ maiori sũma: ut ff. de leg. 1. l. si res obligata. §. 1.

ADDITIO. Nota, ꝙ qñ testãt legat rem pignoratam obligatã ꝑ tanto, uel pluri, q̃ ualebat, siue sciuerit, siue ignorauerit obligatã, tenetur hęres luere. Nam si teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tñ dubium facit, quia qñ obligatur res pro tanto, uel pluri, q̃ ualeat, ur res ipsa haberi pro alienata. facit ꝙ no. gl. in l. qui habebat. ff. de lega. 3. Sed qñ legatur extraneo res aliena ignoranter, non tenetur hæres luere: ergo nec hoc casu, & hanc tenuit Raph. sed hæc est cõiter. Ias. Aduerte diligenter, ꝙ luo est uerbum ęquiuocum ad quatuor. Vno modo significat redimere, siue liberare: ut luo pignus ære: & sic accipitur hic. Scdo mõ est sustinere, siue pati, uel punire, ut fur luit pœnas: & crux luit mala, i. punit. Tertio modo est purgare, uel expellere: ut lux luit tenebras. Quarto mõ pertinet ad actum uenereum, cũ sunt in ardore coeundi. Vnde uersus: Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras Dr & luere, qñ salitur ouis. Vel sic & breuius, Crux luit, æs, crepo, lux, mala, pignus. ouẽ. tenebrasq;. De hoc est gl notab. in l. licet certis. C. de locato, & cõdu.

¶SI RES ALIENA. ¶CASVS. Dñe, quidam legauit P. rẽ alienam: & P uiuente adhuc testãre, consecutus fuit dñiũ illius rei. modo quæro utrũ, mortuo testãre, P. rõne illius legati cuius dñium habuit ante mortem testãris, aliquid consequi ab eius hærede possit? Ad hoc resp. Amice, si res aliena legata fuerit, & eiusdem dñium legatarius, uiuo testatore consecutus fuerit: distinguendum est, ex qua causa legatarius consecutus fuerit dñium rei legatæ: nã si ex causa emptionis, uel alia cã onerosã dñium cõsecutus fuerit: nihilominus actione ex testa. æstimationem eiusdẽ rei ab hærede testãris consequi poterit: si uero ex cã donationis,

* *Concor. cũ hoc §. c. filius. cũ gl. 2. extra de testa.*

* *Quam scit, eẽ alienã, & de qua est cõmercium. Aeg. Per.*

a Siue q̃doq; fuerit, siue nũquã, dũmõ legetur sub cõditione si nostra efficiatur, uel sit spes, ꝙ efficiatur: alias sec'. Io. Fab. & Ang.

1 † *Huiusmodi.*

2 † *Alias, si sciisset alienam non legasset.*

Legatum rei cuius commercium non est, an ualeat.

* Cõmercium dr esse de re, qñ est in dñio alicuius, & põt subijci dñio alterius priuati. Aeg. Perr.

Basilicas.

Legatum si euincat an hæs de functi teneatur.

b Nisi sciens alie-

uam: uel coniunctæ ꝑsonę legasse: fin Io Fa. hic. sed scdm Ant. tunc debetur ꝑ uiam retẽtionis, nõ actiõis, si sit hrs, & cohrdib' etiam fuerit prælegatum: ut hic in fin. glo. ĩ qua materia uide pleni' Ange. hic.

3 † *Voluit.*

Legatares obligata per hrdẽ in tribus casib. est luẽda.

Luo, luis, hẽt quatuor signi ficata.

nis,vel ex alia causa lucratiua, puta,ex causa legati in alio testamento sibi relicti factus fuerit dominus te illius:tunc de cætero ab hærede nihil petere poterit:& hoc propter regulam iuris generalem, qua cauetur,duas lucratiuas causas in eundem hominem, & in eandem rem non posse directè concurrere. Et eadem ratione, si ex duorum testamētis eadem res alicui legatario debeaē, multum refert, vtrum legatarius,rem,an æstimationem ex testamento vnius consecutus sit. nam si ipsam rem habeat, aduersus hæredem alterius agere non poterit, cum ex causa lucratiua iam ipsam rē habeat. Si verò æstimationem illius rei consecutus prius fuerit & nihilominus ab hærede alterius ipsam rem consequi poterit. Et hæc dicū tur vsque ad illū §. ea quoque res. Fran.

1 † *Testamenti*,

¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei, viuo [a] testatore, legatarius dominus factus fuerit: si quidē ex causa emptionis, ex testamento [1] † actione pretium consequi [b] potest. Si vero, ex causa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia [c] simili causa, agere [d] non potest. Nam traditum [e] est, duas lucratiuas causas in eundem hominē, [f] & eandem rem [g] concurrere non posse. [h] ¶ Hac ratione, [i] si ex duobus testamentis [k] eadem res eidē debeatur, interest, vtrum rem, an æstimationem, ex testamento consecutus sit. Nam si rē habet, agere non [l] potest: qa habet eam ex causa lucratiua. si æstimationem, agere potest. [m]

Etiam res futura, quæ tamen esse speratur, legari potest. Are.

¶ Ea quoque res, [n] quæ in rerum natura non est, si modo futura est, [o] rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt: aut quod ex illa ancilla natum erit. [p]

Si vna res ab eodem duobus legatur coniunctim, uel disiunctim, si ambo concurrunt ad legatum, medietas datur vni, & medietas alteri. Sed, deficiente legato in persona vnius, totum ad collegatarium pertinet. Aret.

¶ Si eadem res* duobus [q] le-

a *Viuo testatore*. idē est,& si post mortē: vt inf.§.si cui§.

b *Cōsequi potest*. Nota, caute ponit, consequi: nam pretium petere non potest, sed rem, quæ tantum est in obligatione, ſm nos: æstimatio tamen datur propter defectum: vt ff. de uerb.oblig.l. si seruū. §.effectus. Sed contra nos est.ff. de leg.3.l. si res mihi. Respon.ibi propter defectum iuris petendi ex præsumpta uoluntate defuncti rem legatam legatarius amisit: sed hic nō ex uoluntate defuncti amisit emendo. Quidam tamen dicunt, æstimationem esse in obligatione: ut ff.de cond.fur. l.in re furtiua.in princ.ibi, sed utrum.in si. Et no.quatuor casus, quibus pero id,quod habeo. Primus est,ubi res mihi data, potest auferri: ut ff.de sol.l. si rem.& l.qui res.j.respon.a Item si habeo ex alia cā, quam debeam habere, qa non uideor habere, cum pretium absit ut hic. Item si aliquid iuris rei deest, id adhuc tradendum est: ut ff.de solu. l.etiam.& de uerbo.ob.l.Iulianus.§.si. Item si res deterior est dolo dantis: ex cā stricti iuris datur act.de dolo, licet habeat rem: ut ff.de dolo.l.& eleganter.§. non solum, sed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: ut ff.commo.l.3.§. si reddita.

a Quæ leges nō faciūt ad ꝓpositū: qa cum res sit euicta, nō potest dici, ꝙ cā habeat, & petat, sed facit.ff.de lega.l. nō quocūq;. in princi. Est & ali⁹ casus, qn̄ res tradit, forma tn̄ mutata: ut l.mulieris.§. res abesse. ff. de uerb.si. ſm Ioan. Fab.

c *Ex alia*. ut legati: ut ff.man.l. si hæreditatem.non dotis promissione: ut ff.de actionib. & obligat. ex promissione. Accur.

d *Agere*.etiam si sua postea esse desinit: ut ff.de leg.2.l.Mæuius.§.duobus.

e *Traditum*.à iure: ut ff.de actio.& ob.l.omnes. & ff.de lega.1.l.si seruus legatus.§.Stichum. Accur.

f *In eundem hominem*. ff.e.t.l.si seruus.§.j. contra. Solu.ibi per obliquum concurrunt, non directo: ut hic, argu.ff.de uul.subst.l.quæ liberis.§ si.

g *Rem*.i.speciem.aliud, si quantitatem: ut ff.de leg.2.l.Titia Seio in prin.

h *Non posse*.sed cur secus, quando emit? Resp.quia nec rem habere uidetur, cum pretium ei absit,& loco rei successissent: ut ff.de pet.hær.l. si & rem.& quod met.cau.l.uideamus.& l.si ipsa.

i *Hac ratione*.s.supradictæ regulæ.

k *Ex duobus testamentis*. s.duorum hominum.si enim unius esset, primum per secundum corrigeretur: ut s.qui.mo.testa.infir.§ posteriore. Quid si in eodem bis legauit? Respond.distingue speciem à quantitate: ut ff. de legatis primo.l.planè.ubi.§. si eadem.usque ad illum.§. si coniunctim.

l *Agere non potest*. ut ff.de leg.1. l.planè ubi.§.si eadem. uer.sed si duorum.contra: ut sequitur ex eodem testamento. Solutio. illa intelligitur secundum huius.§. distinctionem.

m *Agere potest*. ff.de lega.primo.l. huiusmodi.§. primo. contra. Sol.ibi testatoris, & hæredis testantis est eadē persona, vt in Authen.de iureiu.à mo.in prin.col.5.Vel ibi in secundo legato commodum repræsentationis primi legati relictum videtur: vt infra eodem §.ex contrario, quia non videtur legari bis in duobus testamentis, & ideo non habebit nisi semel.

¶ EA QVOQVE. ¶ CASVS. Domine, pono, quod aliquis legauit rem, q̄ tempore conditi testamenti in rerū natura non erat, futura tamen sperabatur: nunquid valet legatum? Et respō. ꝙ sic. ea enim res, quæ in rerum natura nō est, si tamen futura speretur, rectè legari potest: veluti si testator legauerit fructus, q in fundo Semproniano nati erunt: vel si legauerit, qđ ab ancilla natum erit: nā in vtroque casu ualet legatum. Et hæc dicuntur usque ad illum §.si eadē res duobus. Francis.de Aret.

* *Adde Forca.dia. 59.& dia. 67.ubi late de coniunctis.*

n *Ea quoque res*.sic.ff. de leg.1. l.quod in rerum.in prin.& de leg.3.l.etiam. Acc.

o *Futura est*.si autē nec fuit res, nec est in rerū natura, nec erit, ut chimera: uel fuit, sed nō est: ut hō mortuus: non p̄t legari.ut infra de inu.sti.in prin. Si autem est dubium, an sit, uel non sit in rerum natura: cauet hæres de prosequendo, & restituendo: ut ff.de lega.1.l.seruo legato, qui fugerat ante testamentum: aliud in eo, qui fugerat post, scilicet, testamentum, qui scilicet, est periculo legatarij, ut ff.eodem titulo.l. cum seruus.& l.si seruus legatus. 1. respon.

ADDITIO. Dic plenius, & ordinarius per glo.in dicta l. cum seruus. & ibi Barto. & doctores. ff. de legatis primo, & per glos.in l.si quis seruo.ff. de legat.secundo. & adde, quod no.gl & doc.in l.quod legatur.ff. de iudic. Angel.

p *Natum erit*. & tunc competit sibi exactio, ut ff.de uerb. obl.l.interdum.j. resp.

¶ SI EADEM, &c. ¶ CASVS. Domine, quidam legauit eandem rem duobus.P. & M ego quæro, quid iuris sit in isto casu? Ad hoc respond. Amice, si duobus eadē res legata sit: si diuisim, uel coniunctim legetur, si ambo peruenerint ad legatum diuiditur inter eos legatum. Si autem alter eorum per modum repudiandi deficiat, ut quia legatum peruenit in casum caduci, ut puta, quia legatarius decessit.uiuo testatore, uel si quolibet alio modo deficiat, ueluti per mortem ciuilem: tunc omnibus his casibus, totum legatum ad legatarium iure accrescendi pertinebit. Sed domine, iam uideo, quid iuris est, quādo eadem res legatur duobus. siue coniunctim siue disiunctim: pro Deo dicatis mihi, quando quis censetur legare coniunctim, & quando disiunctim? Ad hoc respondet, quod coniunctim uidetur quis legare in hunc modum: ueluti si dicat. Titio, & Seio hominem Stichum do, lego. Sed disiunctim uidetur quis ita legare: ueluti si dicat, Titio Stichum do, lego: Seio Stichum do, lego. nam in hoc casu etiam si expresserit eundem hominem, scilicet, dicendo sic: Stichum do, lego: nihilominus eum disiunctim legare intelligitur. Et hæc vsque ad illum §.si cui fundus. Francis.de Aret.

q *Duobus*.quid si dicat: illi, aut illi lego? Respondet, duo rei stipulandi esse uidentur.ut ff.de leg.2.l. si Titio, aut Seio. Accur.

Coniunctim.

a *Coniunctim*. s. per copulatiuam coniunctionem, vt ff. de hære. instit. l. si ita quis hæredes.
b *Disiunctim*. i. separatim, ut inf. proxi. §.
c *Scinditur*. viriliter: nisi simul duo coniuncti essent, qui locum vnius obtinent, vt ff. de hær. inst. l. Titius. & l. interdum. in prin. Accur.

gata sit, siue coniunctim,[a] siue disiunctim,[b] si ambo perueniant ad legatum, scinditur[c] inter eos legatum: si alter deficiat, quia aut spreuerit legatum, aut, viuo testatore,[d] decesserit,[e] vel alio quoquo modo defecerit,[f] totum ad collegatarium pertinet.

¶Coniunctim[g] autem legatur, veluti si quis dicat, Titio, & Seio hominem Stichum do, lego. Disiunctim[h] ita, Titio hominem Stichum do, lego, Seio hominem Stichum do, lego.[i] Sed & si expresserit eundem hominem Stichum, æquè disiunctim[k] legatum intelligitur.

Si ad legatarium peruenerit proprietas fundi eidem legati ex causa onerosa, & vsusfructus ex causa lucratiua, potest peti totus fundus: tamen officio iudicis æstimatio proprietatis tantum debetur. Aret.

¶Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit[l] proprietatem, deducto vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit,[m] & posteà ex testamento agat: rectè eum agere, & fundum[n] petere,[o] Iulianus ait; quia vsusfructus[p] in petitione[q] seruitutis[r] locum obtinet. sed officio iudicis continetur, vt, deducto[s*] vsufructu, iubeat æstimationem[t] præstari.[u]

Legatum rei propriæ legatarij non valet, etiam si post testamentum sua esse desierit. Aret.

¶Sed si rē legatarii quis ei le

d *Viuo testatore*. nā si, testatore mortuo, legatarius decedat; ad hæredem suum legatum transmittit; vt C. de cad. tol. §. cum igitur.
e *Decesserit*. post testamentum tamen, ut differat à sequēti.
f *Defecerit*. s. legatarius, ut per mortem ciuilem. Vel dic, legatum, quod tribus casibus deficit, & accrescit legatario præter duos, qui ponuntur hic. Primus si non est collegatarius in rerū natura tempore testamenti, ut C. de cadu. tol. § j. in prin. Secundus, si mihi, et posthumo legatur, qui abortietur posteà. vt ff. eo. primo l. si duobus. §. fin. Tertius si mihi, & hæredi suo legat, ut ff. eo. j. l. planè ubi. §. si duo. & sic sunt quinque casus. Econtra sunt tres casus, quibus deficit legatum: sed collegatario non accrescit. Primus, si mihi, & seruo suo legat, vt ff. eo. j. l. planè vbi. §. si coniunctim. Secundus, si mihi, & tibi res tua legaī, vt ff. eo. j. l. huiusmodi. §. si Titio. Tertius, si mihi, & non capaci legatur. ut ff. de leg. 2. l. si Titio.
g *Coniunctim*. s. re, & verbis, ut ff. de leg. 3. l. re coniuncti.
h *Disiunctim*. s. verbis tantùm. nam re sunt coniuncti.
i *Do lego*. sed nonne dando Seio, adimit Titio, ut ff. de pu. substi. l. si quis eum. & de adimen. leg. l. iij. in prin. & l. sicut? Respon. sic, si probatur, testatorem hoc. s. adimere Titio, & dare Seio voluisse: *a* non aliàs, vt ff eod. j. l. si pluribus. §. primo.
K *Disiunctim*. scilicet, verbis tantum, re tamen coniuncti sunt, ut ff de lega. 3. l. re coniuncti. Sunt & alij re. & uerbis disiuncti, ut si ita dicam, lego Titio dimidiam serui; Sempronio lego dimidiam eiusdem serui, vt ff. eod. 2. l. & Proculo. Nec obstat in eod. titu. de leg 2. l. Mæuio. in prin. quia illa intelligitur, quando unam dimidiam utrique legauit. Et in istis non habet locum accessio, id est, ius accrescendi, ut d. l. sed & Proculo. Sunt etiam re disiuncti, sed uerbis cōiuncti, ut si dico, lego tibi, & Sempronio pro æquis portionibus. Sunt & alij re, & uerbis coniuncti, ut suprà proximè. Et coniuncti utroque modo, præferuntur disiunctis utroque, uel altero tantum modo coniunctis. Coniuncti uerò uno modo tantùm, simul admittuntur, scilicet, re tantùm. Coniuncti uerbis tantum, disiunctis re, & uerbis præferuntur, ut ff. de hær. inst. l. si ita quis hæredes. & ff. de leg. 3. l. re coniuncti §. pen. & §. fin.
ADDITIO. Similem glo. habes in l. j. §. fi. ff de usuf. accre.
¶SI CVI FVNDVS. ¶CASVS. Domine, quidam legaui Petro fundum alienum: posteà legatarius, scilicet, P. proprietatem eiusdem fundi emit, uel ex alia causa onerosa, deducto usufructu acquisiuit: procedente tempore ususfructus eiusdem fundi peruenit ad P. per mortem, uel per capitis diminutionem usufructuarij; vel ex alia causa lucratiua, usufructu finito, & ad proprietatem reuerso, & ita legatarius fundum in plena proprietate habuit: modò P. nihilominus agit ex testamento contra hæredem, & petit totum fundum in plena proprietate, ab hærede testatoris modo quæro, vtrum P. legatarius rectè agere uideaī? Et respō. quod sic. Nam si fundus alienus legatus fuerit, & posteà legatarius emerit proprietatem eiusdem fundi, deducto vsufructu; licet posteà vsusfructus ad legatarium ex causa lucratiua peruenerit: tñ ad fundum nihilominus actione ex testamento rectè agere poterit: & ita Iulianus ait. Cōtrarium tamen uidebatur. nam si legatarius petat fundum in plena proprietate: ꝙ proprietas constat ex duobus. videlicet, ex nuda proprietate, & vsufructu; & si legatarius ex causa lucratiua habuit vsumfructum, uidetur, ꝙ fundum in plena proprietate petere non pōt. Ad istam tacitam obiectionem, quæ fieri posset; resp. Iustinianus in litera, dicens; ꝙ hæc obiectio non obstat; quia vsusfructus in petitione tali, videlicet, quę fit per actionem ex testō, nō obtinet partē dominij, sed vicem seruitutis; & iō petendo fundum in plena proprietate, non vī petere illam partem rei, quæ sibi obuenerat ex cā lucratiua. s. vsumfr. & hoc est uerum de rigore iuris; sed de ęquitate ait Iulianus officio iudicis contineri, ut æstimatione ususfruct. deducta hīdem ad æstimationem nudæ proprietatis dēat condemnare. & hæc dicuntur vsq; ad illum §. sed & si rē.
l *Emerit*. s. legatarius.
m *Peruenerit*. scilicet morte usufructuarij, uel capitis diminutione, uel simili causa, lucratiua tamen, ut sup. de usufr. §. finitur. & sic factus est causalis.
n *Et fundum*. i. proprietatem plenam. de iudicis tamen officio aliter fit; ut infrà sequitur.
o *Petere*. hic repete, quod diximus suprà eodem. §. si res. Accursius.
p *Quia vsusfructus*. dixit, fundum peti, & sic in plena proprietate. Sed opponitur: plena proprietas constat ex duobus, scilicet, ex nuda proprietate, & usufructu, & iam habet partem, id est usumfructum ex causa lucratiua: quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Respon. ususfructus hoc casu, cùm fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partem dominij, sed uicem seruitutis prædialis: quæ non est pars rei, cùm non possit esse sine re; & ideo non uidetur peti ea pars rei, quæ obuenit ex causà lucratiua, s. ususfructus & hoc de rigore, sed contrà de æquitate, ut subijcit.
q *In petitione*. s. tali, id est, prædicta fundi per actionem ex testamento. aliàs in multis locum dominij habet, ut ff. de damno infec. l. qui bona. § & superficiarium; & ff. de bonis auctoritate iudic. possiden. l. in nenditione. in prin. & ff. famil. erciscun. l. & puto. §. ij. & ff. de usufruc. l. iiij. & v.
ADDITIO. Dic, quod non est pars dominij prædicatiua, seu subiectiua, ut posita specie, ponatur genus; sed est pars integralis: quia fructus iuncti cum proprietate faciunt plenum dominium, vt per glo. in l. rectè dicimus. ff. de uer. sign. Ange.
r *Seruitutis*. s. realis.
s *Deducto vsufructu*. id est, æstimatione ususfructus: quem scilicet usumfructum ex causa lucratiua * habet, & ideo non debet plus habere, ut sup. eo. §. si res.
t *Aestimationem*. s. proprietatis.
u *Præstari*. s. ab hærede suo.
¶SED SI REM. ¶CASVS. Dn̄e, quidam legauit P. fundum ipsius P. modò quæro à uobis, utrū ualeat? & respon. ꝙ non. Nā licet suprà dictum sit, alienā rē legari posse: si tamen aliquis rē propriā ipsius legatarij ei legauerit,

Legatum quinq; casibus deficit, & legatario accrescit.

Legatum in trib' casibus deficit nec legatario accrescit.

a Puta, quia hoc expressit, uel sub cōmemoratione primi legauit secundo vt fundum quem legaui Titio, lego Sempronio aut hoc fecit ex interuallo, secundum Io. Fab.

Legatariorum quidā sunt coniuncti, re tantum, alij uerbis tantùm, alij re & uerbis, alij per sus disiuncti.

* i. detracto proprietate s. Plau. de duco pedes delecto i. detraho, separo. Aegid. Perr.

Vsusfructus an sit pars dominij.

Vsusfructus ī multis locum dominij habet.

* Vide Barto. in l. Mæui*. §. duobus. de lega. 2.

inutile est legatum. & hoc ideo; quia illud, quod proprium est ipsius leg itarij, amplius eius fieri non potest. & in hoc casu iterum inutile est legatum, & nullius est momenti: quia nec ipsa res, nec ipsa æstimatio debetur. Sed pone: Quidam testator rem suam propriam credens esse alienam rē, quasi alienam legauit P. ego quæro, utrum valeat? Respon. Instin. ꝙ sic, dicens ita: Si quis rem suam, quasi alienā legauit, in hoc casu bene ualet legatū. nam plus ualet quod est in ueritate, q̄ quod est in opinione. Sed domine ponamus, ꝙ testator putans rem suam esse legatarij, legauit: nunquid valet tale legatum. Respon. quod sic. In hoc enim casu legatum valere, constat: quia uoluntas testatoris uolentis huiusmodi rem acquiri legatario, exitum habere potest. Et hæc dicuntur vsque ad §. si rem suam. Frane.

*Concor. cū hoc §. text. in ca. inter dilectos an te fin. cum glos. super uerbo, quod metum est. extrà, de fi. instr.

1 † Aliàs, putant.

gauerit, inutile est legatum:[a] quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri non potest.[b] *Et licet alienauerit[c] eam, non debetur: nec ipsa res, nec æstimatio eius.

Valet legatum rei testantis, licet testator putauerit alienam.

¶Si quis rem suam, quasi[d] alienam legauerit, valet legatum. Nam plus valet, quod in veritate est, quàm quod in opinione.[e] Sed & si legatarij esse putauerit, [1]† valere constat: quia exitum[f] voluntas defuncti habere potest.

Alienatione rei legatæ à testatore facta non amittitur legatum, nisi probetur animus adimendi. Are.

¶Si rem suam legauerit testator, posteaq; eam alienauerit,[g] Celsus putat, si non adimendi[h] animo vendidit, nihilominus deberi.[i] idemque[k] diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

¶Ijdem[l] rescripserunt, eum, qui post testamentum factū prædia, quæ legata erant, pignori dedit,[m] ademisse legatum non videri;[n] & ideo legatarium cum hærede eius agere posse, vt prædia à creditore luantur.*

¶Si verò[o] quis[p] partem rei legatæ alienauerit, pars, quæ non est alienata, omnino [2]† debetur. pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

Legatum liberationis valet, & potest fieri perpetuum, & ad tempus. E contrà non valet legatum factum à debitore suo creditori, nisi afferat sibi aliquam vtilitatem. Angelus.

¶Si quis debitori suo liberationem legauerit,[q] legatum

a ¶Legatum. ut ff. de libe. lega. l. j. cont. a. Sol. ibi liberatio relinquitur, quę non erat debitoris.

b Non potest. sic ī de act. §. sic itaque. ff. de leg. 3. l. cum quis, j. rñ. & ff. de excep. rei iud. l. & an eadē. § actiones. & de acq poss. l. 3. §. ex pluribus Acc.

c Alienauerit. ff. de reg. Cato. l. j. in fi. contra. Sol. secundum B. ibi viuo testatore alienauit, hic posteà. a Vel hic purum fuit, ibi conditionale, secundum Io. arg. ff. eod. l. certa. §. 2.

d Quasi alienam. id est, credens alienam.

e Quàm quod in opinione. Nota, sic ff. de manum. vind. l. si pater, §. quoties. ibi, plus est enim. & ff. de iur. & facti ign. l. regula, §. qui ignorauit. arg. contra. ff. de aeq hæred. l. is, qui putat. Sol ibi de re, quæ consistit in animo.

f Exitum. id est, effectum, ut ff. quemad. testam. aper l. vel negare. ibi, publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere, id est, res talis legatario acquiri potest.

a Hæc responsio nō est bona: quia quantum ad eō ualescentiam legati nihil refert, an uiuo testatore, rem sibi legatā propriam alienauerit; an uerò post eius mortem, ut l. cætera. § j. ff. de leg. j.

¶SI REM SVAM. ¶CASVS. Quidam legauit Petro fundum: posteà idem testator eundem fundum vendidit M. quęro vtrum valeat legatum: an verò videatur ademptum per alienationem factam à testatore? Respon. Iustin. ꝙ in hoc casu sententia Celsi tenenda est. Celsus enim in hoc casu existimat, si testator non adimendi animo fundū legatum uendidit: nihilominus etiam post alienationem deberi legatum. & hoc idem diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, & ijdem principes in quodam alio casu idē ius statuerunt: videlicet, in tali casu; Quidā fecit testamentum. & in testamento suo quædam prædia legauit P. & postea eadem prædia P. legata pignori obligauit. Nam rectè in hoc casu rescripserunt testatorem obligando prædia legata, legatum non videri ademisse; & ideo legatarius cum hærede experiri poterit actione ex testamento, vt puta à creditore luantur. Et quod dixit sup. quando testator torā rem legatam alienauit, idem iuris est, & si partem rei legatæ alienauerit. nam in parte non alienata ita demū ualet legatum, si testator non adimendi animo eam alienauit. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. si quis debitori suo. Fran.

g Alienauerit. vendendo. sed donando indistinctè vř adimere: nec distinguitur, an valeat donatio, vel non, & etiam si reuocetur, vt ff. de adi le. l. eum seruus, & l. rem legatam, & l. legatum sub conditione. §. j. si ex alia causa à donatione, distingue animū, vt hic, & in dubio probat hæres mutatā voluntatē, vt ff de leg. 3. l. fideicōmissa. §. si rē. & ff. eo ii. l. Lucius, § penul. ibi, nisi hæres. & ff. de probat. l. eum, qui.

h Non adimendi animo. qui animus ex hoc probatur, quia si necessitate rei familiaris, non videtur reuocasse: aliàs sic. quę distinctio in donationem non cadit: ut ff de adim. leg. l. item legatam. & not. C. eo. l. qui post. Accur.

i Deberi. scilicet, rem legatario. arg. sup eo. §. non solum vbi ab initio fuit alienata.

K Idemq; scilicet, iuris esse.

l Iidem. scilicet, Imperatores Seuerus, & Antoninus.

m Pignori dedit. q d si rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid ualet legatum? Respō. sic, & nihilominus poterit petere debitum: nisi uoluntas testatoris ostendatur uolentis compensare, ut ff. de legat. 2 l. creditorem Accur.

a *Inutile*.nota,nõ valere teſtamentum ſine hærede.ſic ff. de ijs,quæ in teſtam.delen.l.proxime.§.Calphurnius Longinus.& ff.de codi l fina.
b *Sub conditione*. quot, & à quo ſunt implendæ conditiones:dic,vt ff.ad Trebel.l. facta.§.ſi ſub conditione.

ADDITIO. Secus tamen eſt in directa.§. hæres.ſupra de hęr.inſti.Et eſt ratio, quia hoc ius hæreditarium non eſt in ſuſpēſo: quia remanet penes hæredē:ut inf. proxi.§ Ang.

¶RESTITVTA. ¶CASVS. Domine, iam video,qualiter teſtator poteſt rogare hæredem inſtitutum, vt ipſe alicui reſtituat totam hæreditatem, vel eius partem: ſed pone, Quidam inſtituit Petrū hęredem,& rogabat eum per fideicomm. vt totam hæreditatē reſtitueret M. modo quæro à vobis, vtrū, facta reſtitutione, ſecundum volūtatem teſtatoris, P. nihilominus debeat hæres cenſeri? Et reſpon.ꝙ ſic.nam reſtituta hæreditate,ille hæres,q fuit inſtitutus,nihilominus poſt reſtitutionem permanet hæres.Fideicom.uerò, cum hæreditas reſtituitur,quandoque loco hæredis,quandoque loco legatarij habebatur;ſed Neronis temporibus Trebellio Maximo,& Anneo Seneca extantibus cōſulibus.factum fuit Senatuſ. Trebel.in quo quidem Se Con.cautum eſt, ut ſi hæreditas ex cauſa fideicom.alicui reſtituta ſit, omnes actiones,quæ de iure ciuili ipſi hæredi, vel aduerſus hæredem competerent, fideicomm.& aduerſus ipſum poſt reſtitutionem hæreditatis ei factam darentur: & poſt illud Senatuſcon.prætor actiones ipſi fideicomm.& aduerſus ipſum quaſi hæredi,& in eundem dare cœpit: & ita manifeſtè liquet,ꝙ ſecundum Se.con.Trebel. ille cui ex fideicom.reſtituta erat hæreditas,quantum ad emolumentum,& onus loco hæredis habebatur. & iſta dicuntur in tertia parte uſque ad illum §.ſed quia hæredes.

tem alij reſtituat: alioqui inutile[a] eſt teſtamentum,in quo nemo hæres inſtituitur.

¶ Cum igitur aliquis ſcripſerit,Lucius Titius hæres eſto, poteſt[1] †adijcere, Rogo te Luci Titi,vt cum primum poteris hæreditatem meā adire,eam Caio Seio reddas,reſtituas. ¶ Poteſt autem quiſque & de parte reſtituenda hæredem rogare. ¶ Et liberū eſt vel purè, vel ſub côditione[b] relinquere fideicommiſſum,vel ex certo die.

1† *poterit*.

Qui reſtituit hæreditatē, remanet hæres nomine, & in fideicommiſſarium tranſeunt omnes actiones. Arc.

¶ Reſtituta autem hæreditate, is quidem; qui reſtituit, nihilominus hæres permanet:[c] is verò,qui recipit hæreditatem,aliquando[d] hæredis, aliquando[e] legatarij loco habebatur. Et Neronis quidem temporibus,Trebellio[f] Maximo,& Annæo[2]† Seneca conſulibus,[g] Senatuſcōſultum factum eſt,quo cautum eſt, vt ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes[h] actiones, quæ iure ciuili[i] hæredi, & in hæredem competerent, ei,& in eum darentur,cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas Poſt quod Senatuſconſultum prætor vtiles actiones ei,& in eum,qui recepit hæreditatem,[k] quaſi hæredi, & in hæredem dare cœpit.

2† *Amnio*.

c *Hæres permanet*.no.ꝙ ſemel eſt,ſemper erit.ſic ff.de mi. l.etiam ſi ſine.alias incipit, & ſi ſine.§. ſed ꝙ Papinianus. in fi.ibi, ſine dubio hæres.& ff.de hæred.inſti.l.ei, qui ſoluendo.in fi.Accurſius.

ADDITIO. Hoc obtinet in immutabilibus de natura,uel conſtitutione iuris:alias ſecus,argum.§.vt autem. in Auth.de non alien col. prima.

d *Aliquando*.i.ſecundum unum ius.ut per Trebell.vt ſtatim dicet: nam omnia tranſibant.

e *Aliquando*.i. ſecundum aliud ius non erat loco hæredis, ſed legatarij, ut per Pegaſianum,ſecundum quod retinet inſtitutus quartam:ut j.eo.§ ſed quia.& §.poſt quod.

f *Trebellio*. & hinc dictum fuit Trebellianum Senatuſconſultum,ut & Macedonianum à Macedone, ut ff.ad Macedonianum.l. prima.

g *Conſulibus*.i.exiſtentibus.

h *Omnes*.imò non omnes,etiam per Trebellianum:ut inf. eo.§.ergo.contra.Sol.licet hic dicat,omnes,non tamen dicit,totæ,uel in totum,ſecundum Ioānem. a Vel dic,quod quādo de toto erat rogatus.habebat locum,ꝙ hic dī.ſi autem, retenta quarta, de cætero erat rogatus,habet locum, quod dicitur infra. Accur.

a Et ſic uerbū omnis, eſt diſtributiuū uniuerſaliū; totus uerò particularium, quod nor. m Ange. Sedlo. Fa. hoc reprobat. & tenet ſequētē ſolutionem.

i *Iure ciuili*.vel etiam prętorio,dummodo tales ſint prętoriæ,quæ ſunt tranſitoriæ, vt ſunt perſecutoriæ.ut ff.de act. & obli.l.in honorarijs.& ff.eo.ad Senatuſcon.Trebel.l.j.§. quamquam.ſecus in pœnalibus.vt j.de act.§. pœnales.

k *Hæreditatem*. Non facta ceſſione actionum;alias enim etiam directas habet ex nomine cedentis.

¶ SED QVIA HAERES. ¶CASVS. Domine. iam,video,quod Senatuſconſul.Treb.cui reſtituebatur hæreditas,quo ad onus,& emolumentum loco hæredis habebatur;ſed vos dixiſtis mihi ſupra,ꝙ hæreditas,quo ad onus quandoque habeatur? Ad hoc reſpond. Iuſtin.quia ſupra diximus, ꝙ hęredes ſcripti in teſtamento, totius hæreditatis reſt. poterant grauari:nec per Senatuſc.Trebel. aliquod remediū habeant.& idcirco hæreditatem ob nullū, vel minimum lucrū adire plerunque recuſabant,cum vel totam hære. vel ferè totam per fideicomm. reſtituere cogebant. vnde teſtamēto ab hæredibus ſcriptis deſerto,fideicomm.in teſtamento relicta penitus extinguebant; ideo poſtea temporibus Veſpaſia. Augu. Pega. & Puſione exiſtentibus cōſulibus. factum erat Senatuſconſult. Pega.in quo quidem Senatuſcōſ. ſtatutum fuit,ut liceret hæredi ſcripto, q rogatus eſſet ꝑ fideicommiſ. hæreditatē reſtituere,quartam totius hæreditatis retinere,ſicut beneficio l.Falc.ex ſingulis legatis quartam retinere conceditur. Et non ſolum huiuſmodi beneficium retentionis quartæ in vniuerſitate erat hæredibus conceſſum:ſed etiam in ſingulis quoque rebus per fideicommiſ. relictis eadem retentio quartæ ex Pega.Senatuſcon.hæredi indulgebatur.unde poſt Senatuſcon.Peg. hæres ſcriptus occaſione illius onera hæreditaria ſuſtinebat:ille uerò,qui ex fideicomm.partem hæreditatis recipiebat, puta. dodrantem loco legatarij partiarij habebatur,i.illius legatarij,cui pars bonorum legabatur. Nam huiuſmodi ſpecies legati uocabatur partitio:& hoc ideo: quia talis legatarius cum hærede partiebatur hæreditatem.& in hoc caſu ſtipulationes, quæ ſolebant inter hæredem, & partiarium legatarium interponi, eædem inter fideicommiſ.& hæredem interponebantur,idem,ut lucrum,& damnum hæreditariū pro rata portione inter eos commune eſſet.unde tunc demum habebat locum Senatuſconſ.Treb.quando nō totam hæreditatem,uel ultra dodrantem hæreditatis reſtituere rogabatur hæres. & in hoc caſu ex Senatuſconſ.Treb.fiebat reſtitutio.& ſine interpoſitione ſtipulationis actiones hæreditariæ in utrunque, uide licet,hæredem ſcriptum, & fideicom.qui loco hæredis habentur pro rata portione diuidebantur. Si uerò pluſquam dodrantem,uel totam hæred.fideicom.reſtituere rogabatur, tunc ex Senatuſconſ.Peg.fiebat reſtitutio; & hæres,qui ſemel adierat hæreditatem,ſi ſua uoluntate,& non compulſus,hoc fecerat;ſine beneficio Peg uſus ſibi quartam retinere nolebat: niſi per interpoſitionem ſupradictæ ſtipulationis ſibi proſpexiſſet, vniuerſa onera hæreditaria per Senatuſconſ. Pega.ſuſtinebat:quarta tamen ab hęrede retenta etiam ad euitationem onerum hæreditariorū,quaſi partis pro parte ſtipulationes interponebantur, quæ ſolebant interponi inter partiarium legatarium,& hæredem. Alter .n.ab altero ſtipulabatur,ut uterque eorum onera hæreditaria, ſicut emolumentum pro rata portione ſuſtineret;ſi vero hæres,ſcriptus totam hæreditatem fideicommiſ.reſtituebat,in hoc caſu emptæ,uel uenditæ hæreditatis ſtipulationes inter ipſum hæred & fideicomm.interponebantur. & hæc dicuntur uſque ad illum uerb. Sed ſi recuſet.in quo pone caſum ſic. Domine,iam uideo,in quo caſu habebat locum Senatuſconſ.Trebel.olim,|& in quo caſu locum habebat Pega. & quæ fuit ratio ſuæ inuentionis Pegaſiani,

& in quibus differunt illa duo Senatuscon. pro Deo dicatis mihi, si placet, si in aliquo casu habeant conuenientiam il la duo Senat usc. ad hoc resp. Iustin. quod sic. Dictum est. n. §. quid iuris est qñ hæres scriptus sua sponte adibat, & restituebat hæreditatem: sed certè si scriptus hæres recusauerit hæreditatem adire, q̃a dicit eam sibi suspectam esse quasi dãnosam: in hoc casu cauebatur Senatu. Peg. vt desiderante fideic. sibi restitui hæreditatẽ, iubente prætore, scriptus hrs hæreditatem adire, & restituere fideic. cõpelleretur: & tunc oẽs actiones hæreditariæ ipsi fideic. & aduersus eum, cui auctoritate Peg. Senatusc. facta fuisset restitutio, dabantur, & in hoc casu, qñ hæres coact* hæreditatẽ restituit, stipulationes à Pega. descendẽtes nõ erãt necessariæ: quia sine interpositione cuiuslibet stipulationis simul hæredi scripto, qui coactus hæreditatẽ restituebat, plena dabatur securitas, & omnes actiones hæreditariæ ipsi fideicom. & in eum transferebãtur. In hoc. n. casu vtrũque Sena. quo ad mentẽ concurrebat. Et hæc dicũtur vsq; ad illum §. sed quia stipulationes.

a *Recusabant*. sic supra titulo primo. in princ.

b *Consulibus*. i. existentibus.

c *Perinde liceret quartã &c.* i. dicere sicut per legem Falcidiam defalcãtur specialia vt supra titu. primo. §. cum autem. & §. primo. ita & generale fideicõmissum defalcatur per Pegasianum Senatusconsulti, vt hic. Et no. triplicẽ esse quartã. Vna* dicit iure naturæ debita: ut quæ debetur filijs, & filiabus, & in ferioribus, & superioribus, & quibusdam transuersalibus: vt C. de inoffic test. l. cum quæritur, & l parentibus, quæ est aucta in Authẽ de trien. & se. §. primo. col. 3. & hæc dicitur debitum bonorum subsidium: ut C de inoffi. dona. l. si totas. Alia est, quæ debetur iure constitutionis. ut ex singularibus legatis & fideicõmissis. vt supra titulo primo. Alia quæ dicitur Trebellianica, vt infra eodem. §. sed quia licet fuerit per Pegasianum inducta, vt hic. Item est quarta quædam, quæ debetur ex constitutione diui Pij filio arrogato: ut supra de adoption. §. cum autem.

ADDITIO. Item est & alia, quæ debetur concubinæ, quam quis acceperat ea intentione, quod eam duceret in

** No. quos charitas nõ prouocat ad beneficia spe lucri i citandos. Aeg. Per.*

** Ergo videt, quòd hæc quarta dicãt dici Pegasiana potius, q̃ Trebellianica: dic, q̃ sublatũ est Sena. Pegasia. & eius auctoritatẽ hẽt Trebel. ut inf eodẽ. §. sed quia. Aeg. Perr.*

** Concor. cũ hoc tex. c. Raynutius in gl. super uerbo, Trebellianum. ante medi. uer. itẽ est alia quarta. ext. de test.*

** ad intelligẽ. huius §. uide Berrẽ. Fern. in l. in quartã nu. 205. ad l. Falc.*

* Habes in idẽ gl. aliã in l. in quartã. ff. ad l. Fa. & in l si filium C fa mil. ercis.

Hæres rogatus de fideicommisso vniuersali, vel particulari restituendo, per Senatusconsultum Pegasianum poterat quartam deducere, & in hæredem omnes actiones remanebant, nisi cautio fuerit interposita inter eum, & fideicommissarium de actionibus diuidendis. Aretinus.

¶ Sed quia* hæredes scripti, cum aut totam hæreditatẽ, aut totam plerunq; restituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum, vel minimum lucrum recusabant, [a] atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti tẽporibus, Pegaso, & Pusione consulib. [b] Senatus censuit, vt ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde [c] liceret quartam partem* retinere,* atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur.

¶ Ex singulis * quoque reb⁹, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa [d] est. ¶ Post [e] quod Senatusconsultum ipse hæres onera [f] hæreditaria sustinebat; ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem [g] hæreditatis, legatarij partiarii loco erat, id est eius legatarii, cui pars bonorũ [h] legabatur; quæ species legati partitio vocabatur; quia cum hærede legatarius partiebatur hęreditatem. Vnde quę solebant [i] stipulationes inter hęredem, & partiariũ legatarium interponi, [k] eędem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recepit hæreditatem, & hæredem, id est ut lucrum, et dãnum hæreditarium pro rata parte inter eos commune [l] esset. [1] †

Olim quando quis erat rogatus de restituendo dodrantem, ex senatusconsulto Trebelliano actiones diuidebantur pro rata: sed si ultra dodrantem, tunc ex senatusconsulto Pegasiano omnes actiones remanebant penes hæredem, nisi stipulatio de diuidendo fuerit interposita. Et hoc si sponte adibat: sin autem coactus, ex Senatusconsulto Trebelliano actiones omnes transibant in fideicommissum. hoc dicit. Aretinus.

¶ Ergo [m] siquidem nõ plus, q̃ dodrantẽ hęreditatis scriptus hęres rogatus sit restituere, tunc ex Trebelliano Senatusconsulto restituebatur hæreditas, & in vtrunq; actiones hęreditariæ pro rata [n] parte dabantur: in hæredem quidem, iure ciuili: in eum verò, qui recipiebat hęreditatem, ex Senatuscõsulto Trebelliano, tanquam in hæredẽ. At si plus, quàm dodrantem? vel etiam totam hęreditatẽ restituere rogatus esset, [2] † locus erat Pegasiano Senatuscõsulto; & hæres, qui semel adierat hæreditatem (si modo sua voluntate adierat) [3] † siue retinuerat quartam partẽ, siue retinere noluerat, [4] † ipse vniuersa onera [o] hæreditaria

uxorem; quoniam si postea animo mutato, illam expellat, tenetur ei quartam partem suæ substantiæ dare; ut in Auth. quib. mod. nat. effic. le. §. sit igitur. alias, & melius. §. quoniam autem. quasi circa fi. tit. colla. 7.

d *Permissa est*. per Senatusconsultum Pegasianum, scilicet ab hærede, non à legatario grauato alij dare, uel restituere: ut infra tit. primo. §. primo.

e *Post quod Senatusconsultum*. scilicet, Pegasianum.

f *Onera*. scilicet omnia.

g *Partem*, scilicet dodrantem.

h *Pars bonorum*. a In telligas tamẽ sub nomine hæreditario; alias autem iste textus non procederet: quia ille, cui relinquitur pars bonorum, non sustinet aliqua onera, ut l. bonorum. ff. de uerborum signifi. & no. in l. non amplius §. fi. in glo. fin. cum l. seq. & ibi Bar. ff. de leg. primo. & facit text cum glo. & Bar in l. mulier, quæ duobus. §. fin. ff eod. ad Senatuscon. Treb. Ang.

i *Solebant*. scilicet iure uetustissimo. secũdum Pla. nam legatarius nõ sustinebat onera; & ideo hæc stipulatio interponebatur. Sed cum hodie legata fideicommissis sint adæquata, ut supra de leg. §. sed non usque. & in fideicommisso diuiditur onera in hæredem, & fideicõmissarium: ut infra proximo. §. ergo. & §. sed quia stipulationes, patet, q̃ hæc legata uniuersalia, seu particularia si ne stipulatione debent transire cum onere, & facit ad hunc §. ff. de legatis secundo. l. si quis seruum. §. fina. & l. sequenti. in principio. Accursius.

k *Interponi*. puta, qñ legabatur dodrans. Accur.

l *Commune esset*. sed hac stipulatione non interposita, omnia onera erãt hęredis to gati occasione quartæ, quam retinebat: ut infra. §. proximo. uer. at si plus. Accursius.

m *Ergo si quidem*. tunc demum locum habet Senatusconsultum Pegasianum, quando uel totum, uel ultra dodrantem hæres rogatus est restituere. ergo, &c.

n *Pro rata parte*. supra eodem. §. restituta. contra. Sol. ut ibi in glos. omnes. Accursius.

o *Vniuersa onera*. nisi stipulationem supradictam interposuisset, ut supra eodem. §. sed quia. uer. post quod. & his subijcit.

a Ista gl. nõ est Accursij, sed additio.

1 † sit.

2 † sit.

3 † adierit hæreditatẽ.

4 † noluerit Theop. negantem ita Betnã aguo uit.

Restitueret.

a *Restitueret*. s. sponte. nam poterat quartam retinere per Pegasianum, ut sup. eo. §. post quod.
b *Interponebatur*. facit ff. de pecu. l. si creditor. & ff. mand. l. hæredem §. si.
c *Quasi damnosam*. licet causam non assignet: quia variæ sunt hominum voluntates: ut ff. ad Treb. l. quia poterat. ibi, non enim. Accursius.

Iudicē recusāti, sufficit allegare suspicionem.

ADDITIO. Idē dicunt doctores hic in recusatione iudicis: quia sufficit simplex allegatio suspicionis cum iuramento, nisi recusatio esset notorié frustratoria, vt quia datus esset de communi concordia partium: & ideo interim processus iudicis recusati est nullus ipso iureq; omnia obtinent de iure ciuili, & in terris imperij: sed de iure canonico debet inseri causa, & probari coram arbitris communiter eligendis. c. suspicionis. extra de offic. delegati. & c. cum speciali. de app. Ang. & Por.

d *Quo casu*. Idest cū per Trebellianum restituit tota. Vel dic, per Pegasianum, scilicet in casu proposito, ubi coactus adijt. si verò non coactus, sed sponte, secus: ut suprà eo. §. si uero totam.
e *Vtroque*. scilicet Trebellianico: quia nihil retinebat, & Pegasiano: quia cogebatur. & ita quo ad sententiam concurrunt: quo ad uerba enim nō concurrūt; cum alio casu vnum, & alio aliud loquebatur.

sustinebat. Sed quarta quidem retenta, quasi partis, & pro parte stipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatariū, & hæredem. S. verò totam hæreditatem restituerit, [a] emptæ, & venditæ hæreditatis stipulationes interponebanť. [b] ¶ Sed si recusabat [1] † scriptus hæres adire hæreditatē, ob id, quòd diceret, [2] † eam sibi suspectā esse quasi damnosam, [c] cauebatur, Pegasiano senatusconsulto, vt desiderāte eo cui restitue re rogatus esset, iussu prætoris adiret, & restitueret hæreditatem; perindeque ei & in eum, qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac [3] † iuris est ex Trebelliano senatusconsulto. quo casu [d] nullis stipulationibus est opus; quia simul & huic, qui restituit, securitas datur; & actiones hæreditariæ ei, & in eum transferuntur, qui recipit hereditatem, vtroque [e] senatusconsulto in hac specie concurrente.

1 † *recusset*.

2 † *dicat*.

3 † *si*.

Fideicommissariæ hæreditates ex senatusconsulto Trebelliano restituuntur, sublato in totum senatusconsulto Pegasiano, cuius auctoritatem senatusconsulto Trebelliano Imperator attribuit; & hæres rogatus potest retinere quartam, siue relicta ei sit, siue minus, actionibus pro rata diuisis. Item hæres, qui suspectam hæreditatem adire non vult, hodie per senatusconsultum Trebellianum cogitur, licet olim per Pegasianum, omnibus actionibus in fideicommissarium deuolutis. h. d. Aretinus.

¶ Sed quia stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & quibusdam casibus [f] captiosas eas homo excelsi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas, [g] quàm difficultas placet; ideo nobis omnibus suggestis [h] tam similitudinibus, quàm differentijs vtriusque senatusconsulti, placuit, exploso senatusconsulto Pegasiano, quod posteà [i] superuenit, omnem auctoritatem Trebelliano senatusconsulto præstare, vt ex eo fideicommissariæ hæreditates restituantur, siue habeat hæres ex voluntate testatoris quartam, [k] siue plus, siue minus, siue nihil penitus, vt tunc, qñ vel nihil, vel minùs quarta apud eum remanet, liceat [l] ei vel quartam, vel qđ deest [4] † ex

4 † *quartæ*.

¶SED QVIA STIPVLATIONES. ¶CASVS. Domine, iam uideo, in quibus senatusc. ōiū tū Treb. & senatusc. Peg. differebant, & in quibus conueniebant. nunquid remaner adhuc hodie utrunque in suo uigore? Ad hoc respon. quòd non. Cum enim stipulationes ex Pegasiano senatusc. descendentes non solum modernis, sed etiam ipsi antiquitati displicuerint, & Papin. homo excelsi ingenij easdem stipulationes in quibusdam casibus captiosas appellet, & nobis magis simplicitas, quàm difficultas in legibus placeat; ideo relatis nobis omnibus tam similitudinibus, quam differentijs utriusque senatusconsul. placuit, abrogato senatuscon. Pega. quod postea circa fideicom. hæreditates inuentum erat, omnem eius authoritatem senatuscon s. Trebel. tribuere, ut hodie ex solo senatusconsulto Trebelli. fideicommissariæ hæreditates restituantur: siue hæres ex uoluntate testatoris quartam partem, siue plus, siue minus, siue penitus nihil retinuerit; & in eo casu, quando ex uoluntate testatoris, uel nihil, uel minus quarta habet, liceat ipsi hæredi, uel quartam, qñ nihil penitus habet, uel quod deest quartæ, quando aliquid habet, minus tñ quarta, ex nostra authoritate retinere, uel si fortè totam hęreditatē per ignorantiam facti restituerit, liceat ei quartam repetere, & in hoc casu statuimus ex senatuscons. Treb. actiones hæreditarias tam in hære. qui restituit hæreditatem, quàm in fideicom. cui restituitur, pro rata portione utriusque competere & hæc locum habent, quando hæres quartam sibi retinet. Si uerò hæres totam hæreditatem fideic. sponte restituerit, in hoc casu oēs actiones hæreditariæ fideicommis. & aduersus ipsum dabuntur. Et non solum, quæ dicta sunt, trāstulimus in senatuscon. Treb. sed etiam illud, quod præcipuum fuerat in senatuscon. Peg. vt s. qñ hæres scriptus recusabat adire, authoritate Peg cōpelleretur, & totā hrditatē fideic. restituere, & oēs actiōes ad fideic. & aduersus eū conferre; & hoc ēt S. C. Trebel transtulimus, uolentes, vt ex eo solo hęres cōpellatur adire, & fideic. desiderāti hæreditatē restituere, in hoc casu nullo dāno, vel commodo apud hæredē adire, & restituere coactū, remanēte. Et nihil in hoc casu interest. utrū aliquis hæres institutus ex asse, totā hęreditatē, aut .p parte restituere rogatus fuerit, an ex parte hęres īstitutus, totā partē. aut partem illius partis restituere sit rogatus nā & in hoc casu eadē iussimus obseruari, q̃ in restōne totius hrditatis sup. diximus. & hæc dnē usq; ad §. si qs una, cuius casus planus est vsque ad §. præterea. ¶Sed quia dixi interponi stipulationes ex senatuscon. Pegasiano, & c. Accur.

f *Quibusdam casibus*. s. p.p. solennitatē uerborum, vt dicunt. vel tunc, quando is, cui restituta erat, nō erat soluendo; unde inutilis erat stipulatio. Vel uet us hos captiosos modos nescimus, qui sint.
g *Simplicitas*. not. simplicitatem amicam legibus. & facit infra de legi. agna. succes. §. nos uero & ff. de dolo. l. j. in principio.

ADDITIO. Intellige de simplicitate, quæ est contraria fraudi; non autem de fatuitate, quia illa est damnabilis. l. 3. §. fi. ff. de suspe. tuto.

Simplicitas est legibus amica.

h *Suggestis*. hic nota, quòd in sententia sunt allegationes repetendæ.
i *Quod postea*. quia prius fuit Trebel.
k *Quartam*. s. bonis hæreditatis, detracto tamen alieno ære, ut C. eo. l. & fine scriptura.
l *Liceat*. etiam contra uoluntatem defuncti iure isto, scilicet, Institutionum, ut C. ad legem Fal. l. si ut allegas. hodie fortè contra, secundum quosdam: vt in Auth. de hæred. & fal. §. si uerò expressim. col. j.

nostra auctoritate [1] † retinere, vel repetere solutum,[a] quasi ex Trebelliano Senatusconsulto, pro rata portione actionibus, [b] tam in hæredem, quam in fideicommissariu̅m competentibus. Si verò totam hæreditatem sponte restituerit, [c] omnes hæreditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum competant. [d] [2] †

¶ Sed & id, quod præcipuu̅ [3] † Pegasiani Senatusconsulti fuerat, [e] ut quando recusaret [4] † hæres scriptus sibi datam hæreditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hæreditatem volenti fideicommissario restituere, et omnes ad eum, & contra eum transferre [5] † actiones: & hoc transposuimus ad Senatusconsultum Trebellianu̅, ut ex hoc solo necessitas hæredi imponatur, si ipso nolente adire, fideicommissarius desideret restitui sibi hæreditatem, nullo nec damno, nec [6] † commodo apud [f] hæredem remanente. [7] †

Quod iuris est de toto, quo ad totu̅; idem iuris est de parte quo ad partem. Aret.

¶ Nihil aute̅ interest, utrùm aliquis ex asse hæres institutus, aut totam hęreditatem, aut pro parte restituere rogatur, an ex parte hæres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis restitutione diximus. [g]

Si apud hæredem rogatum de hæreditate restituenda remanet aliqua res, vel quantitas de voluntate testatoris, ut valeat quartam hæreditatis, vel ultrà; tunc, restituta hæreditate, omnes actiones in solidum transeunt in fideicommissarium & hæres ad nulla onera hæreditaria tenetur. Aretinus.

¶ Si quis, vna aliqua re deducta, siue præcepta, quæ quartam [h] continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus sit restituere hæreditatem, simili modo ex Trebelliano Senatusconsulto restitutio fiet, [8] † perinde ac si, quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hæreditatem restituere. Sed illud interest, quòd altero casu, idest, quu̅ deducta, siue præcepta aliqua re, restituitur hæreditas, in solidum ex eo Senatusconsulto actiones transferuntur: & res, quæ remanet [i] apud hæredem, sine vllo onere hæreditario apud eum remanet, [9] † quasi legatario ei acquisita. Altero verò casu, idest, quum, quarta parte retenta, rogatus est hæres restituere hæreditatem, & restituit: scinduntur [10] † actiones, [k] & pro dodrante quidem transferuntur [11] † ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud hæredem. Quin etiam licet [12] † vna re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hæreditatem rogatus sit, in qua maxima pars hæreditatis contineatur, ęquè in solidum tra̅sferuntur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitur hæreditas, an expediat sibi restitui. Eadem, scilicet, interueniu̅t, & si duabus, pluribusve deductis, præceptisve rebus, restituere hęreditatem rogatus sit.

¶ Sed si certa su̅ma deducta, præceptave, quæ quartam, uel etiam maximam partem hæreditatis continet, rogatus sit aliquis hęreditatem restituere, idem iuris est.

¶ Quę autem diximus de eo, qui ex asse institutus [l] est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hęres scriptus est.

Ille, qui ab intestato bona defuncti capit & etiam fideicommissarius potest grauari de restituendo totam hæredita-

---

1 † constitutione.
2 † competunt.
3 † D. et.
4 † recusabat.
5 † tra̅sire Theoph.
6 † etiam.
7 † manente.
8 † fiat.
9 † manet.
10 † scinduntur.
11 † transferuntur.
12 † in.

a *Solutum.* p̄ facti, no̅ iuris ignorantia̅: ut C. ad l. Fal. l. error. b *Actionibus.* s. creditorum, non legatoru̅ secundum B. ut ff. ad Senatuscon. Treb. l. j. in fi. & l. apud. j. resp. sed & legatarijs respo̅det hæres, cum eis fideico̅missaria portio no̅ sufficit: sic tn̅, ut totius hæreditatis quarta sibi reseruet, ut ff. ad Treb. l. j. §. si is, qui sm̅ Ioan. Sed Azo co̅tra. C. ad Tre. l. 2. Sed illa sm̅ supra dictam distinctione̅ intelligitur.

c *Restitueret.* quæ re̅ stitutio fit re, & verbo. re, ut si patiat res hæreditarias à fideico̅missario possideri, vel totas, vel aliquas earum hac mente, ut sibi restituat hęreditas: verbo aût sic, restituo hæreditatem tibi, licet corporaliter rerum possessione̅ no̅ tradam: & ex tu̅c res fiunt fideico̅missarij in utroq; casu, ut ff. ad Treb. l. facta. in prin. Sed nunquid ēt ante factam restōne̅ est fideicommissarius dn̅s. ut C. co̅ia de leg. l. fi. §. sed quia? R̄n. no̅: quia ante restone̅m oīa facit hr̅s, & ēt manumittit seruum hr̄ditariu̅: qd̄ no̅ faceret, si alius esset dn̅s, ut ff. ad Treb. l. Marcellus. §. res. & l. si hæres institutus. §. si hæres. Nec obstat d. l. fi. co̅ia de le. quæ dicit dari rei ve̅dicationem fideicommissario gn̄ali. na̅ est intellige̅dum, ex quo hæreditas est restituta. Vel speciale est in reb alienatis, ut ante restitutam hæreditatem detur fideicommissario utilis rei ve̅dicatio.

d *Competant.* quia ꝑ oīa est ut hęres: ut ff. quod cum eo. l. si filius §. fi.

e *Fuerat.* ut sup. eod. §. ergo. uers. sed si recuset.

f *Apud hæredem.* cui ēt cauebit fideico̅missarius de præstando eum indemne̅ futurum occasione hæreditatis: ut ff. ad Treb. l. cum hęreditas. & ēt pro futuris habet exceptionem: ut ff. ad Treb. l. j. §. quamq̄. a Sed hęc cautio, q̄ qua hic dr̄, qualiter fit? Resp. per officium iudicis, postulante eo, cui est restitueda hæc hæreditas, uel quota pars: no̅ aût si singulare fideico̅missum sit relictum: ut ff. ad Treb. l. na̅ quod. §. no̅ oīs. uel ēt postulante procuratore eius, cui sit ma̅datu̅, nec sufficit cauere de rato: ut ff. ad Treb. l. quidam. §. j.

a Hoc verum, facta restōne: sed ante ipsam bene conuenit. l. ita tn̄. §. qui ex Treb. ff. e. Ang.

ADDITIO. Et nota, q̄ procuratori simpliciter habenti speciale mandatum, pōt fieri restō hæreditatis, non aût procuratori in re̅ suam, siue cessionario: ut est casus mirabilis in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium.

g *Diximus.* ut s̄. eo. § sed quia stipulationes, & proximo. §. & no. q̄ idem iuris est ī toto, quo ad totu̅; q̄ in parte quo ad partem: ut ff. de acq. hæred. l. si seruꝰ & ff. de usu. l. qui scit in prin. Arg co̅tra, ff. de euic. l. ex mille. in glo. pro parte.

Ius idem est ī toto, quo ad totū; quod in parte, quo ad partem: & econtra.

ADDITIO. Tu dic, q̄ hæc regula ꝓcedit, qn̄ est eadem ratio in parte, quę in toto; alias non: ut in contrario.

h *Quartam* uel etia̅ minus quarta: sed tn̄ agitur ad supplementum. b uel retinebit: ut ff. eo. l. j. §. si hęres pęcepto. in fi.

b Et tunc ꝓ eo, q̄ supplet, tenetur creditoribus, quia illud vr̄ habere ad restōne̅ quotę.

i *Remanet.* facit. C. de hę inst. l. si quoties.

k *Actiones.* i. creditorum, non legatoru̅. quod dic. ut sup. eo. §. sed quia. in fi.

l *Institutus.* ut restituar, retēta certa re.

¶ PRAETEREA.

¶ CASUS. Domine, uos dixistis mihi, qualiter hęres oneratur ad præstationem fideicom. sed nunq̄d poterunt successores ab intestato fideico̅. similiter grauari? Respon. Iustinianus, q̄ sic, nam pręter supra dictos modos, quib. in testamento grauatur hęres ad restitutionem fideico̅missi, potest etiam quis, si forte esset intestatus moriturus, per fideicom. rogare eu̅, que̅ intelligit sibi de iure ciuili, uel de iure prętorio ab intestato successurum,

cessurum, vt hæreditatem suam totam, vel partem eius, aut rem aliquam singularem, veluti fundum, hominem, uel pecuniam alicui restituat. sed licet hoc sit verum in fideicom. secus tamen est in legatis. Legata enim olim non nisi ex testamento ualebant, & non solum successorem in vniuersitate ab intestato potest quis grauare: sed etiam eum, cui aliquid restituitur per fideicommiss. potest rogare, ut illud rursus alii totum, aut pro parte restituat, aut etiam aliquid aliud, quod tantundem valeat. & hæc dicuntur vsque ad §. & quia prima.

tem, vel partem hæreditatis. h.d. Are.

¶ Prætereà intestatus quoq; moriturus potest rogare [a] eum, ad quem bona sua vel legitio iure, vel honorario pertinere intelligit, * vt hæreditatem suam totam, partemve eius, aut rem aliquã (veluti fundum, hominem, pecunia) alicui restituat, [b] cum alioqui legata, nisi ex testamento* non ualeant. [c] Eum quoque, cui aliquid restituitur, potest rogare, vt id rursum alii aut totum, aut partem, ue etiam aliquid aliud restituat. [d]

Qui primo negauit fideicõmissum esse relictum, posteà conuictus non potest dicere minus solenni voluntate fuisse relictum. h.d. secundum opinionem Io. Vel sic. Quando testator noluit solenniter disponere, sed in fide hæredis cõmittere, hæres tenetur iurare non esse relictum, vel soluere. h.d. Aretinus. Et hanc opinionem approbãt Doct. in d.l.fi. C.eo.tit.

¶ Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide hæredum pendent, & tam nomen [e] quàm substantiam acceperunt: ideo diuus August. ad necessitatem iuris ea retraxit. [f] [1] † nuper & nos eundem principem superare contendentes, * ex [g] facto, qd' Tribonianus vir excellentissimus quæstor [2] † sacri palatii suggessit, constitutionem [h] fecimus, per quam disposuimus, si testator fidei hæredis sui commisit, ut vel hæreditatem, vel speciale fideicommissum restituat, * & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimus [i] esse noscitur) possint res manifestari, sed vel pauciores quam quinque, uel nemo penitus testis interuenerit: tũc siue pater hæredis, siue ali⁹ quicunque sit, qui fidem hæredis elegerit, [3] † & ab eo restitui aliquid voluerit, si hæres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, cum prius ipse [4] † de calumnia * iurauerit, [k] necesse eum [l] [5] † habere, uel iusiurandum subire, quòd nihil tale a testatore audiuit, vel recusantem ad fideicommissi, vel vniuersitatis; [6] † uel specialis solutionem coarctari, [m] ne depereat vltima uolũtas testatoris, fidei hæredis cõmissa.

¶ Eadem [n] obseruari censuimus, & si a legatario, vel fideicommissario aliquid similiter relictũ sit. ¶ Quod [o] si is, a quo relictum dicitur, postquam negauerit, confiteatur quidem aliquid a se relictum esse, sed ad legis

a *Rogare*. in codicillis.

b *Restituat*. ideo potest ab his fideicommissum relinquere; quoniam sua sponte relinquere legitimã hæreditatem videtur, non instituẽdo aliũ: ut ff. de iure codicil. l. conficiuntur. § 1.

c *Non valeant*. sed quo iure hoc est uerum; antiquo non, ut ff. de lega. primo. l. j. Item nouo non: vt C. commun. de lega. l. 2. Dic ergo antiquiori iure locum habere, quod hic dicitur. Vel dic, quod dicta l. de lega. j. secundum noua iura loquitur, secundum quæ æquiparata sunt legata fideicommissis: a vt supra de leg. §. sed non usque.

d *Restituat*. etenim inquantum quis honoratur, & onerari potest, ut infra tit. 1. §. hoc solum. Sed nunquid quartam retinebit? Respon. ut infrà. tit. j. §. hoc solum.

¶ ET QVIA PRIMA. ¶ CASVS. Domine, iam uideo quid erat olim circa fideicom. & quid hodie obtinemus. Vnde cum satis manifestũ sit, quid de antiquitate tollatur. & in quibus per vestram constitutionem circa fideicom. insistere debeamus: transeatis igitur, si placet, ad aliquam aliam materiam. Ad hoc respon. Amice, adhuc non est ad aliquam aliam materiam transeundum. Primò adhuc circa materiam fideicom. insistendum est. namque prima fideicommissorum cunabula a fide hæredum pendebant, & tam nomen, quàm substantiam acceperunt, & ideo primo diuus August. ut suprà dictum est, fideicom. ad legis necessitatem deduxit, & laqueis iuris innodauit. Igitur nos eundem principem, circa figmenta fideicom. nuper superare contendens ex quodam facto per Tribonianum virum excelsum sacri palatij quæstorem nobis relato, quandam fecimus constitutionem, qua statuimus. ut si quis testator hæredem suum per fideicom. rogatur, ut uel hæreditatem, vel aliquod speciale fideicom. alicui restituat, & huiusmodi voluntas testatoris, neque ex aliqua solemni scriptura, neque per quinque testes, qui in codicillis sufficiunt, probari possit: qui fidem hæredis sui eligit, in hoc casu si hæres perfidia ductus, fidem adimplere recusauerit, negando tale onus a testatore sibi fuisse impositum: si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit: sacramento de calumnia fideicom. prius præstito, necesse habebit hæres, vel iusiurandum subire, vel fideicom. siue generale, siue speciale ab eo relictum fideicom. soluere. & ita per nostrã constitutionem induximus, ne ultima voluntas testatoris fidei hæredis sui commissa depereat. Sed pone, quod ille, a quo fideicom. petitur, postquam per sacramentum, aut per testes conuictus fuerit, confiteatur fideicom. a se relictum: ad legis tamen subtilitatem decurrat, videlicet, allegando ex minus solenni uoluntate hoc fuisse relictum, certè in hoc casu in pœnam incidit mendacij, & non obstante huiusmodi defensione, ad fideicom. præstationẽ omnino cogendus est. Et hæc dicuntur vsque in finẽ tituli. Franciscus de Aret.

e *Nomen*. no. nomen consequens reitut suprà de dona. §. est & aliud.

f *Retraxit*. hæc iura sunt supra eodem. in prin.

g *Ex facto*. idest, ex quæstione de facto.

h *Constitutionem*, vt de fideicom. l. fi.

i *Legitimus*. no. testes quinque in codicillis necessarios esse, ut C. de codi. l. fi. & de fideicom. l. fi. ibi. sed siue quinque, &c.

K *Iurauerit*. nam in omni casu erat olim iurandum, & in omni capitulo, vt C. de iur. cal. l. j. in prin. hodie sufficit semel iurare, ut in Authen. de ijs, qui ingre. ad app. §. fi. collat. 5.

l *Necesse eum habere*. sed nunquid hodie corrigitur hoc, cum nulli deferatur inuito: ut C. de iureiu. l. fi. & l. generaliter. §. sed iuramento. uer. si nautem. Respondeo quia hæc est posterior constitutio Iustiniani, ut C. de fideicomm. l. fina. & ita est iste specialis casus, in quo quis compellitur iurare.

m *Coarctari*. nota propter contumaciam non iurantis eũ condemnari, ut C. de iura. cal. l. 2. §. pen.

n *Eadem*. scilicet, ut compellatur iurare, uel soluere.

o *Quod si*. dixi, quando contumax fuit non iurando; nunc quando iurauit, & per sacramentum fuit confessus, vel etiã antequam iuret, sed prius negauerat relictum, ut in fi. huius tit. dicemus statim.

** Dicendo, si quis mihi hæres erit, & non est necesse exprimere proprium nomen, secundũ Ias. Aeg. Perr.*

** Adde, quod etiam hodie legata non valeant: nisi ex testa. nisi detur facere tex. in §. fi. uersi. nec ex militis. sup. de legat.*

1 † detraxerit, eadẽ traxit.

** Non est improbũ, si quis alium virtute, uti etiã contentum, nisi hæc sit ad humanam gloriam. §. sequendũ in uersi. sic enim & elus ch. & c. authentico, de monach. se*

omniũ Pa. Aeg. Per.

2 † Alias exquæstor.

** Adde Fer. dial. 14. nu. 12.*

3 † elegit.

4 † Scilicet, fideicommissarius.

** Idest, quod alio calumniadi nõ petit fideicommissũ, quo casu deferetur iuramentum hæredi, secundum Per. Aegi. Perr.*

5 † Scilicet hæredem.

6 † vniuersalis.

a *Subtilitatem*. quæ est, vt ex quo est uoluntas non solemnis, non valeant ea, quę facta sunt: vt C. de fideic. l. si veritas. & C. de test. l. non dubium. §. illud.
b *Soluere cogendus est*. sed quomodo coarctatur ex non solemni voluntate? sic ergo soluuntur inutiliter relicta, sicut & utiliter: quod esse non debet: vt C. de fidei. l. si veritas. quæ est contra. Sol. quidam dicunt, quod vbi solemniter testari voluit, & non fecit, habet locum lex contraria: alias si noluit testari solemniter, habet locum, quod hic dicitur, vt ff. de iu. codic. l. j. a Sed hæc falsa est, quia & hic de testatore loquitur, qui solemniter facit: ut ibi, si testator fidei hæredis sui committit. Alij, ut B. dicebant, esse distinguendum, an dicat hæres, non est verum tibi legatum esse: in quo casu cogitur probare, esse verum, & solemne, ut in contrario: eo saluo, ut si deferatur sacramentum, iuret: ut supra prox. §. an dicat, non potes petere, quia est minus solemne: in quo casu cogitur, ut hic. Sed hoc non ualet: quia secundum hoc expediret ei negare, quod esse non debet, vt ff. de trib. l. illud. §. pen. Dic ergo secundum Ioann. ab initio confitetur relictum: & tunc non tenetur ex non solenni volūtate, ut in l. illa cōtraria. b aut negauit, & tunc ex solemni uoluntate non tenetur, sed posteà per sacramentum, uel per probationes compellitur: vt ita ratione sui mendacij teneatur, vt hic, & arg. in Aut. de trien. & semis. §. studium. & § ad hoc.

a Et hæc lectura vr satis pbari per istū tex. quem sequuntur Fran. Acc. Marsilius, & alii Doctor. ut refert Bar. in l. fi. C. c. & Angel. hic e in q̄ erat practica, q̄ hære di ab initio nō negāti deferret fideicōmissarius iurm. si testator volēs solēniter testari, fidei suæ cōmisisset tale legatum, quo iurāte, erit securus: cōtra recusātem uerò ageī cōdictione ex isto §.
1 † *autem*. b Et q̄uis ēt in isto mēbro opin. Io. sit cōis, tñ Io. Fab. hic eā ipugnat, ēt si in testamento, vel codicillis fuerit relictū, & respōdet ad l. si ueritas q̄ quando hæres negat. lit. contes. legatarius habet duo remedia, vel q̄ deferat iuramētum, & obtinet iste §. & d. l. fin. vel quod one

subtilitatem [a] recurrat, omnino soluere cogēdus est. [b]

De singulis rebus per fidei commissum relictis.

TITVLVS XXIIII.

Res singularis potest per fideicommissum relinqui, & tam ab hærede, quam a legatario.

POtest [1] † tamē quis etiā singulas [c] res per fideicommissum relinquere: veluti, fundum, argentū, hominem, vestem, & pecuniam numeratam, & vel ipsum hæredem rogare, vt alicui restituat, uel [d] legatariū: quamuis a legatario legari non possit.

Non tantum res testatoris, sed etiam hæredis, aut cuiuslibet alterius per fideicommissum relinqui potest. Et legatarius de re sibi legata, vel sua, vel aliena alteri restituēda, potest grauari, dummodo non plus oneretur, quam honoretur. Et quando res aliena legatur, vel ipsa, vel eius æstimatio præstanda est. Are.

¶ Potest autem non solum proprias res testator per fideicommissum relinquere, sed & hæredis, aut legatarii, aut fideicōmissarij, aut cuiuslibet alterius. [f] Itaque & legatarius, & fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quæ ei relicta sit, sed etiam de alia, siue ipsius, [g] siue aliena sit. Hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam rogetur [*] alicui restituere, quam ipse ex testamento ceperit. Nam qđ amplius est, inutiliter [h] relinquitur. Cum autē aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere, & præstare; aut æstimationem eius soluere.

Etiam libertas seruo per fideicommissum potest relinqui, & non tantum seruo proprio, sed etiam alieno, ut quādo poterit, ematur, & manumittatur. Are.

¶ Libertas quoque seruo per fideicommissum dari potest, & hæres eum cogetur manumittere, uel legatarius, uel fideicommissarius. Nec interest, utrum de suo proprio seruo testator roget, an de eo, qui ipsius hæredis, aut legatarii, uel etiam extranei [i] sit. Itaq;

¶ DE SINGVLIS REBVS PER fideicommissum relictis.

¶ De fideicommissis generalibus supra tit. 3. dixit, nunc de specialibus. Acc.

POtest. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primò ponit, de fideicōmisso pecuniario. Secūdo de libertatibus. Tertio per quæ verba fieri debeant. Secunda ibi, libertas quoque. Tertia ibi, uerba.
c *Singulas*. non solum generaliter, vt supra titulo primo.
d *Vel legatarium*. scilicet rogare, vt aliquid alicui restituat.
e *Non possit*. antiquo iure inspecto: sed nouo iure aliter est. nam potest a quolibet, qui commodum quocunque modo habet, legari, & fideicommitti: vt C. com. de leg. l. a. § fin. & hoc statum subijcit.

ADDITIO. Dic secundum Ioan. Fab. q̄ accipiendo l. e legatum propriè, fortè non potest legari, nisi ab hærede, sed fideicommitti sic: ut l. si fuerit. § 1. ff. de leg. 3. & quod ibi no. maximè per Bart. sed quia legatum, & fideicommissum idem sunt, & facta sunt hodie similia, & synonyma; ideo illa differentia non tenet, vt d. l. 2. §. fi. C. communia de leg. & plenè no. per glo. & Docto. l. j. ff de lega. 1. & ibi dixi sup. de lega. §. 1. sed ibi Raph. dicit, quòd iste tex non potest loqui de iure antiquo; cum hic sit verbum, possit: dum dicit, legari non possit. non autem dicit, legari non poterat, &c. dic, ut per eum. Angel.
f *Alterius*. refert tamen, an leget rem extranei, an hæredis. pri mo casu distinguitur, an sciuerit alienam, vel credit suam, secundo non. ut suprà de le. §. quod autem. & de lega. 2. l. unum ex familia. §. si iam.
g *Ipsius*. scilicet, legatarij.
h *Inutiliter*. facit ff. de leg. 1. l. planè. 2. §. fina. & l. videndum. & ff. de leg. 3. l. j. §. sciendum. & l. 3. §. Iul. & l. si legatarius. in princ. Sed contra in d. l. planè. §. si cui. Sed ibi stetit per legatarium, quo minus meliorem acceperit: vel melior videtur esse, quam elegerit, licet deteriorem elegeris; vt ar. infra de ac. §. præterea. Item ar. contra. ff. de leg. 2. l. Imperator. §. 1. ibi, enim vero, [*] &c. Sed hoc, quod hic dicitur, intellige, quando in quantitate legatur alicui, & quantitate oneratur, ibi autem, quando quantitas datur, & in specie grauatur: quo casu tantum videtur æstimasse speciem suam legatarius, accipiendo quantitatem: vt ex ea l. colligitur. e Item contra. ff ad leg. Falc. l. sed & si non seruus in princ. Sed & ibi eodem modo responde. quia quantitas erat legata, & onus erat positum in faciendo. Sed cum quantitas legatur & in quantitate grauatur, sicut hoc loquitur, nunquid quartam iure Falcidiæ potest, oneratus retinere, siue sit legatarius, siue fideicommissarius, qui sit grauatus? quidam dicunt, quòd sicut argum. ff ad leg. Falci. l. pœnales. §. fi. Nos contra: ut in eodem titu. l. lex Falcidia si interueniat. § nunquam. & de vulgari substitu. l. eo hæredi. §. cum filiæ.

ADDITIO. De quo dic, ut per gl. in d. §. nunquam. & in l. j. § denique. & ibi Barto. ff. ad Trebel. & per Angel. hic notabiliter.
i *Extraneo*. licet etiam crediderit suum; ut ff. de fideicōmissariis liber. l. Paulus. primo respon. & l. alieno, in princ. Sed in pecuniario legato distinguitur, sciuerit, uel ignorauerit rem alienam: vt suprà de leg. §. quod autem. & §. non solum. [*]

tet se probatione, & sufficit sibi imputatur; q̄a debet probare dispositionē solemnem, ut ibi.

[*] *Non pot quis plus grauari, q̄ honoratur, imò debet habere lucrum. l. 3. §. Iulianus ff. de leg. 3. Arg. Perr.*

Legari potest & a legatario.

[*] Et ibi ē casus, in quo plus grauat qs q̄ honoratur, secundum Tot. qñ species erat sua: si uero aliena pcedit tex. hic. Vbi aūt reliquit speciem, si simpliciter grauet, habet locū iste tex. si alternatiue pcedit tex. in d. §. si cui. [*] At in cōtrarium facit tex. in d. l. alieno.

Non

a *Non vendat*. vel etiam, si uendat, sed ultra iustum pretium uendere vult: nam tūc perinde est, ac si non uendat, ut ff. de leg. 3. l. non dubium. §. fi.
b *Si modo*. interpositio est.
c *Nihil*. si enim aliquid etiam modicum relinquitur alicui, ut uendat, & ille legatū accepit, compellitur uendicare, ut hic, & C. de fideicō. lib. l. deberi. & l. si te donatam. & C. ad legem Falc. l. si ea, cuius filium.
d *Perceperit*. i. domi nus istius.
e *Differtur*. q̄d differtur, non aufertur. sic ff. de iud. l. cum furio sus. Arg. cōtra. C. de inof. test. l. scimus. §. fi. & ff. de vsufruc. l. si vsusfructus. *a* Itē nota, q̄ inspiciē, q̄d euenire potest. sic ff. de iurisd. om. iu. l. si idē. §. fi. in gl. adiudicari. & ff. de adim. leg. l. si serno.
f *Eius, qui manumittit* i. hæredis, uel legatarij, vel fideicōmissarij. C. de fideicommissā. lib. l. hi, quib. Accut.
g *Orcinus*. sic dictus ab orco, i. manumissus ab eo, qui tendit ad orcum. i. infernū. Vel orthinus ab orthos, q̄d est rectū. Vnde orthinus, i. directe manumissus. Vel ab orce, q̄ est, capio (nā & inde atchioreus) quia multa capiunt manumissi in testō, in quo multa fiunt.
h *Ex suo*. non expectata manumissione ab alio facienda.
i *Testamento*. uel ēt codicillis, testō confirmatis. ut ff. de manumi. test. l. libertas.
k *Competere*. q̄ competit hæreditate adita etiam ab uno ex pluribus hæredibus, vt ff. de manu. testam. l. testamento manumissus. §. testamento.
l *Maximè*. ideo h. d quia quibuscunque verbis relinqui possunt, ut supra de leg. in princ. siue directis, siue precariis, vt C. commun. de le. l. omne uerbum. & facit. ff. ad Trebel. l. Scæuola.

Quod differtur non aufertur.

à De isto brocardo dic, ut per Batt. in l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de uet. obl.

Orcinus quis, & unde dicitur.

& alienus seruus redimi, & manumitti debet. q̄ si dominus eum nō vendat, [a] si modò [b] nihil [c] ex iudicio eius, qui reliquit libertatē, perceperit, [d] non statim extinguitē fideicommissaria libertas, sed differtur: [e] quia possit t̄pe procedente, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas.

Manumissus per fideicommissum, efficitur libertus manumittentis, & non testatoris. Manumissus vero directò dicitur Orcinus, & est libertus testatoris, in quo duo tempora sunt consideranda. Et directò manumissus dicitur, qui eodem testamento sine aliquo medio suscepit libertatem. Aret.

¶ Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiam si testatoris seruus sit, sed eius, qui manumittit. [f] At is qui directò ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiam Orcinus [g] appellatur. ¶ Nec alius ullus directò ex testamento libertatē habere potest, quam qui vtroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. ¶ Directò [1] † autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio seruū manumitti rogat, sed velut ex suo [h] testō [i] libertatē ei cōpetere [k] vult.

Siue preceptiuis, siue rogatiuis verbis fideicommissum fiat, valet. h. d. Are.

¶ Verba* autem fideicōmissorum hæc maximè [l] in vsu habentur: peto, rogo, volo, mando, * fidei tuæ committo. quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

ADDITIO. Et hoc verum, si verba importent dispositionem, item fideicommissum; vel ad hoc extendi possint ex coniecturata mente testatoris, non alias, vt l. pater. § filios ff. de leg. 3.

¶ DE CODICILLIS. ¶ Quia testamenta, & eorum accidentia dicta sunt: nunc de codicillis, i. de paruula, vel de minima scripta uolūtate. Nam ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori chartula, vel codice, quam testm̄ fiebant, & solum in eis quædam fideicommissa relinquebantur: & tales sunt ad testm̄, qualis est scapha ad nauē. Sed nunquid s̄m hoc possunt fieri sine scriptura? Quidam dicunt, quod non; sed tamen dico etiam sine scriptura hodie fieri posse: licet fortè olim in scriptis tantum fierent, vt C. de bon. l. fi. in prin. Acc.

Nte Augusti, &c. ¶ Iste tit. diuidit in quatuor partes. Primò, quomodo fuerit introductus vsus codicillorum. Secundò, quando codicilli testō confirmati valent. Tertio, an hæreditas directò possit dari, vel adimi in codicillis. Quartò, an quis possit facere plures codicillos. Secunda ibi, Non tantum. Tertia ibi, Codicillis. Quarta, ibi Codicillos.

Codicilli sine scriptura fieri possunt.

Diuisio.

De codicillis.

TITVLVS XXV.

Olim codicilli non erant in vsu: hodie uerò eorū usus est vtilis, & necessarius. Are. Et illis primū robur diuus Augustus de prudentum consilio attribuit.

ANte Augusti tempora constat, codicillorum ius in usu non fuisse, sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona, etiam fideicomissa esse cœperunt) codicillos introduxit. Nam cùm decederet 2† in Aphrica, scripsit codicillos testamēto cōfirmatos, [m]

¶ Et primo loco c suis hæredibus, & ijs, qui ex edicto prætoris inter suos hæredes connumerantur, d dat bonorum possessionem, quæ vocatur, Vnde liberi. e Secundò legitimis f hæredibus. Tertiò g decem personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæ: pater, mater, auus, auia, tam paterni, quam materni: item filius, filia, nepos,

a Etiam si sit nullum testamentum; vt q a sine cã p̃teritus sit, sicut de filio s̃. dictũ est. & hæc uera in ascendenti bus p masculinum sexum: secus, si per fœmininũ. quia datur querela tã tũ. l. illud. §. ad testamenta. ff. de contra tab Ang. Pater quo iure uenit ad bona filii emancipati.

b Placet Fa. & Angelo.

c Idem Io. Fa. Ang. & Iaf.

a *Secundum tabulas.* sic ff. si tab. testa. nullæ exta. l. 1. Et hoc, quando testamentum factum est in scriptis: alias secundũ nuncupationem: ut C. de secun. tab. l. 2.

b *Fecit.* sic ff si tab. testa. nullæ extab. l. 1. in prin.

c *Primo loco.* scilicet inter eas, quæ ab intestato deferuntur. Et nota hunc ordinem, qui sequitur, in edicto fuisse: sed nõ in obseruando: vt infra sequitur.

d *Connumerantur.* vt supra de hæred. ab intesta. §. 2. §. emancipati.

e *Vnde liberi.* quid erit econtra, filio emancipato mortuo? Respon. pater habet bonorum possessionem, vnde parentes; vel vnde liberi, vtiliter: cum æqua ratione vocent patrem ad hæreditatem filii: vt ff. de inoffi. testam. l. nam & si. & ff. unde libe. l. scripto. Vel dic, Vnde legitimi: cum semper contracta fiducia eum emancipet: vt supra de legi. agna. suc. §. fina. Item nunquid filio in bonis matris datur hæc bonorum possessio? Respon. non: ut C. de suis & legi. hæred. l. fin. Item, nunquid in alus vlterioribus ex linea descendentibus supradicta seruatur, scilicet, vltra filios? Respon. sic, cum omne. inferiores dicantur liberi: vt ff. de uerborum significat. l. liberorum. in princip. Accur.

f *Secundo legitimis.* idest agnatis, & eis, qui eorum loco sunt: ut suprà de legi. agna. success. §. 1. & 2. & §. hoc etiam & ff. unde legiti. l. ij. §. hæc autem. 2. & 3.

g *Tertio decem personis.* quas extraneo manumissori idest, ei, qui emebat filium a patre, & postea eum manumittebat: b nam sic fiebat olim emancipato: vt supra, quibus mod. ius pat pot. sol §. præterea. vel melius, ut infra eo. §. quæ autem.

h *Quarto cognatis.* qui iure ciuili non vocantur: vt ff. unde cog. l. j. j. respon. & supra de succes. agna. j. respon.

i *Quinto tanquam ex familia.* quæ dabatur patrono, liberto moriente intestato. sequens dabatur, eodem liberto moriente, cum testamento, secundum quosdam. Vel dic, c q̃ hæc familiæ, idest, agnatis transuersalibus patroni datur vsque ad quintum gradum, ut ff. de uerborum significat. l. pronuntiatio. §. familiæ. & infra eodem §. cumque. & sup. de succes lib. §. multis. Sequens patrono, & descendentibus & ascendentibus vsque ad quintum gradum. prima enim non ualet, cum hic tractetur tantum de iis, quæ ab intesta to deferuntur.

k *Sexto patrono.* quare primo agnati patroni uocantur.

nquam ipsi patroni? Respondet. d hic ordinem edicti seruat: non qualiter succedi de facto debeat. & hic error in a. liis casibus inuenitur.

l *Septimo.* deficiente parentela, & fisco excluso: e vt C. vnde uir, & uxor. l. j.

d Idẽ præ dic. scrib.

e Idem Angelus.

neptis, tam ex filio, quam ex filia: frater, soror, consanguinei, vel uterini. Quarto, cognatis h proximis. Quinto tanquam ex i familia. * Sexto k patrono, patronæque, liberisque eorum, & parentibus. Septimò l viro, & vxori. Octauo cognatis manumissoris.

Bonorum possessiones contra tabulas, & secundum tabulas: item Vnde liberi, & Vnde legitimi, siue agnati, hodie sunt necessariæ.

¶ Sed eas quidem prętoria introduxit 3 † iurisdictio; à

¶ SED EAS. ¶ CASVS. Domine, iam video, quòd prætor decem bonorum possessio. introduxit, duas ex testamento, & octo ab intestato, nunquid remanent omnes in statu suo? Ad hoc respondeo quod non: Nam licet supradictas decem bonorum possessio. prætor ex sua iurisdictione introduxit, a nobis tamen nihil sine cura, & studio prætermissum est: sed per nostras constitutiones omnia corrigentes, duas bonorum possessio. ex testamento a prætore introductas, videlicet, contra tabu. & secundum tabu. vtpote necessarias constitutas, diuisimus: nihil penitus circa eas inmutantes: & similiter ab intestato bonorum possessio. vnde liberi, & bonorum possessio. vnde legitimi, in suo ordine, & uigore remanere permisimus. Illam autem bonorum possessionem, quæ appellatur, Vnde decem personæ, & quæ in edicto prætoris quinto loco posita fuerat, enumeratis, videlicet, duabus bonorum possessionibus: eam pio proposito, & compendioso sermone superuacuam esse, ostendimus. Cum enim prædicta bonorum possessio decem personas suprà enumeratas extraneo manumissori præponebat, idest, illi, qui non contracta fiducia succedendi, emancipauerat: nostra constitutio de emancipatione liberorum facta, omnibus parentibus liberos manumittentibus. hoc gaudere priuilegio, concessit; ut ex ipsa liberorum emancipatione (licet hoc modo dicatur expresse) fiduciam succedendi tacite videantur contraxisse. Manifestè ergo liquet, prædictam bonorum possessio. Vnde decem personæ superuacuam esse: cum nullus hodie manumissor nostræ constitutionis auctoritate (ut dictum est) sine contracta tacitè fiducia succedendi in bonis manumissi intelligatur manumittere. Sublata igitur quinta bonorum possessio. in gradum eius, & locum, illam bonorum possessio. quæ antea sexta fuerat, uidelicet, bonorum possess. Vnde cognati, per nostram constitutionem induximus: & eandem quintam fecimus. & cum olim in edicto prætoris septimo loco posita fuerat bonorum possessio, qui ex familia, & octauo loco bonorum possessio, Vnde liberti patroni, patronæ, quæ & parentes eorum: utramque per nostram constitutionem de iure patronato factam euacuauimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones usque ad quintum gradum coarctantes poluerimus; sufficiunt prædictis personis tam contra tabu. bonorum possessiones, quam Vnde legitimi, & unde cognati, per quas possint prædictæ personæ sua iura uendicare: omni scrupulositate, & inexplicabili errore duarum prædictarum bonorum possess. remota, & bonorum possessio. unde uir, & uxor, quæ in ueteres bonorũ possessio. in nouo loco posita fuerat, idest suo uigore seruauimus: & altiori loco, idest, sexto eam posuimus: decimam uerò bonorum pos. quæ appellabatur, Vnde cognati manu missoris, propter prædictas causas merito abrogauimus, ut tantum sex bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo uigore pollentes. Et hæc dicuntur usque ad illum §. septima eas. Fran.

* *sunt prima verba edicti, vt in l. 1. l. si ex duobus ff. unde legit. l. ex illa. ff. d̃ uer. signi. Cuiac.*

3 † *induxit.*

¶ Sed eas. scilicet, supradictas decem bonorum possessiones.

a *Incuriosum*. idest, sine cura.
b *Constitutionibus*. quę remanserunt in Gręco. Accur.
c *Necessarias*. idest, vtiles: sic ff. de offic. præto. l. prima, in prin.

ADDITIO.

Dic, immo aliquæ sunt necessariæ: vt infra eod. §. finali. &c. Ang.
d *Quinto loco*. scilicet, connumeratis bonorum possessionibus ex testamento, & ab intestato.
e *Manumissori*. expone, ut supra §. tertio. Vel dic, quod extraneus manumissor est ipse pater, quando non ex contracta fiducia emancipat. Sed si quæras, quare sibiipsi præfertur? Respon. sané intelligas, ut pater auum emancipantem nepotem præcedat; vel si ipse pater emancipauit: inueniuntur tamen nouem personæ, quæ eum præcedunt.
f *Constitutio*. C. de emancipat. libe. lege fina.
1 † *auctoritate.*
g *Manumissoribus*. idest, emancipatoribus.
h *Contracta fiducia*. idest, saluo iure succedendi. Accur.
i *Manumissionem*. idest, emancipationem.
K *Dedit*. idest, concessit.
l *Manumissio*. idest, emancipatio.
m *Supradicta*. bon. possess. Vnde 10. personæ,
n *Constitutionem nostram*. de qua habuimus mentionem. supra de suc. lib. §. sed nostra.
o *Posuerimus*. ut sup. de succes. lib. §. multis.
p *Sufficit eis*. scilicet, tam cognatis, quam agnatis patroni.

* Adde Alci. reg. 1. præ. 45. & Fely. in Rubr. de maior. & obed. nu. 12. & in c. statuimns. in prin. de maio. & obed. ubi uide omnino.

ADDITIO.

Qui excludunt agnatos, & cognatos ipsius liberti, ut l. liberto sine liberis. ff. de bon. lib. nec eis fit iniuria: quia si stetissent in seruitute, non habuissent cognationem.
q *Altiori*. * hinc trahe, quod digniores altiori loco sedere debent. & est altior, qui proximior domino est: tyrones verò posteriores: vt C. de tyro. l. fi. lib. 12. & ff. de aqua plu. arcen. l. j §. penul. & C. de offic. recto. pro lege, potioris. Accursius.
r *Decima*. bene dico, sexto poni, & hoc dico sublata decima: Accur.
s *Enumeratas*. supra e. §. cumque.

* Et ad hoc, implorari potest testium iudicis, nō autem agi actione iniuriarum, sm Ioan. Fa. hic.

nobis tamen nihil incuriosum [a] prętermissum est: sed nostris constitutionibus [b] omnia corrigentes, contra tabulas quidem, & secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, vt pote necessarias [c] constitutas; nec non ab intestato, vnde liberi, & unde legitimi, bonorum possessiones.

Bonorum possessio, unde decem personæ, est hodie sublata: & in eius locum bonorum possessio, unde cognati, est collata. Ang.

¶ Quæ autem in prætoris edicto quinto loco [d] posita fuerat, idest, vnde decem personæ: eam pio proposito, & compendioso sermone superuacuam ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio, decem personas præponebat extraneo manumissori: [e] nostra constitutio, [f] 1† quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus, [g] contracta fiducia, [h] manumissionem [i] facere dedit: [k] vt ipsa manumissio [l] eorum hoc in se habeat priuilegium, & superuacua sit supradicta [m] bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum eius sextam antea bonorum possessionem induximus, & quintam fecimus, quam prætor proximis cognatis pollicetur.

Bonorum possessio, Tanquam ex familia, & unde liberi, & parentes patroni, sunt sublata. Aretinus.

¶ Cumque antea septimo loco fuerat bonorum possessio, Tanquam ex familia, & octauo, vnde liberi 2† patroni, patronæque, & parentes eorum: vtramque per constitutionem [n] nostram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuerimus, [o] 3† quas vsque ad quintum gradum tantummodo coarctauimus, ut sit aliqua inter ingenuos, & libertinos 4† differentia: sufficit [p] eis tam contra tabulas bonorum possessio, quàm unde legitimi, & unde cognati: ex quibus possunt sua iura uendicare: omni scrupulositate, & inextricabili errore duarum istarum bonorum possessionum resoluta. 5†

2 † *apud Dua. deest liberi.*
3 † *apud Dua. posuimus.*
4 † *libertis*
5 † *resoluta.*

Etiam hodie viget bonorum possessio, vnde vir, & vxor, & sextum locum occupat. Et bonorum possessione, vnde cognati manumissoris prorsus sublata, remanent tantum sex bonorum possessiones ordinariæ. Ang.

¶ Aliam verò bonorum possessionem, quæ unde uir, & uxor appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & 6† altiori [q] loco, idest, sexto eam posuimus: decima [r] ueteri 7† bonorum possessione, quæ erat, Vnde cognati manumissoris, propter causas enumeratas [s] 8† meritò sublata, ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo uigore pollentes.

6 † *al. altiore.*
7 † *ex Duar. non legitur. ueteri sed quoque.*
8 † *enarratas.*

Si lex dat alicui bonorum possessionem de nouo ex testamento, vel ab intestato, illa dicitur septima extraordinaria. Are.

¶ SEPTIMA EAS.

¶ CASVS. Domine, iam uideo, qualiter correxistis ius prætorium circa bonorum possessiones a prętore introductas. & qualiter quatuor per vestram constitutionem sublatis, sex tantummodo bonorū possessiones fecistis: pro Deo dicatis, si placet, nunquid est aliqua alia bonorum possessio. Et respon. quod sic. nam sex prædictas bonorū possessiones, ordinaria, septima extraordinaria subsecuta est: q̄ quidem septimam extraordinariam prætores optima ratione introduxerunt. & hæc septima extraordinaria omnibus his competit, quibus, ut detur bo. poss. lege, vel nouo iure, uel senatusc. cautum est: quā quidem septimam extraordinariam bon. pos. sel prætor neq; bonorū pos quæ ab intestato, neq; eis, quæ ex testamento sunt, stabili iure connumerauit, sed quandoque ex testamento & quandoque ab intestato, quasi ultimum, & extraordinarium auxilium prout res exigit, accōmodauit illis, qui ex legibus, uel senatusc. uel principum constitutionibus, nouo iure ex testamento, uel ab intestato ad successionem ueniunt. Et hæc dicuntur usque ad illum §. cum igitur plures species. Cæteri casus usque in fi. tit. planissimi sunt.

¶ Septima * eas secuta, quam optima ratione prætores introduxerunt.[a] ¶ Nouissime autem[1] † permittitur[2] † edicto ijs etiam bonorum possessio, quib. vt detur,[b] lege,[c] senatusconsulto,[d] vel constitutione[e] comprehensum est: quam neque bonorũ possessionibus, quæ intestato veniunt, neq; iis, quæ ex testamẽto sunt, prætor stabili iure cõnumerauit: sed quasi vltimũ & extraordinarium[f] auxiliũ (prout res exegit) accomodauit, iis, scilicet, qui ex legibus, senatusconsultis, constitutionibusue principum, ex nouo iure, uel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

Libri, & parentes habent annum ad petendam bonorũ possessionem, alij agnati habẽt centum dies, & portio deficiẽs accrescit parti in gradu, vel ad alium deuoluitur, per successorium edictum. Arc.

¶ Cum igitur plures[g] species successionum prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset,[h] & in vnaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personę: ne actiones creditorum differrentur,[i] sed haberent quos conuenirent: & ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bonorum possessioni certũ tempus præfiniuit.[3] † Liberis[k] itaque, & parentibus, tam naturalibus, quam adoptiuis in petenda bonorum possessione anni spatiũ,[l] cęteris autem agnatis, vel cognatis centum dierum dedit. ¶ Et si * intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem nõ petierit, eiusdem gradus personis accrescit:[m] vel si nullus[4] † sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto[n] pollicetur,[o] ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset.[p]

Primo repudiante bonorũ possessionem statim sequenti incipit currere tempus. Arc.

¶ Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiauerit,[q] non quousq; tẽpus bonorum possessio qui pfinitum excesserit, expectatur, sed statim cæteri ex eodẽ edicto admittuntur.[r]

Tempus petendi bonorum possessionem est vtilis. Et hodie bonorum possessio potest qualitercunque sine solennitate peti. Arc.

¶ In petenda * autem bonorum possessione, dies utiles[s] singuli considerantur, sed bene anteriores principes[t] & huic causæ prouiderunt, re quis pro petenda[u]

a *Introduxerunt.* vt ff. vt ex leg. & & senatuscon. l. j. j. respõ.
b *Vt detur.* scilicet, bonorum possessio. Et nota duo. a esse necessaria, vt hæc bonorum possessio competat: scilicet vt lege caueatur: ut bonorum possessio detur: & quod de iure ciuili non possit succedere: alias competit, Vnde legitimi, vt ff. vnde legi. l. 3. & ff. vt ex legi. & S. C. l. j. §. fi. Accur.
c *Lege.* ponunt quidã, exẽplum ex testõ, vt C. de inoff test. l. 3. §. sed cũ eam. ex eo, q filius natus i puerperio institutus præsumitur. Ab intestato ponũt exemplum in agnatis fœminis, & in quibusdam agnatis, qui efficiuntur agnatis similes: vt s. de le. agnatorum successione. §. hoc ẽt. Vtrumq; reprobo: b quia nulla lex expresse dat supra dictis bonorũ possessionem: sed eos succedere dicit. Ergò nõ dat hæc septima, sed Vnde legitimi: ut ff. unde legit. l. 3. Pone ergo exemplum ex testamento in posthumo alieno instituto, vt s. eo. §. j. c qui incipit, nã si alienus. Itẽ tam ex testõ, q ab intestato. pone exẽplũ i eo, qui decessit apud hostes. in cuius bonis datur bo. possef. ex lege noua Cornelia: vt ff. de bonor. poss. l. 3. §. sed & eius.
d *Senatusc õsulto.* Orficia & Tertyl. ut ff. unde leg. l. 2. in prin. & § fi. nam eis datur bonorum pos ibi, & non succedebant de iure ciuili: vt s. ad Tertyl. I prin dẽt ergo dari hic, ut ff vñ legi. l 3.
e *Constitutione.* ponunt exẽplum s. de leg. agnato. successione, §. hoc ẽt. Item. C. de emane lib. l. fi. Sed hoc reprobo: cum lege non caueat eis dari bonorum pos. vnde habent, Vnde legitimi: ut ff. vnde legi l. 3. Potest tñ dici, q ibi subaudiatur maximè & sic stabit prima expositio. Vel melius dic, si aliqua noua constitutio fieret de nouo, quæ daret bonorum possessionem, ex ea daretur hæc septima.
f *Et extraordinarium.* nota duobus modis fieri bono poss. extraordinarium: quia uaga, ut hic. Item quia non tribuit ius: ut Carboniana: & si uenter mittat in possessionem. & illa, quæ datur gratia agnoscendæ litis, quæ datur * sine cãæ cognitione, ut ff. de Car. edi. l. 3 cãæ. & de uẽ. in. pos. mit l. ubicunq;. §. interdum. & de inoff. test. l. Papini. §. 1. & aliæ cũ causæ cognitione. d ut ff. de bon. pos. l 3. §. si causa. & quis ordo in bon. sec. l. 2. §. dies. & §. in bonorum.
g *Plures.* quia decem, quarum sex remanserunt ordinarię: ut sup. eo §. aliam. ad §. 7.
h *Disposuisset.* alio modo in edicto, quam de facto competit, vt diximus sup. eo tit. §. 6.
i *Differrentur.* sic ff. de suc edic. l. j. j resp.

k *Liberis.* naturalibus, & emancipatis, & emancipatib. ut ff. de success. edic. l. j §. fi.
l *Anni spatium.* in honorem sanguinis; imò non videntur coarctandi, cum velut ad propria bona veniant, ut ff. eo. de suc. edi. l. j. §. largius. & de lib. & posth. l. in suis.
m *Accrescit.* partes enim non petentium accrescunt petẽtib. e vt C. quando non pe. par. pe. accre. l. j.
n *Ex successorio edicto.* hoc intellige in cognatis: sed inter agnatos successoriũ edictum locum non habebat: sed hodie utrunque locum habet: ut s. de leg. agna. suc. §. placebat.
o *Pollicetur.* scilicet, prætor.
p *Non esset.* exclusus tamen tanquã filius, admitti põt, vt agnatus: & exclusus, ut agnatus, admittitur, vt cognatus: ut sibi succedere videatur: vt ff. de successo. edi. l. j. §. sed videndum.
ADDITIO. Tu dic, q simplex repudiatio, vel relata ad hæreditatem concernit omne ius, & oẽs uias succedendi, qñ habet substitutum: secus si ad ius adeũdi, q a ad illud tm refertur, quod exprimitur, nisi esset adiecta causa generalis: puta q a hæreditas est damnosa, vel similis nam ex tali rõne repudiatio ad utrũque refertur, secundum Ang. hic.
q *Repudiauerit.* intra suum tempus.
r *Admittuntur.* vt C. eo. l. fi.
s *Dies vtiles.* in quibus tria occurrere oportet, s. q iudicis copia sit: item actoris, itẽ rei, ut ff. de diuer. & temp. præscr l. j. & ff. quis or. in bo. pos. sec. l. j i pri. & §. dies.
ADDITIO. Hoc uerum intellige de iure antiquo: item in illis bon. pos quæ tribuunt ius: secus in ijs, ut est bo. pos. quæ datur gratia litis agnoscendæ; item Carboniana, & quæ uentris nomine: de quibus an tribuant ius in pos. & an hodie procedant, & inanis locũ habeat iste tex. vide per Io. Fab. hic. Hodie autem indistinctè in omnibus bo. pos dies dicunt utiles, ẽt si index pro tribunali non sedeat: & incipiũt currere a die sciẽtiæ: & currũt quãdiu nõ dubitat, an sibi cõpetat bo. pos s'm An. q *Dies utiles.* Dies utiles sunt quib po: est sibi bo poss. cõpetere, q buscunq; tã potuerit petere. His opponunt dies cõtinui edictalis bono. poss. quoeunq; die peti, & de plano dari põt Decretalis nõ nisi de tribunali. Decreta. n. tribunal exigũt. Edictalis ordinaria est. Decret non itẽ l filiũ. §. si quis contra. de le. põtã. l. 3. §. ult ff. de Carbo. edic. Edictales in hoc tit. ppositæ sunt. exẽpla decretaliũ commodiore tradentur loco. Cuiacius.
t *Principes.* C. qui admit. ad bo. pos l pen. & fi.
u *Pro petenda.* erat enim alia edictalis, quæ ex

* Imo quatuor requiruntur. Ias. in l. si. C. vnde legi. * *Adde Ferc. dial. 10. in fine, ubi disputat, an hac sit prætoria an ciuilis.* 1 † *enim.* 2 † *alias, permittitur.*

b Placet Alex. in l. si. C. unde legi. in p. col.

c Dic, hoc exẽplũ nõ esse bonũ secundum doct. quia de iur nouo succedũt: de iure ciuili ergo habent unde legimi: ut ff. uñ leg. l. 3. de iure antiquo prætor dabat bon. poss. ergo ista cessat: ut s. de leg. §. posthu. Ang.

* In scriptis exemplarib. est, dantur.
d Hodie sunt sine petitione, & sine ciẽ cognitione, & datione corã iudice agnoscunt: ar. l. pe. & fi. & q ibi no. p gl. & Doct. C. q admit. ad bon. pos. &c. Ang. 3 † *definiuit*
e Et hoc uerum ẽt ipso iure, qñ eodem iure succedũt; secus si diuerso: ut hic per Ang.

* *Sic sua cuique nocet mora Aeg. Perr.* 4 † *nemo.*

* *Intell. huius. §. uide per Huber. Zuchar. in Rubr. C. qui admit. ti. num. 50.*

edicto mortui prætoris competebat. hanc non erat necesse peti, vt ff. de bon. pos. l. 3. §. sed si nemo. Alia decretalis, quæ a prætore viuo decernitur: a & hoc olim solenniter: hodie sufficit, quocunque modo dicat, se uelle agnoscere: quæ iudicialis dici potest: quia in iudicijs præsentia agnoscitur: vt hic, & C. qui admit. ad bon. pos. l. penul. & fina. Item nunquid hodie bonorum possessiones locum habent? Respon. sic: nam & eas proponere quis potest: & Contra tabulas, necessaria etiam ex filio emancipato, & præterito. Item Vnde vir, & vxor, necessaria uidetur. & ut olim aliæ non erant necessariæ, sic nec hodie: eis tamen uti possumus. Alij contra eum nouus modus succedendi sit inuentus: vt in Auth. de hæred. ab intest. per totum coll. 9.

a *Ostenderit*. coram quocunque iudice.*

Hodie tamen recessit ab aula. qa nec decreto, nec patris citatione opus est, ut d. l. fin. sm Ang.

1 † *curet.* 2 † *si admittendi.* 3 † *eorum.*

* Hæc gl. nõ est Accursij.

bonorum possessione curat: [1] † sed quocunque modo admittentis [2] † eam iudicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit, [a] plenum habeat earum [3] † beneficium.

De acquisitione per arrogationem.

TITVLVS XI.

Olim omnia bona arrogati acquirebantur arrogatori, exceptis ijs, quæ per capitis diminutionem perduntur: hodie verò acquiritur solus vsusfructus: vt par sit patri naturali. Aretinus.

Est & alterius generis per vniuersitatem successio, [b] quæ neque lege duodecim Tabularum, neque prætoris edicto, sed eo iure, quod consensu [c] receptum est, introducta est. ¶ Ecce enim, cum paterfamil. sese in arrogationem dat: omnes res [d] eius corporales, & incorporales, quæque ei debitæ sunt, arrogatori anteà [e] quidem pleno iure acquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis [f] diminutionem pereunt, quales sunt operarum [g] obligationes, & ius agnationis. [h] * vsus etenim & vsusfructus, licet his anteà connumerarentur, [4] † attamen capitis diminutione minima eos tolli, nostra prohibuit constitutio. [i] Nunc autem [k] nos eandem acquisitionem, quę per arrogationem fiebat, coarctauimus ad similitudinem naturalium [l] parentum. Nihil enim aliud, nisi tantummodò vsusfructus tam naturalibus parentibus, [5] † quàm adoptiuis, per filios familias [6] † acquiritur in ijs rebus, quæ extrinsecus [m] filijs obueniunt, dominio eis integro seruato.

Arrogator succedit arrogato, nisi sint certæ personæ, quæ ipsum excludant. Aretinus.

¶ Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerũ eius ad arrogatorem pertransit: nisi supersint aliæ personæ: [n] quæ ex constitutione nostra patrem in ijs, quæ acquiri non possunt, [o] antecedant. [7] †

Arrogator non tenetur nomine proprio ad debita arrogati prius contracta, sed nomine filij tenetur. Aretinus.

¶ Sed ex diuerso, pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure arrogator non tenetur, sed nomine filii conuenietur: [p] et si noluerit eum defendere, permittitur creditorib. per competẽtes nostros magistratus, bona, quæ eius cũ vsufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent, possidere, & legitimo modo ea disponere.

¶ DE ACQVISItione per arrogationem.

Continuatio. ¶ Quia bona, quæ nobis acquiruntur titulo uniuersali, aut acquiruntur per aditionem hæreditatis, aut per bonorum possessio. aut per arrogationem, aut per additionem bonorum causa libertatum conseruandarum. §. finali. suprà per quas personas nobis acqui. ideo, viso supra, de hæred. & bonorum possess. sequitur uidere de acquisitione per arrogationem. Por.

Diuisio. *Est & alterius.* ¶ Totus iste titu. diuiditur in tres partes. Primò, vsi fuit introducta acquisitio per arrogationẽ. Secundò postea illud declarat tam de iure antiquo, quã moderno: & quid arrogatori acquiratur. Tertiò, an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secunda ibi, ecce enim. Tertia ibi, sed ex diuerso.

* *Perdit arrogatus agnationẽ, i. ius succedẽdi, tanquã cognatus. Acc. Perr.*

4 † *Dua. cõnumerabãtur.*

b *Successio.* vt ff. pro socio. l. actione. §. morte unius uel societas.

c *Consensu.* scilicet arrogantis, & arrogati.

d *Omnes res.* & etiam filij, ut sup. de adop. §. illud.

e *Antea.* idest, iure veteri.

f *Per capitis diminutionem* scilicet minimam. nam dando se in arrogationem, minimam capitis diminutionem patitur: vt suprà, de capi. diminut. §. minima.

Opetas obsequiales. g *Operarum.* hoc intellige de operis, quæ a libertis debentur, & non transeunt ad hæredem extraneum: ut sunt obsequiales, quæ in faciendo consistunt, scilicet assurgere, & similia, vt ff. de ops. libe. l. liberti. Item in fabrilibus incertis. † vt ff. de oper. libe. l. si operarum iudicio. aliud si conduxerit ille arrogatus: operas alicuius: nam illæ arrogatori quæruntur.

† dẽt liberti patronis

h *Ius agnationis.* ius succedendi, quod quis per agnationem consequitur. & hoc hodie est, vt infrà eo. §. mortuo. Item ius petendæ bonorũ possessionis perit, si ante eã petitam, ad arrogandum se dederit. aliud si iam petiit: ut ff unde lib. l. fina. & de cõtra tab. l. 3. si emancipatus. Acc.

5 † *patrib.* 6 † *Dua. filiosfamil.*

ADDITIO.

Ius tñ adeundi de iure ciuili indistinctè retinet. & fortè etiã inuitus adire cogi potest ad instar naturalis.

i *Constitutio.* C. de usufruc. l. corruptionem. Accur.

K *Nunc autem.* aduersatur ei, quod supra dixerat, quod omnes res acquirebantur arroganti.

l *Naturalium parentum.* vbi in aduentitiis tantum vsusfructus quæritur, vt C. de bo. quæ lib. l. cum oportet.

m *Quæ extrinsecus.* idest, in aduentitijs.

n *Aliæ persona.* vt descendentes ex filio arrogato: vt C. communia de suc. l. fina. vbi est constitutio, de qua hic fit mentio. Item si hic arrogatus esset impubes, & impubes decederet, admittentur etiam alij ex stipulatione: vt ff. de adop. l. non enim aliter. & l. his verbis. & l. hæc autem. & supra de adoptio. §. cum autem. Sed quid in patre naturali, a quo hic arrogatus erat emancipatus? respon. Pla. eum præferri arroganti. b sed hodie fratres vtrinque coniuncti vocantur cum arrogante: vt in Authen. de hære. ab intest. §. consequens. col. 6.

o *Non possunt.* ut in aduentitijs. profectita enim sibi non auferuntur.

p *Conuenitur.* de facto. nam non tenetur de iure: sed de ijs, quæ contraxit postquam fuit arrogatus, tenetur de peculio: vt ff. de peculi. l. in arrogatorem. c & si tunc non defendat pater, in bonis ipsius patris fit missio: vt ff. quibus ex causis in possessione eatur. l. Fulcinius. §. si quis. Accursius.

Arrogato quæ personæ succedere dñt.

7 † *antecedunt.*

b Quod uerum intellige, ubi arrogatus est sibi in secũdo gradu, ut q a est arrogatus tamq̃ nepos: alias secus secundum Ang. hic.

c Quod uerũ; si cõtraxit de peculio; alioquin si sibi hæreditas delata fuerit, distinguit, an iussu pris quæsierit, uel nõ; & an filius repudiet, & Pi adimerit pro se; & ecõtra. sicut fit in naturali & legitimo, ut l. fi. §. j. C. de bo. q. libe. Ang.

*Addicere quid sit, vide Budaeum in adno. ad Pandectas ti. de in diē addictione & Nebriss. in lexico iuris ciuil. in dictione, addicere. Significat. n. ferè hoc tit. addici, idē quod adiudicari per iudicem: unde hac erāt ptoris verbo. do, dico. addico.

¶DE EO, CVI LIBERTATIS causa, bona addicuntur.*

¶Suprà visum est de acquisitione, quæ fit per arrogationem, & sic titulo vniuersali: verum quia est & alia, quæ fit per addictionem bonorum, libertatum conseruā darum causa. §.fina. supra per quas perso. nob. acqui. ideo subdit de eo, cui libertatis causa bona addicuntur. Por.

A Ccessit. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primò ponit acquisitionem cā libertatis cōseruandæ. Secundo illud per rescriptu n diui Marci probat. Tertio verba dicti rescripti interpretaī. Quarto illud supplet Secū da ibi, Et ita diui. Tertia ibi, Hoc rescripto. Quarta ibi, Sed eum multis. Acc.

a *Nouus casus successionis*. & est hic quartus succedendi modus, ut suprà per quas perso. nob. aequ. §. si. Accur.

1 † *Pupillum.*

b *Ex constitutione*. cuius verba sunt inf. eo. §. si Verginio.

Aut. Augu. li. 3. c. 8.

c *Acceperunt*. destinatione.

d *Intestamento*. idem priuilegium daī cuili ber petenti bona hac contemplatione, ut C de test. ma. l. si Accursius.

ADDITIO. Et is præfcitur, qui præuenit, ut ibi in d. l. fi. §. sancimus.

e *Non aditur*. scilicet, ab hærede.

2 † *spem.*

f *Hæreditas*. quomodo ergo ualet, quod in eo relictum est, ut supra de fideicom. l. eam, quàm? Respon. hic speciale est.

g *Venire*. idest, uendi.

h *Idoneè*. fideiussoribus, vel pignoribus, vel fide habita, ut ff. de fideicom lib. l. 4. §. addict.

a Nota casū, ubi priuatus pōt stipulati alteri contra l si pu.

i *Creditoribus*. uel omnibus uel uni nomine omnium: a vt ff. de fid l. 4. §. addici. uersic. creditoribus.

De eo, cui libertatis causa, bona addicuntur. *

TITVLVS XII.

Si hæreditas illius qui libertates reliquit, non adeatur, potest ille, cui libertas est relicta, vel alius, petere sibi addici bona defuncti, & satisfacere creditoribus; & erit tanquam successor defuncti: & serui, quibus libertas directo, vel fideicommissum est relicta, erunt liberi, etiam si bona forent à fisco occupata. Aretinus.

A Ccessit nouus [a]casus successionis ex constitutione[b] diui Marci. Nā si ij, qui libertatem acceperunt[c] à domino in testamento, [d] ex quo non aditur[e] hæreditas, [f]velint bona sibi addici libertatum conseruandarum causa, audiuntur. Et ita diui Marci rescripto ad Pompilium[1] †Rufum continetur. verba rescripti ita se habent. Si* Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona eius esse cœperunt, vt væn re[g] debeant: is, cuius de ea re notio est, aditus, rationem desiderij tui habebit, vt libertatum tam earum, quæ directò, quàm earum, quæ per speciem[2] † fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: si idonee [h] creditoribus [i] caueris de solido, quod cuique debetur, soluendo. Et ij quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hæreditas adita [k] esset. Ij autem, quos hæres manumittere rogatus est, à te libertatem consequentur, ita vt, si non alia conditione velis tibi bona addici, quàm vt ij etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant. [l] Nam huic[m] etiam voluntati tuæ, si ij, de quorum statu agitur, consentiant, [n]auctoritatem nostram accommodamus. [o] Et (ne huius rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat) si fiscus bona agnoscere voluerit; & ij, qui rebus nostris attendunt, [p] sciant commodo pecuniario præferendam[q] esse libertatis causam; & ita bona cogenda, [r] vt libertas ijs salua sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hæreditas ex testamento adita[s] esset.

Bonis addictis, cessat venditio ipsorum. Are.

¶Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur, & væneant.[t]

¶Certè si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorum venditio. existit enim defuncti defensor, & quidē idoneus, qui de solido creditoribus cauet.

Addictio bonorum tunc demum habet locum, cum defunctus reliquit libertates ex testamento, vel ab intestato. h. d. Aretinus.

¶In primis hoc rescriptum toties locum habet, quoties testamento libertates datæ sunt. Quid ergo, si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hæreditas, an fauor constitutionis debebit locum habere? Certè si intestatus [3] † decesserit, & codicillis dederit libertatem, competere eam, [u] nemini dubium est. Tunc enim constitutioni locum esse, verba ostendunt, cum nemo successor [x] ab intestato existat. Ergo quandiu incertum erit, [4] † vtrum existat, an non, cessabit constitutio: si verò certum esse

3 † *testatus decedat Theop.*

4 † *sit.*

k *Adita esset*. nota mirabile, quòd ex hac pactione serui fiunt liberi, ut Orcini. vt hic, & ff. de fideicom. libe l. 4 §. ij, qui ad. Qui sint Orcini, & unde dicantur, dictum est suprà de sin. re. per fideicom relic. §. pen.

l *Tui liberti fiant*. subaudi hoc tibi concedimus: sed operas neque Orcinis, neq; ab eo manumissis imponet, ut ff. de oper. liber. l. si quis hac lege.

m *Nam huic*. subaudi concedimus.

n *Consentiant*. aliàs, in seruitute remanēt. & quem nolunt habere patronum, habebunt dominum: C. de manu. test. l fina. § 3

ADDITIO. Vide, quod no. in dicta l. fina. quia quod dictum hic, obtinet ubi extraneus perit addici. Secus si sit aliquis de illis, cui sit relicta libertas: quoniam etiam potest petere, dissentientibus alijs. Ang.

o *Accommodamus* ff. de fideicom. lib. l. 4. § ij, qui.

p *Attendunt*. ut procuratores nostri.

q *Præferendam*. hoc est, quia competent libertates. Accur.

r *Cogenda*. idest, accipienda per fiscum.

s *Adita esset*. olim prius fiscus admittebatur, bonis non aditis ab alio, & etiam aditis, dummodo essent bona soluendo: aliàs aditio ab alio facta ualebat, ut ff. de fideicom. libe. l. 4 §. pen. hodie indistinctè admittitur. vt C. de testa. ma. l. fina §. penult.

t *Væneant*. idest, vendantur.

u *Eam*, libertatem. Accur.

x *Successor* Nunquid ex

latio ista §. alteri ff. de ver. obl. & in §. alteri, inf. de ver. obl. & est ratio fauore libertatis, vt facilius possit dari expedimentum. quo libertatem serui consequantur. Ang.

ex testamento, vel ab 1 † extare. intestato erit iste hæres? Respon. neutrum dici potest. Dic ergo, hunc anomalum successorem esse: sicut illum, qui succedit hæredi non implenti defuncti voluntatem, vt in Auth. de hæred. & fal. § j in omnibus. coll. j. & iura sepulchrorum habet, vt bonorum possessor, ut ff. de fideicommiss. liber. l. 4. §. is autem, cui.

a *Neminem*. hæredē ab intestato.

ADDITIO.

Puta, quia repudiauit, vel lapsus est terminus præfixus ad instantiam petentis bona sibi addici. Sed si solum ad instantiam creditorū fuisset præfixus, haberetur pro hærede. Ang.

b *Fieri*. & respondeo 2 † quo. sic, ut ff. de fideicommiss. liber. l. 4 § 1. Accursius.

c *Diuisiones*. idest, casus.

d *Constitutio*. C. de testa. ma. l. fi.

e *Species*. idest, casus.

¶DE SVCCESSIONIBVS, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatuscons. Claudiano sublatis, &c.

Continuatio. ¶Suprà visum est de multiplici specie successionum: sed quia sunt quædam, quæ hodie sunt sublatæ, ut est illa, quæ fiebat per bonorum traditionem, vel senatusconsultum Claud. iō subdit de successionibus sublatis. Porcus.

ERāt ante prædictam ¶Tot* iste ti. diuiditur in duas partes. Primò tollit uenditiones, & successiones, quæ ex eis fiebant. Secundò quę fiebant ex senatusconsulto. Secunda ibi, Erat.

*Licet verba legis deficiant, si tamen legitimēs uiget, habebit locum legis dispositio: & ideo ratio legis locum habet, licet verba deficiant, secundum Ang. Aegid. Perr.

f *Emptio*. i. venditio: a ut sequitur. sic & ff. de ac. emp. l. uetere. Accur.

a Nota, quod frege. uet-

ADDITIO.

Quod facit, ut pœna

esse cœperit, neminem[a] existere;[1] † tunc erit constitutio ni locus.

Licet ille, qui repudiauerit hæreditatem, possit in integrum restitui, & iterum adire; tamen addictio semel facta & libertates non cessabunt. h. d. Aret.

¶Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hæreditate, an quamuis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri?[b] Quid ergo, si post addictionem libertatum conseruandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia [2] † semel competierunt.

Si libertates datæ fuerint inter viuos, datur addictio bonorum, sed reuocatur in dubium, an datæ fuerint in fraudem creditorum. Are.

¶Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ, cessat hæc constitutio. Quid ergo, si viuus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc quæratur, vtrùm in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona, an audiendi sint? Et magis est, ut audiri debeant, etsi deficiant uerba constitutionis.*

Supplet rescriptum diui Marci. Are.

¶Sed cum multas diuisiones[c] eiusmodi constitutioni deesse perspeximus, lata est à nobis plenissima constitutio,[d] in qua multæ species[e] collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimum est effectum: quas ex ipsius lectione constitu-

tionis potest quis cognoscere.

De successionibus, quæ fiebant per bonorum uenditiones, & ex senatusconsulto Claudiano sublatis.

TITVLVS XIII.

Successio facta per venditionem bonorum debitoris, est hodie sublata. Are.

ERant ante prædictam successionem olim & aliæ per uniuersitatē successiones: qualis fuerat bonorum emptio,[f] quæ de bonis debitoris uendendis, per multas ambages[g] fuerat introducta: & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria[h] in usu fuerant: sed cum extraordinarijs iudicijs, posteritas usa est; ideo cum ipsis ordinarijs iudicijs etiam bonorum uenditiones expirauerunt:[i] & tantummodò creditoribus datur officio iudicis bona[k] possidere, & prout utiles eis uisum est, [3] † ea disponere: 3 † fuerit. quod ex latioribus Digestorum libris[l] perfectius apparebit.

Successio, quæ fiebat per senatusconsultum Claudianum, est hodie sublata. Aretinus.

¶Erat & ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per uniuersitatem acquisitio, cum libera[4] † 4 † al. libero. mulier seruili amore bacchata,[m] ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam:[n] quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.

le dispositum in vno, puta, uendente, habeat locum etiam in emente: cum sint correlatiua. bum, venditio, ponitur pro emptione, & econtra. & aduerte, quod fortius dico quod licet simpliciter dicatur vnū, intelligitur de vtroque, quia sunt correlatiua, ut l. fi. C. de indict. vid. toll. & l. j. ff. de accepti. Ang.

g *Ambages*. nam proponebat creditori actionem, & si cadebat à syllaba, cadebat à causa. Si uerò non cadebat, bona debitoris absentis, uel præsentis uendebat sua authoritate: quod hodie non est, ut hic, & C. de formu. & impe. l j. & ij.

h *Ordinaria*. idest, solennia.

i *Expirauerunt*. idest, recesserunt.

K *Bona*. scilicet omnia, ut ff. quibus ex causis in poss. ead. l. j. sed hodie pro mensura debiti declarati, ut in Auth. de exhiben. & intro. re. §. si uerò simel. col. 5.

ADDITIO.

Dic hoc uerum, quando agitur personali: secus si agatur etiam hodie reali, uel hypothecaria: quia iura antiqua remanent incorrecta; & sic fit missio insolidum in poss. ut no gl in uerbo, pro sequitur. in auth. ei, qui. C. de bon. autho. iud. poss. & in l. 3. in gl pen. C. de procuratoribus.

l *Libris*. ut ff. quibus ex causis in poss. eat. per totum. & de bon. auth. iud. poss. per totum.

m *Bacchata*. idest, capta, vel decepta ut. n. uino quis capitur, uel Baccho, ita & amore. Item furore amoris nil vehementius inuenitur, ut in Auth. quibus modis natu. effician. legi. §. illud. vernouimus. col. 6.

Ebrius, & mulier luxuriosa æquiparantur.

ADDITIO.

Et maximè in iuuenibus. Vnde versus: Militat in teneris annis amor hospes amœnus: Est in canitie ridiculosa Venus. Facit ca. cum in iuuentute. extra de præsump.

n *Substantiam* si coniungebat se alieno seruo, & contra domini nuntiationem: ut C. ad senatuscon. sultum Claudianum l. j.

DE

¶DE OBLIGATIONIBVS.

Continuatio Angeli.

¶ Hic incipit tertia pars principalis diuisionis totius istius operis, gratia commodioris diuisionis, & etiam materiarum, facit l. Caius. §.1. ff. de leg. 3. cum si. ibi not. quoniam hic tractatur de tertia parte, siue de tertia materia, in qua versatur ius nostrū, quoniā versatur circa tria: aut circa personas: aut circa res: aut circa actiones, & obligationes: ut supra de iu. nat. gent. & ciui. §. final. vsq; huc tractauit de personis, & rebus, vt dicit gl. rub. igitur aliam, & tertiam partem faciemus de obligatio. & actio. & per consequens de teria materia totius iuris ciuilis. Aret. Accur. autem sic continuat istam rubr. Dictum est suprà, de personis lib. 1. de rebus in secundo & tertio vsque huc. Nunc de actionibus debet dicere: vt supra de iu. na. §. fi. sed quia obligatio mater est actionis: vt ff. de procu. l. e. licet. §. ea obligatio. ideo præmittitur de his obligationibus: & ideo dicit hic, Nunc, &c. Accu.

** Obligatio est non transumptiuum, nō proprium, Vide Zas. in Rub. in princip. de verb. obli.*

** Adde Cagno. in l. omnis. nu. 26. de reg. iur.*

De obligationibus. *

TITVLVS XIIII.

Continuat, & definit obligationem. h. d. Aret.

NVnc transeamus ad obligationes. ¶Obligatio[a] * est iuris[b] vinculum, quo necessitate[c] adstringimur alicuius rei[d] soluendæ, secundum[e] nostræ ciuitatis iura.

Ponit primam diuisionem obligationum: quia aliquæ sunt ciuiles, aliquæ prætoriæ. Aret.

Diuisio.

NVnc transeamus. &c. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit definitionem obligationis. Secundo ponit vnam diuisionē obligationis. Tertiò ponit secundam diuisionē. Quartò illam diuisionē in aliam diuisio. diuidit. Secunda ibi, Omnis autem. Tertia ibi, Sequēs. Quarta ibi, prius est.

¶CASVS. Quæsiui ab Impe. sic, Domine, cum curam adhibueritis ad res, & ad personas: ad quid proponitis vos transferre? Respon. Impe. Nunc, &c. Quæsiui etiam vltra sic: Domine quid est obligatio? Respon. ipse. Obligatio est, &c. Sed quia vnumquodque tunc perfectè cognoscitur, cum in se, & in suis partibus demonstratur: ideo dominus Iusti. data definitione, dat obligationis diuisionem, vt sic ob. in se, & in suis partibus plenius, & perfectius habeatur notitia. Et primo dat dominus Iusti. diuisionem generaliorem, & breuem: secundò specialiorem, & primam continentem. Item primo diuidit: secundo membra diuidentia exponit. & sic vno modo ponitur ca. Aliter autem ponitur secundum dominum Gugl. sic casus. Ego iuuenis volens legalibus fulciri nutrimentis, accessi ad Iustin. & talia verba proposui coram eo: Domine, vidi per continuationes multiplices, quod nunc est ad trac. de obl. transeundum ipso Deo dicatis mihi, quid est obligatio. Frater, dicit Iust. Obligatio est, &c. Fran.

Obligationum quædā est ciuilis tātū, quædā naturalis tm̄, quędam ciuilis, & naturalis simul.

a *Obligatio.* videtur, quod nulla obligatio definiatur, nam ciuilis sola non habet effectum exigendi: vt pater in obligatione literarum ante biennium.* vt infra de lit. ob. Item pater in omni obligatione ciuili. & naturali simul. nam si pactum fieret de non petendo, tollitur naturalis, & remanet ciuilis vt ff. de sol. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis, & tamen non habet effectum istum: vt infra de excep. §. præterea. Item nec naturalis: quia nec per eam fit actio, licet impediatur repetitio: vt ff. de do. l. hoc iure. §. fi. & ff. de cond. inde. l. iudex. & l. Iulianus. Sed dic, quod simul vtraque hic definitur. Item si bona est definitio; ergo conuertitur cum suo definito. Vbicunque ergo est iuris vinculum, est obligatio, & econtra, vbi non est tale iuris vinculum, nōn est obligatio: ergo nec fideiussor adhiberi potest. ut ff. de ver ob. l. 1. §. 2. incipit, si quis ita, in fi. quod est falsum: quia naturali obligationi accedit. vt infra de fideius. in prin. Sed dicas, quod hic est deceptio. nam si dicas, non est obligatio, scilicet ciuilis, & naturalis, vera est: si dicas, obligatio, scilicet nulla, etiam naturalis, falsa est. & sic uis est in dictione, obligatio. vbicunque enim dico, ꝙ naturali obligatione quis tenetur, intelligo de iure gentium: quia conuenit solis hominibus, & omnibus.

* Et hæc sn̄ia cōm. hr̄, licet ul tramont. nec naturalem, nec ciuilem nā tam nolit de quo habetur in l. cum quis C. de iur. & fac. ig. & cum his sentit Iac. ab Arena: tametsi gl. sequitur.

b *Iuris uinculum.* idest ius uinciens, & sic est res incorporalis ut supra de re. cor. & incor. in fi. vt enim boues funibus uisualiter ligantur, sic homines verbis ligantur intellectualiter. vt ff de ver sig. l. rei. §. 1.

ADDITIO. Iuxta illud, Verba ligant homines, taurorum cornua fune: Cornu bos capitur, uoce ligatur homo.

hic Porcque tu n̄ deto.

c *Necessitate.* tunc enim verè debitor est, cum necesse habet soluere. ut ff. de verb. sig. l. debitor. & ita secundum hoc nulla obligatio, cui opponitur exceptio, definitur hic: quod verum est, si opponatur exceptio, ideo quia desijt esse vinculum naturale, vel ciuile. nam quædam exceptiones ꝓponuntur etiā quando vtrunq; vinculū adest: vt Macedo. & Vellei. Sunt. n. actuales obligationis duæ radices vna naturalis. s. quæ consensu nascitur: quæ inter omnes fieri potest, etiam inter seruos, & hæc naturalis dicitur, vt ff. de pac. l. 1. §. ideo. hęc radix contrario consensu tollitur, ut ff. de sol. l. Stichum. §. naturalis, quia nil tam naturale, &c. ut ff. de reg. iu. l. nihil tam. sed hæc naturalis, nim non habet exigendi: impedit tamen soluti repetitionem. ut ff. de fideius. l. fideiussor §. fideiussor. Huic quandoque accedit ciuilis etiam radix, quæ illi naturali faciem dat, vel formam, vel vestem, ut possit parere actionem. Et hæc ciuilis tollitur contrario ciuili actu, non naturali, ut per acceptilationem. ut infra quib. mod. tol. ob. §. 1. alias. §. item ꝑ acceptilationem. Item per sentētiā, remanente naturali: sed hoc non est ipso iure, sed per exceptionem, ut ff de condi. indeb. l. Iulianus, sententia enim est de iure ciui. cum omnia iudicia sint de iure ciui. ut diximus, suprà de iure nat. §. ius autem. in glo. vt sunt &c. per l. ff. de ori. iu. l. 2. §. his legibus latis. uer. hæc disputatio. Et hæc ciuilis non adhæret seruis, cum nil sint, inspecto iure ciuili, ut ff. de reg. iur. l. seruitutem. & l. quod attinet. Item filio contra patrem, uel econtra non nascitur, ut ff. de condi indeb l. frater à fratre. cum inter eos non possit esse iudicium, ut ff. de iudic. l. lis. iure ciuili impediente ratione patriæ potestatis, ut supra de pa. pote. §. ius autem. Acc.

Obligatio effectualis habet radicē naturalē, & ciuilem.

Obligatio ciuilis tollitur ꝑ acceptilationē, & sententiam.

Obligatio ciuilis quibusdā personis non adhæret.

ADDITIO. Hodie tamen in aduentitijs forte nascitur ciuilis obligatio, quamuis, durante patria potestate, contra eum non exerceatur. Ang.

d *Rei.* uel etiam facti, quia uerbum, rei, generale est, ut ff. si cer pet. l. 1. in fi. & ff. de verb. sig. l. rei.

ADDITIO. Not. appellatione rei, factum contineri, ex quo dixerunt aliqui, quod si statuto caueatur, quod pro quacunq; re petita soluatur solidus pro libra, quod habebit locum in facto petito: quod uerum limitat hic Bald quando tale factum petitum erat æstimabile: vt librum scribi: domum ædificari: & fossam fundi. Si autē esset inæstimabile, ut facere uxorem consentire, tunc nihil esset soluendum. quia uerba statuti debent intelligi in casu possibili: hoc est, quo res æstimari possit. l. non solum. ff. de actio. & oblig. & l. si ideo C. de ijs, qui ut indig. & ad Sylla. Christoph.

e *Secundum.* istud, secundum, potest referri ad totam definitionem q. d. obligatio sic definitur secundum iura Romana, idest secundum leges, & sic ciuilis, & naturalis hic simul definitur. Vel dic. ꝙ refertur tantum ad principium, scilicet iuris uinculum. Et quod dicit, quo adstringimur, scilicet quandoque: ut quando est ciuilis, & naturalis. quandoque non: ut quando est naturalis sola, uel ciuilis sola. & secundum hoc qualibet definitur hic: non etiam naturalis, uel ciuilis sola. Vel dic, quòd ponitur remotiuè hæc dicto, secundum, q. d. illa obligatio est iuris uinculum, quæ est secundum ius, non contra ius. ff. de uerbo. obl. l. generaliter. & l. ueluti. & secundum hoc refertur ad primū. Vel dic, quòd refertur tantum ad illam dictionem, soluendæ: nam secundum ius sunt faciendæ solutiones, ut res æquè bona soluatur: ut ff. si cer. pet l. cum quid. & ff. commo. l. 3. §. si reddita. Item congruo loco, & tempore: ut ff. de solu. leg si soluturus. Item de euictione promitti debet: aliàs non uidetur soluere, ut ff de uer. obl. l. Iulianus §. qui fundum. & ff. de condi. cau. da. l. fin. & de euict. l. 2. Item per competentes actiones, * & iudices fiat solutio: aliter non ualet sententia, nec solutio fieri debet: ut C. si à non competent. iud. l. fin.

* Adde Fely. in c. cum ordinem, nu. 3. de resc. & c. examinata nu. 14. de iudi.

OMNIVM

¶OMNIVM AVTEM. ¶CASVS. Obligationis posita definitione, hic ponit eius duplicem diui quæ patet in litera: dum tamen sciatur, quòd prima diuisio sumitur respectu iurium, à quibus procedit obligatio qualibet: secunda verò procedit à causis, propter quas introducuntur obl. quia omnis oblig est ex contractu. vel quasi &c. Fran de Are.

¶ Omnium autem obligationum summa * [a] diuisio [b] in duo genera diducitur. [1] † namque aut ciuiles sunt, aut prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ aut legibus [c] constitutæ, * aut certo [2] † iure ciuili comprobatę * [d] sunt. Prętoriæ sunt, quas prætor ex sua iurisdictione constituit: [e] quæ etiam honorariæ [f] vocantur.

Ponit secundam diuisionem obligationum, quæ est quadruplex.

¶ Sequens [g] diuisio in quatuor species diuiditur. Aut enim ex contractu [h] sunt, aut quasi ex contractu: [i] aut ex meleficio, [k] aut quasi ex maleficio. [l]

Obligationes ex contractu sunt in quadruplici differentia.

¶ Prius est, vt de ijs, quæ ex contractu [m] sunt, dispiciamus. Harum æque [n] quatuor sunt species. Aut enim re [o] contrahuntur, aut verbis, [p] aut literis, [q] aut consensu, [r] de quibus singulis dispiciamus.

* i. prima sēper Cuia.
1 † Al. deducitur.
* Veluti ex pacto in quibusdam causis. Cui.
2 † Certè.
* veluti ex conuentionibus iu. gen. Cuia.

a *Summa.* i. prima: vel summa, idest breuis. sic ī. de iur pers. in prin. est enī quandoque maior, vt infra eo. §. fi.

b *Diuisio.* diuisio est innumerabilis materiæ breuis compositio, & diuisio ad multa facit, vt diximus in procemio. §. penul.

c *Legibus.* vt legis Aquiliæ obligatio, vt īfra de le. Aqu in prin. Item de pauperie per l. 12. tab. ff. si quad. pau. fec. dic. le. 1. 1. resp. Item furti nec manifesti, vt ī. de nox. §. sunt autē. Secus autem est de furto manifesto: qa illa obligatio est prætoria: ut ī. de perpe. & temp. act. §. furti quoque.

d *Iure ciuili comprobata.* vt sunt obligationes iure gentium inuentæ, vt supra de iur. nat. §. ius autem quæ à iure ciuili sunt comprobatæ: ut ff. de inst. & iu. l. ius ciuile.

e *Constituit.* vt obligatio ex furto manifesto: ut infra de perpe. & temp. act. §. 1. Item ex rapina, & vbicunque prætor aliquam obligationem inducit: vt patet per multos ti. vt ff. de iu. & iu. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium.

f *Honoraria.* quia prætores honores gerebant: quod dic, vt supra de iu. na. §. prætorum.

g *Sequens diuisio.* s. obligationum.

h *Ex contractu.* vt infra vsque ad tit. de obl. quæ ex quasi contractu.

i *Ex quasi contractu.* vt infra de oblig. ex quasi contractu. Sequentes duo tit vsque ad quartum lib. sunt communes. s. per quas perso nob. acq & quot mo. tol. obl.

k *Aut ex maleficio.* vt infra de obl. ex malef. vsque ad ti. de obl. ex quasi malefi.

l *Ex quasi maleficio.* vt infra de oblig ex quasi malefic. & subaudi, aut ex varijs figuris causarum: ut ff. de actio. & obl. l. 1. in prin.

m *Ex contractu.* propriè ponitur, quo ad illos contractus vbi hincinde nascitur obligatio: impropriè, quo ad alios; vt ff. de verb. sign l. Labeo. sic ff si cer. pet. l. certi condictio. in prin. & de offic. proc. & leg. l. 2.

ADDITIO. Not appellatione contractus intelligi propriè contractum vltro, citroque obligatorium: pro quo. l. Labeo. ff. de verb. sign Ex quo dicit Bal quod si statuto caueatur, ꝙ qui non petierit debitum ex contractu intra x. ann. cadat à iure suo: non habet locum in creditore ex mutuo: quia ille non est propriè contractus, cum solum recipiens obligetur, non autem numerans. Christo.

n *Aequè.* vt supra. Accur.

o *Re contrahuntur.* vt infra tit. proxi.

p *Verbis.* ut infra tit. a. vsque ad ti. de lit. obl.

q *Literis.* vt infra de lit. obl.

r *Consensu.* vt ī. de obl. ex consen. cum seq. tit. Sed quæ est differentia inter actionem, & obligationem, & contractum? Resp. contractus est verborum conceptio, vel consensus, ut patet. ff. de verb. obl. l. stipulationum. §. stipulatio, & est facti, vt ff. de curat. fu. l. consilio. in fin. obligatio est, quæ inde nascitur: ut argum ff si cer. pet. l. 2. circa fin. Actio est, quod postea inde surgit, & sic nullum est alterū. vt ff. de proc. l. licet. §. ea. & infra ti. 2. in prin. & hæc duo sunt iuris, vt in definitionibus patet.

¶ QVIBVS MODIS, RE CONTRAHITVR OBLIG. ¶Continuatio istius titu. ad præcedentem patet. s. tit. proxi. in fi. Ang.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

TITVLVS XV.

Obligatio ex mutuo contrahitur re, & in ijs rebus, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt. Et dicitur mutuum, quia de meo tuum sit. Are.

RE * contrahitur [s] obligatio, veluti ex mutui datione.

RE contrahitur. Totus iste tit. diuiditur in quinq; partes. Primò ponit de mutuo. Secūdo, de indebito soluto. Tertio. de commodato. Quartò, de deposito. Quinto, de pignore dato. Secūda ibi, i §. is quoq;. Tertia ibi, Item is. Quarta ibi, Præterea. Quinta ibi in §. creditor quoque.

¶CASVS. Domine, supra dixistis mihi, quod obligationum, quæ ex contractu nascuntur, quatuor sunt species. Quarum prima est, quod re contrahitur obligatio. Domine pro Deo dicatis mihi, qualiter re contrahitur obligatio. Et dominus Impera. respondet, ꝙ mutui datione contrahitur obligatio re. Sed domine pro Deo, in quibus rebus consistit mutui datio? Ad hoc respon. dominus Imper. quod mutui datio consistit in his rebus, quæ consistunt pondere, numerò, & mensura, ueluti uino, oleo, frumento &c hoc est in rebus istis, quæ sunt, ut quantitas, non ut species: quas res aut in numerando, & hoc refertur ad pecuniam numeratam: aut in metiendo, & hoc refertūr ad æs, aurum, argentum: in hoc damus, ut accipientium fiant. & de natura mutui est, ut non idem corpus reddatur, sed in eo eodem genere. Transit enim dominium rei mutuatæ in accipientem: licet teneatur de corpore æquiualenti in eodem genere. Ideo enim dicitur mutuum, quia de meo fit tuum. Sed domine; uos tota die loquimini de contractu mutui, sed pro Deo, quæ actio nascitur ex isto contractu? Resp. Imperator, quod nascitur ex isto contractu quædam actio, quę vocatur certi condictio specialis. & h. d. dominus Guido. Vel alio modo pone sic casum: Posuit Iusti determinando species obligationis, & specierum species. Vnde primo de prima specie subdit exemplum. Dixi etiam ei: Domine, uos dixistis mihi supra, quod quandoque re contrahitur obligatio, sed dicatis, si placet, quando? Resp. Imp. Re contrahitur, &c. Et quia consistit primò in mutui datione; ideo consequenter determinat, in quibus consistit mutuum, siue mutui datio. ibi, Mutui. Consequenter modum designat, & addit rationem, quare sic appellatur: ibi, Vnde, &c. In fine dicit, quod actio ex eo nascitur determinando, & ita quinque principaliter in hoc responso continentur. Franc.

s *Re contrahitur.* in primo no. uestiri pactum id, quod est nudum, sex modis. a Re: ut hic. Verbo, ut infra titu 1. Literis, ut infra de lit. ob. Consensu ut infra de obl. ex con. Cohærentia contractus: ut si iuxta contractum apponatur aliquod pactum ante, uel post: ut C. de pac l petens. & ff. de pac. l iurisgentium. §. quinimmo. Item interuentu rei, ut in contractibus innominatis, ex quibus nascitur actio de mum re secuta: ut C. de re. per. l. ex placito. Sed quid differt ea, quæ uestitur re, ab ea, quæ interuentu rei uestitur? Respon. prima habet uestimentum, & robur statim, cum nascit. nam tacitè agitur, ut uel reddatur mutuum, uel commodatum. ff. si cer. peta. l. cum quid. Sed in alia dudum fortè postea, quando res traditur. C. de pact. leg. petens. &

* Hoc pri. respōdet ti. de reb. cre. ff. Aeg. Pe. & intel. huius principij vide p Huber. Zachar. in Rubri. de reb. cre. nu. 56.

a Et dī pactū nudū, qđ stat in puris finibus conuētionis; alias si transit in propriū nomē cōtractus. uel formā, seu solēnitatem, uel cām, p q̄ robur, & efficaciam assumit, e tūc uestitū. Ang.

C. de

C.de te.permu. l.ex placito. Et adde duos modos,ut not. d.§.quinimo.in gl.1. f.quando vestitur legis auxilio, quod est quoties nudum pactum actionem perit,ut in donatione:ut ff.de pactis.l.legitima.item rei principio,vt in pollicitatione facta reipubl.vt ff.de poll.l.1.Accur.

1† al. Dato.

ADDITIO. Item vestitur pactum authoritate legis, ut C. de dona.l. si quis argentum. sed iste modus comprehenditur sub prædictis. Item iureiurando:vt ff. de ope lib. l. ut iurisiurandi.

2† Al. desit, ne.

¶ Mutui [a] autē obligatio [1] † in ijs rebus cōsistit, quæ pondere, [b] numero, mensurave [2] † constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, [c] aut metiendo, [d] aut [3] † appendendo [e] in hoc damus, vt accipientium fiant. & * quandoque [f] [4] † nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ, & qualitatis [g] redduntur. vnde [h] [5] † etiam mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat; [i] & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur certi condictio.[k]

3† Du. ad pendendo.

* Quandoque. i. aliquo tempore, nō quod ponat reg. in cōtrariū vt Dec. in l.2. in princip. prima lectu. ff. si cer. pet. ad de Nonsū bis.

4† quoniā

5† Inde.

a *Mutui*. No. quod quatuor debent esse in mutuo. Natura,ut ad hoc sit inuenta, ut mensuretur, uel ponderetur, uel numeretur: sicut est in pecunia:vt ff.de contrahen.empt.l. 1. Itē consuetudo. Item aptitudo ad numerū uel ad pondus suæ naturæ aptetur. Item actus, s. ut detur secūdum naturam suam. nam si dedero pecuniam in sacculo non numeratam, ut tantundem reddas, non erit mutuum, sed innominatus cōtractus Vide hos casus.ff.si cer.pe.l.2.§.2.

b *Pondere* ff.si cer pet.l.2. §.item mutuum.contra. Solu. ibi largè accipitur nomen pecuniæ: ut ff. de lega. 1. l. talis. Accursius.

c *Numerando*.vt pecuniam.

d *Metiendo*.vt vinum,oleum,frumentum.

e *Appendendo*. vt ære,& argento,& auro. Sed quid si librū ad pondus dedero? Respon. non est mutuum: quia consideratur consuetudo.& aptitudo,& natura rei talis.sic ff. e. l.2.§ 1. Item quid si do pecuniam in sacculo,ut speciē? Respon.non est mutuum: quia actus mutuo similis exigitur: ut ff de leg.1.l.planè ubi.§.2.uer.sed hoc ita erit.

f *Et quandoque*. incidenter enim quandoque eadem: quia non indiget ea,ut arg.ff.si cer.per.l. qui pecuniam. sed cum accipit,eius debet esse propositi,ut aliud reddat:ut ff.si cer. pet.l.2.in prin.Accur.

g *Qualitatis*. i. bonitatis: quod tacitè semper præsumitur agi:ut ff.si cer pet.l.cum quid.§.2.

Mutuum, vnde componitur.

h *Vnde*.quia fit accipientis. Accur.

i *Tuum fiat*. componitur enim ex integro, & corrupto: ut hic,& ff si cer.pe.l.2.§.appellata. Et nota, quod licet deseruire nomini: quia nomina debent esse consonantia rebus: ut supra de do.§.est & aliud. Et no. reconciliari mutuum tribus modis,ut no ff.si cer.peta.l.2.§.appellata.in gl.2. & inf.eo.§ item is.in gl mutuum.

ADDITIO. Quibus adde duos alios modos, s.propter superuenientiam dominij in mutuantem ex causa de præterito:ut l.proinde ff. si cer. pet. Item ratihabitione secuta: ut l.si procurator. ff.de condict. indeb & hæc uera in mutuo merè naturali:alias merè ciuili cursu biennij. Item eius lc,cui natura cooperatur, reconciliatur stipulatione,siue præcedat,siue sequatur,ut per Ang.hic.

Cōdictio certi specialiter.

k *Certi condictio*. scilicet, specialis,quæ de mutuo datur:quæ hic appellatur à quibusdam si certi petat. ut ff. de tritica. l. prima Sed dic,quòd condictio certi ex mutuo specialis dicatur. Est & alia generalis,quæ datur ex omni causa,& ex omni contractu, ex quo certum petitur:ut ff eod. de rebus credi.l.certi condictio.in prin. Sed nunquid ad interesse datur certi condictio? Quidam dicunt, quod non:vt ff.si quis in ius vo non co.l.si. Nos diximus,quod sic.& quòd d.l.dicitur, incerti condictio: dic. idest, certi condictio,quæ datur ad incertum.& ratio:quia licet prima facie sit incertum, certificatur tamen per iudicem: ut infra de act §. curare. a secus si ad factum: quia etiam in sententia non certificatur quantitas:ut ff.de uerborum oblig. l.vbi autem.§.qui id quod.& ff.de re iudica. l. si quis ab alio.§ finali.

Cōdictio certi generaliter.

Interesse petitur cō dictione certi.

a Et pro hoc alleg. Ange. hic casum in l. 2. C. de inuti. stip.

Nō est. n. in potestate actoris quantitas interesse, sed spectat ad iudicem.

¶ IS QVOQVE. ¶ CASVS. Dixi Imperatori, Domine, iam bene vidi, qualiter in mutuo re contrahitur obligatio. contrahitur ne alio modo? Ad hoc respon. dominus Impera. quod sic:quia non solum qui mutuum accepit, re obligatur: sed etiam ille, qui indebitum sibi per errorem solutum recepit, re obligatur. unde si aliquis putat se tibi teneri in c. cū in ueritate non teneatur, & illa tibi soluerit:re obligatus es ei, & competit tibi contra te condictio indebiti, quæ datur propter indebita soluta. Nam ab eo, qui indebita recepit à sibi soluente per errorem, poterunt condici per condictionem indebiti: sicut ab eo, qui accepit mutuam pecuniam, potest illa pecunia condici per condictionem certi specialis de mutuo. & ita nunc ista duo paria sunt in effectu, & in modo obligationis Sicut enim,qui mutuam pecuniam recipit, tibi re obligatur, & potest ab eo pecunia recepta condici per condictionem certi specialis de mutuo, sic ille, qui indebitum recipit ab eo,qui indebitum soluit per errorem, re obligatur,& ab eo potest pecunia illa condici. Sicut ergo paria sunt in ponendo, siue in affirmando, sic & paria debent esse in negando. vnde sicut pupillus si sibi mutuaretur pecunia, non tenebitur; sic nec tenebitur, si indebitum sibi fuerit solutum. In fine dicit, quod quædam iniuria uidetur fieri huic speciei, eo quod ponitur inter species, quæ ex contractu oriuntur: eo quod ille, qui indebitum soluit, credens se teneri, cū tamen non teneatur, magis intendat distrahere negotium, quàm contrahere, eo quod solutum intendit deliberare. Franciscus.

Si soluitur non debitum per errorem, re contrahitur obligatio, sicut ex mutuo: pupillus tamen sine tutoris auctoritate non obligatur.

¶ Is quoque, * qui non debitum * accepit ab eo, qui per errorem [l] soluit, re obligatur: daturque agenti cōtra eum propter repetitionem condictitia [m] actio. Nam perinde ab eo [n] [6] † condici [o] potest, si apparet, [p] [7] † eum dare oportere, ac si mutuum accepisset.[q]

* Facit ad hunc §. c. vlt. cū glo. 1. ante me. ibi, indebitū iure naturali, extra de sol. vbi est bona glos. de materia re petitionis. indebiti.

* Respondet hic §. tit. de cod. inde. ff.

6† ei.

7† paret.

l *Per errorem*. aliud si ex certa scientia:ut ff de cond.inde. l 1.& ff.de reg.iu l.cuius per errorem. & C. de iuris, & fac. igno.l. cum quis.Accur.

ADDITIO. Ex quo nota modum concludendi esse,quod indebitum soluit per errorem iuris, uel facti prout fuerit, & est necesse hoc exprimere, nisi qualitas personæ agentis esset causa dandæ condictionis,ut in pupillo,in demente,uel furioso.Ang.

Cōdictio sdebiti ad qd datur,

m *Condictitia actio*. idest,condictio indebiti,quæ datur propter indebita soluta, si facta sint accipientis: vt ff. eodem, de condictio. indebi.l.indebiti. §. primo.alias nulla condictio datur nisi dominium sit translatum, ut ff. vsufructu. quemadmodum ca. l. finali.& infra de actio. §. sic itaque. & §. appellamus. Item ad augmenta naturalia: ut ff. eodem,de condict. ideb. l. indebiti. non ad ciuilia. vt C. eodem,l.prima,& inquantum locupletior est accipiens, si bona fide percepit,ut ff eodem, l. si non sortem. §. libertus. alias sciens accepit,in totum,ut ff.eodem,l.in suo. §.si seruum.& quandoque furti,ut ff.de condi.fur.l.quoniam. vel dic,ut ibi.

n *Ab eo*. s.qui soluit.

o *Condici*. ei,cui solutum.

p *Si apparet*. si,i.quia.Sed uidetur hic dici,quòd primo appareat indebitum,& sic probetur, antequam actio proponatur,& ita ante litem contestatam, quod est falsum, nisi in casu ut C.de testi. in authen. sed & si quis. Sed respon. hoc uerbum potest, quod hic est, intelligitur cum effectu, scilicet,ut condemnetur reus.

q *Accepisset*. vnde tenetur,nisi in casibus,ut si soluitur ex causa,quæ inficiatione crescit,ut C eodem,de condi inde. l. ea,quæ. Item ex causa pietatis:ut ff.eodem,l. cum is.§.si mulier. Item transactionis,ut ff. eodem,in sum. Item rei iudicatæ:ut C.eodem,l. prima. Item sententiæ,ut ff. eodem, l.prima,& hic dicitur. Item iuramenti,ut infra de actio.§. item si quis postulante. Et alias.ut no. infra de ob quæ ex quasi contra § fi.& etiam in l.eleganter.§.fi. in glo. fi. ff. de cond. indeb,

Indebitū accipiens ī certis casibus, restituere non tenetur.

Vnde

Pupillus qualiter ex mutuo tenetur.

a *Vnde pupillus.* sed pupillo solueris indebitum per errorem credens teneri: non poteris contra pupillum agere condictione indebiti, nec certi condictione ex mutuo: sed ista obligatio nō videtur ex condictione descendere: quia soluit pupillo per errorem.

b *Mutui.* quia neutra, nisi sit factus locupletior.

c *Datione.* sed qualiter tenetur ex mutuo? Distingue, aut est infans, & tunc nullo modo tenet. a ut ff. eodem, de condi. indeb. l. quod pupillus. & ff. de act. & obliga. l. pupillus. aut maior infante, & tunc si tutori promittat, nullo iure debetur: ut ff. de auth. tut. l. pupillus. si alij promittat, & sine tutore, naturaliter tantum tenetur: vt ff. de noua. l. prima. si cum tutore, etiam ciuiliter, & naturaliter obligatur, sed restituitur: ut ff. de auth. tu. l. impuberes. & C. si tu. uel cur. inter. per totum. Et in adulto habente curatorem idem, quod in pupillo: vt C. de in integ. restitutio mi l. si curatorem. alitet enim. i. si curatorem non habet ciuiliter, & naturaliter tenetur, b sed restituitur. Et hæc omnia sunt vera, nisi factus sit locupletior, uel quia sit salua pecunia, uel in aliam rem versa, ut ff. de solu. l. in pupillo. tunc enim tenetur, & ciuiliter, & naturaliter, & cum effectu: ut ff eodem. l. naturaliter. § si. & l. seq. & ff. commo. l. tertia. His ergo eisdem modis, & de indebito tenetur, ut hic dicitur. Et nota similitudinem inter mutuum, & indebitum, quod ualet ad multa: ut ff eodem, l. indebiti. §. primo, & secundo, ubi reconciliatur indebitum eisdem modis, quibus mutuum.

1† *Apud D. tenebitur.*

a Scilicet actione ex eo contractu, etiā si ad eū aliquid peruenit, renetur tñ tunc cōdictione sine cā, vel ad exhibēdum, ut l. 3. in princ. ff. comm. Et idē dicas de proximo īfantiæ, sedm Ang.

2† *voluit.*

3† *Du. voluerit.*

* *Quia intendit liberare solutum.*

b Nisi contrahat sup re, cuius alienatio est interdicta: quia non obligaretur si ne decreto ..ad resoluendū. C. de præ. min. Ang.

¶ Vnde [a] pupillus, si ei sine tutoris authoritate indebitum per errorem datum est, non tenetur [1] † indebiti condictione, non magis, quàm mutui [b] datione. [c] Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu [d] consistere: cum is qui soluendi animo dat, magis velit [2] † [3] † negotiū distrahere, quàm contrahere. *

Qui recipit commodatum, obligatur re: & differt à mutuo: quia in commodato non transfertur dominium, nec tenetur de casu fortuito, nisi culpa eius præcedat casum: & hoc si gratis concedit, aliàs si cum mercede, esset locatio vsus. Ares.

d *Ex contractu.* nec est, immo ex quasi contractu: ut infra de obliga. ex quasi contractu §. item is. Aliquid tamen tacite geritur, propter quod est positus hic casus inter obligationes ex contractu, ut ff eo. l. si in arca. primo resp. & §. cō mo. l. si is, qui §. vlt.

¶ ITEM IS CVI, &c. ¶ CASVS. Expeditis duobus modis quibus re contrahitur obligatio. scilicet, mutui datione, & indebiti solutione, superest aliud genus per quod re contrahitur obligatio. scilicet per commodatum. Si n. res alicui utendi gratia detur, idest commodetur, re obligatur, & tenetur actione commodati. Sed diceret aliquis: Domine, satis patet similitudo inter illum, qui recipit mutuum, & illum qui recipit commodatum: quia uterque re obligatur, sed si placet, dicatis mihi, quæ est differentia inter eos? Frater dicit ipse, differentia est: quia qui mutuum recipit, fit dominus rei mutuatæ, si dominus fuerit ille, qui rem sibi mutuauerit: qui autem commodatum accipit, non fit dominus rei commodatæ; unde tenetur restituere idem corpus, quod accepit. Domine Iustin. dixi ego, nunquid alia differentia inter eos reperitur? Vtique, dicit ipse. Ille enim, qui recipit mutuum, re obligatur, & ab illa obligatione per casum fortuitum nequaquam liberatur, secus in illo, qui recipit commodatum: quoniam is exactam custodiam tenetur præstare circa rem sibi commodatam: si tamen eam per casum fortuitum amiserit, non tenetur: & hoc uerum est, nisi culpa sua præcessit casum illum. Sed domine, pro Deo ponatis mihi exemplum de culpa, fortuitum casum præcedente. Libenter dicit ipse. Si ego tibi scyphos meos argenteos commodauerim, ut eis domi inter uicinos tuos, quos, ad conuiuium inuitaueras, uterer is; & tu eos tecum peregrè portasti: si postea aliquo casu fortuito amiseris, teneberis, eo quod tua culpa præcesserit casum illum. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quando dicitur res propriè commodata? Frater, dicit ipse. Res tunc dicitur commodata propriè esse, quando nulla merces interuenit: quia si merces interuenisset, diceretur potius locata, uel conducta: quod non est in commodato: quia commodatum debet esse gratuitum. Fran.

¶ Item * Is, [e] cui res aliqua vtenda datur, [f] idest, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is ab eo, qui mutuū accepit, longè distat Nam que [g] non ita res datur, vt eius fiat, [h] & ob id de ea ipsa re [i] restituenda [k] tenetur. ¶ Et is [l] quidem, qui mutuū [m] accepit, si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio, [n] aut latronum, hostiumve incursu, nihilominus obligat[us] remaneret [4] † ¶ At is qui vtendum accepit, sanè quidem exactā [o] [5] † diligentiam custodiēdæ rei

e *Item is cui. q d.* non solum in duobus superioribus casibus. f qsi aliquis accipit mutuum, uel quando accipit indebitum, obligatur re, sed etiam in hoc casu. Accur.

* *Item, est dictio repetitiua. l. in repetendis. ff. de leg. 3. Aeg. Pett.*

ADDITIO.

No. quod si commodauero tibi rem aliquam, re obligaris, ut possim contra te agere commodati actione. Sed differentia est inter illum, qui mutuum accepit, & illū, cui commodata est res, quia si commodauero tibi equū meū, ego non do tibi eum, ut tuus fiat, & ideo te neris mihi de eadem re restituenda: secus in mutuo: quia si mutuo tibi, non teneris mihi reddere eandē rem, sed aliam rem eiusdem naturæ, & æquè bonam. Alia est differentia: quia qui mutuum accepit: si casu fortuito amiserit, quod accepit mutuo: veluti incendio, ruina, naufragio, aut incursu latronum, uel hostiū: nihilominus possum agere contra eum ex mutuo. Sed commodatarius diligenter debet custodire rem sibi commodatam: nec sufficet si adhibeat talem diligentiam in custodiendo, qualem in suis rebus solet adhibere, si alius homo diligentius potuerit custodire. Si uero propter maiores casus commodatarius rem sibi commodatam amiserit, non tenetur: dum tamen propter culpam suam casus iste non euenerit. alioqui si tibi commodauero scyphum meum, ut haberes in domo tua, & tu forsitan tecum in peregrinatione attuleris, & incursu latronum amiseris, uel naufragio, teneris mihi de eo restituendo, uel ad eius æstimationem.

4† *permanet.*

5† *exactissimam D.*

Commodatum, & mutuū differunt dupliciter.

Casus fortuiti.

f *Datur.* i. traditur: quia dare est dominium transferre: ut l. ubi autem. §. si. ff. de uerb. ob. & infra de act. §. sic itaque, quod non fit in re commodata. Chr. stop.

e Ista glo. nō est Accursij.

g *Namque.* prima differentia inter mutuum, & commodatum.

h *Vt eius fiat.* quod est in mutuo.

i *De ea ipsa re.* quod non est in mutuo.

k *Restituenda.* etiam non deteriore: aliàs non videtur reddita. unde tenetur ad interesse: ut ff. eo commoda. l. tertia. §. si reddita.

l *Et is quidem.* secunda differentia.

m *Mutuum accepit.* hic no. mutuum esse triplex. Naturale tantum, s. quando fit numeratio sine stipulatione de soluendo. Ciuile tantum, quando stipulatio interuenerit de soluendo sine numeratione. Ciuile, & naturale, quando numeratio, & stipulatio interuenerint: ut ff. si cer. pet. l. 2. Item no. quod deficit mutuum ratione rei: ut in fure: ut ff. eo. l. 2. § mutui. & § appellata. & ratione personæ: ut ff. si cer. pet. l. si ego pecuniam. & l. si & me, & Titium. Reconciliatur autem mutuum consumptione: ut ff. si cer. pet. l. nam & si fur. stipulatione, ut C. si certum. pet. l. quamuis. vsucapione. ad instar alienæ pecuniæ datæ in dotem: ut ff. de iu. do l. Proculus.

Mutuū est triplex.

Mutuū deficit tripliciter.

Mutuū reconciliat pluribus modis.

n *Naufragio.* hic nota fortuitos casus melius, quàm in aliqua lege. sic enumerantur aliqui casus C. de pign. act. l. quæ fortuitis.

o *Exactam.* aliàs exactissimam. * & sic ponitur positiuus pro superlatiuo. Et distingue, quia interdum solus dolus venit in commodato, ut si commodo uxori meæ, ut

* Sic in scriptis exemplaribus legit.

computa

computa veniant ad me:vt ff. eo. commo l. si ut certo. §. nunc uidendum.& §. interdum. Quandoq; dolus,& culpa eius.ut si commodo tibi scyphum, vt communes amici inuitentur ad cœnam,ut ff. eod. commo. l.in rebus.§.hoc ita. Interdum leuissima.& hoc generaliter, ut hic. Interdu casus, ut si culpa præcedit casum, ut hic sequitur,& ff. eo. l.in rebus.circa princ.ver. alioquin.

Commodatarius d quibus teneatur.

ADDITIO. Si quæratur, an in commodato cõmodatarius teneatur de dolo, lata culpa,uel leui. dic ex mente Docto. in d. l. si ut certo. quod si contractus celebratur gratia dantis, tũc recipiens tenetur solum de dolo, & lata culpa.Sed si gratia recipientis tantum,tũc tenetur de dolo, & omni culpa, sed non de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum:ut hic. Si gratia vtriusque,tunc de dolo, & lata culpa, etiã leui.Quid si res commodata sit æstimata, antequam commodetur? Dic,quod æstimatio semper addit unam speciem obligationis primæ:ut per gl.& Bar.in d. l. si ut certo, & secundum Iason & Christoph.

a *Ei*. f.cõmodatario.
b *Casus*.f.alios.
c *Mercede*. sic infra locati. §. 1. sic infra mand.§.fi.
d *Commodatum*.commodatum est, si dedi tibi rem meam, vt vtaris, nec inde accepi mercedem. si verò merces interueniat,erit locatio, & conductio, gratuitum.n.debet esse commodatum,ideo teneris ad exactissimam diligentiam.sic j. locati.§.1.sic infra man.§.fin.

1 † *poterit*.
* *Vis maior,qua dicatur pulchrè Budaus in ad not.ad Pādectas. tit. de loc. & condu. ad l.si merces §. vis maior*.

* *Adde Dec. in l.cõtractus nume.1.de regulis.*
2 † *qui, D.*

præstare iubetur:nec sufficit ei[a] tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est,si modo alius diligentior poterat [1] † eam rem custodire. sed propter maiorem vim, * maioresve casus [b] non tenetur, si modo non ipsius culpa is casus interuenerit. Alioqui si id, quod tibi commodatũ est domi,peregrè tecum ferre malueris, & uel incursu hostium,prædonumve, vel naufragio amiseris,dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis.

¶Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede [c] accepta,uel constituta, res tibi utenda data est: alioqui, mercede interueniẽte, locatus tibi vsus rei uidetur. Gratuitum enim debet esse commodatum. [d]

Depositarius obligatur re, & tenetur de dolo. hoc dicit. Aret.

¶Præterea * [e] & is, apud[f] quem res aliqua deponitur, re obligatur: teneturque actione depositi: quia [2] † & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur: sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo[g] commiserit: culpæ[h] autem nomine, idest, desidiæ, ac negligentiæ non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati [3] † id imputare [i] debet. [k]

Creditor ex pignore recepto obligatur re, & tenetur solum de leui culpa. Are.

¶Creditor [l] quoq;, * qui pignus accepit, [m] re obligatur: quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia.[n] Sed quia pignus vtriusque gratia datur; & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditũ: placuit sufficere, si [4] † ad eam rem custodiendam exactã [o] diligentiam [5] † adhibeat: quam [p] si præstiterit, & aliquo fortuito [q] casu rem amiserit, securum [r] esse nec impediri creditum petere.

¶PRAETEREA. ¶CASVS. Hic prosequitur Iustin. quartum modum,quo contrahitur re obligatio: dicens, qđ præter prædictos modos re contrahitur obligatio, f. in deposito.unde si tu rem tuam penes aliquem deposueris, ipse re tibi obligatur,& competit tibi actio depositi:depositarius tamen non tenetur,nisi de solo dolo subaudi, & de lata culpa:de alio uero non.unde si rem depositam per modicam culpam amiserit depositarius,non tenetur:quia est, quod imputetur deponenti. Suæ.n.facilitati imputare debet,& conqueri,qui rem suam custodiendam amico tradidit negligenti. Item dicit Imperator in §. creditor. ꝙ non solum dictis quatuor modis re contrahitur obligatio, sed etiam creditor, qui pignus accepit à debitore,re obligatur, & tenetur de ea re restituenda, quam accepit pignoratitia ac.Sed dñe,dixi ego:tenetur ne de leui culpa? Rñ.quòd nõ: quia pignus vtriusq; gratia datum est,creditoris, ut magis pecunia sua in tuto sit,& debitoris,quia forsan non crederetur ei pecunia:& propterea sufficit, ut exactam diligentiã adhibeat, & hæc est illa,quam rebus suis adhibere solet, q̃ si præstiterit, quamquam pignus amiserit,non tenetur: & nihilominus creditum petere poterit.h.d.

e *Præterea*. i.præter supradictos modos accipiens depositũ, re obligatur.Vnde si deposui penes te rem meam,mihi obligatis,& possum agere contra te actione depositi ad rem mihi restituendam; & teneris ex solo dolo, si dolum comiseris:sed si negligenter custodieris,non teneris. Et iõ si depositarius rem sibi depositam per negligentiam suam amiserit furto : debet sibi imputare, qui custodiendam rem suam amico suo tradidit negligenti,ut dicitur in fi huius §.

Deposita declaratio

f *Deponitur*. i. custodienda datur, ut ff. deposi.l. 1.
g *Dolo*. Nota in deposito solũ dolũ venire:vt hic, & ff. depos. l 1. §. illud. Itẽ uenit lata culpa, q̃ p dolo accipit. a vt ff. e.l.ꝙ Nerua. Qñq; leuissima, ut si hoc fuerit pactũ:ut ff.e.l. 1. §.sæpe. Itẽ si fuit ĩ culpa: qa potrauit rẽ depositam p locũ periculosum,ut ff. cõ.l. in rebus § 1.& l.si ut certo.§.interdũ.Itẽ mora facta ĩ restõne, ut ff.depos. l. si in Asia. §.si. & hic, & sũpior similr tenci de casu.
h *Culpa*. f.leuis.
i *Imputare*. sic j̃.pro soc.§.fi.& ff. de mi. l. l.eũ mandato.§ fin.
k *Debet*. hic nota, aliud esse dolũ,ut qñ est machinatio studiosa:ut ff.de dolo.l. 2.§.2. Aliud latã culpã ut nõ intelligere, ꝙ oẽs intelligunt: ut ff.de in.& fac.igno.l. regula. §. si filius. & de ver. si.l latę.Aliud leuem,ut desidiæ, & negligẽtiæ: ut hic.Aliud leuissimã, ut si quocunq; mõ potuit puidere,& nõ puidit. vñ furtũ fieri nõ põt sine leuissima culpa. ut ff. p so.l.eũ ĩ duobus. b vel incẽdium nasci,licet nõ noceat inculpabilibus, ut ff. de offi præf. vig.l. 3. §. 1. & ff. de pericu. & commodo rei uenditæ.l.si uendita. & sup. prox.§.Aliud casum fortuitum,qui. f.præuideri non potest.ut sup. proxi. §.& C.de pig.actio.l. quæ fortuitis.

a Et sic cum text. dicat, solo ꝙ licet lex taxatiuelo quatur, tñ extẽditur ad casum similẽ, ut hic per Ange.
3 † *al. dees id*.

* *Hic §.respondet tit. ff. de pig. act.*

4 † *Quòd*.
5 † *adhiberet. Du.*

b Cum leuissima tñ adhuc est casus fortuitus, seus si sit leuis, & sic intelligitur, qđ notat. in l.nauta. ff. nau. cau. stabular.
c Et hæc est cõisopi, sm Io. Fab. & pcedit indistinctè, qñ est talis casus, qui cõmitti põt sine culpa ut hostiũ incursus: alias dẽt pbare in tali casũ culpã non cõmisisse Ang.

l *Creditor*. creditorem accipe ex omni causa, ut in auth. de fideius.§.fi.& ff.de verb.sig.l.si cui.
m *Accepit*. Nota,cautẽ ponit,accepit:aliter nõ dr re obligari,sed pignus creditori ẽt nuda conuentione tenetur, ut ff.de pig.act.l.1. & hypothecaria sibi nascitur ad pignus illud persequendum,ut inf.de actio. §. item Seruiana.
ADDITIO. Pro hac glo.uide tex.in l.grege. §. & in superficiarijs.ff.de pign.
n *Actione pignoratitia*. quæ nascitur demum soluta pecunia,vel alias satisfacto,ut ff.de pig.act.l.si tem.§ omnis.Sic actione tutelæ,q̃ demũ,finita tutela,nascitur:ut ff de tu.act. & ra. distra.l.si tutor.§.fi.& l.seq. licet quidam dicant etiã prius eam nasci,sed non intentari:ut no. in d.§. omnis.
o *Exactam*.propriè ponitur,non pro superlatiuo: ut sup.e. §.at is.non.n.tenetur de leuissima.ut ff. de pigno .act. l. si cum uenderet.§.uenit & l.seq. Accur.
p *Quam*.f.exactam diligentiam.
q *Fortuito casu*.sed q.s pbabit hũc casũ? Rñ.creditor pbat, se amisisse,ut C.đ pi.ac l.si creditor.Itẽ debitor pbabit dolũ, uel culpã creditorẽ cõmisisse:ut ff.đ pb l.1 ex. & l.quoties.§.q. dolo.Sed tertio creditor pbat casũ,si vult euadere: licet & Bal.aliter distixerint,ut no.d.l.si.creditor. Accur.
r *Securum esse*.repete placuit,

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

V ¶ Ista continuatur ad præcedentia, vt patet in textu supra, de obl. in fi. Ater.

Erbis. ¶ Totus iste tt. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit, qualiter obligatio uerbis contrahitur, & quæ actio ex ea resultet. Secundo quibus, verbis olim, & hodie concipitur. Tertio, quot modis stipulatio fieri pôt. Quarto illud per exépla declarat. Secunda ibi, in hac re. Tertia ibi, omnis stipulatio, Quarta ibi, Purè velut.

¶ CASVS. Quæsiui à Iustin. Domine, qualiter obligatio cõtrahitur verbis? & respondet. Et interrogatione præcedente, & responsione subsequente, cum quid dari, fierive stipulamur. Ex qua obligatione verborum duæ proficiscuntur actiones, scilicet, certi condictio ex stipulatione: & actio ex stipulatu, si res incerta deducatur in stipulationem. Sed domine, quod est nomen verb. obl. Et resp. dominus Imperat. quod uocatur stipulatio. Sed domine, quare dicitur hæc obligatio stipulatio? Et ad hoc respon. quod hoc est ideo, quia stipulum apud veteres firmum appellabatur à stipite descendens: & ideo hæc obligatio, tanquam firma uocabatur stipulatio. Frat. de Are.

**Stipulum in hanc significationem, quam dicit Iust. apud Latinos non reperiri, asserit Catelianus Cotta in memorialib. suis, & stipulationem a stipe potius deduci, quod circa stipẽ, i. pecuniam consistat. Stipulari est stipẽ, i. pecuniam obligare. Valerius Max. li. 2. Aeg. Perr.*

De verborum obligationibus.

TITVLVS XXI.

Per stipulationem contrahitur verbis obligatio: ex qua oritur certi condictio, si est certum in stipulationem deductum: alias actio ex stipulatu. h.d. Aret.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione, [a] & responsione, cum quid dari, [b] fierive [c] nobis stipulamur, [d] ex qua [e] duæ proficiscuntur actiones, tam condictio [f] certi, si certa sit stipulatio: quàm ex stipulatu, [g] si incerta [h] sit. quæ [i] hoc nomine inde vtitur, quòd stipulum [k] * apud veteres firmum [l] appellabatur, fortè a stipite descendens.

Olim requirebatur quædam solennitas verborum in stipulatione, quæ hodie est sublata: nec refert, qua lingua fiat interrogatio, & responsio, dummodo se intelligant. hoc dicit Acc.

¶ In hac [m] re olim talia verba tradita fuerunt: spondes? spondeo. promittis? promitto. [1] † fide promittis? fide promitto. fideiubes? fideiubeo. dabis? dabo. facies? faciam. [n] Vtrum autem Latina, an Græca vel qualibet [2] † alia lingua [o] stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet, si vterque stipulantium [p] intellectum eius linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua vtrumque vti, sed sufficit congruenter ad interrogata [3] † respondere. quinetiam duo Greci Latina lingua obligationem contrahere possunt.

1 † Al. fidepromittis? fidei promitto.

2 † Qua.

3 † Interrogatum.

¶ IN HAC RE. ¶ CASVS. Quæsiui a legislatore, sub qua forma fieret stipulatio & dicit legislator. i. ipse Iustin. Frater, recitabo tibi antiquitatem circa hoc. & etiam nouitatem, & recitat primò antiquitatem, dicens. quod antiquitas erat, quod per illud idem verbũ per quod fiebat interrogatio, debebat fieri responsio, mutata, persona secunda à parte quærentis, in primam personam à parte respondentis. Verbi gratia Spõdes? spondeo: sed hæc solennitas identitatis verborum per di. Leonem fuit sublata per constitutionem suã, quam habes. C. de contrah. & commit. stipu. l. omnes. Vnde constitutio illa Imperatoria de solennitate uerborum non curauit: sed intellectum consonantem inter partes desiderauit, ut stipulantes adinuicem se intelligerent. nec curauit illa constitutio, per quæ uerba fieret stipulatio, dummodo fieret per uerba ad stipulationem idonea. & istam constitutionem approbat hic Iust. & sic patet, sub qua forma debet hodie fieri stipulatio. Sed quid domine, iam bene uideo, quòd solennitas uerborum, quæ olim necessaria erat ad stipulationem, hodie est sublata. sed domine, pro Deo, posset ne stipulatio fieri diuersis linguis? Ad hoc resp. & dicit, quod non refert, quacunque lingua fiat stipulatio, siue Græca, siue alia, dummodo contrahentes se adinuicem intelligant. nec est necessarium, quod ambo una lingua utantur: sed prius unus vna lingua quærere, & alius altera lingua respondere potest: & nihilominus ualet stipulatio, dum tamen verba apta fuerint ad stipulationem, & vterque alterum intellexerit. Nam duo etiam Britones verbis Gallicis contrahere possunt, & Gallici Britonicis uerbis: dummodo se intelligant. unde Græci Latina lingua contrahere possunt. Franc.

a *Ex interrogatione.* s. præcedente, & responsione sequente, ut hic, & C. de usu. l. 1. alias non ualeret.

b *Dari.* scilicet, certum, quod appareat quid, quale, uel quantum sit in obligatione, ut ff. eo l. stipulationum. & l. seq. Accur.

c *Fierive,* vel etiam non fieri, ut ff. eo. l. ubi autem. §. id, quod, & infra eo. §. fi. Accur.

d *Stipulamur.* est autem stipulatio verborum conceptio, qua aliquid dare uel facere promittimus, &c. ut ff. eo. l. 5. §. stipulatio. Accur.

e *Ex qua.* s. obligatione uerborum.

f *Condictio.* s. certi generalis: de qua dic, ut supra titu. 1. diximus, circa princ. Item & triticaria locum habet, vbi petitur certum, uel incertum; nisi petatur pecunia numerata, ut ff. de tritica. l. 1.

g *Ex stipulatu.* si autem incertum quid mihi debeatur, non ex stipulatione, sed ex alio contractu, agitur condictione incerti. nam dico, quod est proprium nomen actionis, ut ff. de cond. indeb. l. sed & si me. §. primo, ubi de hoc notaui. Accursius.

h *Si incerta.* nisi in casu, ut C. de rei vxo. act. in princ. Sed quid si promitto aliquid in genere? Resp. non valet. nam dando muscam liberarer. oporteret enim. quod aliqua certitudo ibi sit, ut homo, uel equus, quæ certis finibus contineatur: aliàs non ualet, ut ff. eo. l. ita stipulatus. in princ. & ff. de iure do. l. cum post. §. genera socero. Accur.

i *Quæ.* s. stipulatio.

k *Stipulum.* alludit uocabulo. sic supra de testa. in princ. & ff. de acq. pos. l. 1. in prin. nam nomina consonantia debent esse rebus, ut supra de do. §. est. & illud.

l *Firmum,* nam & baculum, uel stipitem paleæ dabat vnus alteri pro inuestitura. ut hodie fit in Marchia. sed in Lombardia bibunt, alibi per mantellum inuestiunt. sic ff. de pact. l. 1. § 1. Accur.

ADDITIO. Ista tamen inuestitura non est necessaria de iure ciuili, sed de consuetudine sic. Idem in beneficialibus de iure canonico: per eam tamen possessio non acquiritur, ut hic per Doctores.

m *In hac re.* s. stipulatione contrahenda.

n *Faciam.* quæ omnia dici debebant in stipulatione, uel aliqua de his, sic sup. de sing. re. per fideic. reli. § fin. sed hodie, uel unum ex his, vel etiam aliud, dummodo aptũ, sufficit: vt j. eo. §. ver sed hæc, qui continuari debet cum illo §.

o *Lingua.* ut Assyria, Latina, Græca, uel alia, ut ff. e. l. 1. §. fi.

ADDITIO. Dummodo se intelligant: alias erit necessarius interpres idem in teste in Illyrico nato, cuius lingua non intelligitur; quia iudex, cum interrogabit per interpretem. Et si ipse iudex, & notarius, vel etiam notarius solus sit interpres, sufficiet: imo ipsius scriptura. Vel instrumẽtum faceret fidem etiam contra nuntium, uel testem dicẽtes aliter denuntiasse, uel deposuisse, quàm scriptum sit: & hæc uera in iudicijs ciuilibus: secus in criminalibus, ut per Ang. hic.

p *Stipulantium.* propriè, & impropriè dicitur. sic in Auth. de æqual. do. §. 1. coll. 7. & sic impropriè etiam promittens dicitur stipulari, ut hic, & ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. si decem,

a *Sed hæc*. quæ diximus sup. eo §. ir. hac.
b *Constitutio*. ut C. de contrahen. & commit. stipulatio. l. omnes.
c *Sensum*. aliàs consensum, scilicet, uerbis *expressum ab utroque, & incontinenti: ut ff. e. l. 1. in princ. & §. qui præsens. & §. si quis ita interroget. licet uerba inutilia fuerint in seratur ff. e. l. quæ extrinsecus, alias si diceret, uerba expressa non exigi, non differret ab hac contractibus, qui cõsensu contrahuntur, vt J. de oblig. ex consensu. 1. respon. Acc.
d *Quibuscunque*. habilibus tñ ad hoc. * Quid enim si dicam a, & uelim repræsentare, promittis: tu dicas. b, & uelis repræsentare, promitto? nõ ualet. nt ff. de consti. pecu. l. qui autem. §. fi. in gl. fi. & l. seq. & ff. de inun. & ho. l. ut aradarim. §. & si lege. ibi. sic idonei sũt.

* Vnde si annuit capite nõ ualet. l. 1. §. fi. ff. e. qa conceptus mentis debet deprehendi per uerba, nõ per signa. Bar. tñ refert ꝙ quodam, ꝙ p motum labiorũ quę libet loqui tẽ intelligebat. Ac. Petr.
Stipulatio fieri debet uerbis apiis.
* *Intel. hu ius § nide per. Perr. Consp. in in Rub. de lega. 1. nu. 11.*
1 † *Licet.*
2 † *Expressus.*
3 † *D. est.* *Et sic fit fieri sint interrogatione. gl. in l. sponsio. ff. de verb. signi. Aeg. Perr.*
* Adde Alci. in 1. par. psũm. in princi. nu. 2. dum dicit, si ꝗstionẽ ab hoste non posse iduci, sed à lege. Fel. in proę. dec. in princi. num. 2.
* *Adde Bal. in l. uni. C. ut ac. ab har. nu. 5. & Cag. in l. in omnib. ff. de reg. iur.*
* Nõ est tñ ibi natu actio, uel obligatio, q̃a cũ sit certũ, in fructus nascant, uel non, dies, ꝗ taciteiest, hſ ꝗ cõdõne

¶ Sed hęc [a] solennia* verba olim quidem in vsu fuerunt: postea autem Leonina constitutio[b] lata est, quę solennitate verborum sublata, sensum,[c] & consonantem intellectum ab vtraque parte solum desiderat;[1] † quibuscũque[d] tandem verbis expressum[2] † sit.[3] †*

Stipulatio vbi est pura, statim potest peti. Si vero est in diem, non potest peti, nisi prætereat tota illa dies. Aretinus.

¶ Omnis stipulatio, * aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. Purè, veluti, quinque aureos[e] dare spondes? idque confestim[e] peti potest. In diem,[f] quum adiecto die, quo pecunia soluatur, stipulatio fit: veluti, decem aureos primis[g] Kalendis[4] † Martiis dare spondes? Id autem, quod in die[h] stipulamur, statim quidem debetur: sed peti prius, quã[i] dies uenerit, non potest.[k] At ne eo[l] quidem ipso die, in quem stipulatio facta est,[m] peti potest, quia totus is dies arbitrio soluentis tribui[n] debet. Neque enim certum est, eo die, in quem promissum est, datum[o] non esse, prius quam[p] is prætererit.[5] †

Stipulatio annua quoad quis viuet, pura, & perpetua est, sed post mortem stipulatoris obstat exceptio hæredi. Aret.

¶ O M N I S S T I P V L A T I O.
¶ C A S V S. Dixi, Iusti Domine, procedatis in materia, & dicaris mihi aliquam stipulationum diuisionem Et respon. quod omnis stipulatio, aut est pura, aut in diem, aut sub conditione. Sed domine, posuistis iam trimembrem diuisionem, ponatis de primo exemplum, si placet. Et respõ. ꝙ stipulatio fit purè. Nam si quæram a te sic: frater quinque aureos dare spondes? & tu respondeas promitto: ista stipulatio dicitur pura: & ideo illud quod in suam stipulationem deductum est, statim peti potest: non tamen sic intelligendum est, vt statim ueniat cum sacco paratus. Sed domine, iam vidi, qualiter fit stipulatio purè: sed qualiter fit in diem? Resp. di. In diem fit stipulatio, veluti si dicat stipulator, promittis mihi in primis Kalen. Iunij x? & promissor respondeat, promitto. Ista est stipulatio in diem; & statim stipulatione facta debetur, ꝙ promissum est, sed non potest peti antequam dies venerit. & die adueniente, vel stante, adhuc non potest peti promissum, nisi tota dies sit præterita, siue elapsa: quia incommutabiliter non possumus dicere, quòd non soluerit sua die, idest, apposita, vel præfixa, antequã totus dies fuerit elapsus.
e *Confestim*. l. statim. vt ff. eo. l. eum, qui Kalendis. §. fina. & hoc nisi ratione loci fit in diem; vt infra eod. § loca. vel ratione rei, quæ adhuc non est in rerum natura: ut infra de exce. §. antep. & ff. eo. l. interdum. in princ. & ff. de cond. & demon. l. 1 §. fina. Sed ad quid fit promissio, cum non incontinenti soluitur? Resp. non est sic prauè intelligendum verbum, confestim, vt veniat statim cum sacco paratus: vt ff. de sol. l. quod diximus. sed aliquod spatium puta x. dierum dandum est: vt infra de inut. stipu. § fina. & in gl. fi. & ff. de consti. pe. l. promissor. sic etiam ferè vbique consuetudo interpretatur, vt intra x. dies fiant præcepta à potestatibus, quæ est bona legum interpres: vt ff. de leg. & Senatuscons. l. si de interpretatione. & cap. cum dilectus. extra de consue.
f *In diem* s. fit stipulatio. sed nunquid stipulatio est actus ciuilis? Resp. sic, ut J. de act. §. de constituta ergo non debet recipere diem, nec etiam conditionem, ut ff. de regul. iu. l. actus. Sed dic, ꝙ hic actus ibi non computatur. Sic in nouatione, ut dicitur infra de nou. l. nouatio. Et illa regula, actus, habet locum in suis numeratis casibus.
g *Primis*. superfluè hoc dicitur, ff. e. l. eum, qui Kalendis. in prin.
h *In diem*. aliud si ad diem: nam tunc usque ad diem tenetur, & non potest, ut ff. de act. & obl. l. obligationum ferè. §. 1. & dic, quòd idem est dicere, ex die, quod in diem, ut d. l. in princ. & hic.
i *Priusquam*. nam cessit, sed non uenit dies, ut ff. de uerb. signi. l. cedere.
k *Non potest*. sic ff. si cer. pet. l. certi condictio in princ. & si petat, repellitur per exceptionem, ut infra de exce. §. præterea.
l *Ne eo quidem ipso*. nisi ab initio sic dicat: hodie dare spondes? quo casu pura est, ut ff. eo. l. liber homo. §. decem. Sed si est pura; ergo pari non potest ante decem dies. ita enim determinatur uerbum, confestim. supra eod. § omnis. & in d. l. ff. eo. l. liber homo. dicitur, quod eadem die ergo male. Sed ibi expressa est dies.
m *Facta est*. scilicet, ut soluatur.
n *Tribui debet*. hic not. quæstionem de facto. Iudex statuit terminum peremptorium partib. ad audiendam sententiã, puta, diem Iouis: & una partium non veniente eadem die: quæro quãdo debeat ea sententia ferri, an die statuta, uel sequenti? Et uidetur, quod non die statuta, quia ut in contractib. tota illa dies uidetur sua, ut hic, & pro hoc est. ff. de fer. l. more Romano. per quam legem etiam si media nocte uenisset, satis sufficeret. unde patet, ꝙ ea die ferri non debuit. Item alia ratione: quia post peremptorium debet eam partem absentem citare iudex. ut ff. de iud. l. & post edictum. & inter unam citationem. & aliam debet esse spatium 10. dierum olim vt ff. de iud. l. per interuallum. hodie 30. dierum, ut in Authen. de liti. §. omnem. col. 8. & secundum consuetudinem Bon. vnius diei. Vnde patet, ꝙ in die peremptorij non debet ferri. Sed in illa l. & post edictum, exponitur, debet, i. potest. Item videtur econtra, ꝙ in die peremptorij debeat iudicari, ut C. quando prouo. non est neces. l. cum non eo die. Item si sit ita propè sero, ut certum sit eam partem amplius non posse uenire, debet iudicare in die peremptorij, ut ff. de uer. ob. l. cum stipulatus sim mihi ô Procule. & l. liber homo. in fi. Et hæc est uerior opin. Sed tamen post uesperas statim, uel in ipsis uesperis debet ferri, ut in Authẽ. de iud. §. sederunt. col 6. sed nec in nocte * debet ferri sententia, & ita paulo post excessum uesperarum deberi iudicari. Et ita quidam electi ad quoddam consilium de facto iudicauerunt.
ADDITIO. Nisi iurisdictio iudicis sit peritura. Et hæc procedunt in definitiua, non in interlocutiua, quæ etiam de nocte ferri potest, & ab opinione gl. quam etiam tenuit Bar. & Bal. dicit Ange. non esse recedendum. & an die sequenti peremptorium possit ferri sententia, uide pulchre per eum hic.
o *Datum non esse*. Idest non est hoc uerum incommutabiliter.
p *Priusquam*. ut ff. e. l. quicquid. §. fi. & de pign. actio. l. si necessarias §. si annua.

¶ AT SI ITA STIPVLERIS. ¶ CASVS. Supra uidimus, ꝙ ille, qui promittit, non potest conueniri cum effectu, quousque dies uenerit: sed domine, quid diceretis de illa stipulatione, qua quis mihi promittit x quoad uiuam? frater dicit ipse, ista stipulatio pura est, & perpetuo obligatus est promissor: unde si pura est, possum singulis annis, quamdiu uiuum agere de x. in principio cuiuslibet anni, & hæres etiam meus de rigore iuris potest agere: sed summouebitur per exceptionem pacti facti de non petendo, quasi uideat tacitè pactum fecisse, quod ego possim

ut l. 1 ff. & condit. & demonstr. Ang.
4 † al. *Martij.*
5 † *prætereat*
* Adde Fely. in c. consuluit. nu. 18. de offic. dele. ubi considerat, an snia de nocte feraẽ.

possim petere, dum viuo, hæres autem meus non possit. Istud autem (vt dicunt) pactum tacitum est inductum a potestate iuris ab illo verbo in stipulatione inserto, videlicet, quoad viuam. Eo enim ipso, quod fuit mihi promissum illud annuum, quoad viuerem: per hoc tacite videor pactus fuisse, ne hæres meus petat, & h. d. Et legatur illud, at s. ꝙ ponitur in prin. § aduersatiue: videlicet sic: ita est, ꝙ illa stipulatio in diem, q̄ est in proxi.§. nō est, pura:at,pro, sed.

a *Annuos*. aliud si dixerit singulis annis. Nam primo casu in initio cuiuscunq; anni, secundo in fine committitur stipulatio: quia sic est in legato sic relicto, ut C. quando dies le.ced. l.nec semel. Vñ versus, Annua si debes, tunc inspicies caput anni: Anno si debes in fine teneberis anni, vt dices.j.de inu. sti §. qui hoc anno, & ff.eo.l. qui hoc anno. Sed nunquid est vna stipulatio, vel plures? Resp.vna est, vt ff eo.l. si Stichum §.j. a licet legata sic relicta sint plura: vt ff.de do. cau mor.le. senatus.§.si.Sed quæ est ratio? Resp.quia semel in stipulatione inspicitur conditio stipulantis: ut si sit filius, acquirat patri, & vna est actio, vt ff.e.l.si filius. sed in legatis plures consideratur, s. singulis annis. cum singulis annis cedat dies legati, & plures sint actiones:ut ff.de an.leg.l.cum in annos.& quando dies leg.ce.l. cum in annos. Sed M.dicebat hanc esse differentiam, quia in stipulatione est vna verborum conceptio:sed quantum ad rei veritatem plures sunt. sicut legata,& facit pro eo ff eo.l.plurib.§.1.sed ibi certè per alia verba fuit facta, s.per hęc, annua, bima, trima die.uel die, quòd ibi quorundam sententia recitatur. Nec obstat, ꝙ una est conceptio, nam & in legato una est conceptio.

b *Quoad viuam* i.donec uiuam.

c *Purè facta*. s.ratione primi anni: sed ratione sequentium est in diem, quo ad quid: quia ante annum non debetur, & conditionalis quo ad aliud. nam alias non debetur, nisi uiuam, argu. ff eo.l hoc iure.& l.in illa. Vel dic, ꝙ est pura abnegatiue, i. non conditionalis.

d *Perpetuatur*. i. donec uiuat. sic ff pro socio.l.1.s̄m quosdam: imo dic, per omnia secula, etiam post mortem. nam tempore non tollitur obligatio, ipso, s.iure, *b* ut sequitur. ut ff.de act. & oblig l. obligationum ferè.§.placet,& ff.de seru.l.seruitutes, sed per exceptionem, ut sequitur, sed hæres petendo,&c. ut ff.de actio.& obl.l.obligationum ferè. §.placet.& ff.de ser l.seruitutes.

¶ At si ita stipuleris, Decem aureos annuos, [a] quoad viuam, [b] dare spondes? & purè facta [c] obligatio intelligitur, & perpetuatur: [d] quia ad tempus non potest deberi, sed hæres petendo pacti exceptione submouebitur.

Stipulatio collata in aliquem futurum euentum incertum, est conditionalis. Aretinus.

¶ Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum[e] differtur obligatio; [f] vt si aliquid factum fuerit, vel nō fuerit, committatur stipulatio, veluti, si Titius cōsul fuerit factus, quinque aureos dare spondes?

Conditio negatiua eius, quod quotidie potest impleri, & esse in fieri, impletur per mortem. Aret.

¶ Si quis ita stipuletur,* Si in Capitolium non ascendero, [g] dare spondes? [h] perinde erit, ac si stipulatus esset, cum [i] †morietur*[i] sibi dari.

Stipulatio conditionalis transmittitur ad hæredes. Aretinus.

¶ Ex* conditionali* stipulatione tantum spes[k] est debitum iri, eamq; ipsam spem in hæredem transmittimus, [l] si prius, quàm cōditio extet, mors nobis contigerit. [m]

Locus solutioni adiectus, efficit stipulationem in illam diem, in qua verisimiliter possit ad locum perueniri; & impossibilitas vitiat stipulationem. Are.

¶ SVB CONDITIONE. ¶ CASVS. Dixi, Iust Domine, iam uidi exemplum de primo membro diuisionis nostræ, s.qualiter fit stipulatio purè:& ēt de secundo membro, s. qualiter fit stipulatio in diem: ponatis modo, si placeet, exemplum de tertio membro, s. qualiter fit stipulatio sub conditione Et ad hoc respondet dominus Iust. ꝙ sub conditione fit stipulatio, cum in aliquem casum promissio differtur: hoc est, ad aliquid. quod indifferenter se habet ad esse, & ad non esse ueluti si aliquid factum fuerit, promittis mihi x.uel, si aliquid factum non fuerit, promittis mihi decem? Et primo ponit exemplum conditionis, quæ fit per uerba affirmatiua, ut puta si Titius factus fuerit consul, quinque aureos date spondes? Fran.

e *In aliquem casum*. i.in aliquam fortunam inopinatam ut possit se habere ad esse, & non esse, quod in futuris tantum est: ut infra eo.§.conditiones.

f *Differtur obligatio*. nam ante euentum conditionis obligatio cessat, vt ff.si certum peta.l. non omnis. & sic ea pendente, non est debitor: sicut nec hæres sub conditione institutus interim est hæres, vt ff. familiæ ercis.l.si maritus. Argu. contra. C. de consti. pe.l.2. in eo, ꝙ dicit conditionale debitum posse constitui, quod nō posset, nisi esset debitum, vt ff.de cōsti. pe.l.1. Sed dic, ꝙ suffi cit debitum spe. Itē nec illud interim debetur, ut ff.de const. pec.l id, quod. Item arg.contra.ff. ex quibus cau. in pos.eat.l. in possessione. & ff. de verb.sig.l. credito res. Sed ratione spei creditores dicuntur. vt infra eo.§.ex conditionali.

ADDITIO. Impropriè tamen: propriè autem credit̄or est, qui fidē alterius credēdo secutus est. Et ita intelligitur ista tutum de eo, qui credidit, faciens mentionem. secus si de creditore simpliciter: quia intelligitur quocunque modo alium habeat obligatum, dummodo non in diem, vel sub conditione Arg.

¶ SI QVIS ITA. ¶ STIPVLATVR. ¶ CASVS. Ponit exemplum conditionis prolatæ per uerba negatiua: dicens, quòd si aliquis ita stipuletur, promittis mihi decem, si Capitolium non ascendero: bene valet talis stipulatio: sed perinde est, ac si stipulator stipulatus esset cum moreretur, decem sibi dari. nam in utroque casū demum post mortem stipulatoris poterit illud quod in stipulationem deductum est, peti cum effectu.

¶ Nota, quod conditio alia respicit tempus futurum, ut supra eodem, §.sub conditione, aliā præteritum, & alia præsens.

g *Si in Capitolium non ascendero*. supra posui in affirmatiua conditione, & negatiua, nunc in negatiua tantum.

h *Dare spondes*. s. quinque aureos, uel aliquid aliud.

i *Cum morietur*. similes sunt istæ duæ stipulationes in hoc, quia mortuo stipulante in utroque casu committitur, ut hæredes agant. nam potest obligatio ab hærede sic incipere, ut C. ut ac. ab hære. & contra hære.l.prima. Dissimiles in hoc, quia prima conditionalis, secunda in diem, quem diem certum est euenire, ut ff. de condi.indebi. l. nam si. licet nasciamus quando, ut ff.de cond.& demonstratio.l.prima, & in Authentico de nup.§.deinceps.col. quarta.

¶ EX CONDITIONALI. ¶ CASVS. Aliquis stipulatus est aliquid sibi dari sub conditione, quæ pendet, nunquid habet statim alium sibi obligatum, scilicet, illum à quo stipulatus est? Et respond quod non, immo ex conditionali stipulatione tantum spes est in debito & si contingat ipsum decedere, antequam conditio exstat, ipse istam spem transmittit ad hæredem suum.

k *Spes est*. non autem cessit, uel uenit dies, sed in pura statim. cedit, & uenit. ff. de uerborum significationibus l.cedere, sed in illa, quæ est in diem, statim cedit dies legati, sed non uenit. s̄. eo.§.in diem.

l *Transmittimus*. sic C.de his qui ante aper. tabulas.lege prima.

m *Contigerit*. sed quare legatarius conditionalis legati spem ad hæredem non transmittit, ut C.de cad.tol.§.sin autem aliquid? Respon.in stipulatione interuenit actum stipulantis, uolentis sibi prospicere, & sic hæredi. ff. de prob.l.si pactum. quod non est in legatario, cuius nullum factum

a Hoc uerū. ubi nō enumerātur anni, siue aliq̄d ꝙ psonæ nō cohæreat, si sit ex parte stipulatoris implēdū, siue nihil, dūmō ex cursu tpis dēat stipulō cō mitti: alias si in euentū alicuius condōnis. uel exp̄sse fuerint anni dinumerati. est s̄m eius: vt p Ange. hic.

b Nisi expresse, uel tacite ex stipulantis paupertate p alimentis deducta censerent, & ita s̄m Bart. pōt saluari glo. in l. Stichū. §. huiusmodi. ff. e li cet sit magna dimi nutio. Vel dic, quod

quoties agi q̄d mul tiplicanda, oblōne, in finitas est euitanda; ut l. fideicommiss. §. si decē. ff. de leg. 3. Ang.

* *Adde Forca. dia.* 44.

1 † *merere tur*.

* *Quia ex stiplōne conditionali non pōt agi ante conditionē: sed non pōt purificari ante mortē Aeg. Perr.*

* *Adde Cagn. in l. qua legata nu. 3. de regu. iur. ubi reddit rōnem, cur sit secus in legatis, quare conditionalia non transmittū tur.*

* *vide infra de inu. stip. q. hūc §. declarat Aeg. Perr. & vide in telle. hunc §. per. Pet. Stel, in l. 4. Roma. §. Seius & Augerius. nu. 46. ff. e.*

Diem cedere, & uenire differunt.

Legatarius cōdōnalis legati spē non transmittit.

factum interuenit, & eodem modo responde in hæreditate conditionali.

¶LOCA ETIAM INSERI. ¶CASVS. Suprà dictum est, quòd in stipulationem quandoque dies, quandoque conditio uenit. Et non solum illa quæ supra dicta sunt, possunt uenire in stipulationem, imo etiam loca stipulationibus inseri possunt: puta si dicam sic, promittis te mihi daturū decem Carthagine? & tu respondeas, promitto, & huiusmodi stipulationes licet purè videantur, te ipsa tamē habent tacitè tempus adiectū quo aliquis ire, vel mittere possit ad locum illū, in quo promisit pecuniam se daturum. vnde si aliquis ita stipuletur Romæ, hodie Carthagini dare spondes? ista stipulatio non ualet, cùm repromissio sit impossibilis, & ratione huius impossibilitatis uitiatur huiusmodi stipulatio.

¶Loca etiam. non solùm conditio uel dies.

a *Tempus.* quod bonus iudex arbitratur. quod dic, ut ff. eod. l. continuus, §. cùm ita.

ADDITIO. Nota quòd licet in actib. iudiciarijs tēpus itinetandi sit statutum certum, vt xx. miliarium singulo die: vt l. j. ff. si quis cautio. (& die vt ibi per Bat & Doct.) tamen in contractibus non est determinatum, sed totum residet in pectore iudicis, qui multa debet considerare, & locum, & periculum, & qualitatem personæ: ut l. continuus, §. j. & ibi vide Bart. & Iino ff eo. Aug.

b *Impossibilis.* ratione enim impossibilitatis stipulatio vitiatur. vt ī. de inutil stipulat. § si impossibilis. nisi vterque haberet ibi procuratorem, & egisset quilibet cum suo, vt eadem die fieret solutio, vt digestis, eodem, lege, finali. §. si inter eos.

1† iniectū, 2† al. Carthagine. 3† Carthagini, 4† al. desferuntur.

¶Loca etiam inseri stipulationi solent, veluti, Carthagini dare spondes? quę stipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus [a] adiectum, 1† quo promissor vtatur ad pecuniam Carthagini 2† dandam. Et ideo, si quis Romæ ita stipuletur, Hodie Carthagini 3† dare spondes? inutilis erit stipulatio, cùm impossibilis [b] sit repromissio.

Conditio de præterito, vel de præsenti non suspendit obligationem. Aretinus.

¶Conditiones, quæ ad præsens, vel præteritum tempus 4† referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt. veluti, si Titius consul [c] fuit, vel, si Mæuius viuit, dare spondes? Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet.

¶CONDITIONES QVAE. ¶CASVS. Quæsiui à Iustin. Domine, supra dictum est, quod stipulatio conditionalis est, cùm differtur in aliquem casum. Sed domine, nunquid omnis stipulatio est incerta, quæ fit per hanc conditionem, si? Respon. dominus Iustinia. quod non; nam ea quæ sunt præsentia, vel præterita, non dicuntur pendere, sed ea quæ sunt futura, propriè dicuntur pendere. quasi diceret, tunc intelligitur stipulatio sub conditione, quando differtur in aliquem casum futurum. Quando autem in aliquem de præterito vel de præsenti concipitur, tunc non est stipulatio sub conditione; imo aut statim valet obligatio, aut non valet. Ea enim, quæ per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem. Si enim dicam, promittis mihi decem, si Mæuius viuit? & tu respondeas, promitto. si viuit tempore conceptæ stipulationis, statim ualet stipulatio. si autem non viuat tempore conceptæ stipulationis, non valet, imò statim infirmatur: & ita stipulationes, quæ concipiuntur in aliquem casum præsentem, vel præteritum, quamquam illi casus nobis sint incerti, quia tamen quo ad naturam naturantem sunt certi, non morantur, &c. Franc.

c *Consul fuit.* sic ff. si cer. pet. l. itaque. & l. cum ad præsens tempus. patet etiam in l. conditio ff. de verb. oblig.

d *Naturam.* ergo nec futura morantur obligationem. nam etiam illa per rerum naturam certa sunt: vt ff. de iud. l. sed & si restituatur. §. fin. contra. Sed dic, quod aliud est esse certum per rerum naturam, id est per naturalem cursum naturæ, per quam sola præterita & præsentia sunt certa, & ita hic accipitur. Et etiam illa futura certa sunt, quæ non habent se ad vtrumlibet: vt si moriar. nam & hæc non morātur obligationem: vt ff. de cond. indeb. l. nam & si. & l. præced. & seq. & ff. de nouat. l. si pupillus, §. qui sub conditione. a Et aliud est in natura rerum, i. in sciētia Dei, in qua omnia, quæ sunt vel fuerunt, vel futura sunt, teste Boetio, tanquā præsentia sunt. Item & aliàs sunt mille anni ante oculos eius, tanquam hesterna dies quæ præterijt & dicitur prima natura naturata, sed secūda natura naturans, quod idē est quod ipse Deus.

e *Non morantur.* nō suspendunt; siue differunt. Accur.

f *Incerta sint.* ff. de reg. iur. l. in totum. contra. Sol. illa loquitur in his vbi pręsens solemnitas exigitur, vt septem testes in testamēto, vt ī. de test. §. j. Vel loquit in illis casib. vbi certa scientia & intellectus de pśenti exigit in cōtractibus puris, ut C. de do. l. nec ignorans, nec inuitus. hic autem in conditionali.

Natura est duplex. * Intell. huius §. uide p Per. Flo. in l. 4 §. Cato, enim 44. ff. eod. * Adde Cagn. in l. quatenus, nu. 14. & sequentib. de reg. iur. 5† incerta. a Nota ex gl. conditiones in futurū collatas, quæ necessariā habet existentiā nō differre obligationē. quod verū limitata, si psęrant p rale gd, qd tps significat, promitto cū morieris, §. id aūt. ī. de inut. stip. Christoph.

Quę enim per rerum naturam [d] sunt certa, non morantur [e] obligationem, licet apud nos incerta [f] sint.

Etiam facta possunt in stipulationem deduci, in quibus vtile est adijcere pœnam, ne aliàs stipulator habeat probare interesse. Aret.

¶Non * solū [g] res in stipulatum deduci * possunt, sed etiā facta: vt si stipulemur fieri aliquid, vel nō fieri. & in huiusmodi stipulationibus optimum erit pęnam [h] subijcere, ne quātitas [i] stipulationis in incerto 5† sit, ac necesse sit actori probare, [k] quod eius intersit. Itaque si quis, vt fiat aliquid, stipuletur, ita adijci pęna debet: Si ita factū non erit, tunc pęnæ nomine decem aureos dare spondes? Sed si quædā [l] fieri, quædā non [m] fieri, vna, eademq; conceptione

¶NON SOLVM RES. ¶CASVS. Suprà dictum est de stipulationib. quæ consistunt in dando, nunc tractandum est de stipulationibus, quæ consistunt in faciendo. vnde dicit Iusti. non solum res possunt deduci in stipulationem, sed & facta, puta cum stipulor aliquid a te fieri vel non fieri in futurum, & si non fuerit factum secundum stipulationē potero agere contra te, & petere interesse meū: & quia difficile est probare interesse, propterea dat Iust. consilium stipulatori, vt adijciat pęnam in stipulatione, quam petere poterit stipulator, si non fuerit factum ēm stipulationem, & ita non habebit necessario probare quanti sua intersit. Et docet in litera qualiter pęna debet stipulari dicens, quod si aliquis stipuletur aliquid fieri, veluti turrim, ita adijcere debet. & si turrim non feceris, x aureos dare spondes nomine pœnæ? Contingit autem aliqū, quod in eadem stipuletur quis aliquid fieri, & aliquid non fieri, puta stipulor à te vt eas Romam, sed quòd non eas per Florentiam: & in istis stipulationibus, in quibus stipulor aliquid fieri & non fieri, ita erit pęna adijcienda, si aduersus ea factum fuerit, i. si iueris per locum prohibitum, seu ita factum non erit, i. si non iueris Romam, decem aureos dare spondes? & hęc dicuntur usque ad finem.

g *Non solum.* de stipulationib. quæ in dando cōsistit. huc usq; diximus, nunc de ijs, quæ in facto consistunt. Accur.

h *Pœnam subijcere.* sic ff. de præto. stipul. l. fin. vbi datur simile consilium.

i *Quantitas.* ff. de arbit. l. non autem. contra. Sol. non interest quo ad hoc ut valeat compromissum, interest tamen quo ad vtilitatem stipulationis.

K *Probare.* sed quomodo interesse probatur? Resp. per testes, vt hic innuitur, & C. de sen. quę pro e. l. j. §. j. nisi petatur ex dolo alterius, quia tunc per solum sacramentum, vt ff. quod vi, aut clā. l. semper. si in hoc interdicto. & § seq. & C. vnde ui, l. si quando. & C. de iure do. impe. l. j. *

l *Quædam fieri.* puta ire Romam.

m *Quædam non fieri.* puta per Florentiam non ire.

* Tu verò ī hoc. qua rōne probet interesse, adde, vt in c. fi. extra, quod met. cau. & apti' in casu diligēti. extra, de fo. compet. & ff. de ui, & vi arma. l. 3. §. interdicto. & 3. q. 3. in c. quod frater. & p Inn. c. fi. quod met. cau. & Bart. in l. nemo. ff. de duo. reis, ad finem. Addes quoque, quod licet nihil de eo, qd interfit, probatum sit, si tñ iudici aliūde, vtpote ex informationib. quibusdā officio ci' receptis, cōstet, dēt ipse iudex condēnatione facere, vt l j. C. de sent. q pro eo, quod inte, & ibidē p Bart. & l. semp. in gl. allc. hic. & facit, quod notat idē Bart in l. si qd ex Pāphila. ff. de leg. 2.

a *Clauſula*.ſ.pœnalis. Accur.
b *Factum erit*.hoc redditur ſecundo dicto.
c *Factum non fuerit*.hoc refertur ad primum. Et ſi ex uno capite ſit pœna commiſſa, non committetur plus, ut ff. de arbi.l.ſi duo. §. fi.niſi hoc actum ſit, ut pluries committatur, ut ff. de tranſac.l. qui finem.

ſtipuletur quis, clauſula[a] huiuſmodi erit adijcienda: Si aduerſus ea factum erit;[b] ſiue quid ita factum[c] non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?

De duobus reis ſtipulandi* & promittendi.*

TITVLVS XVII.

Duo rei ſtipulandi fiunt, quando ſeparatim interrogāt debitorem, & ipſe ſimul utrique reſpondet. Aret.

ET Stipulandi, & promittendi duo pluresuè rei fieri poſſunt. Stipulandi ita, ſi poſt omnium interrogationem promiſſor reſpondeat, ſpondeo;* [d] vt puta cum duobus ſeparatim ſtipulantibus ita promiſſor reſpondeat, Vtrique veſtrum dare ſpondeo. Nam ſi prius Titio poſponderit, deinde alio interroganti ſpondeat:[e] alia, atque alia erit obligatio, nec creduntur[f] duo rei ſtipulaudi eſſe.

ADDITIO. Item niſi ſit appoſita ſuper facto iterabili, vel cōtinente plura capitula, ſi ratione intereſſe petatur: ſecundū Io. Fa. hic. Et no. q̄ iuramentum de non contraueniendo hēt uim iſtius clauſulæ; item facit, ut actus valeat eo meliori modo, quo poteſt. Ang.

¶DE DVOBVS reis ſtipulandi, &c. ¶Quia in ſtipulatione, de qua dictum eſt ſ ti.j. plures perſonæ interueniunt quandoque, quarum quędam dicuntur rei ſtipulandi: aliæ rei promittendi: ideo dicit de duob. reis ſtipulādi, ac promittendi. Accurſius.

ET ſtipulandi &c. ¶Totus iſte ti diuiditur in quatuor partes. Primò ponit de duobus reis ſtipulādi, qualiter fiant. Secūdò de duobus reis promittendi. Tertio ponitur effectus ipſius obligationis plurium reorum. Quartò redit ad duos reos promittendi. Secūda ibi, §. duo, pluresve. Tertia ibi, Ex huiuſmodi. Quarta ibi, Ex duob.

¶CASVS. Quæſiui à Iuſtin. qualiter poſſunt fieri duo, pluresve rei ſtipulandi, vel promittendi? Et reſpond. di. quod hoc pacto, ſi poſtquā duo ſtipulati fuerint eandem rem ab eodem: ipſe poſt amborum interrogationem reſpondeat, utrique ueſtrum dare ſpondeo: uerbi gratia: pone, quòd ſum ſtipulatus à Titio in hunc modum, promittis mihi Stichum? & Petrus incontinenti poſt meam ſtipulationem, & ante promiſſoris reſponſionem ſtipulatus fuerit ab eodem Titio ſibi dari eundem Stichum, & ipſe poſt ambas interrogationes reſpondeat, vtrique ueſtrum dare ſpondeo; & ego, & Petrus effecti ſumus duo rei ſtipulandi. Sed pone, domine quid ſi mihi primo ſtipulanti Stichum promiſerit: deinde Petro ſtipulanti ex interuallo eundem Stichum promiſerit? Reſpon. dominus Iuſtin. di. quòd nos, ſ. ego, & Petrus ſumus duo creditores in eadem re, ſed non ſumus duo rei ſtipulan. vnius obligationis, ſed diuerſarum obligationum. Vna enim obligatio mihi eſt acquiſita, & alia Petro ſtipulanti ex interuallo: quia natura duorum reorum ſtipulandi hæc eſt, ut nihil ſit medium inter ſtipu. vnius, & alterius. ſed ſi ſtatim poſt vnam ſtipulationem fiat alia, qualiter intelligi debeat, ex ſequentibus apparebit. Fran.

¶*Et ſtipulanti*. hic dicitur reus ſtipulandi ille, qui rem aliquam, ut pecuniam ſtipulatur, à re, non à reatu dictus. Et econtra reus promittendi, qui aliquam rem ꝓmittit, ut ff. eo.l.j. aliàs reus tantum debitor dicitur, vt patet, C. de iu. ca lum. l. 2. aliàs dicitur reus. qui conuenitur, ut C. de iudi. L. properandum. §. & ſi quidem. & dic, ut ff eo.l.j. poteſt dici,

Continuatio.
Diuiſio.
* *Reus ſtipulandi eſt reus credēdi, i. cui debetur res, nō quod ei res credatur, ſed qa res credat, uel perinde ſit, ac ſi crederet. Aeg. Perr.*
* *Reus promittēdi eſt reus debendi, i. is, qui rē ſibi creditam, dēt, et eam promittit ſoluere, & no. q̄ reus actiuè eſt reus ſtipulādi, ſed paſſiuè eſt reus debendi, ſeu promittendi. Aeg. Perr.*
* *Adde Fely. in c cauſā quæ, de reſcrip.*
Reus ſtipulandi.
Reus promittendi.

& alio reſpectu reus ſtipulandi, & promittendi, ut dicitur in gl. Accurſius.
d *Spondeo*.hoc adiecto, ut ſint duo rei inſolidum etiam iure veteri, ut ff. eo.l. reos § fi. & §. cum in tabulis.
e *Spondeat*. ex interuallo, puta ſi diuerterint ad alios actus extraneos, ut ff. eo.l. duos. §. fi. aliàs ſi non eſt extraneus actus, cōtradiceret, ſ. ei, q̄d modo dixerat. ibi, nā ſ. prius. & quod dicitur. ff eo.l. 3 Accur.
ADDITIO. Tu dic, q̄ interuallū magnū, puta, vnius diei, cum actu extraneo, vitiat cōſtitutionem duorū correorum. ſi interueniat inter interrogationem, & reſponſionē: aliàs ſi inter obligationem vnius perfectam, & alterius perficiendam, non vitiat cōſtitutionem correorum expreſſam. ſed tacitam ſic, ſaltem in duobus reis credendi.
f *Nec creduntur duo rei*. ſ. vt vna ſit obligatio, & unius rei: ſed ſunt creditores duo, & diuerſarū rerū. ut j e. ex huiuſmodi.

Si duo promittant eidem eandem pecuniam, efficiuntur duo rei promittendi. Aret.

¶Duo pluresve rei promittendi ita fiunt: Mæui, decem aureos dare ſpondes? & Sei, eoſdem decem aureos dare ſpondes? ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, ſpondeo.[g]

Natura duorum reorum eſt, ut quilibet teneatur inſolidum, ſed vnius ſolutione, uel receptione tollitur obligatio utriuſque. Aret.

¶Ex huiuſmodi obligationibus[h] & ſtipulationibus,[1] † ſolidum ſingulis debetur, & promittentes ſinguli in ſolidum tenentur. In vtraque[i] tamen[2] † obligatione una res uertitur, & vel alter[k] debitum accipiendo, uel alter[l] ſoluendo, omnium perimit[m] obligationem, & omnes liberat.[n]

Etiam diuerſitas temporis adiecti ſolutioni, non facit ceſſare conſtitutionem duorum reorum. Aretinus.

¶DVO PLVRESVE. ¶CASVS. Dixi. Iuſt. domine ſup. dixiſtis, qualiter fiāt duo rei ſtip. ponatis, ſi placet exempla de duo. reis promittendi. Reſpō. dominus Iuſt. dicens ſic: In duobus reis ꝓmittēdi ſunt duo, q. ſtipulantur ab eodē: ſed ubi ſunt duo rei promittendi: vnus ſtipulatur à pluribus. Vn̄ ſcire dēs, q̄ duo rei ꝓmittēdi ita fiūt, ſi fuero ſtipulatus in hūc modum, Mæui promittis mihi x. aur. & ipſe reſpon. promitto. & poſteà ſine interuallo dixero Seio, Sei promittis mihi eoſdem x. aur. quos ſtipulatus ſum à Mæuio? & reſpon. promitto. iſti ſunt duo rei debendi, vel promittendi. ſunt enim duo debitores debentes eandem rem Franc.
g *Spōdeo*. hoc acto, vt fiāt duo rei, & īſolidū. vt ff. e.l. ſos § fi.
¶EXHVIVSMODI ¶CASVS. Dixi Iuſt. Iā vidi, qualiter fiāt duo rei ſtipulādi, & ꝓmittendi, ꝓ Deo dicatis mihi, qs eſt effectus earū obligationū? Ad hoc reſp. Iuſt. q̄ ex ſtip. huiuſmodi ſolidum ſingulis debet, ſup. reis ſtipulādi: & ſolidum debent ſinguli, ſ. rei ꝓmittendi; q̄a vterque eorū inſolidum obligat: ſicut ſingulis eorū ſtip. ſolidū debet. ſed licet inſolidum teneant, uel ſolidū ſingulis debeat: tn̄ vna res ſola in obligatione vertit. vn̄ ſi fuerint duo rei ſtip. & ita duo creditores, ſi tn̄ vnus eorū recipiat illud, q̄d deductū erat in ſtipulationib ille, qui recipit, permit obligationem ſingulorum: unde ab altero reo ſtipulandi liberat ꝓmiſſor. & ſi fuerint duo rei promittendi, & ita duo debitores eiuſdē rei: ſi alter rem illā ſoluat, perimit obl. illam, & liberatur alter. Franc.
h *Obligationibus*. hoc refert ad reos ꝓmittendi: & q̄d ſequitur, & ſtipulationib. ob reos ſtipulandi. vt ꝓbatur j. ſtatim.
i *In utraq;*. i. vtriuſq; obligatione. nā vna ē. quo ad unū effectū, ut ff. e.l. 3. ī fi. ſed plures ſūt; q̄a plures tenent. vt hic.
K *Alter*. ſ. eorum ſtipulandi.
l *Alter*. ſ. eorum promittendi.
m *Perimit obligationem*. ille, qui accipit.
n *Liberat*. ille, qui ſoluit, ſimilis lectio ſeu implicatio verborum

Reorū debendi, uel credendi cōſtitutio, an per interuallum impediat.
1 † *ſtipulationibus.*
2 † *enim Theo.*
Obligatio eadem poteſt eſſe vna, & plures.

borum est ff. de arb. l. si duo in princ. Vel dic, quod quilibet isto rum refertur ad utrunque supradictum, & possunt fieri in stipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi, vt ff. eo. l. eandem.

¶EX DVOBVS REIS, &c. ¶CASVS. Quæsiui à Iust. an vnus de duobus reis promittendi aliter possit obligari, quam alius? Et videtur, quod non: quia uidetur, quod æquitas omnimodo, siue paritas debeat esse inter duos reos debendi: dicit tamen, quod ex duobus reis promittendi alter purè, & alter sub conditione obligari potest, puta x. fui stipulatus à Titio purè, & eadem x. fui stipulat. à Maxino sub conditione. Isti duo intelligunt esse duo rei debendi; & licet M. sub conditione obligetur, non ideo minus petere potero illa x. à Titio, qui mihi purè est obligatus, quanquam adhuc pendeat conditio. & h. d. Fran.

¶Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, uel sub conditione obligari potest: [a] nec impedimento erit dies, aut conditio, quò minus [b] ab eo, qui purè obligatus est, petatur.

De stipulatione seruorum.

TITVLVS XVIII.

Etiam seruus hæreditarius potest stipulari, & acquiri hæredi futuro. h. d. Ares.

SEruus ex persona domini [c] ius stipulandi habet.

¶Sed & hæreditas in plerisque [d] personæ defuncti [e] uicem sustinet: ideoque* quod seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem stipulatur, acquiret hæreditati, [f] ac per hoc etiam hæredi posteà facto acquiritur.

Seruus, siue filiusfamilias à quocunque stipuletur, & in cuiuscunque persona stipulationem concipiat, acquirit domino, & patri. Aretinus.

¶Siue autem domino, siue sibi, [g] siue conseruo suo, siue impersonaliter [h] seruus stipuletur, domino acquirit.

¶Idem iuris est, & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere [i] possunt.

Si seruus stipulatur sibi ire agere licere, solus ipse, non etiam dominus eius, ire potest. Ares.

¶Sed cum factum [k] in stipulatione continebitur, omni-

Obligatio, an possit imparitatem continere.

a *Potest*. sed nonne est hic imparitas? quod esse non debet, ut ff. eo. l. eandem. §. sed si quis. Respon. secundum M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic, ut ff. eo l. si ex duob. §. si alij, vt P. dicunt, quod hic non est imparitas cum adueniente conditione, vel die ambo æqualiter teneatur, sed adhuc medio tēpore remanet imparitas: quare dic,* quod in quantitate debita, vel re, quæ debetur, non potest esse imparitas, ut ibi. sed in alijs potest, ut hic, & ff. eo l. si ex duob. § si.

* *Ergo pōt stipulari, iacente hæreditate, quia persona defuncti repræsētat. Aegid. Perr.*

* Et huic post omnē disceptionē a stipulatur Ias.

*Hæc quasi mirabilē notat, atque excutit Iass. quē video hic cū magno certe tibi futuro emolumento.

b *Quò minus*. sed adueniente conditione, socium poterit conuenire mandati secundum quosdam, uel uerius nego. gest. vt C. eo. l. j. Patet ergo, constitui posse purè duos reos debendi, & quemlibet insolidum conueniri, vt C. eod. l. j. Hodie contra, etiam si hoc actum est expressim:* nisi altero absente, vel inope existente, ut in Auth. de duob. reis. §. j. col. 2. & auth. hoc ita eo. tit. C. nisi renunciatum fuerit illi constitutioni. vt C. de pac. l. pe. ff. de mi. l. si iudex.

Rei debendi insolidū nō possunt conueniri.

¶DE STIPVLATIONE SERVORVM. ¶Suprà tit. j. & ti. præce. dictum est de stipulatione liberarum personarum. Verum quia interdum serui stipulantur: iō de his tractaturus intitulauit, De stipulatione seruorum.

Continuatio.

Diuisio.

S*eruus*. ¶Totus iste tit. diuiditur in tres partes Primò, quod seruus stipulando acqrit dño in cuiuscū que p̄sona stipulatio cōcipiatur Secūdo excipit à regula, quod factum nō acquiritur. Tertiò, si sint plures dñi, pro dominicis portionib. acquiritur. Secūda ibi, Sed cum factum. Tertia ibi, Seruus communis.

¶CASVS. Quæsiui à Iustinia. utrum serui habeant ius stipulandi: & videbatur, quod non, cum stipulatio sit actus ciuilis, & quantum ad ius ciuile attinet, seruus pro mortuo habetur. & respon dominus Iust. quod quanquam seruus quantum ad personam suam propriam pro mortuo habeatur, ex persona tamen dñi sui potest habere ius stipulationis. Sed dicet aliquis: Dñe, hoc verum est, si seruus habet dominū. sed qñ nō habet dñm; puta, dū hēditas iacet, nunqd valet stipulatio? Et resp. Iust. quod sic: qa hēditas in casu isto vicē dñi sustinet. vnde si seruus hæreditarius ante aditā hēditatē stipuletur, acquirit hēditati, & sic hēdi futuro. Franc.

Dñs est caput serui.

c *Domini* qui dominus caput est serui vt infrà, de noxa. §. omnis. ex sua enim persona nihil potest. vt ff. de reg. iur. l. seruitutem. & l. quod attinet. nisi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput, vt ff. de capi. dim. l. hodie.

d *In plerisque*. hoc propterea dicit; quia hæreditati furtum fieri non potest, nisi in tribus casibus, vt ff. de fur. l. hæreditariæ. & l. sequen. Item propter vsumfruct. qui seruo hæreditario promitti non potest, vt hæreditati quæratur, ut ff eod. l. vsusfructus.

Hæreditati furtum fieri non potest.

ADDITIO. Et est ratio secundum doc. quia sine persona, cui accedit, deberi non potest.

e *Defuncti*. non hæredis; ut hic, & j. de hære. insti. §. seruus. & ff. de acqui. rer. do l. hæreditas Et quę sit rō, quare personam defuncti. & non hæredis sustinet; dic, ut d. §. seruus.

f *Hæreditati*. sic ff. de iniur. l. j. §. quoties autem.

¶SIVE AVTEM. ¶CASVS. Dixit Iustin. Domine, uidi, quod si seruus stipuletur, aliquid dari domino suo, quod illud domino suo acquireretur. sed ponamus, quod non domino suo. sed sibi stipuletur aliquid dari, acquiris ne domino suo? Et resp. Iu. dicēs, quod siue seruus stipuletur domino suo, siue sibi, siue cōseruo suo, siue impersonaliter. i. persona non adiecta; omnibus istis modis quatuor dño acquirit. Idem iuris est & in filio: qui qualitercunque stipuletur, patri suo acquirit ex his causis, per quas pater per filium acquirere potest. Fran.

g *Siue sibi*. nisi in casibus: vt cum factum est in stipulatione, quo casu domino non acquiritur, vt infra proximo §. & cum operas à liberto stipulatur, a vt ff. eodem. l. antepe. & in alijs casibus quos no. ff. eod. l. j. & l. sequen. sed nunquid frater potest stipulari fratri suo in eadem potestate existenti? Dic. quòd sic: quia seruus conseruo suo stipulari potest, ut hic; igitur frater fratri: argumen. C. de diuer. rescrip. l. j. Item quia uox filij, uox patris intelligitur: & vox domini intelligitur, ut j. de iniu. stipul. §. ei verò, qui. & §. post mortem.

a Nec ualet talis stipulatio: quia cum personæ cohæreat, de persona serui in dominū trāsire non possunt. Item quia operas nemo nisi dominus stipulatur. valeret tamen, si eas vel impersonaliter, uel domino stipularetur, ut per Ange. hic.

h *Impersonaliter*. nullius facta mentione, idest, uel proprio nomine, vel appellatiuo, uel facta mentione de nomine appellatiuo, sed non proprio, vt j. de exhære. lib. §. j. Accursius.

ADDITIO. Idem per omnia dici potest in monacho stipulante. Accur.

i *Acquirere*. vt ex causa profectitia, & aduentitia isto iure. quod dic, vt supra per quas person. nob. acquiritur. § primo.

¶SED CVM FACTVM, &c. ¶CASVS. Supra dictum est, quod quocunque modo seruus stipuletur, quod domino acquiritur: sed hoc est uerum, si ipse stipuletur aliquid, quod consistat in dando. Sed pone, quòd seruus aliquod factum stipuletur, puta, ut liceat ei ire, agere, tunc seruus per hanc stipulationem domino nihil acquirit, sed sibi soli. vnde si dominus vellet ire agere, bene posset prohiberi, ne iret, vel ageret Fran. de Are.

k *Cum factum*. sed si stipulatur seruus sibi scribi librum, & sic factum, nonne acquirit domino? Respon. sic. & quod hic dicitur. sed cum factum, &c. id est, à seruo faciendum, & non ab alio, vel etiam à domino.

ADDITIO. Tu dic, secundum Ang. quòd factum si personæ serui inhæreat, à quocunque, siue ipsi seruo, siue sibi ab alio sit præstandum, non acquiritur domino; alias secus. Ioan. Fab.

a *Omnimodo.* sic ff. de usu, & hab. l. plenum. §. si usus.
b *Continetur.* sic ff. de conditio. & demonstra. l. qui hæredi. Accursius.
c *Ire agere.* hæc uerba expone, ut supra de seru. in princ. & ff. de seruit. rust. prædior. l. 1. Et no. quia hic per uerba loquitur: aliud si per nomē, puta, iter. tūc enim domino acquiritur, ut ff. e. l. si communis.
d *Nō etiam dominus.* subaudi, prohiberi non dēt, quasi diceret, non dēt prohiberi. Sed ꝫ ī. per quas perso. nob. acqui. §. non solum, & ī. de his, qui sui, uel alien. iur. §. 1. Sed non est contra, quia & hic acquiritur domino cōmodum: nam ad sui domini utilitatē ibit seruus.

Stipulatio iri, & stipulari iter differunt.

modo a persona stipulantis continetur, b veluti si seruus stipuletur, ut sibi ire c agere liceat: ipse enim tantum prohiberi non debet, nō etiam d dominus eius.

Seruus communis acquirit dominis suis pro portione dominica: nisi iussu vnius, aut vni fuerit stipulatus. Aret.

¶Seruus e communis stipulando, unicuiq; dominorum pro portione † domini* acquirit, nisi iussu unius corū, aut nominatim f alicui eorū stipulatus g est. tunc enim soli ei acquiritur.

Seruus communis stipulando rem, quæ non potest vni ex dominis acquiri, acquirit insolidum alteri. Aretinus.

3 † al. domino.

¶ SERVVS COMmunis, &c.

¶CASVS. Supra dictum est, quando seruus unius stipulatur. sed domine, quid iuris est, si seruus communis stipulatur? Et respon. Iusti. quòd si seruus communis stipuletur aliquid sibi dari impersonaliter, uel dominis sub nomine appellatiuo, acquirit unicuique domino pro portione dominij, & non pro portione virili, nisi vnus ex dominis iusserit eum stipulari. tunc enim iubēti acquiritur. uel si nullus eorum iusserit ei, ipse tamen alterum nominauerit, puta, stipulatus est Petro domino suo, tunc per hanc stipulationem acquiritur nominato. Si autem unus iusserit, & ipse alium nominauerit, quid iuris sit, habes in gl. Fran.

Fallit primo, quādo stipulatur uni ex dominis nominatim: secūdo, si iussu unius præcedit: tertio si res stipulata non posset acqui alteri ex domini. Acg. Petr.

e *Seruus communis stipulando.* impersonaliter, uel sibi, uel dominis suis sub nomine appellatiuo: aliud, si propria nomina expresserit. nam tunc acquirit pro uirili, non pro portione dominij. Sed quid si proprium* nomen & appellatiuum? Rñ. si præponat proprium, pro uirili: si appellatiuum præponat, pro dominica, vt ff. de stip. ser. l. si communis seruus ita stipuletur Lucio Titio. & ff. de statulib. l. ita. §. 1. Accursius.

*Rō, quia nomina appellatiua sequentia stāt demonstratiuè, non dispositiuè. Acg. Petr.

f *Nominatim.* i. proprio nomine, ut supra de ex hæred. lib. §. primo. uel appellatiuo, dummodo intelligatur, de quo domino dicat, ut C. de lib. præt. l. 2. & 3. ff. si cert. pet. l. certum. Accur.

g *Stipulatus est.* hoc disiunctim, idest diuisim exaudi. Sed quid si unus iussit seruo, & ipse alteri stipulatus est nominatim? Distingue, ex cuius re: ut si ex re iubentis, sibi quæratur; alias nominato, ut C. per quas perso. nobis acquir. l. fi. & ff. eo. l. proinde. §. si & l. seq. licet antiqui aliter distinguebant.

¶QVOD SERVVS COMMVNIS.

¶CASVS. Supra dictum est, quid iuris sit quando seruus communis stipulatur sibi dari aliquid; & dictum est, quòd utrique dominorum potest acquiri, sed domine, quid iuris est, si seruus communis stipuletur aliquid, quod alteri dominorum acquiri non potest, ueluti si res, quam seruus stipulatus est, sit alterius dominorum, cum res sua sibi acquiri non possit? Et resp. Iust. quòd tunc necessarium est, quod alteri acquiratur. h. d. Fran.

h *Vnius domini sit.* nam cum sua sit, amplius ei quæri non potest, ut ī. de le. §. sed si rem. & infra de act. §. sic itaque testatur ergo, ut soli alteri quæratur. Aliud si ex re utrius stipuletur, quia tunc omnibus quæritur, sed communi diuidundo reddetur, idest cum aget communi diuidundo pro isto seruo: potest etiam deducere, quòd socius suus lucratus erat ex stipulatione facta ex rebus suis, & redditur illi, ex cuius re quæritur, ut ff. eo. l. si ex re §. 1.

¶Quod seruus communis stipulatur, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur: ueluti, si res, quam dari stipulatus est, unius h domini sit.

De diuisione stipulationum.

TITVLVS XIX.

Prætoria stipulatio est, quæ est inducta ab edicto prætoris, iudicialis a iurisconsultis, vel alijs partibus iuris quàm à prætore: conuentionalis à sola partium conuentione: communis quandoque a prætore, quandoque a iurisconsultis inducta est. Aretinus.

Stipulationum aliæ sunt iudicia-

¶DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.

¶Supra dictum est de stipulationum materia: Verum quia earum multiplex est species, ideo subdit de diuisione stipulationum. Pot.

Continuatio.

Stipulationu. ¶Totus iste tit. diuiditur in duas partes principales. Primò ponit diuisionē stipulationis. Secundò illam per exempla declarat. Secūda ibi, Iudiciales.

Diuisio.

¶CASVS. Tradidit Iustinianus diuisionem stipulationum: modo singula membra diuisionis per exempla declarat. Et primò ponit, q̄ sunt iudiciales; dicens, ꝙ illę sunt iudiciales stipulationes, q̄ a mero iudicis officio proficiscūtur. quod sic intellige, s. quę proficiscuntur ab officio iudicis mercenario: & appellatur iudicis officiū mercenarij, qā aliquid expeditur ꝑ iudicem, propter qđ iudex principaliter nō aditur. Verbi gratia: Aliquis usucepit rem meam, quam a à non domino emit bona fide: ego egi contra eum rei uendicatione, & litem cum eo sum contestatus: lite contestata compleuit usucapionem. non obest ei litis contestatio, quo ad cursum usucapionis complendæ. Sed secus est in præscriptione: quia si tantum, completa vsucapione, probē illam rem meam esse, tenetur illam mihi restituere, & ita licet, quo ad cursum non noceat sibi litis contestatio. tamē quo ad effectum usucapionis ei obest: & debet iudex ipsum facere cauere, quòd non commisit dolum in re illa, seruum forsitan peritum alienando, uel manumittendo, uel aliquo alio modo, ut ff. de rei uendicatione. l. si post acceptam. Et illam cautionem debet iudex facere interponi per officium mercenarium. Et sic accipe, quod litera dicit, mero: quia nunquam prætor uiuus, uel mortuus de hoc se intromisit: sed lege iubente interponitur huiusmodi cautio: ut in cautione de dolo per legem prius allegatam. ff. de rei uendicatione. l. si post. Et subdit exempla duo. Primum est ueluti de dolo cautio. Secundum dicitur esse quædam stipulatio iudicialis. Si enim ago contra aliquem pignoratitia actione, debet iudex ex officio suo facere reo interponere cautionem, quòd in re pignorata non commisit dolum, seruitutes amittendo, uel aliquo modo ius læserit: uel de persequendo seruo. Si enim aliquis metu abstulit a me seruum meum, & illum postea perdiderit, debet iudex facere cauere de persequendo seruo illo, & de restituendo eius pretio. Prætori autem propriè est illa stipulatio, propter quam aditur iudex uiuus ad hoc, quòd illud exequatur, quod mortuus iudex promisit uel præcepit. Cum enim prætor mortuus præceperit, ꝙ ille, cuius domus minatur ruinam, caueat de damno infecto, si adeatur prætor uiuus ad executionem illius præcepti, hoc est, ad hoc, ut faciat ipsum, cuius domus minatur ruinam, cauere de damno infecto: ista cautio, siue stipulatio prætoria nuncupatur. In uer. prætoriæ. Iust. manifestat per exempla, quæ sunt prætoriæ stipulationes, quæ proficiscuntur a mero prætoris officio, i. purè: ita ꝙ nō iudicis officio interponantur, ueluti dāni infecti cautio, & legatorū & de-

& dicunt stipulationes ædilitias sub prætoris, stipulationibus contineri, ita quod si animal tibi vendam, & de uitiis (prout teneor) caueam, dicitur ista cautio, quanquam sit ædilitia. Fran.

¶ *Stipulationum*. simile per omnia. ff. de uerb. oblig. l. stipulationem.

a *Iudiciales*. quando iudex cognoscit de aliqua causa, & pendente causa incidenti, facit interponere cautionem, & dicuntur iudiciales a iudice.

b *Prætoria*. quando non aditur iudex alia de causa, sed principaliter, ut talis cautio interponatur; ueluti damni infecti, & cautio legatorum præstandorum, & talis est differentia inter ea, quæ dicta sunt. Sed cum hic ponatur, prætoria, ut species opposita iudiciali, quare ff. de præto. stip. l. j. in prin. ponitur vt genus? respõ. ibi aliter accipitur iudicialis, s. a iudicio: hic a iudice, ut ff. man. l. Lucius.

les, ᵃ aliæ prætoriæ, ᵇ aliæ conuentionales, ᶜ aliæ communes, ᵈ tam prætoriæ, quàm iudiciales. ¶ Iudiciales ᵉ sunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur: ueluti de dolo ᶠ cautio, uel de persequendo ᵍ seruo, qui in fuga est, restituendo ve ʰ pretio.

¶ Prætoriæ ⁱ sunt, quæ à mero ᵏ prætoris officio proficiscuntur, ueluti damni ˡ infecti, vel legatorum, ᵐ Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur ædilitiæ. * ⁿ nam & hæ à iurisdictione prætoris ¹† ueniunt. ᵒ ¶ Conuentionales sunt, quæ ex conuentione utriusque partis * concipiuntur: hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu prætoris, sed ex conuentione contrahentium, quarum ᵖ totidem genera sunt, quot (penè ᑫ dixerim) rerum contrahendarum. ʳ

¶ Communes ˢ sunt, ueluti, rem saluam fore

ter conuentionales. & ita accipitur. ff. de præto. stipu. l. j. sic est de adoptione. ff. de adopt. l. ij.

m *Vel legatorum*. ut ff. ut leg. uel fideicommi. no. ca. l. j. §. respon.

n *Aedilitia*. s. stipulationes: ut si animal tibi uendo, de vitiis ei caucre debeo: ut ff. de ædil. edi. l. ita que. & l. si uenditor.

o *Veniunt*. cum ædiles erant ex prætorib. ut §. de iu. nat. §. proponebant. Sed quæ erit intelligibilis differentia inter prætorias & iudiciales: cum hoc tit. accipiatur prætoria, & iudicialis? Rñ. quia prætoria a prætore mortuo inducta est, sed iudicialis a iurisconsultis alijs. Item in prætoria inuenies iudicem ob hoc ipsum principaliter adiri, sed in iudiciali per consequentiam: vt patet ex supradictis exẽplis. Itẽ iudiciales vagæ, sunt per totum corpus iuris, sed prætoriæ, licet & ipsæ sint vagæ comprehẽsæ tamen sunt simul in uno titu. ut ff. de præto. stipu. l. j. Itẽ, pores notare quartam differentiam, ut not. ff. de uerbo. oblig. l. 5. §. 2.

* *continebatur etiã tribunicia. Cu ia.*

Stipulationes prætoriæ, & iudiciales multipliciter differunt.

1† *Verbum. prætoris, abest a Theophi. & recte.*

* *idest rerum.*

ADDITIO. Glo. ista non intellexit bene differentiam; sed melius dicit ℑ. eo in uerbo, ueniunt. Chistoph.

c *Conuentionales*. quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum est, & planum.

d *Communes*. veluti, rem pupilli saluam fore: quia principaliter potest adiri iudex, ut interponatur cautio, cum pupillus habet tutorem, qui non satisdedit, rem pupilli saluam fore; & sic prætoria. Potest uero adiri iudex non principaliter, ut cautio illa interponatur, sed ex alia causa; veluti cum pupillus non habet tutorem, potest petere coram iudice: & iudex qui dat tutorem, ex officio suo facit interponi cautionem, rem pupilli saluam fore: & ita dicitur iudicialis. Itẽ quidam dicunt, illam cautionem, rem ratam haberi, esse communem: quia quandoque interponitur a procuratore actoris, quandoque a procuratore rei, ut ff. de proc. l. Pomponius. §. sed & is, qui. Vel alia ratione dicitur communis: ueluti cum procuratorio nomine quis alium conuenit, iudex ex officio suo debet facere, ut cautio, rem ratam haberi interponatur: & tunc est iudicialis. Prætoria est, quando quis promisit mihi, quod promitteret, rem ratam haberi: modo uolo, quod promittat, & sic principaliter ad istam stipulationem uado ad prætorem, ut ipsa interponatur. Residuũ glo. (quæ in aliis impressionibus hic communiter ponitur) in finali gl. huius tituli habetur.

Cautio rẽ pupilli saluã fore, est cõmunis.

Cautio rẽ ratã haberi est communis.

e *Iudiciales*. s. stipulationes.

f *De dolo cautio*. ut si ago pignoratitia: caueas, ne seruitutes, dolo prodideris, uel rei ius in aliquo læseris, ut ff. de pigno. act. l. creditor. Item si rei uen. agam pro re, quam usu cepisti, iam lite contestata, caues de dolo, ne alienaueris, uel manumiseris seruum, ut ff. de rei uen. l. si post. sic. & ff. man. l. si procuratorem. §. pe. & l seq.

g *De persequendo seruo*. ut si metu mihi abstulisti seruum, quem postea perdideris, caueas de eo persequendo uel eius pretio restituendo, ut ff. quod metus cau. l. si cum exceptione. §. quatenus. uers. quod si homo. Item emptor, qui redhibet, & non habet seruum, quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere uenditori de persequendo seruum: ut si habere poterit, illi restituat: ut ff de ædil. edic. l. redhibere. §. fin. sic. & ff. de condic. cau. da. l. si pecuniam. §. penult.

h *Restituendo ve*. pro. uel.

i *Prætoria*. stipulationes.

K *A mero*. i. puro: sic quod non iudicis officio, s. tali quali in superiori casu, ut statim dicam. Accur.

l *Damni infecti*. ut ff. de dam. infec. l. prætor ait. §. de eo. uers. in eum, qui Dicitur & alio respectu prætoria illa, quæ ab initio exigitur: siue sit prætoria inuentione, siue ciuili, siue alio quocunq; mõ inuenta: ex eo, s. quòd prætor eam approbat, ut ff. de uerb sign. l. lege, & hoc sensu comprehendi prætorias, & iudiciales, & communes, & omnes præ-

ADDITIO. Hanc differentiam dominus Ioan. addit dicens, quia prætoriæ sunt, quæ per solum iudicem ordinariũ interponuntur: a & iudiciales, quæ per quemlibet alium iudicem.

a Hæc quoque damnant aliq, ut per Io. Fab. hic: gã de dã. infec. quãcis fit prætoria per quemlibet etiam minimũ magistratũ ex pediri potest, ut l. j. & l. 4. §. j. ff de dam. infec. Nisi forte dicas, ibi speciale periculum morę. Ang.

¶ CONVENTIONALES SVNT QVAE, &c.

¶ CASVS. Quæsiui a Iustin. quæ essent stipulationes conuentionales. Et respon. quòd illæ sunt stipulationes conuentionales, quæ sunt, uel fiunt ex conuentione contrahentium, hoc est, neque iussu prætoris, neque iussu iudicis ordinarij. Sed domine, quot sunt genera conuentionalium stipulationum? Respond. quòd tot ferè sunt, quot dicimus esse genera rerum contrahendarum, & quibusdã ualet contractus: uetbi gratia, uenditio in quibusdam valet in quibusdam nõ ualet stipulatio. ff. de contrahen. emp. & uend l. & liberi. & l. liberi hominis, §. fi. & ℑ. titu. prox. l. respon. Fran. de Are.

p *Quarum* s. conuentionalium.

q *Penè*. ideo dicit, pene, quia in quibusdam valet alius contractus, ut uenditio in libero homine, & similibus, ut ff. de contrahen. empt. l & liberi. & l. liberi hominis de contrahẽ. empt. §. fi. in quibusdam non ualet stipulatio, ut ℑ. tit. j. j. resp. § j.

r *Rerum contrahendarum*. scilicet esse genera, id est, quot possumus dicere esse genera contractuum, tot sunt genera stipulationum, idest, vbicunque potest contrahi, ibi potest stipulatio interuenire, nam stipulatio propriè non est contractus, vt ff. de uerbo. significa. l. Labeo.

¶ COMMVNES SVNT, &c.

¶ CASVS. Quæsiui a Iustin. quæ essent communes stipulationes. Et ipse respon. dicens, quod communes stipulationes sunt, ueluti rem pupilli saluam fore. Stipulatio. n. quæ interponitur, rem pupilli saluam fore, est communis: quia & prætor mortuus præcepit, hanc cautionem interponi, & iudex uiuus hoc exequitur, si aliter res huiusmodi non possit expediri. Similiter stipulatio de rato est communis: quia prætor mortuus præcepit quod caueretur de rato a procuratore actoris, & quandoq; præcipit iudex uiuus, quod ea ueatur de rato. Alio etiam modo dicitur cautio de rato cõmunis: quia interponitur a procuratore actoris proprie: & quandoq; a procuratore rei dicitur, uel quandoq; interponitur in iudicio, & quandoque extra, ut hic habes in glo.

s *Communis*. abnegatiuè lege, i. non prætoriæ tantum, vel iudiciales tantum uel conuentionales tãtum, sed partim ex vno, partim ex altero naturam accipiunt. nam si non cauerit, tutor pupillo, hoc ipsum peti potest; & quo ad hoc habet naturam prætoriæ, si petitur tutor, & per con-

Cautio potiã a tutore, quãdoque principaliter, qñque incidenter.

sequens præstatur satisdatio: In hoc habet tantum iudicialis, ut ỹ. de satisd. tut. §. j. Sed de hoc dic plenius, ut ff de uerb obl. l. v. §. prætoriæ. ubi est hic tit de uerbo ad verbum. Item si petatur hæc satisdatio ab altero tutorum, uel curatorum, ex consequentia petitur, & non præcise: vnde & in hoc habet tantum iudicialis. ut ff. de admi. tut. l. iij. j. resp. & ỹ. de satisd. tut. vel cur. §. j. & §. 2. Vel dic, cõmunes, alio modo, ut ỹ. eo. §. sed secundum hoc omnis prætoria potest esse cõmunis. ADDITIO. Dic, quod hæc gl. secuta fuit errorẽ suum, quod illa appellatur cautio prætoria: propter quã interponendam iudex principaliter aditur: illa vero appellatur iudicialis, propter quã interponẽdam iudex non principaliter, sed in consequentiam aditur. quæ opinio ibi fuit reprobata secundum Christoph.

1 † pupill.

2 † exigitur. alias, habetur.

a *Prætor.* s. mortuus: cuius verba non habemus, sed sententiam, ut ỹ. de satisd. tut. in prin. & §. j.
b *Iudex.* s. uiuus.
c *Non potest.* quia spõte non vult satisdare ex præcepto mortui prætoris: unde inuitus compellitur a iudice uiuo.
d *De rato.* hæc est cõmunis & alia causa, quam superior; nã hæc est conuentionalis quandoque, ut si fiat extra iudiciũ ex conuentione. vt ff. rem ratam habe. l. interdum. Item iudicialis quando interponitur a procuratore actoris, eũ dubium est, an sit procurator, ut C. de procu. l. j. & de satisd. l. j. alias non potest res expediri, cum non admittatur, ut ỹ. de satisd. § pe. Alii dicunt eam communem, s. de rato: quia & a procuratore rei præstatur quandoque, non solum actoris, vt ff. de procu. l. non solum. §. si status. & §. est & alius casus. & §. ult. & l. Pomponius. §. 2. & l. si defunctus. § ult. Accursius.

Cautio de rato est cõmunis.

ADDITIO. Et hæc melior, quod ideo dicuntur communes, quia partim per prætores, vt in procuratore actoris, partim per iurisconsultos, ut in procuratore, rei fuerint inuẽta: vt hic. Cautio autem, quæ ex forma statuti inducitur, si sit factum a toto populo, uel repræsentantib. ipsum, dicetur ciuilis. Si uero ab Episcopo, Duce, uel Marchione, dicetur, prætoria. Ang.

Cautio a statuta inducta an sit ciuilis, an prætoria.

Continuatus.

¶ DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. ¶ Supra in tit. de uer. obl. dixit in genere de stipulationibus interpositis ab uno: uerum quia tam ex parte creditoris, quam ex parte debitoris, aliquando plures personæ interuenimus. & sunt duo rei: ideo subiecit titulum, de duobus reis. Verum quia non tantum stipulatio interponitur a libero, sed etiam a seruo, ideo subiecit titulum de stipulatione seruorum. Verum quia stipulatio non est simplex, sed multiplex: ideo postea annectit titulum, de diuisione stipulationum, ut supra tit. proximo. Verum quia aliquando stipulatio est inutilis, & quia hoc potest contingere multis modis, ideo ponit hic istum titulum, de inutilibus stipulationibus. Ange. Aret.

Omnis res. ¶ Quoniam iste tit. est ualde longus, & habet plurimos §§. & unusquisque habet materiam de per se; ideo non diuidam, quia esset valde longa diuisio.

¶ CASVS. Quæsiuit a Iustin. super quibus rebus posset fieri stipulatio. Respon. dominus Iustinia. qđ sug illis, quæ dominio humano subijci possunt, siue illa res sit mobilis, siue immobilis, dum tamen sit subiicibilis cõmercio humano. Sed si quis stipulatus fuerit, sibi dari, quod non est in rerum natura, licet fuerit: puta, Stichum iam mortuum, aut rem, quæ esse non potest, puta, hypocentaurum: non valet stipulatio hoc dicit. Fran. de Are.

pupillo: [1] † (nam & prætor [a] iubet rem saluam fore pupillo, caueri: & interdum iudex, [b] si aliter hæc res expediri non [c] potest) vel de rato [d] stipulatio. [2] †

De inutilibus stipulationibus.

TITVLVS XX.

Stipulatio rei, quæ non est, nec esse potest in rerum natura, non ualet. secus, si posset in nostro domino haberi. Aretin.

Omnis res, quæ dominio nostro subijcitur, [e] in stipulationem deduci potest, siue illa [3] † mobilis [f] sit, siue soli. At si quis rem, quæ in rerum natura [g] non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus sit, quem viuere credebat, [h] aut hipocentaurum, [i] * qui esse non possit, inutilis [k] erit stipulatio.

Stipulatio rei, quæ in dominio nostro non est, vel quæ est, sed postea desinit, licet possit effici in nostro commercio, non valet: siue pure siue conditionaliter fuit concepta. Aret.

¶ Idẽ iuris est, [l] si rẽ sacrã, [m]

3 † apud D. & alios Deest, illa.

e *Subijcitur.* id est subiici potest. Sunt enim quædam res, quæ non possunt esse in nostro dominio, uel quia nec sunt, nec fuerunt, scilicet in rerum natura, ut ỹ proxi §. uel si sunt, impossibile est de natura, ut in sole, & luna. & similib ut ỹ. eo. §. si impossibilis, uel de facto, ut aureum mõtẽ, ut ff. de sta. lib. l cum hæres. §. j. uel de hominũ dispositione: ut res sacræ, & religiosæ & sanctę, & publicæ, & in usu publico existẽtes, & aliæ similes, ut liber homo ex sui natura, ut ỹ. proxi. & supra de rerum diui. in prin. & § nullius. & ff de uerb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. Accur.
f *Mobilis.* cuius appellatione, & per se mouentia. ut equi. cõtinent, a ut ff. de uerbo. sig. l. mouẽtium. Accursius.
g *In rerum natura.* id est, apud aliquos homines, sic supra de uerbo. oblig. §. conditiones. Accur.
h *Credebat.* maximẽ. subaudi, nam idem si sciret mortuũ, nisi mora debitoris præcessisset mortem, ut ff. de constit. pec. l. promissor, & ff. de uerb. obl. l. inter stipulantem. §. Stichum. quæ est contra.
ADDITIO. Et tunc res ipsa, & in stipulationem, & in petitionem, & in condemnationem deduci debet: in eius tamen æstimationem fieri executio. l. si seruum §. effectus. ubi glo. uerbo possit, & doct. ff. de uer. obl. Ange.
i *Hipocentaurum* animal fortè natum ex equa, & tauro, qđ nunquam fuit uisum unde Horatius, Humano capiti ceruicem pictor equinam. Iungere si uelit, &c.
K *Inutilis.* id est, uitiosa, quia contra ius est.

¶ IDEM IVRIS. ¶ CASVS. Supra dictum est quòd inutilis est stipulatio, si quis stipulatur dari sibi hipocentaurum, qui esse non potest. Similiter inutilis est stipulatio si quis stipulatur dari sibi rem sacram, uel religiosam, quã credebat esse humani iuris, vel publicam, quæ publico usui deputata, ut forum uel theatrum, uel liberum hominem quem seruũ esse credebat, & rem, cuius commercium haberi non potest; uel rem suam sibi dari, & si dicas, vr̃, quod iste stipulationes non debẽt esse, uel dici inutiles, sed magis in pendenti, eo quod illud, quod modo publicum est. põt priuatum fieri, & ex libero homine potest seruus fieri, & sic de aliis, & sic stipulatio potest ualere: nihil dicit: stipulatio enim eum inutilis. nitatur, ex præsenti illico non ualet, uel inutilis est: & h d. Supra dictum est, quod si aliquis stipulatus fuerit sibi dari liberum hominem, nõ ualet stip. licet postea factus fuerit seruus: uel si aliquis fuerit stipulatus dari sibi rem suam, licet postea aliena facta fuerit, non ualet stipulatio & conuerso si fuerit aliquis stipulatus rem alienam sibi dari, si postea facta fuerit sua, non ualet stipulatio Similiter si aliquis stipulatus fuerit sibi dari rem priuatam, & postea fiat sacra, & sic de aliis, non ualet stipul. Quotiescunque enim sine facto promissoris illud, quod stipulatur, deductum est in eum casum, a quo incipere non possit, non ualet stipulatio. Scire enim debes, quod si ego stipulor, mihi dari rem sacram, vel religiosam, uel liberum hominem: non ualet stip. Sed pone, quod sic dicam, promittis mihi Petrũ qui liber est, cum fuerit seruus, uel rem sacram, uel religiosam, eũ facta fuerit priuata; & sic de aliis, qđ iuris erit? certẽ nõ ualet stip. Quæ. n. de natura sui a dñio nostro exẽptæ sunt, nullo mõ in stipulationem deduci põt. & h. d. Fran.
l *Idem iuris est.* scilicet, ut sit inutilis. Accur.
m *Sacram.* licet non ualeat stipulatio, ut hic, ualet tñ uenditio inter ignorantes, ut actio detur, ut ỹ. de contra emp.

* Hipocentaurus, est homo equo mistus, ab hipos, i. equus, & centen, i. pũgere. vt de Diodo. & Virg. in vi. Hugo, in uita Pauli dicit centaurum ab Antonio uisum. Pli. in vij. ait se uidisse Hipocentaurum in melle allatum Claudio principi ex Ægypto. ergo contra hunc tex. qui dicit impossibile esse centaurum reperiri. W cogita. Ægid. Perr.

Dominiũ in quibusdam reb. habere nõ possumus.

a Iura autẽ, & actiones sub simplici bonorum appellatione continentur, & sunt quædam species de per se, quæ secundũ rẽ, cui adiiciũtur, mobilia, uel immobilia esse indicantur; secundũ Ange.

Sacræ rei vẽditio valet inter ignorãtes.

Aliena res uendi põt, sed non obligari.

§. fin.

aut religiosam, [a] quam humani iuris esse credebat; vel publicam rem, quæ vsibus [b] populi perpetuò exposita sit, vt forum, [c] vel theatrũ, [d] vt liberum hominem, quem seruum esse credebat, [e] vel cuius commercium [f] non habuerit, vel rem suam [g] dari quis stipuletur.

¶Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quòd publica res in priuatam [1] † deduci, [2] † & ex libero seruus fieri potest, & commercium adipisci stipulator potest, & res sua stipulatoris esse desinere potest, sed protinus [h] inutilis est. *

¶Item [i] contra, licet initio vtiliter res in stipulatum deducta sit; si [3] † tamen posteà in aliquam eorum causam, [k] de quibus suprà dictum est, sine facto [l] promissoris deuenerit, extinguitur [m] stipulatio.

¶Ac nec statim ab initio talis stipulatio valebit, Luciũ Titium, cum seruus erit, dare spondes? & similia. [n] Quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem [o] deduci nullo modo possunt.

Factum alienum non potest in stipulationem deduci. hoc dicit Aret.

¶Si* quis alium [p] * daturum, facturumve quid promiserit, non obligabitur; [q] veluti si dispondeat, [4] † Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum [r] se, vt Titius daret, spoponderit, obligatur.

Alteri stipulari nemo potest, nisi ei, cuius potestati sit subiectus. hoc dicit Aretinus.

§.fi ff.de contrah.emp.l.& liberi.& l.sed Celsus. Sed quæ est rõ. Resp. q̃a in venditione non est necesse transferri dominium, in stipulatione sic; ut ff.de contrah.emp. & uen.l. si ita.§.fi.& in fi.gl.fi. Et est similis rõ, quare quis potest rẽ alienam vendere, vt ff.de contrah.emp.l.rem alienam.sed non obligare, ut C. quæ res pig.obl. poss. l.qui filios. a quia in pignore debet ius cõstitui creditori; q̃ sibi det hypothecariã actionẽ; in uenditione sola traditio cũ obligatione euictionis sufficit, vt ff.de pign.l.& quæ nõdum. §.quod dicitur.& de act.emp. l.ex empto. Accur.

a Nisi sit bonæ fidei possessor, ut l.ab eo. ff.de pign. & est rõ, quia ille reputatur quasi dominus, ut inf.de act. §.alius.

a *Religiosam.* hæc verba sacram, & religiosam, expone, ut sup. de rerum diuisione. §.nullius & §.religiosum.

1 † *priuatã.* 2 † *Al. potest.*

ADDITIO. Dic hoc uerum, quando res in totũ est sacra, vel religiosa. sinautẽ esset pro parte, an valeat stipulatio, emptio, uel alia dispositio; uide legem hanc, & l.in modicis ff.de contrah.emp. Ang.

* *Concor. cũ hoc tex. c.ad audiẽtiã. iuncta glos. super ver. habere. circa medium. extra, de spõ.*

b *Vsibus.* aliàs si non est in usu publico, potest alienari, ut ff.de contrahen emp.l.sed Celsus. j.respon. & l. pacta.§.fi.sic ff.de via publ.l.viam.

3 † *Al. deest, tamen.*

c *Forum.* s ubi redditur ius, ut ff de iust.& iu.l pen. vel rerum venalium. Sed forus est bursa. Accur. ADDITIO. Item forus dicitur locus exercendarum litiũ, ut c.forus.extra de uerb sign. Item calcatorium. i.locus, ubi vua calcatur, q̃ pede calcantis feriatur. Dñt etiã fori tabulata nauium. ab eo, q̃ incessus ferant. Item spectacula, hoc est, loca erecta ut ex his spectetur. Item forus dr̃ foramẽ illud, per quod remus inmittitur, à forando Vñ uersus. Causatur; venditq; forum, signasq; foramen. Alta fori loca sũt darque carina foros. Host. dicit, q̃ forum in neutro genere ponit pro territorio cuiusq; iudicis; intra quod potest in facinorosos homines animaduertere: vnde tota diœcesis dicitur territorium episcopi. 16.q.7 c.omnes basilicæ.

Forum, & Forus.

d *Theatrum.* expone, ut s̃.de rer.diu §.uniuersitatis. Acc.

e *Credebat.* idem si sciebat, ut j̃.prox.§.& ff.de verb.oblig. l.inter stipulantem.§.sacram.ibi, casum enim, &c.

f *Commercium.* gñale nomen est ad oẽs contractus. Vnde dr̃ aliquis hẽ commerciũ rei, qũ per emptionẽ, vel alio mõ põt eam hẽe: quare Iudæus non hẽt commercium Christiani mancipij, vt C.ne Christianũ man.iu.&c. Vñ si Iudæus Iudæo promittit tale mancipium, nõ valet, vel Christianus Iudæo, ut hic. si aũt Christiano promittat Iudæus, valet, ut ff.de ver obl.l.multũ interest.& de leg.j.l.apud Iulia § fin.

Commercium comprehendit omnes cõtractus.

g *Suam.* nã cũ sua sit, plus sua fieri nõ põt, ut s̃.de le.§.sed si rẽ.& inf.de act.§.sic itaque. nisi rõne possessionis apud aliũ constitutæ, vt ff.de contrah.emp.l.si in emp.§.3.uel nisi sub condõne, dum tñ adueniente cõditione, stipulatoris res esse desierit, ut ff.de ver.obl.l.si rem meã.& l existimo.

Stipulatio rei suæ an valeat.

h *Protinus.* i.statim quia pura stipulatio suspendi non potest, vt ff.de stip.ser.l.vsusfructus, secus in alijs actibus uiuorum, vt ff.com.præ.l.fi.in fi. Accur. ADDITIO. Puta per euentum cõfirmationis, q̃ ex post facto fieri põt: sed tñ ipse actus in veritate nõ pẽdet, sicut nec stipulatio, sed interim vel est nullus, vel sola ipsius qualitas, puta, dñij translatio; uel cui acquirat, pendere dicitur. & hæc uera in actib. puris.

Stipulatio pura non suspendit, sed bene alij actus.

i *Item contra.* i.econtrario. nam sup. dixit, quando ab initio res erat sacra, uel similis, sed posteà desijt: nunc econtra, quando prius non sacra, sed postea fit.

k *Eorum causam.* i.sacra. vel religiosa, uel similis, ut sup. proxi.§ Accur.

l *Sine facto.* quod est, cum erat res aliena; aliàs, si sua, semper suo facto factum uidetur, etiam si alienauerit post tempus stipulationis. idem & si erat aliena, dummodo post moram, ut ff.de ver.obl. l.si seruum. §.j.& 2.

m *Extinguitur.* argu. contra. sup.de le.§.si quis debitori.ver. q̃ si nimo. *

* Tu verò dicas, ideo ibi actum non vitiari, licet in eum casũ productus esset, àquo cæpisse nõ potuit: q̃ ille casus ad eundẽ finem pertinebat, ad quẽ & cũ ipsa, nempe, ut legatum valeret secundum Por.

n *Similia.* puta, rem sacram, cum erit profana, & sic de singulis: scilicet. sacra', uel religiosa, vt s̃.prox.§.

o *In obligationem.* scilicet, istam: hoc est stipulationem.

¶SI QVIS. ¶CASVS. Quidam promisit, q̃ dñs episcopus daret mihi decem: ualet ne ista stipulatio? Dicit, quod non: quia videt factum alienum promisisse: si tamen promitteret, se factuũ, vel præstiturum, uel procuraturum, quod alius aliquid mihi faceret, factum suum promittere uidetur; & ideo stipulatio ualet, & ex ea obligat. & hoc dicit. Et ad instantiam illam, quæ ponitur in gl. contra regulam istã, de eo, q cauit dominum suũ rem ratam habiturũ; respondetur, non uidetur factum alienũ promisisse: sed interesse rei, qui conuenitur, si dominus suus, pro quo agit, ratum nõ habeat. & similiter est in alijs instantijs. Franc.

* *Adde Felyn. in c.ex rescripto. num.37. de iureiur.*

* *Facit ad hunc §. qd̃ dicitur in c.ex rescripto. in gl. fi. in fi. extra de iureiur.*

4 † *al. respõdeat.*

p *Alium.* prorsus extraneum.

q *Non obligatur.* & est ratio: quia nemo alienum factum promittere potest, ut hic, & ff.de verbo.obl.l.stipulatio ista. in prin. nisi pœna promittatur, ut inf.eod.§.versa uice. nisi in casibus in quibus præsumit lex interesse promitti, nisi fiat, vt in cautione, iudicio sisti, ut ff.de verb.oblig l.quoties quis. Item in stipulatione ista, habere licere, ut ff.de uerbo. obliga.l.stipulatio ista.j.respon. Item in stipulatione de rato, ut ff.rem ra.habe.l.in stipulatione. Item in stipulationibus ædilitijs, ut sanum esse seruum venditum, uel non furem, & similia, ut ff.de euic l.si ita quis. Item in stipulatione, rem pupilli saluam fore. nam cum sit prætoria, exigitur fideiussor, ut ff.de præt.stipu.l.prætoriæ. Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiussore: promittis, rem meam saluam fore per tutorem, uel curatorem: nam & his uerbis ab eis stipulatur, ut ff.rem pup.sal.fo.l.j.& l.cum pupillus. Præterea nonne quis semper promittit per se, & suos hæredes ea facta, quæ per alium possunt explicari, ut C.de contrahen.stip.l.fi. licet contra sit, si non potest per alium fieri, ut ff.eo.de verb.oblig.l.centesimis.§.id, quod.& C.de cad.tollen.l.unica.§.ne autem? Respon. Nõ est alius hæres, quàm testator: imo idem præsumitur, ut in Auth. de iureiuran. à mo præ.§.j.col.5.

ADDITIO. Adde secundum Ange. alios casus: puta quando promittit, alium dare, vel facere; ad quod promissor tenebatur. Item quando iurauit, quia facit ualere omni meliori modo quo potest, ut l.cum pater.§. filius. ff.de leg. 2. Angel.

r *Effecturum.* tunc enim suum factum manifeste promittit: idem si dixit, se curaturum ut fiat, ut ff.si cert.pet.l.fin. § fin.

¶SI QVIS ALII. ¶CASVS. Pone, q̃ ego stipuler dari ei centum, cuius iuri non sum subiectus; ualet ne ista stipu. Et respond. Iust quod non, considerata stipulationis

natura. Inuenta enim fuit stipulatio, vt per stipulationem vnusquisque sibimet aliquid acquirat. Sed licet stipulando extraneo, aliquid acquirere non possimus, tamen in personam alterius solutionem possumus conferre. Verbi gratia: Promittis mihi x. aut Seio, & tunc bene ualet huiusmodi stipulatio. Obligatio enim mihi stipulanti acquisita est; solutio tũ põt fieri adiecto, me inuito; & contingit promissoris plena liberatio. Competit tamen stipulatori cõtra adiectum actio mandati: propter id, quod solutũ est. h. d. Extra casũ nota specialem casum, in quo si soluat debitor alij, quàm ei, cui soluere debet, pura, adiecto, s. alternatiuè, liberat. Nota, quòd vox patris est uox filij, & econtra. Fran. de Are.

* Adde Felyn. in c. si cautio, nu. 22. de fide instrum & in c. ex rescripto. nu. 17. de iure iur.

¶ Si quis * alii, quàm ei, cuius iuri [a] subiectus sit, stipuletur, nihil agit. [b]

Potest extraneus solutioni esse adiectus, licet sibi non quæratur obligatio. Aretinus.

¶ Planè solutio, etiam in extraneam [1] † personam conferri potest: ueluti si quis ita stipuletur, Mihi, aut Seio dare spondes? ut obligatio quidem stipulatori acquiratur; [c] solui tamen Seio, [d] etiam inuito [e] eo, rectè possit, ut liberatio ipso iure contingat, [f] sed ille [g] aduersus Seium habeat mãdati [h] actionem.

1 † extranei

Si quis sibi, & alteri copulatiuè stipulatur, dimidia tantum stipulatori debetur. Aretinus.

¶ Quòd si quis sibi, & alij, cuius iuri subiectus non sit, dari decem aureos stipulatus est: [2] † ualet [i] quidem stipulatio: sed vtrùm totum debeatur stipulatori, quod in stipulationẽ [3] † deductum est; an verò pars dimidia, dubitatum est:

2 † al. ualebit.

3 † al. stipulatione.

a *Iuri*. id est, dominio, vt seruus domino, cui acquirit, ut s. per quas perso. nob. acqu. §. item uobis. Item reuerentia paterna, ut filius patri vt sup. per quas perso. nob. acq. §. j. Item obedientia, ut monachus monasterio, cui quærit & se, & alia, ut in Auth. de mona. §. illud. col. j. Idem dicas de seruo fructuario. Idem de vsuario. Idem de seruo bona fide possesso, & libero bona fide possesso, qui ex duabus causis quærunt, vt sup. per quas perso. nobis acqu. §. de his. & §. idem placet.

b *Nihil agit*. & est ratio: quia inuentæ sunt, &c. ut infra eodem. §. alteri & ff. de verborum obligation. l. stipulatio ista. §. alteri. Fallit tamen in casibus. xvj. In primis, ut si stipulantis intersit: quia sit tutor eius, cui stipulatur, rem pupilli saluam fore. Secundò, quia procuratori stipuletur dominus. Tertiò, si stipuletur creditori, vt infra codem. §. sed si quis stipuletur. ver. & si creditori. & ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista §. si stipuler. & §. si quis insulam. Quartò fallit in omnib. prætorijs stipulationib. ut ff. de præt. stipu. l. in omnibus. ut est damni infecti ff. de dam. infec. l. damni §. fi. Item iudicatum solui, & similes, vt ff. de procu. l. in causæ. §. fin. *a* Item fallit in procuratore præsentis, vt ff. de verbo. obl. l. si procuratori. & ff. de procu. l. quòd procurator. *b* Item fallit in actore municipum: ex cuius pacto quæritur municipibus. Item in curatore furiosi, & consimilium personarum, & tutoribus, ut ff. de consti. pec. l. eum, qui. §. si actori. Item fallit in institore: nam sibi actio ex pacto institoris quæritur, ut ff. de insti. l. j. in fin. & l. ij. Item fallit in iudice, uel notario, uel simili persona publica: ex quorum pactis, & stipulationibus alteri quæritur, vt ff. rem pupilli saluam fore. l. 2. & 3. & 4. j. tesponso. & in Authentico de executio. & his, qui contro. §. primo. coll. vij. & in Authen. de hæredibus ab intestato. §. ex his. coll. ix. Item fallit in creditore; ex cuius pacto quæritur actio debitori, ut ff. de pigno. actio. l. si eum nedetet. j. respond. Item fallit, si auus paciscatur dotem reddi nepti, quam iam in potestate non habet, ut ff. soluto matrim. l. Caius Seius. Item fallit in procuratore uendentis, ut ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. si procurator. Item fallit in deponente, si paciscatur alij, rem restitui. Item fallit in cõmodante faciente simile pactum, ut ff. deposi. l. Publia. & C. de ad exhi. l. si res. Item fallit in donante, simile pactum faciente in euentum alicuius conditionis, vt C. de dõ. quæ sub modo. l. quoties. *e* Item fallit, si pater stipuletur filio, uel alij posito sub sua potestate post mortem suam, scilicet, patris. nam & filio quæritur, licet hæres non sit, ut ff. de verb. oblig. l. quocunque. §. si quis ita. Si uerò purè, & non post mortem: ipsi stipulanti quæritur, ut ff. de uerbor. obliga. l. dominus seruo. His enim casibus ex pacto, uel stipulatione alterius alteri quæritur; non aliàs, vt hic, & C. per quas personas nobis acquir. l. j. Cum enim sint speciales. non sunt trahendi ad consequentiam, vt ff. de lega. & senatusconsul l. quod uerò. Sed M. dicebat, hos casus facere regulam, & si quis casus esset contra illud, speciale esset, & quod hic regulariter dicitur, ut infra eod. §. alteri. & j C. per quas personas nobis acquir. l. j. dicebat iure directo non ualere: sed utiliter acquiri posse, & sic secundum eum semper ex pacto alterius quæritur: quod falsum est; eum parum interesset, directo, an utiliter quæreretur, ut ff de nego gest. l. actio. Accur.

Stipulatur alter alteri. xvj. modis.

a Etiam si formet verba in persona domini. & est ratio auctoritas iudicialis, per quã interponũtur. ff. de di. scip. circa prin. Io. Fab.

b Nec refert, in cuius persona verba concipiantur, vt per. Io. Fab.

c Hoc operatur dominiũ rei, quod est i persona illius, cui stipulatur.

Ex quo collige stipulationẽ alteri factã sug re sua

c *Acquiratur*. scilicet, tantum.

d *Seio*. non tamen hæredi eius, ut ff. de uerborum obligat l. cum quis. Item hoc intellige statu huius adiecti non mutato aliàs contra, ut ff. de solu. l. cum qui. Item hoc intellige ante litem contestatam à stipulante, aliàs contra, ut ff de solu. l. si quis stipulatus fuerit decem. §. j. Item licet solui possit adiecto, non tamen agere potest adiectus, ut ff de consti. pecu. l. sed & si filiof. in fi. & l. si vero.

e *Inuito eo*. qui stipulatur.

ualere & tenere secundum Christ.

Solutio an possit fieri adiecto.

f *Contingat*. nisi in casu, vt ff de eo, quòd certo loco. lege 3. §. idem Iulianus. Sed ibi facta fuit solutio alibi, quam fieri debuit, unde uenit interesse, vt infra de act. §. loco. in quo non potuit domino præiudicare accipiendo sortem adiectus, ut ff. de regul is iuris. l. non debet. licet & ipse dominus posset, ut ff de eo, qd cer. lo l. centũ. in fi. & l. fi. in fi.

g *Ille*. scilicet, stipulator.

h *Mandati*. nunquid adiectus mandati semper tenetur? M. dicit. quòd sic, ut hic, & ff. de verbo. obligat. l. Iulianus. § fina. Nam semper tacitum mandatum, etsi non expressum interuenire dicebat, & in absentia, & sine nuntio, uel epistola: quod est contra l. ff de procur. l. j §. j. Quare dicemus, quòd mandati agitur, si intercessit mandatum, ut quia, præsente adiecto, fuit stipulatus, ut hic, & ff de uerbo. oblig. l. Iulianus §. fin. & ff. man. d. l. qui fidem, aliàs agit nego. gest. cum non sit procurator; ut ff de solu. l. uero procurator. §. interdum. & infra de oblig. quæ ex quasi cõtrac. in prin.

Adiectus cui soluitur diuersa actione tenetur.

ADDITIO. Nota bene hanc gl. quæ actione teneatur, & ista sunt uera, nisi adiectus esset animo sibi donandi, ut d. l. Iulianus. §. j. & ibi Bar. ff. de uerb. obli. In dubio autem non uidetur adiectus animo donandi, ut l. si cum aurum, ff. de sol. Ang.

QVOD SI QVIS. CASVS. Supra dictum est, quod si stipuler alteri dari, quàm ei, qui iuri meo subiectus est, non ualet stipulatio Sed pone, quod aliquis stipuletur aliquid dati sibi, & extraneo; ualet ne ista stipulatio? Respond. quòd sic, sed nunquid in totum? Respond. quòd non, sed pro parte dimidia, scilicet, pro parte stipulatoris. Super isto §. quæri potest, quare ita est, quod si ego emero fundum mihi & extraneo proxi. ualet totus contractus, ut ff. de contrahen. empt. & uend. l. fundus. si autem stipulatus fuero x. dari mihi, & extraneo: non ualet stipulatio in totum, sed pro parte? respond. contractus emptio. & uendit. celebratur tam gratia emptoris, quam uenditoris. unde tam emptori, quàm uenditori expedit, quod ualeat contractus; & nisi in totum ualeret uenditio, contractus, qui utriusque gratia celebrari dicitur, in detrimentum alterius partis redundaret; quod esse non debet. Sed si dicas, potest esse, quòd non expediet emptori, quòd emptio in totum ualeat semper. Ad hoc dico, quod sibi imputet. Regulariter enim loquendo, gratia utriusque contractus huiusmodi dicitur fieri. Non sic autem est in stipulatione. Semper enim expedit promissori, quòd stipulatio potius ualeat in partem, quàm in totum. hoc dicit Franc.

i *Valet*. scilicet, pro parte dimidia, ut subijcit: ut ff. de eo, quod certo loco. l. iij. §. si quis. Et collige, quòd non uitiatur utile per inutile. sic ff. sic de uerborum obligat. l. j. §. sed & si mihi. ar. contra ff. de arbi. l. parui. aliàs Pedius, §. j. & dic, ut ibi.

Vtile per inutile nõ uitiatur.

Non

a *Non plus.* ut ff. de verborum obligatio. leg. si mihi. Sed contra, ff. de contrahenda emptio. l. fundi. Sed dic, vt ibi.

¶ EI, QVI. ¶ CASVS. Supra dictum est, quod si stipulor aliquid dari extraneo, non ualet stipulatio. Sed pone, quod stipuler aliquid dari ei, qui iuri meo subiectus est: ut puta filio uel seruo: ualet ne sti pulatio ista? Dicitur ꝙ sic: quia uox patris, uox filij intelligitur. & hoc uerum est, quod ualet stipulatio in rebus illis, quæ patri possunt acquiri per filium: ut in bonis aduectitijs proficitis in bonis autem castrēsibus, uel quasi non ualet. hoc dicit. Franciscus de Aretio.

b *Acquiris.* sic ff. de uerb obl. l. dominus seruo & C. de contra hen. & com. stip. l. 2. & ff de pac. l. & hæc di. §. nos autem.

c *Filij sit.* cum una persona censeatur pater, & filius: ut C. de impub. & alijs subst. l. fin sic & in seruo, & domino est eadem uox: ut infra eodem. §. post mortem.

d *Acquiri possunt.* ut i profectitio peculio, & aduentitio, quo ad usumfructum: ut supra. per quas pers. no. acq. §. primo. Accursius.

sed placuit non plus,[a] quàm dimidiam ei acquiri.[1] †

Si pater stipulatur filio, acquiritur sibi. h. d. Aret.

¶ Ei verò, * qui iuri tuo subiectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris: [b] quia vox tua, tanquam * filij [c] * sit; sicuti & filij vox, tanquam tua intelligitur in iis rebus, quæ tibi acquiri [d] possunt.

Diuersitas in quantitate inter interrogationem, & responsionem vitiat stipulationem, quatenus est discordia, sed diuersitas in qualitate vitiat in totum; & responsio simplex intelligitur, qualis præcessit interrogatio. h. d. Are.

¶ * Præterea * inutilis [e] est stipulatio, si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit non respondeat: [f] veluti si quis decem aureos a te dari sibi [2] † stipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut

1 † acquiratur.

* Adde Fel. in c. 2. de præsumptio.

* Filius est pars viscerū patris. Aristot. in 5. Ethic.

* Quia pater et filius cēsentur una psona. & concor. glo. in c. si per eo. ibi. et pater, et filius. extrà, de te sta. & cap. tua nobis, in gl super ver. lucro. extrà, de deci.

Filius & pr̄ censentur eadem persona.

* Adde Fel in c. cū causam, nu me. 1. de te stib. & in c. licet ex quadā, nu. 1. de testib. & i c. inter dilect os, nu me. 5. de fi de instr.

* Intell. hu ius §. vide per Ia. Cro. in l. 1. §. si stipulanti, nu. 6. de uer bo. obl. & per Io. co ras. ibidem num. 2

2 † al. deesse sibi.

Stipulatio non semp vitiatur ex responsionis diuersitate.

a Subaudi, nec expssè displiceat, quia tūc nō esset locus d. §. cū adijcit. nec huic materiæ. Ioan. Fab.

b Nisi esse actum,

¶ PRAETEREA INVTILIS. ¶ CASVS. Dixi Iustin. Domine, supra dixistis multos casus, in quibus inutilis est stipulatio, sed præter illos sunt ne alij casus, in quibus stipulatio inutilis sit? Et respond. quòd sic. Quotiescunque enim ille, qui promittit, ad ea, quæ interrogatus est, non responder: ueluti si dicat aliquis: promittis mihi decem? & tu respondeas, promitto quinque, uel econuerso: uel dicat aliquis, promittis mihi x. & tu respōdeas, promitto, si nauis uenerit ex Asia, uel si alicui stipulāti in diē, uel sub conditione, tu respondeas, præsenti die, uel purè: dum tamen illud exprimas: uidelicet, præsenti die. uel purè spondeo, non ualet stipulatio. Si enim stipulanti in diē, uel sub conditione, responderes, & non exprimeres, ꝙ præsenti die, uel purè promitteres, ualeret stipulatio, & uideretis in eandem diem, uel pure spopondisse. Non enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti. quæ stipulator expressit: quæ enim in præfationibus dicuntur, in responsionibus repetita creduntur: ut ff de uerb. obl. l. Titia. § idem respondit. Item dicitur, ꝙ si ad ea, quæ interrogata sunt, non respondeat promissor, non ualet stipulatio. Hoc intelligas, nisi diuersitas placeat stipulanti. Quæ autem diuersitas uitiet stipulationem, utrum ea, quæ est in qualitate, uel in quātitate, uel in specie: habes in gl. ord. non tamen sufficienter. h. d. Franc.

e *Inutilis est.* interdum in totum: Interdum pro parte.

f *Non respondeat.* s. congruè. diligenter tamen attende, ꝙ ubicunque est diuersitas, si incontinenti placet diuersitas stipulatori, ualet stipulatio: ut ff. de uerb. obliga l. j. cum adijcit. Si autem non placeat, a aut est in qualitate, aut in quantitate, aut in specie diuersitas. In primo casu nullo modo ualet, ut hic, ibi, aut si ille, &c. & ff. eod. l. j. § cum adijcit. & §. si quis simpliciter. Si uerò in quantitate, in eo, quòd consonat, ualet, detrahat, siue adijciat: b ut ff. de verbor. obliga l. j. §. si stipulanti. quæ est contra. in alio non, ut hic, ibi, veluti, &c. Si autem in specie: aut promittitur vna species pro altera, & tunc non valet: vt ¶. eod. §. si de alia, aut alia adiecta, & ita copulatiuè; & tunc valet in alia, non in adiecta: vt ff. de verb. obli. l. j. §. sed si. Si autem plures res stipuletur, tunc aut copulatiuè fuit facta interrogatio, & valet in eo, ꝙ respōsum est: aut disiunctiuè, vt illā, aut illam rē promittis? quo casu valet, siue ad vtrùque. siue sim pliciter respondeat, & in vtraque. Si verò in vna, non valet etiā in ea. licet in summis non vitiet alternatiua, si respondeatur ad vnam tātum: vt ff. de verb. oblig. l. j. § si quis. & l. inter stipulantem, § si stipulantem. Accursius.

ADDITIO. Et est ratio diuersitatis secūdum Io. Fab. quia in speciebus talis responsio facit diuersitatem in qualitate: quia in qualibet sub conditione interrogasse videtur. Sed in summarū alternatiua minor est in obligatione. l. si ita stipulatus fuero decē, aut quinque. ff. eod. ideo de ea interrogatum, & responsum esse ui detur.

stipulatione non ualere, nisi sub toto vel nisi ua liditas stipulātis no ceret stipulanti: ut l. si decē, ff. loca. & hæc uera, qñ stipulatio, & rñsio est de toto, et par te nume rabili: aliàs si de toto integrali, & parte propria, uel impropria: dic ut p. Io. Fab. & Angel. hic.

* Adde Felyn. in c. si per literas, nu. 9. de re pscrip. ubi ad multum fert, quòd petitio regulat rēspōsionem. & in c. 1. nume. 20. de lit. contest.

si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas; vel contrà, si modò scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione, vel in diem stipulanti, tu respondeas, præsenti die spondeo. Nam * si hoc solum respondeas. promitto, breuiter videris in eandem diem, vel conditionem spopondisse. neque enim necesse est, in respondendo eadem omnia repeti, quæ stipulator expressit.[g]

Inter dominum & seruū, patrem & filium nō contrahitur stipulatio. hoc dicit Aretinus.

¶ Item inutilis est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est: vel si is à te stipuletur.[h]

¶ Sed seruus quidem non solùm domino suo obligari non potest,[i] sed ne quidem vlli alij. Filij verò familiàs alijs obligari possunt.[k]

g *Expresserit.* quæ enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita creduntur, ut ff. de uerbo. oblig. l. Titia. §. idem respondit.

¶ ITEM INVTILIS. ¶ CASVS. Non solum in casibus, qui præcesserunt. est inutilis stipulatio, sed etiam in alijs: quia si fueris stipulatus aliquid ab eo, qui iuri tuo subiectus est, uel si is a te fuerit aliquid stipulatus, inutilis est stipulatio. Sed differentia est inter seruum, qui est in potestate. & filiumfamiliàs, qui similiter est in potestate: quia seruus neq; dño, neq; extraneo promittendo obligaf. Filius autem familias patri suo non obligatur, extraneo sic, prætèrquā in uoto, & in mutuo. Sed uidetur, quòd filiusfamiliàs promittendo in uoto obligatur per l. in Auth. de sanc. epis. §. interdicimus. Sed potest responderi distinguendo inter uotum personæ, & uotum rerum. In uoto rerum. nō obligatur: in uoto autem personæ obligatur, & sic loquitur Auth. Franc.

¶ *Item inutilis.* quantum ad ciuile uinculum, sed natura le contrahitur, ut ff. de condict. indeb. l. si id. quod. & l. fra ter a fratre. §. j. unde fideiussor accedit: ut infrà, de fideiussio in princ. Et hæc uera sunt; nisi in castrensi peculio, uel quasi. nam tunc est loco patrisfamilias. ut ff. ad Macedo. l. 2. & ff. de collat. bono. l. j. § nec castrense. tunc enim & cum patre obligatur, & agitur cum effectu. ut ff. de iud. l. lis nulla.

h *Stipuletur.* C. de pact. conuentis l. pactum dotale. contra. Sol. maximè, ibi positum abundat. sic C. de testa. man. l. fi. § primo.

i *Obligari non potest.* scilicet ciuiliter. Accur.

K *Obligari possunt.* ex omni causa. ut ff. de iudic. leg. tam ex contractibus. & conuenit insolidum, durante patria potestate, authoritate tamen patris interueniente, ad quod pater compellitur officio iudicis, ut C. de bonor. quæ libe. l. cum non solum, §. j. c & postea, nisi in sex casibus, qui sunt. ff. quod cum eo. l. 2. Excipe duos casus, ut in mutua pecunia

Obligatio nālis inter piem & filiū potest consistere.

c Scilicet, captis pignoribus. Et si nullo modo se lit cōsenti te, si filius agat & pr̄ sit pr̄sens, repellit à iudicio: sc c si pater sit absens longa absentia, uel filius conueniatur, Arg.

pecunia, ex qua non tenetur cum effectu propter exceptionem Macedoniani: neque pater: ut C. ne filius pro patre. l. 1. Item in voto, vel Deo, vel reipublicæ facto, vt ff. de polli. l. si quis rem. §. voto. nam licet alias, scilicet ex contractu, vel quasi conueniatur à prælato maiore loci illius; hic tamen non conuenitur, vt C. de episco. & cler. l. nulli. & in Authen. de cler. tit. §. fi. quis col. 9.

¶ Pupillus. s. pubertati proximus: ut sequitur. & est ratio, quia intellectum habet, ut ff. de reg. iur. l. in negotijs. Accur.

c *Obligetur.* scilicet alij.

d *Auctoritate.* sic sup. de auth. tut. in princ. sic ff. de pac. l. contra iuris ciuilis.

¶ M V T V M.

¶ C A S V S. Quæsiui à Iustin. utrum mutus stipulari posset? Et respondit dicens, quod mutus neque stipulari potest, neque promittere. & ratio huius est: quia stipulatio fit, uno interrogante, altero respondente, & sic vtroque loquente. Idem dicit de surdo, propter defectum auditus. Qui. n. stipulatur, exaudire debet promittentem, & qui promittit, uerba interrogantis similiter exaudire debet. & hoc planum est. Quod tamen de illo surdo intelligitur, qui omnino non exaudit; & non de illo, qui tardius exaudit. Qui. n. tardè exaudit, promittentem, & stipulantem poterit exaudire, quanquam non illico, & ita stipulari, & promittere potest. Item quæsiui a Iusti. de furioso, an posset verbalem obligationem contrahere & dicit, quod non. Nullum. n. negotium furiosus rectè gerit: quia non intelligit, quod agit. Franc.

1 † exaudit.

* Adde Cagn. in l. in negotijs nu 4. ff. de reg. iur.

Mutus & surdus omnino, non possunt stipulationem contrahere. hoc dicit Aretinus.

¶ Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palàm est, quod in surdo receptum est: quia & is, qui stipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba stipulantis audire debet. vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed de eo, qui omnino non audit.[1] †

Furiosus neq; stipulari, neque aliter contrahere potest Aretinus.

¶ Furiosus* nullum negotium[a] gerere potest:[b] quia non intelligit, quod agit.

Pupillus maior infante potest alium sibi obligare, etiam sine tutoris auctoritate, sed ipse alij non obligatur, nisi sit proximus pubertati, & tutoris auctoritas interueniat. Filij verò familias in pupillari ætate non obligantur, etiam cū consensu patris. Aretinus.

¶ Pupillus omne negotium rectè gerit, ita vt tamen sicubi[2] † tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti si ipse obligetur.[c] Nā alium sibi obligare etiam sine tutoris[3] † auctoritate[d] potest.

¶ Sed quod diximus de pupillis, vtiq; de ijs verum est, qui iam habent aliquem intellectum. nam infans;[e] & qui infantiæ proximus[f] est, non multum[g] à furioso distant; quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectū. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum, benignior[h] iuris interpretatio facta est, vt idem iuris habeant,[i] quod pubertati proximi.

¶ Sed qui in potestate parentis est impubes,[k] ne[4] † auctore quidem patre[l] obligatur.

e *Infans.* idest, usque ad septem annos: ut C. de iur. delibe. l. si infanti. j. respon.

f *Infantiæ proximus.* i. usque ad decē annos & dimidium: & sic proximus respicit inf. sed cum dico pubertati proximum, à decem annis, & dimidio supra intellige; nam sic in masculis debet fieri dimidiatio, in fœminis in nono, & dimidio: ut supra quib. ex cau. ma. non licet. § fin & supra quib. mod. tu fi. j. respon.

Proximus pubertati.

2 † al. vbi.

3 † al. deest, tutoris

g *Non multum.* nam distat aliquantulum, ut in hæreditate, quā transmittit infans, ut C. de iure deliber. l. si infanti. § j secus in furioso, ut C. de cur. fur. l. fi. §. sinautem. & hoc secundū Azo. Sed certè sic posset dixisse: quia unus paruus, alter magnus, alter continuum tempus, alter habet interualla dilucida Dic ergo, distat in stipulando in hoc, quia infans sine intellectu interdum stipulatur: sed furiosus nūquam, ut ff. rem pup. sal. fore. l. seruum pupilli. Item dicit, non multum, propter proximū infantiæ, qui intellectum habet, & ideo corrigitur statim, quod hic dicitur: ibi. sed in proximis. Accur.

Hæreditas transmittit per infantem, sed nō per furiosum.

Stipulatur quādoq; infans, non aūt furiosus.

Filius impubes etiā cū auctoritate pris non pt obligari.

4 † al. nec.

a *Nullum negotium.* scilicet, obligationum. Idem in prodigo, cui bonis interdictum est. ff. de uerb obli. l. is, cui. quia furioso similis est, ut ff. de cur. fur. l. j. j. respō. & ff. de reg. iuris. l. furiosi. Item in mente capto.* ut sup. de cur. § 1.

ADDITIO. Idem in fatuo. Et intellige de his, qui omnino nihil rationis sapiunt; alias secus, secundum Ang.

*Tu tñ intellige gl. hāc de prodigo, ac mente capto, cui bonis interdictū sit; alioq obligaretur, quamuis manifestè ac apertè prodigus esset, secundum Bal.

b *Potest.* scilicet, ciuiliter.

¶ PVPILLVS. ¶ CASVS. Quæsiui a Iusti. an pupillus posset rectè stipulari? Respon. quod pupillus omne negotium rectè gerit, dum tamen tutoris authoritas intercedat: & hoc quando necessaria est, scilicet cum se alteri uelit obligare. Alterum tamen sine tutoris authoritate bene potest obligare. In uet. sed quod diximus. pone sic casum. Supra dictum est, quod pupillus rectè gerit omne negotium. ergo cum infans sit pupillus, omne negotium rectè gerit: & ita stipulari, uel promittere rectè poterit. sed nō est ita simpliciter. Et ad hoc respondens legislator dicit, quod dictū est de pupillo, intelligendum esse de eo, qui proximus est pubertati, & etiam de illo, qui aliquem habet intellectum. Infantes. n. & illi, qui proximi sunt infantiæ, non multum distant à furiosis: quia nullum habent intellectum Sed deinde statim corrigit iam dictum suum, quo ad unum membrum, dicens, quod pupilli proximi infantiæ non per omnia sunt censendi pubertati proximi, sed tanquam furiosi, sed habent idem iuris, quod cum tutoris authoritate se alijs possunt obligare: & sine tutoris auctoritate sibi alios obligare possunt. Sed potest ne filiusfamilias impubes auctoritate patris sui alteri obligari patris auctoritate præcedente: sicut potest pupillus tutoris auctoritate? Et respondetur, quod non; & huius ratio potest esse: quia si tutor male præstiterit auctoritatem pupillo suo, pupillus habebit illum sibi obligatum: non sic autem filius patrem. Franc. de Are.

h *Benignior.* quàm supra dictum est Acc.

i *Idem iuris habeant.* ut alios sibi obligent: alijs uerò non obligentur sine tutore, ut sup proxi. §.

k *Impubes.* aliud si pubes: nam obligatur, ac si esset sui iuris, ut ff. eo. de uerb. obl. l. fin. §. j. nisi in duob. casib. ut sup. eo. §. item inutilis. diximus.

l *Patre.* sed quæ est ratio de hoc ad pupillum, cum tutore auctore obligetur. Respondent quidam, quod ob hoc ipsum datur tutor. sed patria potestas est ad corrigendum. & est pro eis. C. de bon. quæ liber. l. fi. §. sinautem. Vel dic, quod tutorem habet obligatum, si malè auctoratur: patrē non, ut C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. sub hac tamē. uet. non autem hypothecam. Accur.

ADDITIO. Hoc uerum, quando de pupillo merè obligando tractatur: secus si de mera vtilitate: quia potest etiam sine patre. Si uerò potest esse utilitas, & damnum, puta quando ususfructus, uel aliquid patri quæri potest quo casu de iure nouo pater legitimam administrationem habet, sufficit ipsius auctoritas, non in alijs, ut l. si infanti. C. de iure deliberan. Angel.

¶ SI IMPOSSIBILIS. ¶ CASVS. Supra habuistis multa exempla inutilium stipulationum, adhuc ponitur hic unum, s. cum impossibilis conditio stipulationi adijcitur, & appello impossibilem conditionem, illam, s. cum natura impedimento est, ut puta hominem in statu isto existentem cœlum digito tangere. unde ista stipulatio, promittis mihi decem, si cœlum digito tetigeris? inutilis est: sed si negando conditionem impossibilem, promittas aliquid alicui stipulanti, ut puta, promitto tibi decem, si cœlum digito non tetigeris, pura est stipulatio, & quod stipulatur, incontinenti peti potest. hoc dicit. Nota, quòd impossibilis con-

lis conditio vitiat stipulationem. Franc.

a *Obligationibus.* quibuscunque ut hic, & ff. de act. & obli. l. non solum. a Secus est in vltimis voluntatibus: quia tunc pro non apposita hr, ut sup. de hæc instit. §. impossibilis.

b *Cui natura.* non ita si uerborum perplexio sit, ut ff. de cō di. institu. l. si Titius. Ioan, contra. tunc. n. quandoque non diceretur impossibilis, licet nō posset existere. ut ff. de uerborum obl. l. si Titius. secundum Azo & facit ad hunc §. ff. de regu. iur. l. impossibilium. & ff. e. l. impossibilis. § primo.

c *Purè.* i. sine conditione etiam si dies esset apposita, ut ff. eo. l. in illa stipulatione. §. fina.

d *Statim.* cum spatio tamen, quo solui possit. ut inf eo §. fin. ff. eod. l. eum, qui ealendis. Et de hoc dixi supra de uerbo. obli. §. omnis stipulatio. Accursius.

¶ITEM VERBORVM. ¶CASVS. Supra dixistis domine, multa exēpla de inutilibus stipulationibus: sed pro Deo, quid si inter absentes fiat stipulatio, ualet ne stipulatio? Respon. φ non: sed est inutilis: & hoc. scilicet, φ stipulatio inter absentes concepta, inutilis sit: hoc ideo est quia uiā siue materiam altercandi contentiosis hominibus præstabat. Cū enim aliquis ab aliquo sibi promissum per stipulationem peteret, & instrumentum, in quo fuit promissum, pro se produceret in medium: in huiusmodi casibus solebant promissores sæpissimè contra stipulatores talibus uti allegationibus: Frater, quanquam in instrumento contineatur me tibi hoc, uel illud ꝓmisisse, ista tamen stipulatio nullius est momenti: cum ego non essem præsens tali die in loco, in quo conficiebatur instrumentum, uel etiam cum tu non esses præsens: & stipulatio inter absentes concepta sit inutilis. Et ideo propter celeritatem dirimendarum litium introducta fuit à domino Iustin. quædam constitutio, quam habes. C. de contrahen. & commit. stipu. l. optimam. quam scripsit ad Cæsarienses aduocatos: in qua cautum est, quòd huiusmodi scripturis, quæ partes præsto fuisse indicant, omnimodo fides adhibeatur: nisi ille, qui talibus vtitur allegationibus, s. dicendo, aliquam partium absentem fuisse, manifestissimis probationibus, ueluti per scripturam aliam, uel per testes idoneos, quibus nulla possit opponi exceptio probauerit se, uel aduersarium suum, in alio loco fuisse, quam vbi instrumentum confectum erat. h. d. Fran.

e *Item verborum.* sicut per conditionem impossibilem, ita per absentiam fit inutilis stipulatio.

f *Absentes.* Ita intellige absentem, ut audire non possit Vn de si est in turri, * uel à remotis, & clamet, ualet stipulatio, si se audiant: b argum. ff. ad Syll. l. j. §. eo * alias accipitur multis modis, ut ff. de uerb. sign. l. absentem & notatur in authen. de fideiuss. §. 1. Sed contra est. ff. de don. inter uir. & vxo. l. ea, quæ. Sed ibi Intercesserat stipulatio ante absentiā: cuius uerba etiam inter absentes nunc repetuntur. Item contra. ff. de pact. l. Labeo. in princ. Sed aliud in pacto quo liber alio. quod sine huiusmodi solennitate fieri potest, sed stipulatio non, ut ff. de pact. l. 1. in fi & infra de act. §. de cōstituta. Item contra ff. de sponsa. l. 4. & l. 5. Sed potest dici, ibi speciale, ut ualeant inter absentes. Vel dic, quod & per stipulationem fieri possunt sponsalia, & tunc inter præsentes, ut hic. Itam consensu, s. solo possunt fieri sponsalia, & tunc etiam inter absentes, ut d. l. 4. Accur.

ADDITIO. Et hæc vlt. communiter tenetur in l. 1. in princip. ff. eodem.

a Et dum gl. ibi soluit contrarium de l. si militē. C. de condi. ob cau. est contraria huic glo. ista tñ est uerior. Nec ob. cōtra. q. a cōcordat, cū hic, & ibi conditio, & cā impossibilis annullet effectum: non. n. ad conficiendum agit, sed solum ad reuocā da manda tā, sm Io. Fab.

* Quia impossibilium nulla est obligatio, vt hic, & in c. audientiā. iuncta glos. super ver. habere. post prin. extra de spon. & ma. Et fa. c. vlti. cum glos. super ver. impossibilis. extra de con. di. appo.

1 † petere.

* Adde Fely. in c. cū Ioā. nu. 35. & seq. de fide instrum.

b Sub & intelligāt.

* Et dicit Bar. illū di ci vicinū, cuius uox audiri potest, si ex ostio clamauerit. Arg. Perc. Sponsalia inter absētes & præsentes fieri possunt.

Conditio impossibilis vitiat stipulationem: conditio verò necessaria facit eam haberi pro pura. hoc dicit Aretinus.

¶Si impossibilis conditio obligationibus a adijciatur, nihil valet * stipulatio. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura b impedimento est, quo minus existat: veluti si quis ita dixerit, Si digito cœlum attigero, dare spondes? At si ita stipuletur. Si digito cœlum non attigero, dare spondes? purè c facta obligatio intelligitur: ideoque statim d peti 1 † potest.

Stipulatio non potest contrahi inter absentes. Et si in instrumento continetur, partes fuisse præsentes, vel stipulationi interfuisse: statur scripturæ, nisi contrarium probetur. Aretinus.

¶Item verborum e obligatio inter absentes f concepta, inutilis est.

¶Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, g fortè post tempus h tales i allegationes opponentibus, & non k præsentes fuisse, 2 † vel se, vel aduersarios suos contendentibus: ideo nostra constitutio, l propter celeritatem 3 † dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses aduocatos scripsimus: m per quam disposuimus, tales scripturas, n quæ præsto o esse partes indicant 4 † omnino 5 † p esse credendas: nisi is, qui talibus vtitur improbis q allegationibus, manifestissimis r probationibus, vel per scripturam, s vel per testes idoneos * t approbauerit, 6 † ipso toto die, u

g *Præstabat.* antiquitus.

h *Post tempus.* post, ideo dicit, quia quando cōueniuntur post tempus contractus, talia opponuntur. Accursius.

i *Tales.* quales subijcit statim, & non, &c. Accur.

k *Et non.* ecce allegationes.

l *Constitutio.* vt C. de contrahenda & commit. stipulatio. l. optimam.

m *Scripsimus.* loquitur Iustin author illius constitutionis.

n *Scripturas.* sed qd, si unus proferat instrumentum, in quo continentur, contrahentes fuisse præsentes Romæ tali die: alter φ Bon. Dicūt quidam, φ neutri creditur. Alij, φ bonus iudex debet animaduertere, cui poti⁹ credēdum sit, ut si stipulator ipso tempore tenebit scholas Bono. stabitur illi instrumēto, quo continetur ipsum fuisse Bononiæ.

o *Præsto.* idest, præsentes.

p *Omnino.* Nota standum scripturæ, nisi contra probetur. sic C. de probation. l. cum precibus. & infra eo. § si scriptum. & inf. tit. primo. §. fina. & hoc quando formam habet publicam; alias si priuatam, si pro scribente, non ualet, si contra scribentem, ualet, si est cum causa, ut in authen. de iureiuran. à mo. §. j. & C. de non numer pecu. l. generaliter. Accur.

ADDITIO. Scilicet sola. sed cum adminiculis sic. puta si à tribus testibus sit annotata: pro tertio tamen si persona scribens sit legalis scriptura priuata facit semiplenam probationem, ut Io. Fab & Ang hic.

q *Improbis.* s. prima facie. quæ forte probæ apparebunt tandem. sic. C. de episcop & cler. l. omnes qui. circa princip. secundum Ioan.

r *Manifestissimis.* quia contra scripturam.

s *Scripturam.* s. aliam, quod est melius.

t *Idoneos.* omni exceptione maiores, * i quòd nulla exceptio poterit eis opponi: ut C. de contrahen. & commit. stip. l. optimam. Accur.

u *Toto die.* no. quòd dies debet inseri in instrumento: & alia sunt necessaria, ut dixi in Authen. ut præponatur nomen Imperatoris. & facit C. de diuer re. l. si qua. Sed quomodo hoc probabitur, cum dies instrumenti non debeat exhiberi, ut ff. de eden. l. prima. §. editiones. Respon. Trib. mod. petitur instrumentum edi. Primò, ut fundet Intentionem ex instrumento rei actor: uel reus ex instrumento actoris fundet exceptionem: cum neutro casu aduersarius utetur: quod non debe esse: & tunc nulla pars instrumenti debet exhiberi, ut C. de eden l. fin. in fi. & C de testi. l. nimis. Secundo, s. quando aduersarius utitur. nam tunc editur, ut uideatur an aliquid possit ei opponi, & tunc exhibetur, sed sine die, & consule, ne materia detur falsum fabricandi, ut ff. de eden. l. j §. editiones. & ff. quemadmodum testa. aper. l. j §. primo. Tertio, ut de falso accusetur: & tunc etiam cum die, & consule est exhibendum, ut hic, & C. de contrah. & com. stip. l. optimā & C. de fide inst. l. fi.

Alijs

2 † al. esse.

3 † al. claritatem.

4 † al. intraducant.

5 † omnimodo.

* Adde Fely. in c. cū Io. num. 35. & seq. de fide instrum.

6 † in.

Scripturæ an semper standū sit

* Adde Fely. in c. si nu. 9. in princip. ut lit. non cō test.

c Siue criminaliter, siue ciuiliter, & contra quācūque partē instrumēti falsitas opponaī, si alio bono modo ꝓbari nō possit. a ls illa pars tā tum edif, quā ēt opponit, dēc tñ an exhibitionē accusator se subscribere ad pœnam talionis. ut per Ioā. Fa & Ang hic.

* Adde Fely. in c. Io. nu. 44. de fi. inst.

Digitized by Google

Alijs autem modis petuntur instrumenta edi, uel tradi per varia genera actionum, ut ff. de eden. l. quædam personæ. sed dictis tribus modis petuntur edi, idest demonstrari. Item quomodo hoc est. ꝙ hic probat reus contra iuris ordinem, ut C. de eden. l. qui accusare? Respon. hoc propter præsumptionē; quæ est contra eum propter scripturam, ut ff. de pactis. l. iuris gentium §. qđ ferè. Item nunquid duo testes hoc probantes, s. alterum contrahentium absuisse, sufficiũt? Respon. sic, ut ff. de test. l. ubi. Sed nonne instrumentum uicem duorum tenet, ut C. de fide instrumē. l. in exercendis. quare uidetur, quòd in dubio pro instrumento stetur. Sed certè non directè contra dicit̃ instrumēto, sed per obliquum, s. se fuisse in scriptura quadam facta Romæ, uel ut testis, uel ut contrahēs. Si uerò cōtra eam directè dicitur, plures quàm duo exigũtur, vt vincant scripturā, ut ff. de testi. l. 3. ibi, alias numerus, &c. Vel dicas, etiam hic exigi tres. Sed nunqd si aliqui testes dicãt, pro instrumento, uel in eo scripti, uel non tot, uel plures erunt necessarij contra instrumentum? Respō. sic. quia instrumentũ per se uicem duorum tenet: ut dictum est.

* Adde Fely. in c. 1. nu. 6. de fide instr.

1† fuisse.

2† al. at.

3† videretur.

4† dari.

quo [a] conficiebatur instrumentum, sese, * vel aduersariũ suũ in aliis locis esse. [b] 1†

Stipulatio concepta post mortem stipulatoris, uel promissoris, vel pridie, quàm alter moreretur, olim non valebat, hodie valet. Are.

d *Solenniter.* ideſt, etiam interrogationem factam fuiſſe: quam neceſſe eſt præcedere, ut ſuprà de verb.obl.in prin.& C.de contrahen.& commit.ſtip.l.j.

e *Acta.* ſed contra ff.de publ.in rem actio. l.quæcunque. §.fina. Solu ibi ſunt extrinſecæ ſolennitates de tutore, & iudice, qui habent adeſſe cum pupillus uendit. At hic actus promiſſionis nullus eſt ſine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, fideiubeo, uel promitto, intelligitur interrogatio facta eſſe, quaſi pars promiſſionis. & ſic non eſt extrinſeca ſolennitas, cum ſit pars ſtipulationis.

a Nota ſecundū Ange. hic q falſitas inſtrumenti, item ſolennitas uel error ſcribentis poſſunt probari p teſtes. Item in ſimulatiōe, dūmodo contractus fuerit ſine ſcriptis celebratus licet in ſcriptis redactus fuerit alias ſi in ſcriptis ſit celebratus non reprobatur, niſi per contrariam ſcripturā. De qua materia uide s. ti.1.§.item verborum. Ang.

¶DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS.

¶Iſta rubrica continuatur ad præcedentia. Quia ſupra niſū eſt de obligationibus, quæ contrahuntur re, & uerbis: nunc ponit de his, quæ contrahuntur literis. Are.

Diuiſio.

O*Lim ſcriptura.* ¶Totus iſte tit. diuiditur in duas partes. Primò ponit qualiter olim ſcriptura obligabat, & eius correctionem, & nouum ſtatutū. Secundò ponit intra quantum tempus olim, & hodie poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Secunda ibi, multum.

¶CASVS. Quæſiui à domino Iuſtin. quid eſſet obligatio literarum. Et reſpondi, quòd oblig. literarum eſt illa, quæ neque conſtat re, neque verbo, neque conſenſu, ſed literis ſiue ſcriptura. Iſta obligatio literarum fiebat olim cū quadam ſolennitate, quam hodie nō habemus. Obligatio tamen iſta inefficax eſt, quandiu ei poteſt opponi exceptio nō numeratæ pecuniæ, ſcilicet, olim uſque ad quinquennium, hodie intra bienniū. Ex iſta autem obligatione naſcitur actio, quæ vocatur condictio ex lege, ſcilicet tunc, quando non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, cum non ſit uerborum obligatio. ſi enim eſſet verborum obligatio, non haberet locum titu. iſte, ſed ad præcedentes titu. eſſet recurrendū. Ad intellectū tamen tam tex. quam gloſſarum iſtius §. ſciendū eſt, quòd ſi aliquis cōfiteatur in iudicio ſe debere aliquid alicui, tunc ualet iſta confeſſio, etiam ſi ſine cauſa confiteatur, cum authoritas iudicis, ſiue iudicij uicem cauſæ ſuppleat, ut ff de inter.actio.l.j.& §.ſi autem extra iudicium facta ſit confeſſio: aut eſt facta ſine cauſa, & tunc non ualet: aut cum cauſa, & tunc diſtingue: quia aut apponitur cauſa mutui, & tunc in odium fœneratorū poterit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ intra biēnium: & compelletur fœnerator probare pecuniam ſe numeraſſe: aut apponitur cauſa dotis, & tunc intra menſem, vel annum poterit opponi exceptio non numeratæ dotis. ſi autem ex alia cauſa confiteatur ſe debere, ueluti cauſa emptionis: ſimiliter incontinenti præſumitur cauſa uera, & ſic confitenti præiudicat. Item quæritur, cum quis confitetur in ſcriptura ſe debere: quare non ſtatur ſcripturæ præcisè: ſed poteſt opponi contra eam exceptio non numeratæ pecuniæ? Dicas, quòd multum refert. utrum in ſcriptura iſta contineatur ſic: Noueritis M. in noſtra præſentia conſtitutum confeſſum fuiſſe ſe debere tali ex cauſa mutui 100. Hæc enim ſcriptura non dicit, pecuniam ſibi numeratam fuiſſe, ſed confeſſum fuiſſe ſe debere tali: quod forſan ſpe futuræ numerationis fecit: quæ forſan ſi non fuit ſubſecuta, & propterea contra talem ſcripturam bene poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: nec ſequitur de neceſſitate tali ſtetur ſcripturæ, ut poteſt ſubtiliter indaganti liquere. Si autem ita contineatur in ſcriptura: Noueritis, quòd talis in præſentia noſtra conſtitutus numerauit, vel numerari fecit tali 100. hic fit mentio præcisè in ſcriptura de numeratione facta: ideo ſcripturæ ſtare oportet: quia non poteſt huiuſmodi literis exceptio non numeratæ pecuniæ opponi. Item ſcire debes, quod propter tres gradus exiſtentes in ſcriptura, ſcilicet ſcripturæ, ſtipulationis, & iuramenti: dicunt quidam quòd tres ſunt excep. reſpondentes iſtis tribus gradibus. Aut enim confiteatur quis, ſe debere aliquid in ſola ſcriptura, ſcilicet ſine ſtipulatione, & iuramento: contra iſtam ſcripturam habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ. aut in ſcriptura, in qua continetur ſtipulatio: & contra iſtam opponitur exceptio in factum. aut in ſcriptura, in qua continetur iuramentum, & contra iſtam opponitur exceptio doli. Alij dicunt, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ non eſt exceptio ſpecialis, ſed generalis, cum qua concurrit exceptio doli ſpecialis: ſed quia exceptio doli non habet locum contra patrem, uel patronum, ideo adinuenta fuit exceptio in factum, quæ poterit opponi contra ſcripturas in tali caſu. Multi autem dicunt, quòd ſi debitor ante biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ opponat, & arctet creditorem ad probandum pecuniam fuiſſe numeratam: poſt biennium etiam poterit ipſam opponere, ſed non cum tanto effectu. quia tunc neceſſe

habebit

De literarum obligationibus. *

TITVLVS XXII.

Scribens ſe debere ex mutuo, quod non recepit, ſperans recipere, obligatur literis cum effectu, olim poſt quinquennium, hodie poſt biennium.

OLim * ſcriptu-

* *Sic etiam præſumitur, pro ſententia iudicis, quòd ſit ſolēniter lata. vide tamen de hoc in c.quoniā cōtra, in gl. fina.ext. de prob. & in c. ſicut nobis. in gl.ſuper ver.ex primatur poſt memo. ex.de re iu.*

* *Sic C.de non nu pec.*

* *Hic tit.habet locū in dub.tantū caſib. ſcilicet, in mutuo, & in dote.*

habebit probare pecuniam non fuisse numeratam.h d. Fran.de Are.

a *Scriptura*.idest solennitate quadam scripta,quę per quę dam nomina specialia fiebat, ut subijcit.

b *Planè*.licet dicta uerba in vsu esse desierint, planè,&c.

ra [a] fiebat obligatio, * quæ nominibus fieri dicebatur: quæ nomina hodie sunt in vsu. ¶ Planè [b] si quis [c] debere [d] se scripserit, [e] quod sibi numeratum [f] non est, de pecunia minimè numerata, post multum [g] temporis exceptionem [h] opponere non potest. hoc enim sæpissimè constitutum [i] est. [r] † Sic fit, vt & hodie, [k] dum [l] queri non potest, scriptura [m] obligetur: [n] & ex ea nascitur condictio, [o] cessante scilicet verborum obligatione. [p] ¶ Mul-

a *Adde Fely. in c. si cautio. nu. 4.5. de fide instr. ubi latiss. de except. non nume. pecun. & per conse quens de hac liter. obligat. & num. 65.*

c *Si quis*. scilicet homo priuatus. Idem est, & si fiat per aliũ, dummodo per publicam personam, aliud per priuatam: vt C. de proba. l.instrumenta.ar. tamen contra. ff.de pigno.l. fideiussor.§.j. Sed ibi in scribentis præiudicium creditur.

ADDITIO. No. regulariter, scripturam priuatam non facere fidem. Fallit quando hæc scriptura aliquid continet contra scribentem:quia non est verisimile, aliquem scribere contra se,quod ueritati non innitatur: argum.in l.exemplo.cum ibi no. C.de proba Fallit secundo, si talis scriptura priuata habet subscriptionem trium testium fide dignorum.authen.si quis vult caute deponere. C.qui po.in pig. hab. Christo.

d *Debere*.scilicet ex causa mutui. & sine stipulatione.Hæc enim uerba non sunt apta ad stipulationem: ut supra de verborum oblig.§.primo. Si autem sine causa,non præiudicat:ut ff de proba.l.cum de indebito.in fine. Quid si stipulatio interuenit? Respon quòd tunc habet locum effectus huius tit.nam exceptionem in factum potest opponere, ut C.eod.de non numerata pecunia.l.cum ultra.& hoc si spe futuræ numerationis:alias, si tanquam iam esset debitum cum non esset,scienter confitetur, uidetur donare. alias, idest si non vult donare: sed quia credit se ei debere, non ualet stipulatio,quia obijcitur exceptio: ut ff.de reg. iur.l.cuius.& ff.de except.do.l.2. §.2. Et not.cautè hic, ꝙ per uerba præsentis temporis fit hæc obligatio, ut per hæc scribo.me debere: uel confiteor,me debere: vt hic dicitur, & sic est contra opinionem nostram, qua dicimus obligationem literarum debere fieri per uerba futuri temporis tantum, ut C. de postu.l.si sub specie.ut scribo, me daturum tibi 10. ex causa mutui:ad instar stipulationis, quæ per uerba futuri temporis tantum fit, ut ff. de uerborum obligat.l.stipulationum j.§.stipulatio. Sed certè nec hic dico,quòd per hæc uerba nascatur nunc. & ut nunc: sed quasi etiam prius nata sit,si confiteor per uerba præsentis, uel præteriti temporis, & facit C.de episc.aud.l.si præsens. & C. eo.de non numerata pecunia, l.in contractibus. in prin.Vel apertius, non faciunt hæc verba ut obligetur.sed ut obligatus præsumat, licet habeam exceptionem. Vel uerius, licet apponam verba præsentis, uel præteriti temporis, tamen semper intelliguntur futura. Quid enim prodest dicere, confiteor me accepisse 10. uel debere 10. ex causa mutui:& hoc scribam, nisi intelligatur: & ideo reddam? Item quid si dicam, recepi ab illo 10.ex causa mutui:& hoc scribam? Respon.quidam non teneri, propter supradictam rationem: quia per uerba futuri temporis debet fieri. Sed certè satis puto, quòd præsumat obligatus: sicut & cum scribo, me debere: ut hic. nec enim verbis, immo rebus legem imponimus: ut C. communia de leg.l.2.Vel dic, quod ibi intelligitur futurum, ut prædixi.

Stipulatio tm̃ fit per uerba futuri tp̃is.

Obligatio tm̃ fit per uerba futuri temporis.

a Et hoc in his,quæ numero, pondere, &c. constant. At in his,quæ nõ numero, ac pondere constant, habet locum exceptio nõ habita rei, in qua excipiens debet probare,secundum Port.

e *Scripserit*.idest scriptura confessus fuerit.

f *Numeratum non est*.alias enim si numeratum esset, non literis, sed re obligatus esset:ut sup. quib.mod.re contrahi. obl.l.1. respon.

g *Multum*. hoc exponitur infrà proxi.

h *Exceptionem*,scilicet non numeratæ pecuniæ,quæ potest proponi siue petat actor,siue non:*ut ar.C.eod.de non numerata pecunia,l.si quasi. & in scriptis secundum quosdã: ut in Authen.de temp. non so.pe super dote. §.primo collat septima.Vel forte illud speciale in dote.Primum tamen secundum Ioan uerius est Accur.

ADDITIO. Et hoc uerum,ubi non prouocatus opposuit Et est ratio:quia tunc obtinet uicem actoris: alias secus. Ang.

i *Constitutum est*. a multis Imperatoribus,qui fecerunt leges tales.C.eo.per totum,vsque ad l.generaliter. nam postea Iustiniani sunt.

K *Hodie*. Hic loquitur,quasi supradicta loquantur ante tẽpora Iustiniani,& nunc subijcit, quod hodie sit idem. Vel dicit hodie, idest postquam cucurrit hoc tempus: scilicet quinquenium olim, hodie biennium: vt infra proxi. & secundum hoc non debet esse, & in textu. Accur.

r † *al. & sic fit.*

l *Dum queri non potest*. idest dum querimoniam proponere non potest de exceptione non numeratæ pecuniæ, quia ex quo cucurrit tempus, obligabitur per scripturam ad dandam pecuniam non numeratam.

m *Scriptura*. idest per scripturam. Sed certè uidetur neminem scriptura,uel literis obligari:sed intellectu, qui ex literis percipitur,& uerbis.ff.de act.& obli.l non figura. quod quidam concedunt. Sed certè utrunque facit ad obligationem,& ipsa figura literarum,& consensus, quem exprimunt,& quod dicta l.dicitur non figura,scilicet sola.Item nunquid & per contrariam scripturam obligatio ciuilis nata poterit tolli,ut si creditor sic scribat, Confiteor me non numerasse,uel te confessum non fuisse, uel illum soluisse? Respon.sic ut ff.de re iu.l nihil tam naturale est. Accur.

Literarũ obligatio tollit põt per contrariam scripturam.

n *Obligetur*. scilicet ciuiliter,& naturaliter post biennium, quasi biennium pariat naturalem.nam ante erat ciuilis tantum,non naturalis,cum nihil numeratum fuerat. Item si ciuilis non esset,frustra diceretur habere locum exceptio. Dicimus ergo, quòd sola ciuilis fit ante biennium, sed post biennium naturalis adijcitur Vel quod est uerius,non adijcitur,sed prima ciuilis incipit habere uim naturalis, & ciuilis.nam & stipulatio est de iure ciuili, habet tamen effectum naturalis obligationis, & ciuilis, nam ciuilis per se non ualet ad exigendum, ut diximus suprà de oblig.§.1. Item sic est in re iudicata.Adhuc tamen dicunt quidam,ut Ioan. & Hug. ꝙ si uult post biennium exceptionem opponere, & probare sibi non numeratam pecuniam,ꝙ admittitur.sed ante biennium probat creditor, ut C.eod.de non nu.pec.l.si ex cautione.quod certe est æquum. & ita biennium hoc solum operatur, ꝙ probationis conuertatur onus, & etiam pro his facit,quod alias dicitur, ꝙ non fiant illicitæ exactiones. ut ff.de offi. præsi.l.illicitas. Sed certe aliter de iure uidetur scilicet ut nullo modo admittatur etiam probans. nam sacramentum non potest deferre, quod est species probationis: ut C.eod.l.in contractibus.§.illo. & C. de iure deli.l.si.§.licentia.Sed certè satis credo primum uerum,& æquum.Nec obstat, quod de iuramento dixi,quia ex parte illius l.in contractibus non habet iuramentũ uim probationis,si non uult aduersarius, ut C.de reb.cred.& iureiu.l generaliter §.finautem.

Exceptio non nu. pec.etiam post biennium põt opponi.

Iuramentũ est species probationis.

ADDITIO.Ex hac gl collige,ꝙ ille, qui opponit exceptionem non num.pec.ante biennium, non tenetur probare fundamentum suæ exceptionis, hoc est pecuniam nõ fuisse numeratam.immo agens non tenetur probare illam fuisse numeratam. Christo.

o *Condictio* scilicet ex illa.l.C.de non num.pec.l.in contractibus.

p *Verborum obligatione*. idest stipulatione, quæ uerbis fit. nam tunc titulus iste cessat, & habet locum suprà de uerb. obl. quando accepit uel habet locum exceptio in factum: ut C.eodem tit. de non num.pecun.l. cum ultra. quando non accepit.

¶MVLTVM AVTEM. ¶CASVS. Quia suprà dixit Iusti. ꝙ exceptio non num. pecu.post multum tempus opponi non poterat: ideo hic exponit, quid est multum tempus dicens, quod hoc tempus erat olim usque ad quinquennium, sed ne creditores sui pecuniis defraudarentur propter longum tempus, intra quod olim potuit opponi exceptio non num. pecu ideo illud tempus per constitutionem Imperatoris usque ab biennium est coarctatum, ita quod intra biennium possit illa exceptio opponi cum effectu; post biennium uerò non cum effectu, sed cum oneret creditorem ad probandum pecuniam fuisse numeratam.

meratam, poterit etiam post bien nium probare hoc, ut supra dictum est.h.d.usque ad fi. tit. Fran.

a *Multum*. quia post multum tempus exceptionem propo nere non potest: ut suprà modo dixi. quid sit multum, exponit hic. Et no. multum * pro quinquennio poni, sed diu pro decennio ponitur. vt ff. qui & a qui. l. si eum fideicommissaria. §. Aristo.

b *Constitutionibus*. quas non habemus.

c *Sed ne creditores*. non solum isti, sed ueri.

d *Suis pecunijs*. subaudi etiam. Nam occasione huiusmodi si daremus longũ tempus etiam ueri debitores interdum talia apponerent, & ita occasione liciti committeretur illicitum, quod esse non debet, imo et licitum coarctatur, ut uidetur illicitum, ut hic, & in auth. de eccle. re. immo. alic. in prin. col. 5.

e *Per constitutionem*. vt C. de non nume. pecu. l. in contractibus.

f *Vltra biennij metas*. sic C. de omni agro deser. l. q. agros. lib. 11.

g *Minimè extendatur*. & hoc in causa mutui. si verò ex alia causa confiteatur in scriptis, veluti emptionis, vel simili: incontinenti præiudicat sibi: nec potest contra probari, nisi per aliam scripturam, ut C. de non num pec. l. generaliter. Item hoc in debitore confitente: sed in creditore cõfitente sibi solutum, 30. dies statuuntur: nisi in casib. ubi incontinenti præiudicatur, ut C. de nõ num. pec. l. in contractibus. §. supra certis, & §. sed quoniam.

* pondera verba illa defraudari cum Forc. dial. 75.

* Concor. cũ hoc tex. glo. 1. ante me ibi, & hoc est uerum. in ca. ult. ext. de solut.

tum[a] autem tempus in hac exceptione, antea quidẽ ex principalibus constitutionibus,[b] vsque ad quinquennium procedebat: sed ne[c] creditores diutius possint suis[d] pecunijs forsitan defraudari, *per constitutionem[e] nostram, tempus coarctatum est, ut ultra biennii metas[f] huiusmodi exceptio minimè[g] extendatur. *

De obligationibus ex consensu.

TITVLVS XXIII.

In quatuor contractib. hic enumeratis, solo consensu contrahitur obligatio hincinde, etiã inter absentes, mediante nuntio, vel epistola. Arc.

Consensu[h] fiunt obligationes in emptionib.[i] venditionib. locationib.[k] conductionibus, societatibus,[l] mandatis.[m] ¶ Ideo autẽ istis modis obligatio dicitur consensu contrahi, quia neque scriptura,[n] neque præsentia omnimodo opus est: at nec dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio, sed sufficit eos qui negotia gerunt,[1] † consentire: vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per[o] epistolam, vel per nuntium. ¶ Item[p] in his contractibus[q] alter alteri obligatur in id, quod alterũ alteri ex bono, & æquo præstare oportet:[r] cum alioqui ĩ verborum obligationibus alius[s] stipuletur, * alius promittat.

Continuatio. ¶ DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV. ¶ Supra dictum est de obligationibus, quæ uerbis, & literis contrahuntur: uerum quia sunt aliæ, quæ consensu contrahuntur: ideo de his subdit Christo. Pot.

Diuisio. Consensu. ¶ Totus iste ti. diuiditur in tres partes. Primò ponit, quot casibus quis obligetur ex consensu solo. Secundò, quare in his magis consensu solo, quam in aliis obligatio cõtrahitur. Tertio, ponit effectum huius obligationis ponendo differentiam inter hunc contractum, & stipulationem, Secunda ibi, Io. curem. Tertia ibi, Item in his.

¶ CASVS. Quæsiui a Iusti. Domine, in quibus exemplis est hoc, quod obligatio solo consensu contrahitur? Et respon. quod in emptione, uenditione, locatione, conductione, societate, & mandato, Sed quæsiui iterum: domine quare dicitur his modis contrahi obligatio consensu? Quia ad hoc, quod istis quatuor modis contrahatur obligatio, non est necesse, quod partes sint præsentes, neque quod interueniat scriptura, ne etiam aliquid dari, sed sufficit, quod contrahentes consentiant, unde isti contractus etiam inter absentes contrahi possunt, uel per epistolam, aut per nuntiũ. h. d. Fran. de Are.

h *Consensu*. sic ff. de actio. & obli. l. consensu quæ est. l. Accursius.

i *Locationibus*. ut ff. de contr. emp. l. j §. fi. & Jtit. j. in prin.

k *Locationibus*. ut sup. tit. 2. in prin. Accur.

l *Societatibus*. vt supra pro socio: in princ. Sed contra. ff. pro soc. l. 4. j respon. Sed certè ibi non negatur, quin consensu contrahatur societas: vnde non est contra.

m *Mandatis*. sed nonne in stipulatione consensus debet interuenire, ut supra de verbo. oblig. §. 1. uersi: sed hæc. & ff. de pac. l. j. §. pen. Respon. ibi expressis uerbis debet esse consensus: vt ff. de verb. obli. l. j. respon. hic autem etiam sine uerbis, & inter absentes. ut infrà prox. ibi, inter præsentes tantum: & sup. de inu. stip. § item uerborum.

n *Neque scriptura*. hic cautè nota differentiam, quã facit inter hunc tit. & superiores. Nam quod dicit, neque scriptura: in hoc discrepat ab obligatione literarum: ut supra tit. j. Item in eo, quod dicit, neque præsentia, dicit propter verborum obligationem, quæ inter præsentes fit: vt supra de inut. stip. § atem inutilis. Item in eo, quod dicit, non esse necesse, quid dari; ideo dicit, ut discrepet ab illa, quæ fit re: ut supra quib. mo. re contrahitur obliga. per totum.

a Dic certè, quod idem vt pusse dici in oib. pactis, q b. contrahit obligatio ex consensu: ut ff. de sol. in his. §. imperator. & quã regulariter non re quirit scriptura, nisi tũ in quatuor casibus hic d. scriptis: vt l. pactum, quod bona fide. C. de pact. & sic videtur quod iste tex. fit defectius: dic secundum Io. Fab. quod hic contrahunt obligatiões efficaces. ibi non. vnde hic dicit obligationib. efficacib. loqui intendit. Angel.

ADDITIO.

Tu potes dicere secũdum Ioan. Fab. quod immo etiam iste tex. dicit ad differentiam contractus innominati: qui rei interuentu contrahitur, vt l. explacito. C. de re. permu. Ang.

o *Per epistolam*. ut ff. de rei uen l. quædam mulier. ad fi. tit. Accursius.

1 † *tal. negotia tractauerunt*.

* *Ratio differentia est, quia in stipul. partes sunt præsentes, & imputatur eis si quid omiserint, quia in rem eorũ fit: hæc autem obligatio fit etiam inter absentes, ideo l. prouidet ipsis, ut ex bono, & æquo eis succurrat. Arg. Tex.*

¶ ITEM IN HIS CONTRACTIBVS. ¶ CASVS. Ad intellectum istius §. scire debes, quod stipulatio dicitur stricti iuris? ad quæritur, quando contractus dicitur stricti iuris? ad hoc dico generaliter, quod quotiescunque in contractu nihil uenit, nisi quod inter partes expressè conuenit: tunc ille contractus nihil uenit, nisi quod inter partes expresse conuenit: tunc ille contractus dicitur stricti iuris: unde rescripta demandata iudicibus dicuntur tota die esse stricti iuris: eo quod in eis nihil uenit, nisi ea, de quibus in eis cautum est, & arbitrium dicitur etiam stricti iuris; eo quod in arbitrio nihil uenit, præter verba expressa in conuentione, siue in compromissione. Hoc prænotato, pone ea. in isto §. sic. dixi Iusti. domine, uidi suprà differentiam generalem inter hunc titulum, & species superiores contrahendi, scilicet, inter obligationem, quæ fit re, & obligationem uerborum, & obligationes literarum. Sed domine, pro Deo detis aliam differentiam inter obligationem, quæ fit ex consensu, & obligationem verborum. Et respondet di. Frater ecce etiam aliam differentiam. In obligatione enim, quæ fit ex consensu, obligatione, hinc, & inde alter alteri in his etiam, quæ non sunt dicta in conuentione, si ex bono, & æquo ea præstari oporteat. In stipulatione autem uerborum nihil uenit ultra id, quod inter partes conuenit. hoc dicit vsque ad finem tit. Fran. de Aret.

p *Item in his*. fuit superior differentia ad tria genera obligationum: hic autem fit differentia ad stipulationem, uel verborum obligationem. Acc.

q *Contractibus*. qui fiunt consensu.

r *Oportet*. quasi dicat hinc inde contrahitur obligatio, etiam in his, quæ non sunt dicta, nam ueniunt usuræ post moram, ut ff. de actio. emptio. l. Iulianus. §. ex uendito. idem est & in omnibus bonæ fidei iudicijs, licet non ex contractu, sed quasi nascantur, ut infra de act. §. in bonæ fidei. Accur.

s *Alius stipuletur*. q. d. necesse est, quòd omnia deducantur in stipulationem. nam alias nihil uenit in talem obligationem, ut ff. de neg. gest. l. si pupilli. in fi. & l. quia tantundem. Acc.

¶ DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

Continuatio. ¶Supra dictum est de obligationibus, quæ consensu contrahuntur. Verum quia illæ consistunt, aut in emptionib. & uenditionib. aut locationibus, & conductionibus, uel societatibus, uel mandatis, ut s. tit. j. in prin. ideo de his tractaturus incipit de empt. & uend. Chri. Por.

De emptione, & venditione.*

TITVLVS XXIIII.

Emptio contrahitur eo ipso, quod de pretio conuentum est, licet nondum numeratum sit: vel aliqua arrha data, si sine scriptura fiat, aliter ante scripturam celebratam, erit emptio perfecta, & non prius. Are.

Diuisio. *Ti. de contrah. emp. & uend. ff. correspondet huic, & de peri. & com. rei uend.*

Emptio. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quinque partes. Primò, quando emptio, & venditio contrahatur, & quando ab ea possit recedi. Secundò, quod pretium debet interuenire. Tertiò, quando emptio est perfecta, ad quem spectat periculum rei venditæ. Quartò, an sub conditione possit emptio celebrari. Quintò, quib. casibus emptio esse non possit. Secunda ibi, Pretium autem. Tertia ibi, Cum autem. Quarta ibi, Emptio tam sub conditione. Quinta ibi, Loca sacra.

* *pretio. Adde Cagno. l. ima ginaria. de reg. iu. vbi latè de pretio, in uenditione interueniente discurrit.*

¶ CASVS. Quæsiui a Iusti. qualiter contrahitur emp. & uend. Et respon. dicens, quod emp. & uendi. contrahitur solo consensu, quam citò fuerit de pretio conuentum, licet non fuerit arrha data, neque pretium, neque aliquid loco pretij. & hæc obtinent ex natura emptionis, & uend. quæ fiunt sine scriptura. In huiusmodi. n. emptionibus, & uenditionibus nihil a nobis innouatum est. Fran.

EMptio, & uenditio contrahitur, a simulatque b de pretio * conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum c sit; ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ d nomine datur, argumentum est emptionis, e & venditionis contractæ. Sed hæc 1 † quidem de emptionibus, & uenditionibus, quæ sine scriptura f consistunt, obtinere oportet: nam nihil a nobis in huiusmodi emptionibus, & venditionib. g innouatum est.

¶In his autem, 2 † quæ scriptura conficiuntur, h non aliter perfectam esse uenditionem, & emptionem constituimus, i nisi & instra k emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium: uel ab alio quidem scripta, 3 † a contrahentibus l autem subscri-

Emptio trib. mod. perficitur.

a *Contrahitur.* hic not. trib. modis perfici emptionem. Vno mo. s. ex quo non possunt discedere contrahentes: vt C. de act. & obl. l. sicut ab initio, secundum quem modum et conditionalis emptio est perfecta. Secundo mo. quando est pura. & tunc incipit periculum rei ad emptorem pertinere, ut ff. de peri. & com. rei. uen. l. necessariò. in prin. & ita contrahi hic, siue perficitur. Tertio quando res traditur, dicitur plus perfici ad huc siue impleri. ut ff. de act. emp. l. si quis rem alienam.

ADDITIO. Et istam inducit Io. Fab. ad decisionem quæstionis, an, & quando ex consuetudine dño, uel proximo pro rei uen. ius aliquod quæsitum esse censeatur. Ang.

b *Simul atque.* i. statim postquam: ut s. de re. diui. §. feræ. Ac.

c *Numeratum.* nec aliquid datum loco pretij, ut s. ti. j. in prin.

d *Arrha.* vt ff. eo. de contra h. emp. l. quod sæpe. in prin.

e *Emptionis, & uenditionis contracta.* non autem est de substantia contractus.

f *Sine scriptura.* idest sine solennitate scripturæ,

g *Venditionibus.* scilicet quæ fiunt sine scriptura.

¶IN IIS AVTEM. ¶ CASVS. Domine s. dictum est, quod si fiat emp. & uend. sine scriptis, solo consensu perficitur, sed quid erit de emp. & uend. quæ scriptura conficiuntur? Et rñ. dicens, quod aliter non ualeat talis emptio, & uend. nec est perfecta: nisi instra ab omni uituperio munda, manu alterius contrahentium fuerint scripta, uel si ab aliis sint scripta, oportet, quod illa a contrahentib. sint subscripta, & si fiant per tabellionem, oportet, quod illa scripta sint a partib. subscripta, & approbata, ut accipiant complementum. Donec. n. aliquid deest hmôi scripturæ, pœnitentiæ locus est tam emptori, quam uend. sine aliqua pœna. & hoc uerum est, si non fuerit arrha data: siue in scriptis, siue sine scriptis celebrata fuerit emptio. quia tunc emptor a contractu recedere pôt: perdit tamen arrhas, quas dedit. Si aût uenditor, qui arrhas recepit, a contractu recedere uelit, potedit: sed restituet arrhas duplicatas ipsi emptori et si super arrhis nihil inter contrahentes actum fuerit. h. d. Quæri pôt hic, si tabbellio scripturam suam sup contractu emp. & uend. fecerit, & eam per annum, uel biennium tenuerit, utrum sit contrahentib. locus pœnitentiæ? & pôt responderi, quod non: nisi contractus in scriptis celebretur: sine scriptura sic. Sed ulterius quæri pôt, quis contractus in scriptis celebrari pôt? Et respon. quod super hoc diuersæ sunt opi. M. enim dicit, quod contractus tunc dr in scriptis celebrari, quando ita conuenit inter partes, quod non valeat contractus, nisi inde fiat scriptura: sed hoc non inuenitur Lcautum. Dñs autem Guido dicit, quod contractus dr fieri in scriptis, quando in principio dictum est, quod super contractu illo debeat fieri scriptura. ut C. de fi. inst. l. contractus sine scriptis. aut appellat contractus, super quib. conuenit, ut fieret scriptura: uel si fiat scriptura, tamen non fit ut per scripturam contractus melius ualeat, sed solummodo ad memoriam. Scire aût debes, ad dilucidiorem huius materiæ intellectum, quod in Italia talis est consuetudo, quod primò fit imbreuiatura, quando super aliquo contractu a tabellione publico debet confici scriptura: & sit munda: quod nihil aliud est, nisi noua scriptura principalis, quæ debet esse non cancellata, non uitiata, nec in aliqua sui parte abolita, sed ab omni uituperatione mundata & postea uocatur partes, & legitur istud mundum coram partibus, & si consentiant partes, tunc dr scriptura a partib. absoluta. Cum aût a tabellione fiunt subscriptiones, tunc est super scriptura completa, & illa consuetudo, dixit dominus Iacob. Bul. ab isto §. est deriuata, illa autem ab isto §. hoc enim subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis, &c. sic intellige vtrumque. §. quantum ad pœnam arrharum: ideo est siue in scriptis, siue in non scriptis fuerit uenditio celebrata: sed non intellige, quo ad pœnitentiam unde referas hoc, quod dicit, solummodo ad pœnam arrharum, & concordabit scriptura. nam tunc quando contractus in scriptis celebratus est, & completus: si velit emptor, uel uenditor a contractu recedere, sustinebit pœnam arrharum, sed non solum. Si aût non fuerit contractus scriptura completus, uolens recedere a contractu, solam pœnam arrharum sustinebit No. quod solo consensu emp. & uen. perficitur. Item no. quod arrha non est de substantia contractus. Item no. puniri in arrhis illum contrahentem, quem pœnitet. Fran. de Are.

1 † *al. hoc.*

2 † *al. deest autem.*

3 † *al. a contrahente.*

Mundum

Venditio fit in scriptis & sine scriptis.

h *Scriptura conficiuntur.* patet hic, quòd alia est emptio, siue uenditio in scriptis, alia sine scriptis. In scriptis dicitur, quando hoc agunt contrahentes, ut non aliter ualeat contractus, nisi fiat scriptura, secundum quosdam. quod non videmus in usu. Alij dicunt, ut P. quòd sufficit, quod contrahentes. uel aliquis eorum dicat in principio contractus, quod inde scriptura fiat: licet non dicat, quod aliter non ualeat. nisi fiat, & hoc approbat, a vt C. de fi. instr. l. contractus. ibi, illos tamen, quos in scripturis fieri conuenit, &c. Si autem simpliciter fiat contractus, sed postea ad probationem fiat scriptura, ualet, quod actum est, & etiam ualuisset sine ea: vt ff. de pig. l. contrahitur. Et eodem modo dico, esset intelligendum ubicunque dicitur lege contractum aliquem in scriptis fieri, vel distractum: ut C. de testi. l. testium. & in auth. de testi. §. & licet. col. 7. Sed cum fiat in scriptis huiusmodi uenditio, & sine scriptura non ualeret, quare non dicitur obligatio literarum? Respon. quia aliud habet nomen scilicet emptio, & uerum est hoc nomen, at in mutuo non est uerum mutuatum esse: tunc enim te esset obligatio contracta, ut suprà de lit obli. §. planè.

a Et hæc uera, secit dum Ang. quando contractus ad sui ualidatem uel saltem probationem requirant, siue de iure communi, siue municipali, aut consuetudinario, ut no. in ca. 1. de censi. in 6. & in simi. in l. instrumentis. C. de fi. instr. alias sec secundum Ang.

i *Constituimus.* præteriti temporis est, & dic, ut C. de fide instru. l. contractus.

k *Instrumenta.* quæ uulgo rogationes dicuntur, secundum Ioan.

l *A contrahentibus.* emptore, & uenditore: & talis subscriptio fit; & alias, ubi contractus aliùs fit in scriptis ut in auth. de fide instr. alias de instrumento cautela, & fide. §. si quis igitur. & §. sed & si quis aut mutui. & §. seq. col 6.

pta: & si p tabellioné fiunt[a] nisi & completiones[b] acceperint,[c] & fuerint partibus absoluta.[d] Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ socius est, & potest emptor, vel venditor sine pœna[e] recedere ab emptione, & venditione. Ita tamen impune eis recedere concedimus, nisi iam arrharum nomine aliquid fuerit datum. Hoc enim subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis venditio celebrata est, is, qui recusat adimplere contractum, si quidé est emptor, perdit,[1] † quod dedit: si verò venditor, duplum restituere compellitur,[f] licet nihil super arrhis expressum sit.[g] [2] †

Emptio non pooest esse sine certo pretio. sed si pretium in alterius arbitrium conferatur, tunc videtur emptio facta sub conditione, vt si ille fuerit pretium arbitratus, valeat emptio: alias secus. & idem in locatione. Aret.

¶ Pretium * autem constitui oportet: nam nulla emptio sine pretio esse potest.[h] Sed & certum[i] esse pretium[k] debet: alioqui si inter aliquos ita conuenerit, ut quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta, inter veteres satis abundeque hoc[l] dubitabatur,[3] † constaret ne venditio, an non. Sed nostra decisio[m] ita hoc constituit, vt quoties sic cópo sita sit venditio, quanti ille[4] † æstimauerit,[n] sub hac conditione staret contractus: vt si quidem ille, qui nominatus est,[o] pretium[5] † definierit,[p] tunc[6] † omnino secundum eius æstimationé, & pretium persoluatur,[q] et res tradatur,[r] & ven

a *Fiunt*. scilicet, hæc instrumenta. & subaudi, non aliter ualeant, nisi & comple &c.
b *Completiones*. idest, mundum completunt.
c *Acceperint*. scilicet ab eodem tabellione & a partibus: vt subijcit.
d *Absoluta*, ut quia lecta fuerint partib. & lauaduerint. Vel dic absoluta, idest, subscripta.
e *Sine pœna*. sed quo modo sine pœna: cũ statim in arrhis eum puniat? Respon. sine pœna interesse, & iurisiurandi in litem. Nam hæc pęna esset quantum ad soluentem, licet non quantum ad accipientem: ut ff. si quis insdi. nõ obt. l. j. §. si nõ autem ab arrhis aliter liberatur, ut subijcit, ita tamen. &c. Item iste talis non facit contra legem. C. de actio. & obli. l. sicut. cum hæc lex sibi permittat. Et not. q̃ huius legis p missio est cum aliqua pœna arg. contra in auth. constitutio, quæ de dig §. illud. coll. 6. Sed * si non est subscriptum, & tamẽ res est tradita, an ualeat translatio? Quidam dicunt, q̃ non: ut C. de suffr. l. unica. Alij cõtra: ut C. si quis alteri, uel sibi. l. multũ interest. in fi & in gl. fi. & ff. de dolo. l. & eleganter. in prin. Distingue aut per errorem, aut scienter.
f *Compellitur*. sed qua actione? Respon condictione ex l. ista; & ex lege illa. C. de fide instr. l. contractus. uel etiam per officium iudicis: ut arg. C. de rescind. uend. l. 2. Item per actionem ex empto, si tamen fiebat uenditio sine scriptis. Nam si fieret in scriptis, nec esset nondum completum, non ageretur actione ex empto: cum non esset adhuc uenditio, ut hic dicitur, sed per condictionem ex lege, uel officio iudicis, ut dictum est. Sed nunquid ultra hanc duplicationem arrharum tenetur uenditor ad interesse, si non tradat: ut ff. de actionibus emp. l. prima. & l. ex empto. §. & ex empto. uer. idem Neratius? M. & Azo dicunt, quòd non; quia sibi præiudicauit accipiendo arrhas, sicut & alias sibi præiudicat quis sibi eligendo: ut ff. de tribut. act. l. quod in hærede. § eligere. Item quia hoc uidentur agere contrahentes inter se, ut amissione, & duplicatione arrharum debeãt esse contenti: ergo pro expresso est habendum: ut ff. si certum petatur. l. cum quid. Item facit. ff. de legatis secundo. l. cum filius. § uarijs. B & Ioan. contra. Dicunt enim adhuc posse agi ad hoc ut tradatur, uel ad interesse; ita ut arrhę in interesse computentur. a & facit pro eis. ff. de milit. test. l. 3. & ff. de inoff. testam. l. mater. & C. de pac. dot. l. fi. facit melius. ff. de actio. emp. & uendi. l. prædia. in fine. Sed * quid si dederit pro arrhis, & pro pagamento? Respon. pactum seruandum, idest, non potest discedere: ut ff de pact. l. in traditionibus. Et not. operari isto casu unum, ut arrhæ debeãt publicari, uenditore pęnitente. Item ut emptio remaneat firma, & agatur ad interesse. Item, emptore pænitente, eadem duo operatur. Accur.
ADDITIO. Et tunc totum, sed quod pro arrhis dumtaxat datum est, duplicatur. Et nota, quòd ubi uenditor se nomine emptoris possidere constituit, non potest agere ex empto, ut tradat: sed aut rei uendicatione uel Publiciana simul, aut uti possidetis: ut dicit gl. in auth sacramenta puberum. C. si aduersus uenditio. Ang.
g *Nihil expressum sit*. idest, nihil dictum fuit a partibus, quid super arrhis fiat, altero pœnitente.

¶ PRETIVM. ¶ CASVS. Supra dictum est, quòd emptio, & uend. contrahitur inter contrahentes; si inter cõtrahentes fuerit de pretio cõuentum. Sed debes scire, quòd oportet; q̃ pretium sit constitutum: & etiam q̃ certum pretium cõstituatur. Sed pone, cum uellem equum amici mei emere, dixit mihi, q̃ haberem equum illũ pro tanto, pro quanto Titius communis amicus noster ęstimaret. quid erit in isto casũ? Et dicit Imperator, q̃ alibi ordinatũ est, quod si communis amicus noster definierit pretium, ualeat contractus. Si autem ille, qui nominatur, noluerit, uel non potuerit pretium definire, non ualet contractus. Idem etiam intelligitur in loca. & conduc. hoc dicit Franc.
h *Esse potest*. vt ff. eo. l. ij. & C. eod. l. ult.
i *Sed & certum*. Nota duo, & quod pretium debet esse, & q̃ certum.
K *Pretium*. repetit de pretio, q̃ debet interuenire: ut addat duo, scilicet, q̃ sit certum: item in pecunia numerata. Accur.
l *Hoc*. idest, de hoc.
m *Decisio*. ut C. de contrahen. emp. l. fi.
n *Æstimauerit*. no. q̃ cautè ponit de tertia persona. Nam secus si in contrahentis arbitrium: ut dicemus inf. eo. §. emptio.
o *Nominatus est*. q. d. n. si in innominatũ contulimus, ut uendo, pro quanto æstimabitur? Respon. non valet, instar locationis sic factæ, ut ff. locati. l. si merces. in princ. nisi in uno casu. qui est de pigno. l. si fundus. §. fi. Accur.
ADDITIO. Sol. ex præcedentibus contractibus: quorum occasione deuenitur ad uenditionem, potest super declaratione pretij officium iudicis implorari: ut ibi. Secus si nullus præcessisset contractus, ut hic. Ang.
p *Definierit*. etiam iniqua: quia a persona incerta non receditur, ut ff. de uerb. obli. l si quis arbitratu. b & hoc uerum est, quando id, quod est de substantia contractus, apponitur: sed secus si conferatur, quod est de accidente contractus. nam tunc ad arbitrium boni uiri recurritur, vt ff eo. de contrahen. emptio l. hęc uenditio. & ff. pro socio l. si ita coita. & l. si societatem & ff locati. l. si in lege. in prin. quæ omnes huic sunt contrariæ, & hoc secundum Io. Sed secundum Azonem hoc redigitur ad arbitrium boni uiri, & sic contra dicunt dictæ ll. Nec ob. dicit. ff de uerbo. obliga. l. si quis arbitratu. quia ibi non fuerat arbitratus, quo casu concedo, non recurri ad boni uiri arbitrium. Sed quando dicitur iniquè definiri? Respon. fortè ultra dimidiam iusti pretij: ut arg C. de rescin. uend. l. uoluntate, & l. 2. Vel (ut puto) iudicis officio expeditur, etiam si minor sit deceptio, dummodo non minima, vt ff de in inte. resti. l. scio nam non tantum sibi committitur in alienis, quantum ipsis dominis liceret. ut ff. solu. ma. l etiam. §. 1. & l. si constante. §. si maritus.
q *Persoluatur*. ita quòd fiat accipientis: vt ff. de act. emp. l. ex empto. § j. etiam vsuræ post moram, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. § ex uendito.
r *Tradatur*. cautè dicit tradatur, & non detur. nam non tenetur facere accipientis, sed de euictione se obligare, ut ff. de act emp. ex empto. in princip. Sed nunquid precisè tenetur ad rem tradendam. M. dicit, q̃ sic. & facit pro eo, quod

1 † perdat.

* Hoc residuũ non est Accur. Aeg. Pett.

2 † al. expressum est

a Et sic ad interesse agit quarenus est ultra arrhas; quæ opin. uerior est, sm Ang.

* Et adde, hmõi contractũ arrharum esse contractum pro se ab alio tũ pendere. Ad qd̃ uide Cyn. in l. j. C. quan. lice. ab. empt. disced.

* Adde Cagno. in l. imaginaria. ff. de reg. iur. & Fel. in c. sicut. nu. 3 1. ff. d sent. & re iud.

3 † al. siue constet uenditio, siue non.

4 † ipse.

5 † al. diffinierit.

6 † al. omnimodo.

b Hoc reprobant Doc. quia qñ nõ fuit arbitratus recedit ab eius persona, et si de stãdo suæ finiæ iurata fuerit. l. si libertus iurauerit. ff. de ope. lib. & c. quintauallis. ext. de iureiu. Ang.

hic

ditio ad effectum[a] perducatur: emptore quidem ex empto[b] actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire,[1] †tunc pro nihilo[c] esse venditionem, quasi nullo pretio statuto.[d] Quod ius cum in venditionibus nobis placuerit,[2] †non est absurdum, & in locationibus,[e] & in conductionibus trahere.

In emptione, & venditione pretium debet esse in pecunia numerata: alias est permutatio: quæ est contractus separatus ab emptione. Accursius.

¶Item[f] pretium in numerata pecunia consistere debet. Nã &[3] † in cæteris reb. an pretium esse posset,[4] †valde quęrebatur, veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium esse posset. Et Sabinus, & Cassius etiam in alia reputabant[g] [5] †pretium posse consistere: vnde illud est, quod vulgo dicebatur permutatione rerũ emptionem, * & venditionem contrahi, eamque speciem emptionis, & venditionis vetustissimam esse: argumentoq; vtebantur Græco poeta[h] Homero, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinũ sibi comparasse[6] †ait, permutatis quibusdam rebus,[i] his [7]†verbis.[k] *

Ἔνθεν [8]† ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλα δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diuersæ[l] scholæ auctores contra sentiebant: aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem, & venditionem: alioqui non posse rem expediri,[m] permutatis rebus, quæ videatur res vænisse, & quæ pretij nomine data esse: nam vtramque videri venisse, & pretij nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia dicentis, permutationem propriam esse speciem[n] contractus à venditione separatã, meritò præualuit: cum & ipse alijs Homericis versibus adiuuaretur, & validioribus rationibus argumentaretur: quod & anteriores diui principes admiserunt, & in nostris Digestis[o] latius[p] significatur.

hic dicitur, omnino tradatur. &c. vt ff. de rei vend. l. qui restituere. & supra de dona §. aliæ. Sed B. contra. dicit enim, eum liberari, præstando interesse, & facit pro eod. ff. de act. emp. l. j. j. respond. & l. ex empto. §. & ex empto. versi. idem Neratius scri. & C. de ac. emp. l. 4. Sed fortè hic posset distingui, an venditor habeat rem, & tunc sententia M. tenet per suas ll. an non hẽat rem, & tunc aut dolo, uel culpa desinit eam habere, in fraudem puta emptoris. & tunc sententia B. tenet: aut sine dolo, & culpa, & tunc non tenetur venditor, ut inf. eo. § cum autem. esset enim valde mirum (quod ait B.) ut sic compellatur æstimationem pro se recipere, ut ff si cer. pet. l. 2. § 2. & C. de fideic. lib. l. fin. item sic improbe pacta rumpere, cum prætor dicat, pacta seruabo, ut ff. de pac. l. iurisgentium. §. ait prætor.

a *Ad effectum perducatur.* scilicet iam dicto modo scilicet per traditionem rei pretij, ut inf. quibus mo. re. obl. §. fi.

b *Ex empto.* no. quòd ex empto emptor, ex uendito vẽditor agit: ut hic, & ff. de action. emp. l. ex empto. j. responso. & l. Iulianus. §. ex vendito.

c *Pro nihilo.* ut nec ad boni uiri arbitriũ recurratur, ut modo diximus: sed legatum non: ideo non est pro nihilo sic relictum, ut C. com. de leg. l. si duobus. §. sed & si quis. Sed ibi fauore vltimæ uoluntatis ne pereat.

ADDITIO.

Hoc verum intellige cum distinctione, an fuit datum arbitrium conditionaliter, an non, iuxta l. j. cum materia. ff de lega. 2. Item quo ad substantiam legati, non quo ad pœnæ commissionem, ut l. multa. in prin. ff de cond & demon. Ange.

d *Pretio statuto.* sine quo esse non potest uenditio, ut in prin. huius. §.

e *In locationibus.* idest ut ff. loca. l. si merces. in prin.

¶ITEM PRETIVM. ¶CASVS. Supra dictum est, ꝙ duo requiruntur ad hoc, ꝙ valeat emp. & venditio, videlicet, quod pretium constituatur, & quod certum pretium, & adhuc tertium est necessarium, s. ꝙ sit in pecunia numerata. Sed nonne si dedero tibi equum pro vino, & ita equũ pro vino permutauero, erit ne empt. & ven. Et respon. Imp. dicens, ꝙ super hoc apud antiquos quærebatur, & Cassius, & Sabinus dicebant, ꝙ sic. Dicebant. n. ꝙ permutatio erat vetustissima species emp & vend & hoc probant argumento Homeri dicentis, quod aliqua pars exercitus Achiuorum vinum sibi emit permutatis quibusdam rebus pro vino, & ita permutatio dicitur empt. secundum Hom. sed diuersæ scholæ auctores aliud sentiebãt. Dicebant enim aliud esse emp aliud permuta. quia in permutatione non potest patere quæ res nomine pretij data est, & quæ data non est. Qđ autem vtraque videatur vendi, & loco pretij dari: hoc nulla ratio permittit. Sed Proculus dicebat, permutationem esse speciem separatam ab emp. & vend, & eius sñia præualuit. Sed domine, quid vr̃ vobis de sñia Cassij, & Sabini, quæ vtitur auctoritate Philosophorum? Et respon. ꝙ sententia Proculi melior est, & rationibus validioribus nititur. h. d. Fran.

f *Item pretium.* dixit pretium debere certum esse: nunc dicit, quod in numerata pecunia.

g *Putabant.* sed male, ut inf. dicam.

h *Poeta.* Homero. no. ar. quòd auctoritates auctorum, & philosophorum sunt in causis allegandæ. sic. ff. de solutio. l. si pater. §. nam & Aristoteles. & ff. de iud. l. proponebatur. & ff. de sta. ho. l. septimo. Sed interdum redarguuntur, * vt hic. & ff. de rerum diui. in tantum. §. fi. & l. sed diui.

i *Rebus.* puta equis.

k *His verbis.* s. Græcis quæ legi non possunt. Accur.

ADDITIO.

Ab aliquo huius artis ignaro. Versus hi Homeri, sunt in septimo Iliados, quorum interpretatio hæc est, Affuit è Lemno ratibus tũ copia vini, Cæsarie insignes redimunt hinc uina Pelasgi. Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera, bubus Tergora diripiens, hic protulit, ille agit ipsos Ad naues tauros, hic bello corpora capta. Aegid. Perr. Vides igitur mentem textus optime probari per istud Græcum. Græci enim pro uino dederunt, aliqui æs, alij ferrum, alij coria, alij ipsos boues, alij mancipia. *

l *Schola.* singularis numeri est hic, sic infra de mand. §. is, qui exequitur.

m *Expediri.* idest cognosci.

n *Speciem contractus.* s. innoĩati: nam non hẽt nomen suũ, vt ff. de rer. permu l. j. §. item emp. Sed quare dĩ innoĩatus, cum ita cuiale nomen habeat? Respon quia illi cõtractus sunt noĩati, qui statim ut fiunt, pariunt actionem, ut ff. de pact. l. iurisgentium. in prin. siue fiant consensu, vt venditio, ut sup. eo in prin. siue re, vt mutuum, ut sup. quib. mod. re contrahi. obli. in princ. At permutatio nec ex pacto parit actionem, nec ex re: sed parit ex utroque: s. postea dudum re interueniente ex pacto primo, ut subtiliter colligitur. C. de rer. permuta. l. ex placito. Ex hoc contractu oritur actio præscriptis verbis, ut inf. de act. §. actionum. & condictio ob causam, vt ff. de præscrip. verbis. l. naturalis. §. 1.

ADDITIO. Nota, ꝙ sunt quidam contractus noĩati, & quidam innoĩati. de quib. in d. l. iurisgentium. in prin. ff. de pact. in l. naturalis. per totum. ff de præscr. ver. & naturã talium contractuũ hẽs in gl. unde dixerunt quidã, ꝙ donatio erat contractus innoĩatus: quia ex se non pariebat actionẽ cum detur condictio ex l. si quis argentũ. C. de do. Xp̃oph.

o *Digestis.* ut ff. eod. l. j. §. 1. Accur.

p *Latius.* idest melius, & aptius in ff dicitur, quàm hic.

1 †al. diffinire.

2 †Al. placuit.

3 †al. deest &.

4 †possit.

5 †Al. putant.

* *Pro hac opinione facit illud Iustini lib. 3. Emi singulas res non pecunia, sed compẽsatione merciũ. Licurgus iussit, aurique, & argenti vsũ, velut omnium scelerũ materiam sustulit. Plutarchus tamen ait, eũ ferreũ nummum percussisse. Aeg. Perr.*

6 †al. comparare.

7 †abest à Theoph.

* *Vide Budæũ in adnotationib. ad Pandectas, in l. 1. ff. de contra. hen. empt. & Alc. li. prater. 2. hoc ipso tit.*

8 †*Hi apud Homerum leguntur in 6. Illiados. Latine sic,*

Iuppiter eripuit mire hic præcordia Glauco. Qui cũ Tyride demẽs crepitantia mutat Arma, sub æratis auro visenda corusco. Vel sic declara vltimum versum, vt apud Ari. li. 5. Eth. c. 9. Proque nomen centũ, proferro tradidit aurum. ibi. enim dicitur, Glaucũ arma aurea permutasse cum æreis; non autem ærea cũ arma aureis emptis asse armis. Aegid. Perr.

* Et male, nã hic nõ redarguit dictũ Homeri, sed Sabini iuriscõ. dictũ, alia Homeri auctoritas reprehenditur. Aegi Perr.

* Facit illud Pli. li. 33. quantũ feliciore æuo, cũ res ipsæ permutabantur inter se ut Troianis tẽporib. Homero credi conuenit, ita enim ut opinor cõmercia uictus gratia inuẽta, alios corijs alios ferro empitasse tradit Seruius in uersu illo Geor. q̃uis Milesia magno vellera mutentur sic ait. Magno mutẽtur, i. magno pretio comparentur. Aegid. Perr.

Res vendita in specie commodum, & incommodum spectat ad emptorem, etiam ante traditionem, nisi in ea dolum, vel culpam venditor commiserit: cuius nomine convenitur: & quoties quis ideo tenetur, quia actionem habet, eam cedendo, liberatur. h.d. Aret.

¶ Cùm * autem emptio, & venditio cōtracta sit (quod efficì diximus,[a] simul atque de pretio conuenerit, cum sine scriptura res agitur) periculum rei venditæ statim[b] ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit. Itaque [c] si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit: aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint aut fundus vi fluminis totus; vel aliqua ex parte ablatus sit, siue etiā inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longe minor, aut deterior esse cœperit, emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium soluere. Quicquid enim sine dolo, & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. ¶ Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluuionem [1] † accessit, ad emptoris commodum pertinet. Nā & cōmodū eius esse dēt, cuius periculum[d] est.

*Cum autē ad intellectum huius §. vide Afflict. decis. 280. et 399

¶CVM AVTEM EMPTIO. ¶CASVS. In superioribus dictum est, quòd emptio, & venditio contrahitur, simul atque de pretio conuenerit, licet adhuc res non sit tradita, neque pretium solutum, & hoc si sine scriptura eō tracta fuerit venditio. Si enim aliqua venditio contrahitur in scriptis, poterit tā emptor, quàm uenditor impune à contractu recedere, donec totum fuerit completum. Cùm igitur dicat legislator, post cō tractum completum periculum rei uenditæ ad emptorem pertinere, apparet, q̄ periculum rei uenditæ pertinet ad emptorē, postquam de pretio fuerit conuentū. Cōpletus autem dī contractus, ut ex præcedentibus patet, quam cito de pretio conuētum est: quamuis emptori res tradita non fuerit, sed penes venditorem perierit. unde si seruus fuerit venditus, & antequam emptori tradatur, sine dolo, & culpa venditoris penes uenditorem decesserit, uel aliqua parte sui corporis læsus fuerit, emptori perit, & nihilominus necesse habebit venditori integrum pretium restituere, si nondum pretium fuerit solutum. Idem etiam est, si ædes venditæ, antequam tradantur, totæ, uel aliqua ex parte sui incendio consumptæ fuerint: vel fundus venditus antequam tradatur, ui fluminis totus, vel ex aliqua parte ablatus sit, uel inundatione, vel aliquo modo deterior sit factus: quia semper emptoris damnum erit: quicquid enim sine dolo, & culpa uenditoris accidit, in eo venditor securus est: periculum autem ad emptorem pertinet. Sed pone, quod in re vendita, antequam tradatur, aliquod lucrum contingit: puta res uendita per aluuionem, vel aliquo alio modo, longè melior est effecta, cuius erit lucrum? Et respondet dominus Iustin. quod emptoris: quia secundum naturam est, ut eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda. h.d. Fr. de Aret.

a *Diximus.* supra eod. in prin.

b *Statim.* Sed certè immo non statim: sed 9. sunt necessaria. Primò, quòd uenditio fiat non in scriptis: alias, idest, si fiat in scriptis venditio, non transit ad emptorem periculum, nisi modus esset completus, ut hic, & C. de fid. instrum. l. contractus. & C. de per. & commo. rei uend. lege cum inter. Item quod fiat purè; aliàs non perit emptori, licet secus si facta sit deterior, ut ff. de peric. & commo. rei vend. l. necessario. §. quod si pendente. uer. sanè si extat. Item, quòd sit facta uenditio in specie: nam si in genere, ut puta, uendo hominem: non perit emptori ante traditionem, ut ff. de peri. & commo. rei vend. l. cumque. & lege quòd si neque. in glos. prima. Item, quòd sit certa species: quia si sub incertitudine sit vendita, licet sit species, non tamen spectabit semper periculum ad emptorem: puta, vēdo Stichum, aut Pamphilum: primus enim moritur periculo venditoris, ut ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. §. si emptio. Item, quòd alio modo pereat, quàm publicatione rei. nam tunc non perit emptori, ut ff. lo. lege si fundus. Item, quòd nullum pactum sit insertum, quòd periculum uenditoris respiciat. nam tunc non periret emptori, ut ff. eod. de peric. & comm. rei uend. l. si in uenditione. in princ. & infrà prox. §. quòd si fugerit, & c siue specialiter esset de casu fortuito dictum secundum B. siue generaliter secundum M. ut diximus ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. [a] Item, quòd venditor non fuerit in culpa, vel dolo, quare res pereat, ut infrà proxi. §. Item, quòd nō sit in mora. nam tunc qui vltimam fecit moram, sibi perit, ut ff. de peri. & commo. rei venditæ. l. illud. & hoc est uerum hoc casu, siue res petitura erat penes emptorem, siue non, secū dum Ioan. ut ff de lega. 1. l. cum res. §. fina. licet M. distinguere et argu. l. ff. de rei uend. l. item si uerberatum. §. finali. Item, quod non sit res, quæ degustationem desideret, ut vinum, & zinziber. & similia: nam tunc distinguitur, an vendantur in specie, & tunc post degustationem est periculum emptoris: an in genere, & tunc sunt duo necessaria, ut sit emptoris periculo, scilicet, degustatio, & mensura, siue pondus, & hoc secundum Ioan. & B. & Pla. ut ff. de peri. & commo. rei vend. l. j. in princ. & § 1. Sed Azo dicit, quòd in uino sit speciale, quòd statim, facta uenditione, etiam ante degustationem sit emptoris periculum, si sit in specie uenditio, ut ff. eod. de contrahend. empt. l. quod sæpe. §. in his. Sed nunquid distinguitur periculū per emptionis à deteriotatione, uino uendito in mensura, ut in uenditione conditionali diximus modò per l ff. de peric. & commo. rei uen. l. necessario. § quod si pendente. ut sit effusionis periculū ad uenditorem: acoris, & mucoris ad emptorem pertineat? Bul. ait, quòd sic: quia hoc sub quadam conditione sit, scili cet. si degustetur. Sed certe ipsemet mutauit consilium pòsteà, & merito: quia aliud est in alia conditione, quæ non est in potestate venditoris: aliud in hac, quæ in sua potestate est, cum possit denuntiare emptori, ut gustet, & accipiat: alias potest effundere, [b] vt ff. de peri. & commo. rei vend. l. j. in fi. Et sic indistinctè periculum ante mensuram est vēditoris. Accur.

c *Itaque.* nunc ponit exempla.

d *Periculum est.* facit ff. de periculo, & commo. rei uend. l. id, quod. & de regulis iuris. l. secundum naturam. & sup. de legiti. patro. tut. §. fi.

Venditione facta si primet ad emptorem periculum rei uēditæ, nisi nouē cōcurrant.

a Cautela tamē est, q̄ maximi casus, & terribiles exprimantur, quia clausula generalis subsequens nō nisi ad alios minores, uel æquales refertur, vt in clem. 2. de proc. imò vbicunque quis tenetur de casib. intelligit de consuetis, & solitis, & non aliter, per l. fistulam. §. fin. ff. eod. Ang.

1 † accesserit.

b Vel ab eo die in antea petere pensionem uasis. Et hoc uerum, quando est appositū tps ad mensurandum; alias debet cō seruare, donec uasa erunt sibi necessaria. & hæc procedunt in uino; secus autem in alijs re, qua propter hoc effundi non poterunt. Angel.

¶QVOD SI FVGERIT.

¶CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, supra dictum est, quid iuris est, si res vendita, antequam tradatur, penes uenditorē deterior fiat, vel pereat; sed modo quæro, quid iuris sit, si seruus venditus post completam uenditionem, antequam tradatur, fugerit, uel surripiatur: ad quem spectabit periculum illud fugæ? Et respondet dominus Iusti. dicens, quòd si sine dolo, & culpa venditoris fugerit, uel surreptus fuerit, animaduertendum est primo, vtrum venditor aliquod fecerit pactum cum emptore, per quod in se recepit periculum fugæ, uel surreptionis: ueluti si custodiam serui uenditi in se susceperit usque ad traditionem. Tunc enim periculum tam fugæ, quàm surreptionis ad uenditorem pertinebit, & de omni periculo contingente tenebitur. Aliqui autem dicunt, quòd etiam adstringitur per illud ad pretium generale, si periculum contingat. Si autem nihil conuenerit inter emptorem, & venditorem: tūc erit periculum emptoris. Sed qualiter poterit ei subueniri, cum non sit dominus serui: eo quòd seruus non erat traditus. sed magis seruum illum à uenditore possit petere, vel rei ven. uel condictione furtiua? Et responderi potest ad hoc, quòd emptor aget contra uenditorem ad hoc, quòd venditor cedat ei tam uenditionem, quàm condictionem furtiuā. Idem dicit si damnum datum fuerit in seruo uendito post contractum perfectum: quia actionem legis Aquiliæ sibi competentem propter damnum in re datum post contractum tenetur venditor cedere emptori. h.d. Fran.

a *Venijt*. i. venditus eſt.
b *Neque culpa*. etiam talis qualis in commodato gratia vtriuſque partis contracto venit: ut ff de pericu. & commo. rei vendi. l. cuſtodiam. & ff commo l. ſi vt certo. §. interdum.
c *Animaduertendum*. id eſt diſtinguendum.
d *Susceperit*. quod pactum valet. vt hic, & ff eodem, de contrahen. emptio. l. qđ ſæpe §. ſi res & ff. de pericu. & commod. rei vendi. l. 1 § 1. Accurſius.
e *Casus*. etiam leuiſſima culpa contingens, ſecundum Ioan. non vero fortuito, licet M. contra: vt C. de pig. act. l quę fortuitis.
f *Condictionem*. ſcilicet, furtiuam: quæ ſcilicet ſoli domino dabatur: ut hic, & ff. de condictio. furt. l. prima.
g *Exhibere*. ſcilicet, cedendo actiones iſtas. & hoc quando non fuit in culpa: alias non liberatur, cedendo: ut ff pro ſocio. l. de illo. in prin. quæ eſt contra.
h *Et damni*. puta ſi fuerit res vendita venditori ſubtracta, vel in ea datum ſit damnum: ut in principio huius §. nam hæc actio damni iniuriæ domino datur: vt ff. ad legem Aquiliam. l. item Mela. §. legis.

† interuenit.

¶ Quod ſi fugerit homo, qui venijt,[a] aut ſurreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa[b] venditoris interuenerit, † animaduertendum[c] erit, an cuſtodiam eius, vſque ad traditionem venditor ſuſceperit.[d] Sanè enim ſi ſuſceperit, ad ipſius periculum[e] caſus pertinet: ſi non ſuſceperit ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteriſque rebus intelligimus. Vtique tamen vendicationem rei, & condictionem[f] exhibere[g] debebit emptori: quia ſane qui rem nondum emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. Item etiam eſt de furti, & damni[h] iniuriæ actione.

Etiam ſub conditione poteſt emptio celebrari: & accidentalia contractus poſſunt in alterutrum ex contrahentibus celebrari. Aretinus.

* Adde glo. in l. in personam. §. generaliter. ff. de reg. iu.

¶ EMPTIO TAM.

¶ Emptio * tam ſub conditione, quam pure contrahi poteſt. Sub conditione, veluti, Stichus, ſi intra certum diem tibi placuerit,[i] ſit tibi emptus aureis tot.[k]

¶ CASVS. Quæſiui à legislatore, Domine, vultis ne plura dicere de emptione, & venditione? Et ipſe reſpondit dicens: Frater, adhuc præter prædicta ſcire debes, quod emptio tam pure, quam ſub conditione contrahi poteſt. Et ponit exemplum de emptione facta ſub conditione, quia pura emptio omnibus manifeſta eſt, & eſt exemplum ſuum tale, ſi emptori dicat venditor in hunc modũ: ſi Stichus intra certum diem, ueluti hinc ad quindecim dies, tibi placuerit, erit tibi emptus pro decem; hæc eſt emptio ſub conditione. hoc dicit. Et nota ad intellectum huius §. quod cum tria ſint in emptione, ſcilicet, commerciũ, pretium, & res, duo prima non poſſent conferri in arbitriũ alterius contrahentium, hoc eſt, emptoris, veluti ſi dicat venditor emptori ſic, uendo tibi rem pro quanto uolueris. Secus autem eſt quando datur à venditore emptori optio in re ipſa, veluti cum conuentum eſt de pretio, & dicit vẽditor emptori ſic, ſi res tibi placeat hinc ad dies octo, ſit tibi empta pro tot. Sed dicet aliquis, ſemper intra terminum illum poteſt emptor dicere, quod res ſibi non placet, & ita in poteſtate emptoris erit, vtrum contractus ualeat, necne. Certè verum eſt, quod per obliquum, & implicitè eſt hoc in poteſtate ſua, ſed directè non, neque expreſſe. expreſſa enim nocent, non expreſſa non nocent, Franciſcus.

i *Placuerit*. ſed uidetur, quod in alterius contrahentium arbitrium conferatur emptio, quod eſſe non poteſt, ut C. eodem, de contrahenda emptione. l. in uendentis, uel ementis. & ff. eodem, de contrahenda emptione, l. quod ſæpe. §. primo, quæ ſunt contrariæ. Sed dic, rem ipſam hic conferri in arbitrium emptoris. Aliud ſi commercium, ut ſit tibi empta, ſi uis, uel pretium, pro quãto uoles, ut dictis legibus contrarijs.[a] Item opponatur, hęc uenditio, quę hic fit, non uidetur conditionalis, ut ff. eodem de contrahenda emptione, lege tertia, quæ eſt contra. Sed certè ibi fuit empta purè: ſed reſolutio debebat ſub conditione fieri: at hic ſub conditione facta fuit, unde non poteſt impleri, niſi impleta conditione, ut ff. eodem, leg. hæc uenditio. in princ.
k *Aureis tot*. puta decem.

Emptio an poſſit in alteri' cõtrahẽtium arbitrium conferri.

a Tu dic, ꝙ oĩa iſta ſunt de ſubſtantia cõtractus, quæ ĩ uoluntatẽ alterius contrahẽtium committi nõ poſſũt ẽr per uerba importantia arbitriũ boni uiri, hic ãt nõ ſubſtãtia, ſed accidens, uel qualitas cõmittuntur. Ang.

Emens ignoranter rem, quæ non eſt in commercio, habet contra venditorem actionem ex empto ad intereſſe. Aret.

¶ Loca * ſacra,[l] vel religioſa, item publica (veluti forum, baſilicam) fruſtra quis ſciens * emit: quæ tamen ſi pro profanis, vel priuatis[m] deceptus a uenditore quis emerit: habebit actionem ex empto, quòd[n] non habere ei liceat: vt conſequatur, quod ſua intereſt, eum deceptum non eſſe. Idem iuris eſt, ſi hominẽ liberum, pro ſeruo emerit.[o]

¶ LOCA SACRA.

¶ CASVS. Quæſiui a Iuſtiniano utrum poſſem emere loca ſacra, uel religioſa? Et reſpondet: dic, quod loca ſacra, & religioſa, cuiuſmodi ſunt iter, forum & baſilica, fruſtra quis emit. & hoc uetum eſt de publicis, quæ publico uſui deſtinata ſunt; cuiuſmodi ſunt forum, & baſilica. ſecus autem eſt in rebus, quæ ſunt in patrimonio publico, ut cœmeterium. & hoc eſt uetum, ſi ſciens quis huiuſmodi res emerit: ſi autem quis ignorans emerit deceptus à uenditore, credens eſſe profana, uel priuata, tunc ſibi competit act. contra uenditorem ad intereſſe. Idem iuris eſt ſi hominem liberum, deceptus à uenditore, pro ſeruo emerit. h. d. Franc.

l *Loca ſacra*. quæ ſint iſta, habes ſupra de rerum diuiſione, §. flumina. & §. nullius. & § religioſum.
m *Priuatis*. redde ſingula ſingulis. nam priuata contraria eſt publicæ, profanæ, ſacræ, & religioſæ. & facit ff. eod. de contrahen. empti. l. & liberi. & l. quia. & l. liberi. Accur.
n *Quod*. i. quia.
o *Emerit*. ignorans. ut ff de contrahenda emptione. l. liberi hominis.

* Facit ad tetum iſtũ §. c. de iure. cum gl. fi. extra de iure pa. & c. 2. cũ glo. 1. de reli. & ve. ſan.

* Secus ſi ignorãs, qa tenet cõtractus, nõ vt cõſequatur rẽ uenditã, ſed intereſſe. l. & liberi. ff. eod. & ſi uẽditor ignorat ſoluit p̃tiũ tantum, ſi ſcit, ſoluit intereſſe totale. l. emptorem. in fi. & gl. fi. ff. de actio. emp. Aeg. Perr.

De locatione, & conductione. *

* Sic ff. loca. & conduc.

TITVLVS XXV.

Locatio perficitur conſenſu eo ipſo, quòd de mercede conuenit: & in voluntatem tertij merces conferri poteſt: quemadmodum in emptione, & ſecundum eius naturam, quaſi per omnia locatio regulatur. Incerta verò mercede conſtituta contractus innominatus efficitur. Aret.

¶ DE LOCATIONE, ET conductione.

¶ Text. continuat rubr. Quia locatio eſt ſimilis emptioni, ut in tex & ff. eod. l. 1. igitur poſt emptionem ſequitur uidere de locatione. Are.

Locatio

Locatio. ¶Totus iste tit. diuiditur in quinq; partes. Primo ponit, quod iste contractus habet similitudinem cum contractu emptionis. Secūdo illud per exempla declarat. Tertiò. quid veniat in isto contractu. Quartò, ad quid tenetur conductor. Quintò, an iste contractus trāseat ad hæredem. Secunda ibi, Nam ut emptio. Tertia ibi, in §. conductor. Quarta ibi, qui pro vsu. Quinta ibi, in fi. Mortuo. ¶CASVS. Quæsiui à Iustinia. quæ esset natura locationis & conductionis? Et respon. dicens, quod proxima est emptioni, & venditioni. Eisdem enim regulis consistunt isti duo contractus: nam sicut emptio, & uenditio contrahuntur, simul atque de pretio conuenerit: ita locatio, & conductio, cū certa merces, id est, pretium fuerit inter eos constitutum, cōtrahitur: & sicut in præcedenti contractu actio ex empto datur emptori, & actio ex uendito datur venditori: sic in isto contractu actio ex locato datur locatori, & actio ex conducto datur conductori, & dicit quod locatio, & cōductio proxima est emptioni, id est, uicina, quo ad naturam, & quo ad sententiam. Sed domine, satis uidi, quod isti duo contractus consistunt iisdem regulis. habetis ne plura exempla? dicit, quod sic. quia sicut si uendidero rem pro pretio, quod Petrus iustum usum fuerit, si pretium definiuerit Petrus, ualet contractus: si autem non fuerit arbitratus quod sit iustum pretium, non ualet contractus, ut supra tit. proximo dictum est: sic est in contractu locationis & conductionis: quia si aliquis domum suam locauerit alicui pro quanto Petrus æstimauerit, si Petrus æstimationem definiuerit, ualet contractus; si non definiuerit, non ualet contractus. h. d. Franc. de Are.

LOcatio,[a] & cōductio proxima[b] est emptioni, & venditioni, iisdemque iuris regulis consistit.[1] † Nam vt emptio, & venditio ita contrahitur, si de pretio[c] cōuenerit: sic[2] † etiam locatio, & conductio ita contrahi intelligitur, si merces[d] * constituta sit: & competit locatori quidem[e] locati actio, conductori vero conducti. Et quæ supra diximus,[f] si alieno arbitrio[g] pretium promissum fuerit, eadem & de locatione, & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces promissa fuerit.

¶Qua de causa,[h] si fulloni[i] polienda, curandave, aut sarcinatori[k] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea[l] tantum daturus, quantum inter eos conuenerit, non propriè locatio, & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine[m] actio præscriptis verbis[n] datur.

Si merces consistit in specie, non locatio, sed innominatus contractus nascitur: ex quo actio præscriptis verbis datur, Aretinus.

¶Præterea, sicut vulgo[o] quærebatur, an permutatis rebus, emptio, & venditio contraheretur,[3] † ita quæri solebat de locatione, & conductione, si forte rem aliquam vtendam, siue fruendam tibi aliquis dederit, & inuicem à te vtendam, siue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit, non esse locationem, & conductionem, sed proprium genus[4] † contractus; ueluti si cum vnum quis bouem haberet, & vicinus eius vnum, placuerit inter eos, ut per denos dies inuicem boues cōmodarent,[p] vt opus facerent, & apud alterum alterutrius

1† cōsistūt.

2† al. deest etiā, & legitur, & locatio.

* *Quæ & pretium dicitur, l. si quis ante. de acq. po. l. vlt. de l. col. 9. & in tit. lect. sape. Cuia.*

3† contrahatur,

4† deest est,

a *Locatio*. ut ff. eo l, 2. Accur.

b *Proxima*. quo ad tractatum, & quo ad sententiam.

c *Si de pretio*. ut supra titulo primo, §. pretium autem.

d *Si merces* scilicet certa, & in pecunia numerata: ut ff de posi l. prima. §. si quis seruum, & ff. de præscr uerb. l natuṙalis. § at cum do. Unde partiarius colonus, qui partem domino reddit fructuum, impropriè dicitur conductor: immo socius magis: ut ff. eodem. l. si merces. §. uis maior. Accursius.

Colonus partiarius non est cōductor.

A D D I T I O. Et ideo emptor cogetur stare tali colono, quod nota pro limitatione notatorum in l. emptorem. C. eo. Accur.

e *Locatori quidem*. sicut uenditori ex uendito, emptori ex empto actio competit, ut supra ti. primo, §. sed & certum esse pretium, in fi.

f *Supra diximus*, ut supra titulo primo, §. sed & certum esse. Accur.

g *Arbitrio* ff eodem, l si merces. resp.

¶Q V A D E C A V S A. ¶C A S V S. Versiculus iste non refertur ad uersiculum proximè dictum, & præcedentem: sed ad illud, quod dictum est in principio tituli, quia sicut emptio, & uenditio. contrahitur, quam cito de pretio conuenitur, scilicet certæ pecuniæ; ita si in pecunia numerata fuerit merces constituta, contrahitur locatio, & conductio; qua de causa si in pecunia numerata non fuerit certa res mihi constituta, non ualet cōtractus locatio. & cōductio. Pone ergo, quod tradidero uestes meas poliendas, nulla certa mercede constituta: dicitur ne contractus locatio, & conductio. & respond quod non, Qualiter ergo agetur inter me, & ipsum, cum non possit agi loca. & conduc. Et respon. di. quod agetur præscriptis uerbis. h. d. Fran.

h *Qua de causa*. quia dixi certum debere pretium interuenire.

i *Si fulloni*. est autem fullo, qui lauat, siue tingit, siue polit. Accursius.

k *Sarcinatori*. sarcinator est, qui fracta uestimenta resarcit; ut dicimus. ī. mand. in fi. Et proprius dixisset sartor secundum aliquos a sarcio, cis.

Fullo.

Sarcinator

A D D I T I O. Tamen etiam bene stat sarcinator, & dicitur à sarcina, & est proprie ille, qui plurimum uestitum sumit; aliquando ponitur pro sutore, ut hic.

l *Postea* Not. postea: nam prius re non secuta, idest nondum tradita ad reaptandum, actio non daretur: ut C. de rerum permu, l. ex placito.

m *Nomine*. quasi ex nouo contractu nominato, ut ff. de præscrip. uer. l. 1.

n *Præscriptis verbis*. ī. mand. §. fin. contra. Sed distingue. aut certa merces interuenit, & tunc agitur locati, ut s. eo. in prin. aut incerta, & tunc præscriptis uerbis agitur: ut hic. aut nulla, & tunc est mandatum. ut ff. de præscr. uerb. l. si tibi polienda. ut in contrario.

Merces quandoque certa, quandoque incerta, quandoq; nulla.

A D D I T I O. Intellige, si res erat solita locari, aliàs secus, ut l. naturalis. §. at cum do. ff. de præsc. uer. Ang.

¶PRAETEREA SICVT. ¶CASVS. Dixi Iusti. Domine bene perpendi per exempla superiora, quòd isti duo contractus, s. emp. & uen. loca. & conduc. magnam habent ad inuicem familiaritatem. siue conuenientiam: quid amodo super illis ostendere proponitis? Frater, dicit ipse, adhuc illud tibi propono ostendere in alio exemplo. sicut. n. dictū fuit in præc. quod apud ueteres dubitabatur, utrum emp. & uē. possit esse in permutatione: & dictum fuit, quod non; ita solebat quæri de loc. & cond. utrum posset fieri in rerum permutatione, & dī, quod non; sed est propriū genus contractus. Pone. n. quod ita conuenerit inter me, & te, quod si ego non hērē, nisi unū bouē, & tu similiter unū, quod tu haberes bouē meū ad arandū una cum tuo per duos dies, & ego tuū hērem postea ad arandū per alios duos dies; & bos meus apud te tua culpa perierit, quæ actio mihi cōpetit contra te? non actio. emp. & uen quia non est certum pretium cōuentum inter nos. neq; loca. & condu quia non est certa merces constituta inter nos; neq; commodati; nō. n. erat gratuitū. Quid ergo erit? Et tū quod pscr. uerb. est agendum. h. d. Fran. de Are.

o *Vulgo quærebatur*. ut s. ti. j. §. item pretium.

p *Commodarent*. improprie ponitur, ut sequitur.

Est

a *Bos perierit.* sua culpa, alias non tenetur, cum vtriusque gratia contractum sit: vt hic, & ff. de præscr. verbis. l. si gratuitam. §. si margaritas & ff. commo. l. si ut certo. §. nunc videndum.
b *Quia non fuit.* bona ratio, ut sup. quib. modis re contra. oblig. §. commodata.

k *Perpetuo.* aliter accipitur. ff. pro soc. l. 1.
l *Pensio.* in pecunia.
m *Reditus.* in specie.
n *Alienauerit.* cum multi sint modi alienandi: ut ff. de publi. l. 3. 4. & 6.

1 † *Peryt.*

c *Præscriptis verbis.* quæ competit ex contractibus tribus innominatis, do, vt des: facio, vt facias: do ut facias: ut ff. de præscr. verb. l. naturalis. §. 1. 2. & 3. alias datur ex pactis incontinenti appositis: vt C. de re. permu. l. rebus. d alias datur, quā lo dubium est de nomine contractus, ut ff. de præsc. ver. l. 1. §. fi. & l. 2. 3. & 4.

a Hoc uerum, si super accidē talibus apponat: secus si sup substātialibus, ut l. pacta. ff. d contrahē. empt. Ange.

¶ ADEO AVTEM.

¶ C A S V S. Dixi, Iustinia. Domine per exempla suprādicta perpendi, quod est maxima familiaritas inter contractum istum, & præcedentē, quid plura? Frater, adhuc maior familiaritas potest petere in isto casu. in quo dubitatur, an sit contractus loca. & conductio vel cōtra emp. & ven. Pone ergo, quod ego tradiderim alicui sub annuo censu aliquod prædium de meis fruendum, dicens, quòd quamdiu pensio prædij domino prædij, vel eius hæredi solueretur, non liceret domino, neque eius hæredi, conductori, neque eius hæredi, vel ei, qui conductor hæresve eius prædium uendiderit, aliove modo alienauerit, auferre. de contractu tali dubitabatur apud antiquos, vtrum esset contractus emptionis, & venditionis, eo quod conductori non potest dominus auferre prædium quamdiu pensio fuerit soluta. rursum potest iste cōtractus sapere naturā loca. & conduc. eo, quod quolibet anno soluitur certa pensio. super hoc dubitauerunt antiqui vsque ad tempora Christianissimi Zenonis, qui dicebant contractum istum nec esse emptionis, & uenditionis neque loca. & condu. sed contractū emphyteuticum, qui dicitur proprius contractus, & suam propriam habet naturam. Sed pone, quòd tanta fuerit sterilitas in prædio sibi dato in emphyteusim perpetuam, ita, quod conductor nihil possit de fructibus illius prædij suscipere: cuius erit detrimentum? vel domini conductoris, uel illius emphyteutæ? Et respon. Iustin. quod Zeno ita ordinauit in illo contractu, quòd si aliqua conuentio facta est inter ipsum, qui prædium dedit in emphyteusim, & emphyteutam, quod conuentio illa obseruetur. si autem nihil conuenerit inter eos, aut est periculum totale: & tunc detrimētum illud pertinet ad dominum: ita quòd non teneatur emphyteuta pro tempore illo sibi reddere pensionem: aut est particulare detrimentum: & tunc erit periculum emphyteutæ h. d. Fran.

rius bos [a] perierit [1] † neque locati, neque conducti, neque commodati, competit actio: quia [b] non fuit commodatum gratuitum: verum præscriptis verbis [c] agēdum est.

Contractus emphyteuticus qui perficitur, cum alicui res conceditur, mercede, vel in pecunia, vel in specie constituta, à locatione, & ab emptione in aliquibus differt: & multipliciter conuenit cum eis, quia iure ciuili fuit introductus. Et interitus totius rei pertinet ad dominum, & particularis ad emphyteutam. h. d. Aret.

¶ Adeo* [d] autem aliquam [e] familiaritatem inter se videntur habere emptio, & venditio, [f] item locatio, & conductio, [g] vt in quibusdam causis [2] † quæri soleat, vtrum [h] emptio, & venditio contrahatur, an locatio, [i] & conductio: vt ecce de prædijs, quæ perpetuo [k]* quibusdam fruenda traduntur, idest, vt quandiu pensio, [l] siue reditus [m] pro his domino præstetur, neq; ipsi conductori, neque hęredi eius, cuive conductor, hæresve eius [3] † id prędium vēdiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque [4] † modo alienauerit, [n] auferre liceat. [o] Sed talis contractus, quia inter ueteres dubitabatur, & à quibusdam locatio, à quibusdam uenditio existimabatur, lex Zenoniana [p] lata est, q̄ emphyteuseos [q]* contractus propriam [r] statuit naturam [5] † neque ad locationem, [s] neque ad venditionem [t] inclinantem, sed suis pactionibus fulciendā:

* *Alc. reg. 1. pra. 17. disputat, an ualeat, qu. de loca. & ad emp. ut hic dicitur. ad. Fortu. dia. 74.*
2 † *casibus.*

o *Auferre liceat.* interdum autem datur ad certum tempus, interdum in tertiam personam, uel generationem: cum omnia pacta super hoc contractu habita, valeant: ut j. proxi. §. sed ecclesia datam emphyteusim usque ad tertiam generationē tantum, ut in Authē. de non alie. col 2. §. emphyteusim. uel ut puto, etiam in perpetuum dabit, ut qu. libet priuatus: ut hic, & in Auth. de alien. & emphy. §. licentiā. col 9. Accur.

Emphyteusis datur ad uaria tempora.
* *Sic exponit gl. 2. q. 2. in §. perpetua, qui ponit, quot modis accipitur hæc dictio, perpetuo.*
3 † *al. dedit*
4 † *quoque.*

A D D I T I O. Tu dic de iure canonico cui standū est, q aut fit sine solemnitate, de qua habetur. c 2. q. 2. c. sine exceptione. & in c. 1. de rebus eccl. non alie. in sexto. & in c. nulli. extra eo tit & tunc non ualet ullo modo; aut fit cum dicta solemnitate, & ualet, & ad omnes etiam extraneos transibit. Ang.

* *Concor. cū hoc tex. c. vlt. cum gl. 1. in pri. extra. e. ti.*
5 † *naturalis.*

p *Lex Zenoniana.* ut C. de iure emphy. l. 1.
q *Emphyteuseos.* emphy. græcè, latinè dicitur melioratio, hoc ideo, quia olim tantum sterilia dabantur, ut meliorarentur: sed hodie non tantum sterilia dantur, sed etiā fertilia: nisi in ecclesia, quæ dat sola ea, quæ congrua uidentur œconomo, & alijs gubernatoribus ecclesiæ: sic C. de sacrosa eccl. auth. perpetua quoque Accur.

Emphyteusis unde dicitur.

r *Propriam.* agitur ergo condictione ex lege ad omnia obseruanda, quæ conueniunt b Sed nunquid emphyteuta potest alij dare in emphyteusim? Respon. sic, ut in hoc §. in Auth. de non alie. aut permu. § alienationis. colla. 2. Itē nunquid illud utile dominium, quod solum habet, transfert in eum? Respond. sic, cum rei uendicatio utilis, sibi detur: ut ff. si ag. vect. l. prima, & tertia. Sed qualiter ager primus emphyteuta contra secundum, ut eum expellat? Respon. rei uendicatione: quæ licet de iure sibi non competat, exceptio tamen opponi non potest, quia replicaretur: & sic non dominum domino uincit: ut C. de transact. l. ubi. ubi de facto tantum agit, & uincit. & ff. de except. rei iudi. l. si quis rem. Vel aget præscriptis uerbis. uel dic, ex lege. Zenonis ad mercedem.

b Imo oritur quædā actio spālis, quæ uocatur actio emphyteusis, secūdū Bar. in l. 1. ff. de cōdi. ex leg. & Ange. hic.

s *Neque ad locationem.* immo differt in septem. Nam hic etiam in specie præstatur pensio, sed ibi in pecunia tantum; ut hic scripsimus. Item hic possidet naturaliter, sicut fructuarius: ut ff. de acquiren possi. l. naturaliter. sed conductor non: ut C communia de usucap. l. prima. Item hic habet dominium utile, sed conductor non, ut ff. eodem. l. non solet. c Item hic contractus fit in mobilibus tantum: ille etiam in immobilibus: ut in Auth. de alie. & emph §. licentiam. colla. 9. Item hic agitur condictione ex lege: ibi ex conducto. Item hic contractus iuris ciuilis est: ille naturalis, ut hic dicitur. Item est hic in scriptura: ille etiam sine ea, ut C. de iure emphy. l. 1. & sup. de obli. l. ex consensu. ut supra eo. in princ.

c Nisi conduxisset ad nō modicum tēpus: ut ff. si ager uecti. per to. Ioan Fab.

t *Neque ad uenditionem.* quia hic pensio præstatur: ibi res libere transit. Item ob hoc res reuocatur, sed ab emptore, non per uenditorem: ut C. de rei uen. l. in ciuile. Itē hic utile trāsit dñiū, ibi directū: ut j. de rer. diui. §. p traditionem.

Emphyteusis differt a uenditione in tribus.

d *Adeo autem.* quia ijsdem regulis, & constitutionibus consistunt: multa ergo habent inter se communia.
e *Aliquam.* alias non est in litera, aliquam.
f *Et venditio.* s. ex una parte.
g *Et conductio.* s. ex alia.
h *Vtrum emptio.* quod uidebatur: cum talis datio alienatio sit: ut in Authentica de non alienan. §. alienationis. collatio. secunda, quod locatio non facit: ut ff. eodem, l. non solet. Accur.
i *An locatio.* quod uidebatur, cum mercedem soluere teneretur.

Naturalis.

a *Naturalis*. idest, iurisgentium, quod naturali ratione est inductum: ut supra de iure natu. §. quod vero. hic enim est de iure ciuili: vt & alij, vt infra de actio. §. de constituta pecunia.

b *Ad dominum*. vt pensionem non habeat. Accur.

c *Particularis*. idest, medietatis, uel minus secundum M. & Io. arg. ff. de vsufru. l. etiam. & de verb. sig. l. nomen filiarum. §. portionis. & ff. de dā. infecto. l. inter quos. §. damni. & de contrahen. emptio. l. domum. Nos dicimus, si aliquid etiam parum remansit, damnum emphyteutæ esse, arg. huius §. & C. eo. l. 1. De hoc dantur tales uersus: Res si perijt tota: tunc nihil dabit emphyteota: Si pro parte perit, non ita liber erit.

d *Vtimur*. sunt & duo alia naturalia siue tacita pacta in hoc contractu: ut de reficiendo emphyteuta si non soluerit pēsionem per triennium, vt C. eo. l. 2. §. 1. & in auth. de non alie. §. scire. colla. 2. Item & si uelit emphyteuta vendere, quod domino primo denunciare debet: vt C. eo. l. fi. §. 1. Accur.

ADDITIO. Quod dictum est, emphyteutam posse expelli, non soluta pēsione per triennium: verum est in emphyteuta priuati, quoniam emphyteuta ecclesiæ cessans per bienniū in solutione, expelli potest. auth. qui rem. C. de sacrosan. eccle. & nota. C. de iure emphy. ut l. 2. in gl. repellere. & extra de loca. c. potuit. & in authen. de non ali. §. scire. in gl. hominum. coll. 2. Sed in simplici colono indistinctè biennium expectatur, ut ff. de loca. l. quæro. §. inter locatorem.

1 † naturalis.

2 † al. accessit.

& si quidem aliquid pactū fuerit, hoc ita obtinere[c], ac si naturalis[a 1] † esset contractus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si quidem totius rei interitus accesserit; [2] † ad dominum[b] super hoc redundare periculum: sin autem particularis, [d] ad emphyteuticarium huiusmodi damnū venire. quo iure vtimur.[d]

Cum dominium rei concessæ transit pecunia pro mercede constituta, emptio, non locatio dicitur. Aret.

¶ Item quæritur, si cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro suo [e] certi ponderis, certæque formæ [f] annulos ei faceret; & acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrum emptio, & venditio, an locatio, & conductio contrahi videatur? Cassius ait materiæ quidem emptionem, & uenditionem contrahi; operæ autem locationem, & conductioné. Sed placuit tantum emptionem, & uenditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubiū non est[c] quin locatio, & conductio sit.

In hoc contractu veniunt, quæ de natura ipsius venire debent, licet non fuerint expressæ. Aret.

¶ Conductor autem omnia secundum legem [g] conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono [h] & æquo præstare debet.

Conductor de leui culpa tenetur. Aret.

¶ Qui pro* vsu, aut vestimentorum, aut argenti, aut iumenti mercedem, aut dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus[i] paterfamilias suis rebus adhibet, quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eam rem amiserit,[k] de restituenda ea non tenebitur.

Contractus locationis ad hæredes transit conductoris. Aret.

¶ Mortuo conductore [l] intra tempora conductionis, hæres eius eodem iure in cōductione succedit.

quod conuenit in conuentione, facere debet: si autem aliquid esset omissum, ita quod in conductione de eo nihil esset actum, ueruntamen inter eos debet illud, quod fuit omissum, ex bono, & æquo præstari: puta si conductor in mora fuerit soluendæ pensionis. Nam licet de usuris nihil actum fuerit, tenetur tamen ad vsuras; & econuerso, licet nihil actū fuerit de ostijs reficiendis nihilominus adhuc tenetur locator. & hoc vult dicere litera præsens.

g *Legem*. i. pacta. vt ff. depositi. l. 1. §. si conueniat. Accur.

h *Ex bono, & æquo*. ut vsuras post morā: vt C. eo. l. præses. Idē econtra: nam conductor agit, ut domus, & ostia sibi reparentur, ut ff. eo. l. ex conducto, in princ.

¶ QVI PRO VSV vestimentorum.

¶ CASVS. Quidam concessit mihi iumentum suum aut uestimentum suum, aut argentum utendum pro certa mercede, quæritur qualem custodiam in ista re mihi concessa, præstare teneat? & respon. Iusti. quod talem diligentiam teneor præstare, qualem præstaturus esset paterf. diligens, & ita expone, diligentissimus, i. diligens. & hoc est, quia vtriusque gratia celebratur contractus. h. d. Franc.

* Adde Cagno. in l. contractus. nu. 45. qui hunc §. dat verum intellectum.

i *Diligentissimi*. i. diligens. sic exponitur. ff. eo. l. si merces. §. qui columnam. nam cum utriusque gratia fiat locatio, non uenit exactissima diligentia. ut ff. commo. l. si ut certo. §. nunc uidendum. Alij propriè ponunt, & dicunt speciale in his rebus, quæ facile possunt frangi.

ADDITIO. Et hæc vltima uidetur communior, & ratio diuersitatis fundatur super facili harum rerum fragilitate, ideoque diligentior cura est adhibēda c. ubi periculum. de. ele. li. 6. Christoph.

Superlatiuus pro positiuo quādoque ponitur.

k *Amiserit*. uel damnum datum sit, quod præuideri non poterat, ut ff. eo. l. sed de damno.

¶ MORTVO CONDVCTORE ¶ CASVS. Quæ siui à Iust. sic, Quidam conduxit sibi hospitium, intra tempora conductionis decessit conductor, & successit ei hæres eius in conductione, poteritne alteri domum locare? & respond. Iustin. quod sic. quod intellige iure loca. & conduc. non autem iure societatis, hoc dicit usque ad finem tituli.

a Et hæc uera, ubi ius vsusfructus cōstituitur, secus si fructus usque ad certum tēpus uendatur, uel locentur, ut hic per docto.

l *Conductore*. proprietatis. secus in usufructu, ut C. de usufru. l. si domina. Vel dic, ut ibi a & de iure dot. l. si socius. in fine.

m *Succedit*. vt C. eodem. l. uiam. sed an moriente scholari, uel recedente, substituere potest? Respond. sic de iure conductionis: sed ratio * societatis prohibet, quæ præualet, ubi certa persona eligitur, ut infra, titulo primo, §. soluitur.

* Adde Fely. in c. inter dilectos. num. 24. de fide instr.

¶ ITEM QVAERITVR. ¶ CASVS. Per exempla superiora vidistis familiaritatem inter istos contractus: adhuc est familiaritas mirabilis in exemplo sequēti: verbi gratia conueni cum quodam aurifice, ut de suo argento mihi faceret scyphum certæ formæ, certique ponderis: quæritur modo utrum inter me, & ipsum uideatur emp. & ven. uel loca. & conduc. Cassius dicit, quòd in hoc casu, quantum ad materiam, est emp. & ven. quantum uero ad operam, est conduc. & loc. Iusti. autem dicit, quòd magis placet sibi quòd ex toto sit emp. & ven. quia perinde est ac si auri faber scyphum de argento suo fecisset, & postea mihi factū vendidisset. Sed pone, quod conueni cum auri fabro, vt de meo argento mihi scyphum certi ponderis, certæque formæ, & mensuræ faceret: quid iuris in isto casu? Et respondet Iustin. quod non est dubium, quin sit locatio, & conductio.

e *Suo*. s. artificis.

f *Forma* scilicet demonstratæ, sed quid si certa non est materia demonstrata? Respon. non interest: ut ff. de contrah. empt. l. conuenit. & l. Sabinus. Vel facies punctum in dictione, suo.

¶ CONDVCTOR AVTEM OMNIA. ¶ CASVS. Dicit dominus Iustin. quod conductor omnia secundum

¶ DE

¶DE SOCIETATE.

¶Ista rubrica sic continuatur. Dictum est supra, de quibusdam contractibus, qui fiunt consensu, verum quia societas est etiam contractus, qui fit consensu, vt patet supra de obl. ex consensu. §. 1. ideo sequitur rubrica de societate: vnde dicit hic. Accur.

[Est autem societas (vt ait Marcus Tullius) duorum pluriumve conuentio honestè * contracta ad vberiorem quęstum, & commodiorem vsum. Accur.

* Nā malorū nō ē societas. l. si à reo. §. id, q. ff. de fideiu. ergo si est in honesta, dr̄ cōuēticula. l. conuenticula. C. de epi. & cler. ab historicis cōiuratio uocat̄. Aeg. Petr.

S Ocietatem. Totus iste tit. diuidit̄ in quatuor partes. Primò ponit in quib. reb. possit cōtrahi societas. Secundò, q̄ partes pñt esse in lucro, & damno: & si non fuerint à partibus expressæ, q̄ intelliguntur. Tertio, quando societas, & quomodo finitur. Quartò, ad quid socius tenetur Secunda ibi, & quidem. Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi, Socius socio.

1 † sic The.
2 † Aliàs, κοινων ιαν.

¶CASVS. Dixi. Iusti. Domine bene perpendi per supradicta, quòd iam de societate estis tractaturus, pro Deo, qualiter cōtrahitur societas? Et resp. dominus Iusti. q solemus contrahere societatem oīum bonorum, quā Græci cœnoptoxiam appellabant, aut vnius negotiationis, veluti vini, olei, frumenti vendendi, & emendi; & tunc æqualiter participabunt lucrū, & damnum. si autem super partibus lucri, aut damni aliquid statuerit, tunc quod inter eos conuenit, seruabunt. Sed quid dices de tali conuentione, ut ad Titium duæ partes lucri pertineant; damni uero tertia; ad Seium vero duæ partes damni; tertia vero lucri: valetne ista conuentio? & dicitur, quod sic. Quintus tamen Mutius dicebat, quod talis conuentio erat contra naturam societatis, & quod non valebat. Seruius autem Sulpitius dicit, quod talis ratio ualeat, quod iure conuentionis intelligi potest etiam ita contrahi, q vnus pecuniam conferat, alius autem nihil, lucrum tamen inter eos communicabunt: quia sæpe alicuius prouidentia, vel opera pecuniæ præualet. Sed quid si ita fuerint pacti inter se, q vnus habeat partem lucri, partem autem damni non ferat, valetne pactum tale in societate Dicit Seruius, quòd sic: ita tamen, quod si sit in vna re lucrū, in alia damnum, debet fieri compensatio lucri cum damno; & illud solum, quod superest dicit lucrum, h.d.

a Totorum, i. oīum, & expresse, vt ff. c. l. j. §. j. & l. 3. §. 1. Nam hoc nomen, s. totus, ta, tū, totitatem ad vnam rem signat. ADDITIO. Hoc verum, si ad vnā adijcitur: aliàs si ad vniuersitatem, de illa tanquam de vno prædicat̄. Io. Fab.

b Emendi. item duob⁹ alijs modis, s. simpliciter, * vt ff. c. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei, vt ff. c. l. societas. Accur.

* Si nō sit expresse dictū. q sit oīum bonorum, & tunc vr̄ cē̄ coita uniuersorū, q̄ ex q̄stu veniūt, i. si q sit lucrum ex empti. & uendi. loca. cōd. & sic tacere nocet, s̄m glo. in d. l. coiri. Aeg. Petr.

De societate.

TITVLVS XXVI.

Omnium bonorum, & vnius negationis tantum contrahi potest societas, in qua damni, & lucri sunt partes æquales: nisi inter socios aliter conuentum fuerit. Aretinus.

S Ocietatem coire solemus, aut totórum [a] bonorū, quam Græci specialiter [1] † κοινοπραξίαν [2] † appellant, aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum, emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi [b] vendendique.

¶Et quidem si nihil de partibus lucri, & damni nominatim conuenerit, æquales, [c] scilicet, partes in lucro, & in dāno spectantur, quod si expressæ [d] fuerint partes, hæ seruari debent.

¶Nec enim vnquam dubiū fuit, quin ualeat conuentio, [e] si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes, & lucri, & damni pertineant, ad alium tertia. [f]

Valet conuentio inter socios, vt maiorem partem lucri ferat alter, quam damni, & econtra; & etiam quod lucrum participet alter, & damnum non sentiat. Et lucrum dicitur: quod superest omni damno deducto. Aret.

¶De illa sanè conuentione quæsitum est: si Titius, & Seius inter se pacti sunt, vt ad Titium [g] lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad Seium duæ partes damni, lucri tertia; an rata debeat haberi conuentio. Quintus Mutius contra naturam societatis talem pactionem esse existimauit, & ob id non esse ratam habendam. Seruius [h] Sulpitius (cuius sententia præualuit) contra sensit, [3] † quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustum sit conditione [4] † meliore in societatem admitti. ¶Nam & ita coiri [5] † posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sæpe opera alicuius pro pecunia ualet. Et adeo [i] contra Quinti Mutij sententiam obtinuit, ut illud quoque constiterit, posse conuenire, ut quis lucri partem [k] ferat, de damno non teneatur, quod [l] & ipsum Seruius conuenienter [m] fieri [6] † existimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut in alia [7] † re lucrum, in alia [8] † damnum illatum sit, compensatione facta, solum, quod superest, intelligatur lucro [9] † esse.

c Aequales. sic ff. de hær. inst. l. quoties. §. hæredes, sic sup. de hær. inst. §. plures. & ff. e. l. si non fuerint. & dic, æquale fuisse capitale. Accur. ADDITIO. Aliàs erit in arbitrio iudicis, consideratis sociorum operis. Et nota, q sicut capitale, ita nec lucrū, durante societate extrahi potest. Ang.

d Expressæ. etiam in solo lucro: vt infra e. §. illud.

e Conuentio. s. talis, vt sequitur.

f Tertia. s. pars lucri, & damni.

g Ad Titium. computatio hic ita expedita fiat, vt si lucrum in vna re, in alia vero damnum contigerit, ut si, deducto omni damno, lucrum superest, vnus in duas partes, alius in tertiam partē admittat̄ eius lucri. Si uero tm̄ dānū supest, is, q duas partes dāni ferre debet in reb. quæ supersunt, tanto minus, q̄ alter accipiat, q̄ tn̄ faciat tertia pars dāni, ut ff. eo. l. Mutius.

3 † sentit The.
4 † al. meliori.
5 † al. coire.

h Seruius. hic Seruius sibimet contradicere videtur, vt ff. eo. l. Mutius. sed non est verū. nam ibi dicit de facto hoc esse nō posse, s. vt dānū, & lucrum sit in eadē societate, cū dānū lucro, & ecōtra lucrum, damno deducto, intelligat̄; vt ibi dicitur, & inf. e. ver. & adeo.

6 † al. deest fieri.
7 † al. aliqua.
8 † aliqua.
9 † lucri.

i Et adeo. hæc pacta inæqualia tunc demū locū hn̄t, qn̄ alter plus cōtulit operæ, uel industriæ, q̄ alter. vt ff. eo. l. si non fuerint. in prin. ibi, si vero placuerit, secundum. Azon. cū societas sit fraternitatis ius, vt ff. e. verum in fi. 2. resp. Io. contra & subaudit in l. illa, si non fuerint, maximè. Alij idem, q Io. sed tali ratione, quia iure conuentionis ualent, non societatis ff. de pol. l. 1. §. si conuenerit. Accur. ADDITIO. Ista cōiter approbatur, vt per Chr. hic. & hæc uera intellige, qn̄ uel de vtroq;, uel de altero tantum aliquid inter partes conuentum est. Si verò nihil, sed simpliciter tantum sit contracta societas; dic, ut per Ang. hic.

a idest, si nō habito respum ad lucrum de certa q̄ritate cautum sit, puta uolo decē annuatim ēt si cōcedens pecuniā, in se periculum suscipiat, s̄m Ang. hic.

k Partem. non totum, alias esset Leonina, * ut dicitur in fabula Aniani, uel Esopi, & ff. eo. l. si non fuerint. §. si. & l. si unus. §. sed si pretium. in fi.

* Iniquissimū. n. genus societatis est, in quo qs dānū, non ēt lucrū spectat; ut ibi dr̄. Aegid Petr.

l Quod & ipsum. s. dictum hoc proximo casu.

m Conuenienter. i. cōueniēs suæ sn̄iæ, q̄ dixit s̄. e. §. de illa.

Illud

¶ILLVD EXPEDITVM. ¶CASVS. Pone. Duo mercatores societatem adinuicem contraxerunt, & super hoc literas confici fecerunt, in quibus continebatur, quod lucrum, si quod inter eos contingeret, diuideretur: nulla fuit facta mentio de damno, quid iuris in hoc casu? Respon. quod eadē est ratio obseruanda in damno, quæ & in lucro est expressa, & econuerso. h. d.

a *Seruari*. No. eandem esse rationem contrariorum. sic ff. de leg. 3. l. fi. & ff. fami. ercisc. l. si filia. §. Papinianus. Arg. contra. ff. de lib. & post. l. commodissimè. & ff. loca. l. ea lege. 1. resp. & ff. de nego. gest. l. si quis negotia.

¶MANET AVTEM. ¶CASVS. Supra dictum est, qualiter societas contrahitur: restat nunc videre, qualiter dissoluitur. Dicit ergo Iusti. ꝙ societas inter aliquos tandiu manet, quandiu perseuerauerint in eodem cōsensu: cum autem alter eorum societati renunciauerit, dissoluitur societas; si autem callide renunciauerit societati, ad hoc, ꝙ ipse solus aliquod lucrū sentiat, illud lucrum solus non habebit, sed tenetur illud lucrū socio suo communicare. si autem aliquod lucrum aliunde senserit, quam sibi sperabat, scilicet, quando societati renunciauit idest, ex insperato si bi euenit. in totum habebit: quicquid autem lucratus fuerit illi, cui renunciatum est, post renunciationem illi soli aequiritur.

b *Renunciauerit*. præsenti socio, a nō absenti, vt ff. eo. sed & socius. §. si absenti.

c *Callide*. idem, & si intempestiuè renunciet: item & si expectat non renunciari: vt ff. eo. l. actione. §. Labeo. & l. sed & si socius. §. fin.

d *Totorum*. i. omnium hoc expressō: ut ff. eo. l. 3. §. 1. aliàs contra, ut ff. eo. l. nec adiecit.

e *Si quid verò*. alias si quidem, sic ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. Fuleinius. §. quod si aduersus. sic ff. eodem. l. actione. §. diximus.

f *Non captauerit*. i. non præcogitauerit.

g *Conceditur*. no. hic quinque modos soluendæ societatis hic, & sequentibus quatuor §§. sunt & alij duo, ut interempit societas. Item cum ab alio stipulor animo nouandi, vel iudicium cum aliquo dicto animo nouandi: vt ff. cod. l. actiones. 1. respon.

¶SOLVITVR ADHVC. ¶CASVS. Non solum per renunciationem, de qua dicitur supra soluitur societas: sed & morte, unde non succedit socio superstiti hæres in societate, nisi hoc placuerit ipsi socio superstiti: & tunc etiam dicitur contrahi societas: & si plures contraxerunt ad inuicem societatem, si unus illorum decesserit, dissoluitur societas inter omnes, nisi aliter conuentum fuerit inter eos. In §. item si alicuius rei, &c. dicit Imperator, quòd non solum duobus modis supradictis dissoluitur societas: immo & tertio modo, scilicet, quando finis impositus est negotio, propter quod contraxerunt adinuicem societatem.

¶In §. publicatione, casus talis est. Iam ui distis tres modos soluendi societatē: modo ponitur hic quartus modus, quo solui tur societas puta, per publicationem omnium bonorum suorum in fiscum ꝓpter suum delictū. Quando enim fiscus in loco suo succedit, pro mortuo habetur.

¶*Item si quis*. Iam ui distis. quatuor modos, quibus soluitur societas. Item quinto modo soluitur societas: uelut si unus ex socijs cesserit bonis, ne in carcerem detru datur: n si tamen adhuc alter in ipsum consenserit, noua uidetur contrahi societas.

h *Morte*. idem est in tutela: secus in deposito. & mandato. ut ff. de ijs, qui nota. infa. l. furti. §. illud.

i *Et si*. i. quamuis. Accursius.

k *Conuenerit*. sut durer inter superstites etiam, uno moriēte: non autem ad hæredem transit * etiam ex pacto: vt ff. eod. l. adeo. & l. nemo. nisi in societate uectigalium: vt ff. eod. l. verū. §. in hæredem. & l. adeo. 1. respon & nisi denuo consentiant: ut ff. eo. l. plane.

ADDITIO. Item nisi iuramento hine inde apposito: quia fortè de iure canonico teneret etiam in persona hæredis; nec morte unius ex socijs solueretur, per c. cum contingat. extra de iureiu. secundum Io Fab. hic.

l *Item si alicuius rei*. vt duo tabernarij de vendendo vino in foro.

m *Publicatione*. quæ publicatio fit propter delicta: ut ff. de bo. dam. l. 1. 1. respon.

n *Alius*. alias aliter. s. fiscus.

o *Pro mortuo*. sic ff. eo. l. actione. §. publicatione. Accur.

p *Habetur*. sed quid, si hic socius, cuius bona publicata sūt, ratione operæ socius erat, non rerum, ꝙ esse potest, vt s̄ eo. §. de illa. vet. nam & ita? Rñ. idem, cū libertatem, vel vitā, vel ciuitatē amittat, vt ff de bo. dā. l. 1. & ī. ꝓx §. inuit. in fi.

q *Bonis suis cesserit*. quod facere potest, ne in carcerem detrudatur. vt inf. de act. §. fi. * & C. de cessio. bo. l. 1.

r *Debita*. qa fisco, vel priuatis debat, vt ff. eo. l. actione. §. 1.

s *Vaneat*. i. vendatur.

t *Sed hoc casu*. q. d. non sicut superiori proximo, s. quando bona

Particula adiecta in lucro, tacitè videtur adiecta in damno, & econtra. Aret.

¶Illud expeditum est, si in vna causa pars fuerit expressa veluti in solo lucro,[1]† vel in solo damno: in altera vero omissa: in eo quoque quod prætermissum est, eandem partem seruari.

Societas soluitur renunciatione: qua sola lucrum, quod post renunciationem acquiritur, non communicatur, nisi dolosè fuerit renunciatum. Aret.

¶Manet autem societas eousque, donec in eodem consensu perseuerauerint. At cum aliquis renunciauerit[b] societati, soluitur societas Sed planè si quis callidè[c] in hoc renunciauerit societati, vt obueniens aliquod lucrū solus habeat: veluti si totorū[d] bonorum socius, cū ab aliquo hæres esset relictus, in hoc renunciauerit societati, vt hæreditatem solus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. si quid[e] verò aliud lucri faciat, quod non captauerit, * [f] ad ipsum solum pertinet. Ei verò, cui renunciatum est, quicquid omnino post renunciatam societatem acquiritur, soli conceditur.[g]

Morte vnius ex socijs soluitur societas: item interitu rei, vel publicatione bonorum: item si vnus ex socijs cesserit. Aret.

¶Soluitur adhuc societas, etiam morte[h] socij: quia qui societatem contrahit, certā personam sibi elegit.[2]†

¶Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nā ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vendicando, [a] aut condicendo, [b] potest auferre. Sed rei vendicatio quidem [1] † aduersus possessoré est: siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. condictio autem aduersus furem ipsum, hæredemve eius, licet non possideat, competit.

De vi bonorum raptorum.

TITVLVS II.

Rapiens per vim rem alterius, tenetur furti, & etiam actione vi bonorum raptorum: quæ datur in quadruplum intra annum, posteà vero in simplum: & in quadruplo inest simplum. hoc dicit Aretinus.

QVi vi [2] † res alienas [c] rapit, tenetur quidem etiam furti: [d] (quis enim magis alienam rem, inuito domino, contrectat, [3] † quàm qui ui rapit? [e] ideoque rectè dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur, ui bonorum raptorum: & est intra annum, [f] quadrupli, [g] post annum, simpli: quæ actio utilis [h] est etiam si quis vnam rem, licet minimam, rapuerit. Quadruplum autem non totum* pœna est, [4] † sicut in actione furti manifesti diximus: [i] sed in quadruplo inest rei persecutio: ut pœna tripli sit, siue comprehendatur [k] raptor in ipso delicto, siue non. Ridiculum [l] enim est, leuioris conditionis esse eum, qui ui rapit, quàm qui clam [m] amouet.

2 † apud Dua. deest vi.

3 † al. contrectat.

* Quia pœna ē tripli tantum, & rei persecutio simpli: & ita ambo faciunt quadruplū licet glo. in uer. extra, dicat cōtra. Arg. Perr.

4 † Et ext. pœnam rei persecuto, sicut, &c.

furti: & ideo datur hæc* act. vi bo. rap. quia excedit, & in id, quod excedit ut d. l. ff. eod. l j. & ff. de actio. & oblig. l. qui ser uum. § fi.

l. 2. & l. qs in seruitu. ff. de fur. Ang.

e *Qui ui rapit*. quasi dicat, nullus: ut hic, & ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. qui uim. Accur.

f *Annum*. f. utilē: ut C. eo. l. fina. & l. res. & de noxa. l. pe.

g *Quadrupli*. nisi in casu, quo agit ad duplum tm̄ ut C. de paga. l. Christianus quę est huic contra. Sed il lud est speciale.

h *Vtilis*. i. efficax, & directa. Vel dic, ꝙ directa cōpetit, qn̄ plures res raptæ sunt: sed utilis, qn̄ unum tm̄ bonum rap. est. i. una res rapta est. Et facit ad hoc, ꝙ pluralis oratio, l. raptorum, trahatur ad singularem. ff. de cond. & demon. l. falsa. §. ult. & ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc uerba uer. negotia. & ff. de peti. hær l. generaliter. & l. licet.

i *Diximus*. ut s̄ ti. j. § fi.

k *Comprehendatur raptor*. sed quō pōt raptor non deprehēdi, cum dicatur eripere, quasi de manu auferre: ut ff. ne quis eum, qui in ius. l 4. §. j. Respon. distingue aium auferentis, ut si erat aius ei palā, & quasi per uim auferendi: licet ibi neminem inueniat, rāꝑ est raptor: Sed fur est, qui habet aīum, ut faciat clam, licet interdum deprehendatur, ex qua deprehēsione efficit̄ manifestus, ut ar. s̄. tit. j. §. furtū aūt à furto.

ADDITIO. Vult dicere gl. ꝙ fur manifestus semper tenetur ui bonorum rapto. sed non manifestus ita demum, si habuit animum, &c. Et aduerte, unicum furtum dicit, ꝙ de loco unico contextu, siue unico tēpore fit, licet plures res simul asportentur; ex quo non ueniret quis furca suspendendus, nisi esset egregium, quod pluribus paruis præualeret: vt hic per Ange.

l *Ridiculum*. bene dixi, siue non: ridiculum enim, &c.

m *Qui clam*. idest, fur nec manifestus. Nam raptor tenetur in quadruplum: hic autē, scilicet, fur non manifestus in duplum tantum, uel triplum cum re surrepta. sed qui palam furatur, certum est in plus teneri, quam raptorem: eum in quintuplum cum re teneatur. Accur.

ADDITIO. Et est ratio diuersitatis, sm̄ Ang. quia raptor se exponit morti: & iō, cum incurrat maius periculū in persona, leuius punitur in pœna pecuniaria. arg. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs, qui no. infa. Vel dic ꝙ ex rapina inducitur crimen publicum: & in hoc grauatur, quia a quolibet de populo potest accusari: iō in alio alleuiatur. l. eum, qui. in prin. in gl. probandi. ff. de iureiuran. Quare aūt in ui bo. rap. prætor eandem pœnam in manifesto, & non manifesto, imposuit: cum lex 12. tab. & ipse prætor in furto diuersas imposuerit: Dic esse rationem propter eundem animum rapiendi, qui semper requiritur.

¶QVIA TAMEN. ¶CASVS. In isto §. dicit, quòd ac. vi. bo. rap. na cōperit, si aliqs rē alterius dolo malo rapuerit. Cæterum, si aliquis errore ductus, rem alienam credens esse suam, eam alteri rapuerit, iure primitiuo non tenetur act. ui. bon. rapt. sed ne inueniatur uia, per quam raptores suam

¶CASVS. Dixi Iust. Dn̄e, iam uidi, ꝙ ille, qui rem alienam clam surripit, tenet̄ ac. fur. sed q̄d dicetis de illo, qui rē alienam ui rapit? Et rn̄. ꝙ ille similiter ac. fur. tenet̄. Nullus. n. magis rem, inuito dn̄o, contrectat, q̄ qui eam ui rapit: unde improbus fur dr̄. & pro ista improbitate prætor introduxit acti. ui bono. rapt. & est intra annum quadrupli, post annū uero simpli. & datur p̄ unam rem ui raptam, quanquam aliter secus uideretur p̄ uerba in numero plurali posita à prætore in noīe act. s. ui bo. rap. Et sumus in uersi. Quadruplum aūt, &c. Supra dictum est, ꝙ act. ui bo. rap. intra annū datur in quadruplū: post annum uero in simplum. quæro, utrum quadruplum istud sit totum pœna? Et resp. ꝙ non. & in isto quadruplo simplum inest: & triplum est pœna, siue comprehendatur raptor in delicto, siue non. Non. n. debet esse melioris conditionis raptor, quam fur. h. d. Fran.

c *Alienas* largè accipe. ut etiam si sint communes, idem sit quo ad socij partem: ut ff. de fur. l. si socius. Accur.

d *Furti* s. non manifesti. et si deprehendatur, sm̄ P. quod falsum est: imo si deprehendatur, manifestus est, & in quadruplum pōt conueniri: ut ff. de fur. l. si uendidero. §. cum raptor a alias si non deprehendat, nō manifesti tenet̄: qua actione si fuerit actum, tollit̄ ui bonorū rapt. nisi in id, qd̄ excedit: ut ff. eo. l j. Item in casu nec manifesti, nec nō manifesti tenetur: ut si quis ex domo, in qua nemo erat, rapuerit: sed tm̄ hac actione ui bonorum rap. tenetur sm̄ P. ut ff. de fur. l. si quis de mo. aliās ex domo. Sed hoc est falsum: quia ibi erat furti non manifesti: & iō amplius cessat actio

a Sed hoc est falsum sm̄ Bar. in d. l. si vendidero. quia opus ē, ut acclamet̄.

malitiam impunè possint exercere:constitutionib. principum est prouisum,ne alicui liceat rem mobilé, vel inmobilem,licet suam esse dicat,vel æstimet, alicui per vim auferre:si contra hoc statutum venerit,si sit dominus rei, qui eam rapit,cadit à dominio suæ rei. Si autem res aliena fuerit, debet eam primo restituere:& postea in pœnā sui delicti æstimationem rei præstare: & illud nō solum habebit locum in rebus mobilibus,sed ēt in immobilibus: ut ex hac causa ab omni rapina homines se abstineant.h.d.Fran.

Actio vi bonorum raptorum competit pro violentia dolo commissa: secus, si rem suā bona fide rapuit: tamen raptor si dominus est,cadit à dominio suo; si verò non est dominus,tenetur ad tātundem; siue res fuerit mobilis siue immobilis.

¶Quia tamen[a] ita competit hæc actio,[1]† dolo malo quis rapuerit. Nam* qui aliquo errore ductus,rem suam esse existimans, & imprudens iuris,eo animo rapuerit, quasi domino liceat etiā per vim rem suam auferre à possessoribus,absolui[b] debet. Cui scilicet conueniens est,nec furti teneri eū, qui eodem hoc animo rapuit.¶Sed ne, dū[c] tale[2]† excogitantur,inueniatur via,[d] per quam raptores impunè suam exerceant auaritiam: melius diualib. constitutionibus[e 3] † hac parte prospectum est,[4]†vt nemini liceat vi rapere,vel rem mobilem, vel se mouentem, licet suam eandem rem existimet. Sed si quis contra statuta principum fecerit,rei quidem suæ dominio cadere:[f] si autem aliena res sit, post restitutionem eius,etiam æstimationem eiusdem rei præstare. Quòd non solùm in mobilibus reb. quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt:sed etiam in inuasionibus,quæ circa res soli[g] fiunt, vt ex hac causa ab omni rapina homines se abstineant.

Actio vi bonorum raptorum non solum competit illi, qui dominium habet in re:sed etiam illi, qui habet aliquod ius: & istud ius æstimatur. Aretinus.

a *Quia tamen.* istud', quia, videtur superfluū. Vel pone,quia, pro, sed Alij, ita tamen. & tunc est planior.
b *Absolui*. scilicet, ab actione vi bonorum raptorum iudicis sententia: ut quidam dicunt: uel ipso iure, secundum Azonem ᴀ arg. ff. de publi. & uec.l.commissa.§.fi.
c *Sed ne,dum* pro tamen secundum quosdam:uel pone,ꝓpriè.
d *Inueniatur uia.* sic inf ti.j.§.vnde illud.
e *Constitutionibus.* ut C. vnde vi. l. si quis in tantam.Et in alijs sequentibus vsque in finem ti. sed hic prosequitur tantum tenorem illius l. si quis in tantam.Super qua materia longum esset hic dicere: cùm plures quæstiones ibi notentur super prædicta.
f *Cadere*. repete,pro spectum * est,& etiā ibi præstare, necesse necesse ponere,cogitur, uel debet, quæ uerba non inuenies in libris emendatis.
g *Res solι*.proprie, * quandoque tamen impropriè: ut C. de actio.emp.l.ij.sed rei mobilis dicitur occupatio,licet etiam quā doque immobilia dicantur occupari: ut C. de rei uend. l. domum.in glo.1..
¶SANE IN HAC.
¶CASVS. Dixi Iusti. Domine, cōpetit mihi hæc act.ita demū, si dominus fuero rei? Respond. quòd immo, siue in bonis eius fuerit res rapta; siue in bonis uidelicet eius,qui ius aliquod habuerit in re: ut quia sibi sit commodata, uel impignorata, siue locata, uel deposita: uel aliquod ius habeat in ea: ita quòd eius intersit modo nō rapi.Semper.n.competit ista act non ut dominium rei raptæ accipiatur,sed quòd res sibi rapta restituaf. Et ut breuiter me expediam,ex quacunque cā pōt competere alicui actio furti,propter furtum datum in re:ex omni consimili causa potest dari actio ui.bo.rap.propter rapinam in re factam.h.d.Franc.

1† *Alias, ita, tam cō petit, hac act.&c.*
* *Sic hēs, ꝙ minor pœna iniū cta a lege nō tollitur per maiorē inducta ab alia lege, nisi quatenus inuicē concurrūt, secun.Bar. in l.1.ff.eo. Egi.Perri.*
a Et utraque opi. ē uera,l.prima,si fuerit in iudicio deductū:Itē secunda, si nō fuit deductum ī iudicio:ut per doct. hic.
2 †*al.excogitentur.*
3 † *al.pro hac parte.*
4 † *al.perspectū est.*
* Hæc gl. nō est Accursij.
* Occupātur mobilia, inuadunī immobilia. Egi.Perr.

¶Sanè in hac actione[h] non vtique expectatur,[5]† rem in bonis[i] actoris esse. Nam siue in bonis sit, siue non: si tamen ex bonis sit,[k] locum hæc actio[l] habebit. Quare siue locata,siue commodata, siue etiam pignorata,siue deposita[m] sit res apud Titium, sic vt intersit eius, eam rem per vim non auferri (veluti si in deposita * re culpam quoque promisit) siue bona fide possideat,siue vsumfructum quis habeat in ea, vel quid[6] †aliud iuris,[7]† vt intersit eius non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem;non ut dominium[n] accipiat,sed illud solùm, quod ex bonis eius, qui rapinam passus est,idest, quod ex substantia eius ablatum esse proponatur.

¶ Et generaliter dicendum est,ex quib.causis furti actio competit in re clam facta ex eiusdem causis omnes habere hanc actionem.[o]

De lege* Aquilia.

TITVLVS III.

Qui occidit seruum alienum, uel pecudem alienam, tenetur ex primo capite legis Aquiliæ ad eius æstimationē, quanti plurimi fuerunt ab anno retrò: & pecudis appellatione continentur animalia domestica, quæ gregatim pascuntur. Aretinus.

Damni iniu-

h *In hac actione.*s.vi bonorum raptorum.
i *In bonis* idest in dominio:ut ff. de acq.rer.do l.rem in bo. & l. statuas & ff de uer.sig l.bonorum appellatio. Vel si ēt bona.fide possideantur.
k *Ex bonis sit.* ut aliquod ius habeat, ut statim per exempla probat.
l *Hæc actio.*s.ui bonorum rapto.
m *Deposita*. promissa custodia à depositario:ut s̄.tit.1.§. pe. Vel etiam commisit culpam,ut sequitur.ᴀ Vel ēt si pretium acceperit depositionis, nō tamen quasi mercedem, tenef eidem, ut ff.e.l.2.§.dicet aliquis. alioqui esset locatio: ut s̄.mād.§.fi. ADDITIO. Dic, ut habetur in l. natura lis. §.2.in gl. si res. ff. de præscrip.uer.& facit l. j.§.si quis seruū. in glo. non datur. ff. de po Ang.
n *Dominium*.i.dominij æstimationem: ut ff. quod met.cau.l si mulier. §.qui possessionem. & ff.uti possi l.pen.§.fi.
o *Hanc actionem*. facit ff. ui bonorū rap. l.2.§.& generaliter.

¶DE LEGE Aquilia.

¶Post maleficiū rapinæ sequitur de dāno, quod per legē Aquiliam punitur. Acc.

Damni. Totus iste ti. diuid ī in duas partes. Et primò tractat de primo capite l. Aquil Secundo tractat de tertio capite Secunda ibi, Capite tertio. Itē prima subdiuidunt: qa primo ponit uerba primi capitis l. Aqui. Secūdo illa interpretatur.Secūda ibi. Qđ autem non præcisè. Item secunda principalis subdiuiditur in duas partes. Nā primò ponit uerba,secū do interpretaf.Secunda ibi, Itaque si quis.
¶CASVS. Si aliquis dederit mihi damnū per iniuriam, ad damnum istud puniendum constituitur actio per l.Aquil Et sciendum est,ꝙ l.Aquil.tria sunt capita.uidendum est ergo de primo capite.In primo autem capite est cautum, ut si aliquis seruum alienum, alienamve quadrupedem, quæ in pecudum numero sit,iniuria occiderit:quanti pretij ea res in anno proximo præterito fuerit, tantum

In bonis & ex bōis differunt.
5† *spectatur.*
a Dic qđ si cōmisisset dolū, nō hēret actionē furti,nec aliā actionē: nec ex improbitate sua consequitur actionē:ut no.ī d.§.pe. & facit l.itaque. ff. de fur.Ang.
* *Adde Fely. in c. cum causam. num. 3. de off. deleg.*
6 †*rapta.*
7† *ius.*
Diuisio.
* *Hic large sumitur l. pro plebiscito: quia Aquil.tribunus plebis hāc rogauit. Egi. Perrinus.*
* *sic ff. ad l.Aquiliā.*

riæ actio [a] constituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite [b] cautum est, vt si quis alienum hominē, alienamve quadrupedem, [†] quæ pecudum numero sit, iniuria [c] occiderit: [d] quanti ea res in eo anno [e] plurimi [f] fuerit, tantum domino [g] dare damnetur. ¶ Quod autem non præcisè de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cauetur, eò pertinet, ut neque de feris bestijs, neq; de canibus cautum esse intelligamus, sed de ijs tantùm, quæ gregatim propriè pasci dicūtur, quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. * ¶ De quibus quoque idem placuit. nam & sues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim [h] pascuntur. sic denique & Homerus in Odyssea ait (sicut Aelius Martianus in suis Institutionib. refert:) [i]

* Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δ' ἐνέμονται
Πὰρ κόρακος πέτρι, ἐπίτε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Quoad legem Aquiliam iniuria dicitur occidisse, qui dolum, vel culpam commisit occidendo: quoniam in actione legis Aquiliæ venit leuissima culpa. Casus verò occidentem excusat.

¶ Iniuria [k] autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaque qui latronem [l] insidiatorem occiderit, non tenetur: vtique si aliter periculum effugere non potest. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit, si modò culpa eius nulla inueniatur: nam alioqui [m] non [n] minus ex dolo, quàm ex culpa quisque hac lege tenetur. ¶ Itaque si quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem seruum tuum traiecerit, distinguitur: [o] Nam si id à milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa [p] eius intelligitur. Si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. [q]

tantum domino dare condemnetur. In uersi. quod autem, dic casum. Positis materialiter uerbis Galli Aquilij, quę aliquā tulum sunt obscura, intendit Imper. uerba illa per ordinem exponere, & primò exponit, quare non sufficit sibi dicere, pręcisè, si quis hominem alienum, alienamve quadrupedē occiderit: sed adiecit, quæ in pecudum numero sit. hoc enim adiecit ad significandum, quod si aliquis occiderit vrsum meum, uel leonem, uel aliā feram bestiam, quod nō debeat puniri per primum caput l. Aquil. eo quod non sunt de numero pecudum illarum, quæ gregatim pascuntur, i. in pascuis custodiuntur, sicut equi, muli, oues, & boues, capræ, & similia. Sed domine, de suibus quid dicemus? continetur ne sub pecudum numero? Et respō. di. quod sic: quia gregatim pascūtur & hoc confirmatur per authoritatem antiquorum: dicens, quod sic uoluerunt Homerus, & Aelius Martianus. Franciscus de Aret.

a *Iniuria actio*. idest, actio leg. Aquil. quæ cōpetit pro damno dato, i. destructione alicuius rei facta. a Nam sic dicitur damnum diminutio patrimonij, ut ff. de dā. inf e. l. 3. si autem rem alterius surripere, licet uidearis dānum inferre, tamen nō infers tale, quod per hunc titu. tenearis, sed actione furti, ut ff. eodem. l. si seruus seruum. §. si oliuam. & §. idem & in sylua.

b *Primo capite*. habebat enim hæc tria capita. siue capitula, & de primo capite dicitur hic. Secundum autem non est in usu. De tertio dicitur inf eo. §. caput secundum. & §. capite tertio. & ff. eo. l. 2. Accur.

c *Iniuria*. idest, non iure, ut inf. eo. §. Iniuria.

d *Occiderit*. nota occiderit; nam si alio modo læserit, ex tertio capite agitur, ut inf. eo. §. capite tertio. Accur.

e *In eo anno*. scilicet præterito.

f *Plurimi*. habita æstimatione, non ex affectione singulorum. sed communi æstimatione, vt ff. eodem, l. si seruum meum.

g *Domino*. vt ff. eodem. l. item Mela. §. item & cum eo. uersic. legis autem Aquil. uel quasi domino, ut fructuario, uel alijs, qui habet ius iure, ut ff. eodem. l. item Mela. §. finali. & l. sequen.

h *Gregatim pascuntur*. facit ff de lega. 3. l. legatis ser. §. pecoribus.

i *Refert*. * duo hæc carmina Græca ex Odyssea Homeri lib. 14 deprompta sunt, quorum hic est sensus: Inuenies autem illum subus assidentem iuxta Coracis saxum, ac fontem Arethusam.

¶ INIVRIA AVTEM. ¶ CASVS. Exponit Iust. illud uerbum positum prius, iniuria occiderit, dicit quòd ille iniuria occidit, qui nullo iure occidit, & manifestat per exempla, qualiter quis potest iure occidere; quia hoc uidetur alicui dubium. Vnde dicit. Si enim seruum meum latronem diurnum, dum tamen telo se defenderet, quis occiderit, iure permittente, eum occidere uidetur; & ideo non tenetur. & hoc intellige ita, si non possit occisor alio modo euadere periculum. Idem dicit de eo, qui casu occidit seruum alienum, si non fuerit in culpa, & dolo. & de hoc ponitur tale exemplum. Quidam milites ludebant cum iaculis in campo eis deputato ad se exercitandos: si seruus alienus ibi transitum fecerit ad ludum respiciendum, cum tñ eius non interfit, si eum aliquis militum se exercitantium traiecerit, non intelligitur miles esse in culpa, & ideo non tenetur. Si autem aliquis priuatus hoc fecerit, cuius non intererat telo traijcere, culpæ reus est, & ideo tenetur ex primo capite. l. Aquil. eodem modo similes in alio loco, quam militibus ad se exercitandos destinato, hoc fecerit, culpæ reus est, & tenebitur. hoc dicit. Francicus. de Aret.

K *Iniuria* facit. ff. eodem, lege, sed & si quencunque. §. iniuriam.

ADDITIO.

Ex quo tex. nota differentiam inter hanc actionem, & actionē iniuriarum, quia in illa non sufficit culpa: sed requiritur contumelia, & dolus est & alia differentia: quia in hac agitur ad damnum: sed in actione iniuriarum agitur ad uindictam, & sapit instar causæ criminalis, ut ff. de iniur. lege prætor edixit. §. primo. Accursius.

l *Latronem*. scilicet, diurnum, ut tamen clamet, & ille se defendat: l. sed furem etiam si se nō defendat, ut subijcit, & ff. eod. l. 4. Accur.

ADDITIO. Sed hoc est contra. l. furem. ff. de sica. Vnde dic, quòd est differentia inter insidiatorem, latronem, & furem, ut in authen. ut nulli iud. §. penu. quia latronem, insidiatorem itineris possum occidere indistinctè, ut l. 3. ff. eodem. facit l. prima, & secunda. C. quando li. se si. iudi uin. Si autem sit fur, tunc debet distingui, aut diurnus, & tunc si potest capi, uel a damno euadi, nō debet interfici. Nocturnum autem licet occidere, si interficiens non possit ei parcere sine periculo suo, ut dicit text. in l. furem, ff. de sica.

m *Alioqui*. si culpa interueniat.

n *Non minus*. idest, non plus ex dolo. quam ex culpa, cum etiam leuissima culpa in hanc actionem ueniat, ut ff. eodem, l. in lege. b Vel propriè lege, & conuerte literam non minus, &c. idest, non minus ex culpa, quàm ex dolo. sic & aliàs. ff de pac. l. iurisgentium. §. pactorum. in glos. non minus. & C. de secundis nup. l. cum apertissimè. in glo. quantum filio. & ff. de pigno. l. Paulus. §. domus. & est figura hysteron proteron, idest, ordo conuersus secundum Ioan.

o *Distinguitur*. utrum commiserit dolo, uel culpa, uel non.

p *Nulla culpa*. nisi data opera factum est, ut ff. eod. l. item si obstetrix in fi. & l nam sicut.

q *Reus est*. quia hoc non est ei deputatum: argu. in auth. vt hi, qui ob se ha. per res mi. §. sin uero tacuit. colu. 6. & ff. eo, l. idem iuris. in fi.

¶ ITEM SI PVTATOR. ¶ CASVS. Hic ponit aliud

† vel pecudem.

* Hic fami. potest concipere masc. quia etiam capri intelliguntur: qd no. Egi. Perr.

* Vide Alc. li. prætermi. 2. tit. de lega. 3. nam alij versū hunc substituunt. κλαγγὴ δ' ἄσπετος ὀρτοσυῶν αὐλιζομενάων. idest, grunnitus autē ingens excitabatur suum stabulantium in quā: quod raro fit in animalibus diuersi pastus. Tu nunc discipe, quid substitui.

a No differentiā inter actionem furti, uel bonorū, & hāc: quia actio furti, uel bonorum raptorum competit, qn̄ rē meā tecū asportas: secus qn̄ occidis, uel destruis: quia tunc competit hæc actio, licet utroq; modo fit damnum, & sic diminutio patrimonij, quod bene not. Angel.

* Hæc gl. non est Accursij.

b Pōe exēplum ſm Old. in leuissima, si Titius aggredit te: tu resistis, uenit alios ad diuidēdum uos, & tu resistendo, volens percutere aggressorem: percussisti mediatorem, teneris, ut l. scientiam. § qui cūm aliter. ff. e. Ang.

aliud exemplum, in quo ſi in culpa fuerit, qui hominem occiderit, tenetur l. Aquilia: ſi autem eum ſine culpa occiderit, non tenetur, & eſt exemplum tale, Quidam putator ex arbore deiecto ramo, ſeruum alicuius interfecit. Vnde quid iuris in iſto caſu ſit, quæritur. & reſpondetur quod diſtinguitur: quia aut illud factum eſt prope viam publicam, aut prope viam vicinalem, & tunc ſi non præclamauit, videtur eſſe in culpa, & tenetur. ſi autem præclamauit, & qui tranſibat, hoc non obſtante, proceſſit, & ſibi præcauere noluit, tunc putator extra culpam eſt, & non tenetur. Idem dico, ſi prope locum aliquẽ, ubi non erat ius conuerſandi, vel tranſeundi; ramo ex arbore deiecto, putator ſeruum alicuius ibidem tranſeuntem occiderit: quia tunc, quã quam non præclamauerit, extra culpam eſt: niſi de dolo putatoris conſtiterit: quẽ cum viderit, tamen non præclamauit: in iſto tamen caſu ſemper præſumendum eſt pro putatore, ſcilicet eum eſſe extra culpam, & dolum: niſi dolus poſſit probari, & ſic intellige, quod hic dicitur. In §. præterea. Imperator ponit adhuc bonum aliud exemplum; in quo ſi aliquis ſeruum alicuius occiderit, ſi fuerit in culpa, tenebitur: ſi autem non fuerit in culpa, non tenebitur. Si enim medicus ſeruum tuum ſecuit, & poſt ea curationem eius reliquit, & ſeruus tuus mortuus eſt: in culpa eſt medicus, & ideo tenebitur, & idem erit ſi imperitè eum ſecuit, & propter hoc mortuus eſt, in culpa enim eſt, & ideo tenetur: imperitia enim culpæ annumeratur. hoc dicit. Franc.

1† *exercitandi cã.*

* *Sic clamã: excuſatur: & facit contra eos, qui faciunt currere equos ſ nã debẽt dicere. guarda, guarda ſecundum Bald. in l. ſi putator. ff. eod. Aeg. Perr.*

* *Scilicet tempeſtiuè, non poſt factum, vnde ſũpta ĩ practica Par. quòd recto res domorũ dum domos aperiunt ponunt perticas arte domos ſuſpenſas: vt tranſeuntes admoneatur.*

2† *al. poſuit.*

3† *al. dereliquit.*

Idem iuris eſt de milite, ſi alio loco, quàm qui ad exercitandum [1]† militibus deſtinàtus eſt, in admiſerit.

Ex qualitate loci indicatur damnum datum dolo, vel culpa incidenti, hoc dicit. Vel ſic. In occidente dicitur adeſſe culpa, quando diligentia potuit prouidere, & non fecit. Aretinus.

¶Item ſi putator [a] ex arbore, deiecto ramo, ſeruum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope viam publicam, aut vicinalem id factum eſt, neque præclamauit, * vt caſus euitari poſſet, [2]† culpæ reus eſt. ſed ſi præclamauit, * nec ille curauit præcauere, extra culpam eſt putator. Aequè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licet non præclamauit: [b] quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat verſandi.

Si medicus ſerui curationem reliquerit, aut imperitè curauerit, lege Aquilia tenetur.

¶ Præterea ſi medicus, qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit [3] † curationem eius, & ob id mortuus fuerit ſeruus, culpæ reus eſt. * Imperitia [c] * quoque culpæ annumeratur: veluti ſi medicus * ideo ſeruum tuum occiderit, quia malè eum ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

Si mulus vel equus propter imperitiam, vel imbecillitatem mulionis, vel equitantis, ſeruum alterius occiderit, tenetur mulio, vel equitans lege Aquilia. hoc dicit Aretinus.

¶ Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi propter infirmitatem [d] eas retinere non potuerit, cùm alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpa [4]† tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui quum equo veheretur, [e] impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuã retinere non potuerit. [5]†

Actio legis Aquiliæ eſt pœnalis: quia æſtimatur quanti plurimi valuerit res ab anno retrò; & ideo non tranſit contra hæredes. Aretinus.

a *Putator*. ideſt, qui putat vites in arboribus poſitas, vt in quibuſdam terris ſunt, vel etiam ipſas arbores nam & arbores putantur.

b *Licet non præclamauit*. niſi fortè dolo, vt ff. eodem, l. ſi putator.

c *Imperitia*. facit. ff. de regul. iur. l. imperitia. & ff. loca. l. ſi quis fundum. §. Celſus. & § ſi quis uitulos. & ff. de ſuſpec. tut. l. tutor quoque. §. fi.

A D D I T I O.

In iſto caſu medicus non tenetur de ſica. quia illa lex requirit dolum, vt lege prima. C ad lege Cornel. de ſicar. & l. in lege. ff. eodem tit. ad l. Corn. de ſicar.

¶I M P E T V Q V O Q V E. ¶C A S V S. Habebas mulionem quendam, qui ſeruum Titij impetu mularum, quas propter imperitiam retinere non potuit, oppreſſit, vnde mulio iſte in culpa eſt, & ideo tenetur. Si autem propter infirmitatem eas retinere non potuit, alius tamen bene eas retinuiſſet, adhuc in culpa eſt, & tenetur. Idem iuris eſt in eo, quia ſcendit equum tuum, & propter imperitiam, vel infirmitatem eum retinere non potuit: quia ſi equus ſeruum alicuius oppreſſerit, æquè tenetur. Si autem ſatis fortis fuit mulio, & tamen aliquo caſu fortuito per mulas, quas ducebat, vel equum, quem aſcendebat ſeruus alicuius oppreſſus fuerit, non tenetur: attamen infirmitas, uel imperitia alicui[9] nulli debet eſſe damnoſa. hoc dicit. Franciſcus.

d *Infirmitatem*. non enim debet infirmitatem ſuam in alterius læſionem conuertere, ut ff. eod. l. idem iuris. Accur.

e *Veheretur*. puta, in rheda, uel vehiculo, vel etiam ipſo equo.

* *Hoc verũ in aſſerente ſe peritũ. Aeg. Perr.*

* *Concor. cũ hoc text. c. ſi culpa. cum glo. ſu per ver. imperitia. extra de iniu.*

* *Medicus tenetur de culpa ante factum non prouidendo in ſalle male ſecando & poſt factũ, dimittendo, ſicũ dum glo. in l. idem iuris. ff. eodẽ. Aeg. Perr.*

¶ H I S A V T E M V E R B I S.

¶ C A S V S. Expoſitis duobus uerbis, poſitis ſuprà in prin. huo exponit tertium membrum, ſcilicet, hoc, quod dictum eſt ibi, quanti in eo anno plurimi fuerit: dicens, quòd hoc nihil aliud eſt dictum: niſi quòd ſi aliquis interfecerit ſeruum tuum, ſi eo die, quo interfecerit, fuerit luſcus, vel mancus, in anno tamen proximo præterito fuit integer, & pretioſior ualde, quàm eo tempore, quo occiſus fuerit, tenetur quanti in anno proximo præterito plurimi fuerit. & non quanti eo die, quo occiſus fuerit, & ideo dicitur hæc actio pœnalis de ſui primitiua natura; quia obligat delinquentem non tanti, quantum damni datum eſt, ſed aliquando longè pluris. Et propterea etiam in hæredem non datur. in eum autem daretur, niſi vltra damnum lis æſtimatur. hoc dicit. Et caue: quia quidam volunt dicere, quòd hæc actio de ſui primitiua natura non eſt pœnalis: ſed pœnabilis ſolum. Dominus autem Guil. dicit, hanc eſſe pœnalem de ſui primitiua natura, ſicut ſatis poteſt probari per literam iſtam; pœnalem autem eſſe huius legis. verum eſt dicit ipſe, in duplum, quòd autem duplum præſtetur in hac actione, hoc contingit per infitiationem, & ſic eſt pœnalis in duplum. & in pœnali de ſui primitiua natura ſemper intellige. h. d.

4† *al. culpæ*

5† *al. non potuit.*

Quanti

¶ His autem verbis legis, Quanti id [a] [1] † in eo anno plurimi fuerit, illa sententia exprimitur, vt si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut p̄tiosus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est, pœnalem esse huius legis actionem; quia non solum tanti quisque obligat̄, quantum damni* dederit, sed [2] † aliquādo longè pluris. Ideo q̄ue constat in hæredem [3] † eam actionem non transire, [b] quæ transitura fuisset, si vltra damnum nunquam lis æstimaretur. [c]

In actione legis Aquiliæ non solum venit æstimatio rei, sed etiam æstimatio extra rem. h. d. Aret.

¶ Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, non solùm perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea, quę diximus: [d] sed eo amplius, quicquid præterea, perempto eo corpore, damni vobis illatum [4] | fuerit: velu ti si seruum tuum hæredem ab aliquo institutum, anteà quis occiderit, quam is iussu tuo hæreditatē adiret: [5] † nam hæreditatis [e] quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum, vnam, vel ex quadrigis equorum, vnum quis occiderit: vel ex comœdis [f] vnus seruus occisus fuerit, non solum occisi fit æstimatio: sed eo amplius, id quoque computatur, quanti depretiati sunt, qui supersunt. [g]

Actio legis Aquiliæ non solum ciuiliter, sed etiam criminaliter potest intentari. Aret.

¶ Liberum autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum [h] persequi, [6] † & capitalis [i] criminis eum reum facere. Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

Ex tertio capite legis Aquiliæ competit acti pro alio damno, quam mortis illatione, & pro omni re, in qua citra mortem damnum datum sit, & fit æstimatio quanti plurimi fuit à triginta diebus sup. Are.

a *Quanti id in eo anno.* materialiter hæc verba ponuntur: & habes ea sup eo. tit. in prin.
b *Non transire.* nisi ex damno locupletior factus esset. vt ff. eod. l. inde Neratius §. si infans. versi. hanc actionum.
c *Aestimaretur.* opponitur de eo, qui hodie plurimi fuerit, quàm olim & occisus est ab aliquo. Nam non videtur in hoc casu esse pœnalis hæc actio: ergo uidetur transire debere in hoc casu ad hæredes. Sed nō sequitur. licet enim reperiatur in hoc casu, q̄ nō sit pœnalis: tamen non est apta nata vt transire debeat vt in hoc exemplo: aliquis non videt, vel non uidet actualiter: tamen est aptus uidere, uel uidere naturaliter: ut arg. ff. de aqua cotid. & æsti. l. j. §. cotidiana. & ff. de flumi. lege prima. §. item flumi num.
ADDITIO. Et sic inspicimus propriam, & primæuam naturā actionis, & secūdum illam iudicamus, nō autem secundum accidētalem. facit quod no. glo. in l. si creditori. ff. de leg. 1. Quando actio subrogatur, & capit naturam alterius, intelligitur secundum naturam ordinariam, & propriā, & primæuam, quod no Are.
¶ ILLVD NON EX VERBIS LEGIS. ¶ CASVS. Scire debetis, q̄ non ex verbis legis, sed ex interpretatione est, quod si aliquis seruū meum occiderit iniuria, non solum actio. l. Aquil. fiat æstimatio serui perempti, secundum quod iam dictum est: sed & omnis damni mihi in seruitio meo per illud corpus occisum dati in alijs rebus meis: uelut si seruus meus institutus fuerit hæres: & antequam hæreditatem adiret, ab aliquo fuerit occisus: non solum corporis mei serui fiet æstimatio: sed hæreditatis amissæ est habenda ratio. Ad hoc etiam adiungere posse sum multa alia exempla. Si enim ex uno pari mularum vna occisa fuerit: uel si ex quadrigis æquorum, vnus occisus fuerit, vel ex commœdis vnus occisus fuerit: non solum æstimatio corporis est habenda: sed si per unius mortem alter, uel altera minus utilis, facta uel factus fuerit, totius illius damni ratio est habenda h. d. Fran.
d *Diximus.* per totum hunc titulum.
e *Nam hæreditatis.* in lege enim Aquilia damnum consequimus, & amisisse dicimus, quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur: ut ff. eo. l. proinde si seruum occide rit. & l. si seruum meum.
f *Vel ex comœdis* idest, qui cantabant & de commœdia: & vnus sine altero cantare nesciebat.
g *Qui supersunt.* facit arg. contra. ff. de actio. emp. l. si sterilis. § cum uenditorem. & de periculo, & cō. rei uen. l. fi.
¶ LIBERVM. ¶ CASVS. In illo §. ulti. dicit Iustinianus, q̄ secundum quod iā dictum est; & si seruus meus iniuria iam occisus fuerit, si uoluero contra eum agere ad persequendum damnum mihi datum in seruo meo occiso, possum hoc facere actio. l. Aquil. ex primo cap. possum etiam, si uoluero criminaliter contra eum agere, & possum eum accusare l. Corn. de sica. & hoc intellige, si dolosè eum occiderit: secus autem est, si solum fuerit in culpa occisor. Sed quid domine, satis uidi de primo capite, modo dicatis de secundo capite. Et respon. Frater., caput secundum in usu non est. h. d. Fran.
h *Damnum.* scilicet, quanti fuerit in anno retro. ut supra. eod in prin.
i *Capitalis criminis.* scilicet legis Corneliæ de sicarijs: ut ff. eod. l. inde Neratius. §. si dolo seruus. & §. sed & si. Nam & pro seruo occiso ea l. agitur, ut pro libero: ut ff ad legem Corn. de sicar. lege prima, §. primo, donec tamen agitur una, non poterit agi reliqua: ut ff de publ. iudic. l. 4. & ff. ui bonorum rapto. l. j §. j. sed pacto uno, aget reliquo, ut C. quando ci. act. præiu. cri. l. j. & fi. ui bonorū rapto. l. 2. §. 1.

¶ CAPITE tertio.

¶ CASVS. Supra uidi de capite primo, & secundo, restat uidere de tertio capite. Et scire debes, quod in capite tertio cauetur de omni damno, de quo non est cautum in capite primo. Vnde tertium caput locum habet, cum aliquis seruum, uel quadrupedem illam, quæ pecudum numero ē, uulnerauerit, uel occiderit & sic cauet ibi, qùia mors uenit in isto capite tertio, sicut in primo, sed nō in illis animalibus in quibus uenit in primo. Item damnū iniuria datum in cæteris animalibus, & in cæteris rebus inanimatis, hoc tertio capite uindicatur. unde si quid fuerit ruptum, uel fractum, ustum, uel cęsum actio ex hoc capite constituitur. Scire tamen debes, quod plura uerba hic posuerunt iuris conditores, quam necesse fuerit. Omnia enim uer. rupti, contineri potuerunt. Adhuc etiam scire debetis, quod si aliquis in alienum uinum, uel oleum aliquid miscuerit, per quod natura uini, uel olei corrumpatur: hoc tertio capite l. Aquiliæ tenetur. Item sicut pro occisione, de qua in primo capite tractatur, per l. Aquil pœna imponitur, si dolo, uel culpa facta fuerit occisio: & aliter non: similiter & hi non debent puniri propter damnum datum, de quo in tertio capite tractatur, nisi dolo, uel culpa hoc factum fuerit. Scire etiam debetis, quod in primo capite punitur occisor tanti, quanti plurimi fuerit res in anno retro. sed in tertio capite fit æstimatio quanti fuerit in triginta diebus retro, & non repetitur hæc dictio, plurimi, in hoc capite: sufficit enim, eam esse positam in primo capite. Intelligitur enim hæc dictio quanti plurimi, &c. in primo capite posita, in tertio repetita. h. d. Fran.

¶ Quid autem, si quis damnū dedisse, negēt, probetur tamen testib. aut instrumentis. Dices tū propter inficiandum dā nandum in duplum, & uniuersum id, quod sua interest, duplicādū: Quod alio quin in simplum dedu ctūm erat, ut tradit gl. C. eo. in l. contra negāti. Secus tamen, si actor non probet per testes, vel per instrumenta, sed tantum per iuramentum ipsi delatū. Quamuis cū releuetur a probādi onere, fieri condēnatio duntaxat in simplum. l. ū. qui. ff de iu reiuran. Quid aut si deferente reo ipsi actori iuramentum, actor ipse detrectet, iniquum, si uelle testib. probare, ne condēnatio minatur, num id posset? & posse tradit gl. & Bart. in l. eum, qui. secundum Plate.

a Solue, q̄ ibi in contractu, hic in delicto, in quo uenit oē interesse: ut ff. de fur. l. in ficiando. §. 1. & ibi Bart. ff. de cond. fur. l. 4. & ff. de ui, & ui ar. l. interdicto. & ad illum tex. facit l. apud Iulianum §. j. ff. de le ga. j. ubi post mortem, & sic post delictū hæres tenetur nō solū ad seruum mortuū, sed et ad hæreditatē, ī qua erat institutus. l. si seruum. ff. de uer. obl. in prin.
2 † &.
3 † hæredes. Th.
4 † adlatū.
5 † al. adierit.
6 † al. prosequi.

a *Caetero damno.* quod, scilicet non continetur in primo capite. ut sup. eo. in prin.
b *Rupti.* quod verbum est legis tertij capitis.
c *Sufficere.* sed non est nouum, ut specialiter quibusdam enumeratis generale subijciatur uerbum, in quo singula complectantur: ut ff eod. si seruus seruum. §. inquit lex.
d *Culpa etiam leuissima.* ut ff eod. in lege Aquilia: & leuissima, alias non: ut sup. eo. § iniuria.
e *Ex hoc* l. tertio, quod est loco secundi.
f *Damno.* i. damno dato in caeteris rebus.
g *Triginta.* sed quare minus spatium in tertio capite, quam in primo apponit: Rñd. quia in primo grauius deliquit: & ideo grauius punit, ut ff de off. psi. l. diuus: & melius facit lex precedens Acc.
h *At ne plurimi quidem verbum adijcitur.* idest, nõ est positum in hoc tertio capite.
i *Plebem Romanam.* ergo est plebiscitum: quod est verum: ut ff. eo. l. j. & sup. de iure natu. § plebiscitum.
k *Prima parte.* Quae enim in praefationib. dicuntur,* in contractib. repetita esse creduntur: ut ff. de uerb. obl. l. Titia.* §. idem respondit. & l. qui lic. & ff. de reb. dub. l. fi. & C. fam. ercis. l. quoties. & ff. de cond. inst. l. cum seruus. & ff. de act. emp. l. si venditor hois. & ff. de contrah. emp. l. qui fundum. & de leg. 3. l. in repetendis. & de cond. & demon. l. alia. & l. libertis & ff de leg. 2. l. Lucius. & ff. de fun. instr. l. 3. & l. Seiae. §. Caio. & ff de pa. do l. cũ pater. Sed arg. contraria sunt, ff de an. le. l. Seio § fi & ff. de fideic. lib. l. fi. §. n. in gl. non videri. & in gl. fi & ff. de haere. insti. l. item, quod Sabinus, secundum Io.

¶ CAETERVM. PLACVIT. ¶ CASVS. Scire debes, quod tunc demum habet locum act. l. Aquil. directa, cũ corpore suo aliquis damnum dederit in corpus. quando autem aliquo alio modo, quam corpore suo aliquis damnum dederit in corpus, habebit contra ipsum act. l. Aquil. utilis locũ. uelut si hoiem alienũ, aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur, & similiter in alijs exemplis positis in litera. Sed quid dicemus, de illo, qui seruum alienum in flumen deiecit, & is suffocatus fuerit? Resp. quod non est dubium, quin corpore suo in corpus damnum dederit: & ideo actio l. Aquil. tenetur. Sed domine, quid si alicui damnum datum fuerit a non corpore in corpus: ut puta si aliquis misericordia ductus seruum alicuius compeditũ soluerit, ut effugiat, quid dicemus in isto casu? Respon. quod neque dabitur in hoc casu l. Aquiliae directa, neq; utilis, sed actione in factum subsidiaria, quae datur pro damnis, quae in l. Aquil. non comprehenduntur, tenebitur. h. d. Franciscus.

1† *poterit.*

*Appellatione rupti continetur oẽ, quod deteriorattum est: seu per scissurã, seu per effusionẽ, aut aliter. Acc. Perr.

*Hoc uerũ, nisi repetitio inducat uitium, ut in contrarijs legib. Acc. Pert.

*Hic Acc. cur. patitur si virũ legũ. Acc. Pert.

2† *al. miscuerit.*

3† *al. si primo capite.*

4† *retrò.*

5† *al. nec.*

6† *al. dicitur.*

¶ Capite tertio de omni caetero damno [a] cauetur. Itaque si quis seruum, vel eam quadrupedem, quae pecudum numero est, vulnerauerit, siue eam quadrupedem, quae pecudum numero non est, veluti canem, aut feram bestiam vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio constituitur. In caeteris quoque omnib. animalibus, item in omnibus rebus, quae anima carent, damnum per iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vstum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur: quanquam poterat[1] † sola rupti [b] appellatio in omnes istas causas sufficere. [c] Ruptum * enim intelligitur, quod quoquomodo corruptum est. Vnde non solum fracta, aut vsta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquomodo perempta, atque deteriora facta hoc uerbo continentur. Denique responsum est, si quis in alienum vinum, aut oleum id immiscuerit, [2] † quo naturalis bonitas vini, aut olei corrumperetur: ex hac parte legis Aquiliae eũ teneri. Illud [3] † palam est, sicut ex primo capite, ita demum quisque tenetur, si dolo, aut culpa [d] eius, homo, aut quadrupes occisus, occisave fuerit; ita ex hoc [e] capite de dolo, aut culpa, & de caetero damno [f] quemque teneri. ¶ Ex hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta[g] proximis [4] † res fuerit, obligatur is, qui damnũ dederit. At [h] ne [5] † plurimi quidem verbum adijcit: [6] † sed Sabino rectè placuit, perinde habendam estimationem, ac si etiam hac parte plurimi, verbum adiectum fuisset. nam plebem Romanam, [i] quae, Aquilio tribuno rogante, [7] † hanc legem tulit, cõtẽtã fuisse, quod prima parte [k] eo verbo vsa esset.

Damnum datum de corpore in corpus, purgatur per directam actionem legis Aquiliae. Sed si datur de non corpore in corpus, habet locum utilis actio. Sed si ex non corpore in non corpus damnum datum sit, habet locum actio in factum. Aret.

¶ Caeterùm placuit ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis praecipuè corpore suo damnum dederit. ideoque in eum qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent: veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita inclusERIT, vt fame necaretur: aut iumentum ita [8] † vehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, vt praecipitaretur: aut si quis alieno seruo persuaserit, vt in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus[l] aut aliqua parte corporis laesus fuerit, vtilis actio [m] in eum datur. Sed si quis alienum seruum, aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is suffocatus fuerit, eo quod proiecit, corpore suo damnum dedisse, non difficulter [n] intelligi potest, Ideoq; ipsa lege Aquilia [o] * tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datũ, neq; corpus laesũ fuerit, sed alio modo alicui damnum contigerit, [9] † cùm non sufficit neq; directa, neque vtilis legis Aquiliae actio: placuit eũ, qui obnoxius fuerit, in factum [p] actione teneri: velut si quis [q] misericordia

7† *al. inter rogante.*

l *Mortuus.* quia qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. ut ff. eo. l. qui occidit. §. in hac quoque actione.

Dãni dans cãm damnũ fecisse uidetur.

ADDITIO.

Tu dic secũdum Flo. ibi, quod aut quis dat operam rei licitae, & adhibet illam diligẽtiã, quam potest: & tunc non tenetur de his, quae postea sequuntur d. §. in hac. in fi. secus si non adhibeat diligẽtiam, aut det operam rei illicitae; quia tenetur, argu. ff eo. l. item Mela. in prin. & est gl. in c. sicut nobis. extra de testam. in uerbo. desunt. Ang.

8† *tam.*

m *Vtilis actio in eum datur.* scilicet, legis Aquiliae: & nihilominus in factum: ut ff. eod. l. item si obstetrix. §. si quis hominem.

n *Non difficulter.* immo facile: ut ff. eodem l. qua actione §. penul.

o *Lege Aquilia.* idest directa actione legis Aquiliae.

p *In factum actione.* idest, subsidiaria, quae pro damnis datur; quae lege Aquilia non comprehenduntur, uel non tenentur: ut ff. eodem. l. si seruum. §. fina. & uidetur haec esse praetoria: ut ff. de praescri. uerbis lege, qua actionum.

q *Si quis misericordia ductus.* sed si non ductus misericordia, datur furti; ut ff. de dolo. l. & eleganter. §. idem Labeo.

*Quae datur in subsidiũ, ubi mẽs, & uerba legis Aquiliae deficiunt. Acc. Pert.

*Hoc est, quod dicimus, ipso iure.

9† *al. contingit.*

Compe-

a *Compeditum*. est enim dolo proximum; vt ff. depos. l. si hominem j. respon.

Dānū dat quadrupliciter.

b *Vt fugeret*. hic nota quandoque damnum datur a corpore in corpus: & tunc locum habet actio legis Aquiliæ directa. Quandoque à non corpore in corpus: ut patet per multa exempla. sup. proxi. § Quandoq; econtrario de corpore in non corpus: vt si anulum excusserit, ut in aquam caderet: ut ff. eod. l. si seruus seruum. §. si quis de manu Et in his duobus casibus habet locum vtilis actio legis Aquiliæ: & nihilominus in factum secundū Io. vt ff. e. l. quemadmodum. §. magistratus municipales cū utroque casu utranq; repertiam dati, secundū Ioan. vt ff. ui bo. rapt. l. ij. §. si publicanus. Quandoq; a non corpore in non corpus: & tunc subsidiaria in factum competit: ut ff. eod. l. si seruum. §. fi. De qua actione in factū quot habet naturas: die, vt ff. de præscrip. uerb. in rub. & ut dicemus inf. de iniurijs. §. fi.

¶DE INIVRIIS.* ¶Post alia priuata delicta, & de iniurijs ponit, quod priuatū est delictum, idest non publicum. nec enim cuilibet competit, sed iniuriato tm̄. Ac.

-dictus alienū seruum cōpeditum[a] soluerit, vt fugeret.[b]

De iniurijs.

TITVLVS IIII.

Iniuria potest capi generaliter, & specialiter: & specialiter sumitur tripliciter. Aretinus.

Generaliter*[c] iniuria dicitur, omne, qđ non iure fit: specialiter alias contumelia,* quæ à contemnendo dicta est, quam Græci[d] ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Græci[1] † ἀδίκημα dicunt: sicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas, & iniustitia,[e] quam Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant. Cùm enim prætor, vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepisse[f] dicitur.

* Iniuria genus continet multas species sub se, s. speciales iniurias, s. cōtumeliā, culpā, iniquitatē, iniustitiā Tul. li. 1. de off ti. de duobus generib. in iustitia. Aegid. Perr.

* Ita sumitur hic, secundū glo. inl. 1. ff. eo. Aeg. Perr.

1 † ἀδίκημα.

* Tull. lib. 3. Rheto. de defi. Iniuria, inquit est, q̄ aut pulsione corp*, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine uitā alicuius violat. vide l. j. §. 1. eo. Aeg. Perr.

Continuatio.

Diuisio.

Generaliter. ¶Totus iste titulus diuiditur in sex partes principales. Primò ponitur, quot modis accipitur iniuria, & qualiter committitur. Secundò, ex cuius persona nobis iniuria illata intelligitur. Tertio, quæ est pœna actionis iniuriarum. Quarto, quando iniuria atrox æstimatur. Quinto, quod pro iniuria potest etiam criminaliter agi: & an tunc possit interuenire procurator. Sexto, quando tollitur ista actio. Secunda ibi, Patitur autem. Tertia ibi, Pœna autem. Quarta ibi, Atrox. Quinta ibi, In summa. Sexta ibi, Sed hæc actio. ¶CASVS. Quæsiui à Iust. quid dicatur fieri per iniuriam? Et respon. dicens, quod generaliter dicitur fieri iniuria, quod non iure fit & ita ponitur hic priuatiue. Specialiter autem dicitur iniuria, pro contumelia, a contemnendo dicta: quam Græci appellabant sicut uoluerunt. Quandoque autem specialiter dicitur culpa: sicut sumitur in act. l. Aqui. vbi ponitur damnum iniuria datum, idest culpa facientis datum. Tertiò modo sumitur iniuria pro iniquitate, vel pro iniustitia: vnde cum prætor, uel iudex contra aliquem iniquè pronunciat, ille, contra quem iudicatum est, iniuriam accepisse dicitur, siue iniustitiam. h d Franc.

c *Generaliter*. facit ff eo. l. j. Accur.

* Hæc gl. nō est Ac. Aeg. Perr.

d *Græci* * *hybrin appellant*. hybris Græcè dicitur, contumelia latinè: ut asserit textus. AdiKema est culpa. Anomia iniquitas. AdiKia est iniustitia. Inde adiKon, idest iniustum.

Iniquitas, & iniustitia diuersa sunt.

e *Iniustitia*. iniquitatem committit iudex, quando contra æquitatem pronunciat, iniustitiam, quando contra strictum ius; iniquitatem, & iniustitiam, quando contra utrunque pronunciat. Accur.

f *Accepisse dicitur*. i. ille, contra quem est iudicatum. Vel dic accepisse, idest fecisse iudicem. sic ff. de dam. infec. l. Proculus. Accursius.

¶INIVRIA AVTEM. ¶CASVS. Scire debes in principio, quod licet iniuria quatuor modis sumatur, ut ex præcedenti responso liquet, attamen in toto isto titulo propriè sumitur iniuria pro contumelia. Volui ergo scire à legislatore, quomodo dicitur iniuria, siue contumelia committi. Et respon. dicens, quod non solum committitur iniuria, cum quis pugno pulsatus fuerit, aut fustibus cæsus, vel verberatus, sed etiam si alicui conuicium aliquod dictum fuerit. Item plus dico, quod si aliquis uellet possidere bona alicuius, tanquam bona debitoris sui, sciens, eum nihil sibi debere, iniuriam committi. Item dico, si aliquis ad infamiam alicuius libellum famosum cōposuerit, aut scripserit, aut ediderit, iniuriam committit; si alicuis pudicitiam alicuius bonæ matronæ attentauerit. vel matremfa. affectatus fuerit, vel prætextatum, idest masculum, vel pretextatam, id est fœminam affectatus fuerit: & alijs pluribus modis. hoc dicit Franc. de Aretio.

Iniuria committitur non solum facto, sed & uerbo, & scriptura, & alijs multis modis. Aretinus.

¶Iniuria[g] autem committitur, non solùm cùm quis pugno pulsatus, aut fustib. cæsus, uel etiam uerberatus* erit, sed & si cui conuitium[h] factum fuerit, siue cuius bona, quasi[i] debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat,[k] nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolovè malo fecerit, quo quid eorum fieret:[l] siue quis matremfami.[m] aut prætextatum,[n] prætextatamvè affectatus[o] fuerit,* siue cuius[p] pudicitia attentata esse dicetur: & denique aliis plurimis[q] modis admitti iniuriam, manifestum est.

* Dicitur verberare, q. alio modo, quā pugnis percutere: ergo pugno percutiens nō punietur pœna statuti puniētis verberantem. Aeg. Perr.

* Facit contra magnates Aurelianenses, qui quotidie affectātur puellas: ut l. itē apud Labeonem. §. appellare. ff. de iniurijs. secus si colludendi, aut officij causa id fiat. d. l. itē. § meminisse. hoc verum, si fit in ueste matronali. d. l. itē apud §. si quis uirgines. Ae. Perr.

g *Iniuria*. hic prosequitur, prout hoc titulo accipitur.

h *Conuicium*. quasi conuocium: cum in vnum plures uoces conferuntur: ut ff. eod. l. item apud Labeonem. §. conuicium.

ADDITIO. Nota, quòd verbum iniuriosum dicitur, siue in genere, siue in specie improperatur aliquod delictum commissum: ut no. Bat. Bal. & doc. in l. 2. in prin. ff. de libe. & posthu.

i *Quasi debitoris*. cum non esset: ut hic & ff. eod. l. si iniuriæ. Accursius.

Paupertatem detegere dutū est.

k *Qui intelligebat*. ex affectu enim fit iniuria, vt ff. eod. l. 3. sed quid si erat verè debitor? Adhuc videtur idem: cum nihil adeo durum sit, quam familiarem pompam ostendi. Quid enim tam durum, tamque inhumanum, quàm publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi utilitatem &c. vt C. quando, & qui. debetur quarta pars ex bo. defun l ij. §. 1. lib. 10. Sed dico contra in sequenti casu, si iure eum prouocaui, vel meum debitorem appellaui, eum esset: vt argum ff eo. l eum, qui in prin.

Materfamilias.

l *Fieret*. nisi nocens erat. Nam peccata nocentium nota esse expedit: vt ff. eo. l. eum, qui. in prin.

m *Matremfami*. matremfamilias eam dicimus, quæ est notæ auctoritatis, & honestæ uitæ in domo sua: ut ff. de It. exhi. l. 3. §. fi. & ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iūr. l. nam ciuium.

* prætexta. Accur. hic, ut in cultioris hō litteratūrę, pfert īepta: nec elt Imperatoris, aut uerius Iurisconsulti. mētē assecutus in uerbo, pretexta tum, prætextatāve. Quare recurre tu ad Bud. in anno. ad pande. in l. fi ff. de senat. vbi locū hunc diligentissime cū ex al. js, tum ex A. Gel. explicat.

n *Prætextatum*. prætexta * genus est uestis, qua nobiliores ciues Romani solebant vti. Vnde si alius, quam cui permissum erat deferre, a deferebat, in alicuius personæ ignominiam iniuriarum tenebatur illi, quem insectabatur, sic plerunque fit. Accur.

o *Affectatus*. affectari est frequenter sequi sed attentare est, blando sermone pudicitiam alicuius impetere: vt ff. eod. l. item apud Labeonem. § aliud.

p *Cuius*. idest alicuius.

q *Plurimis modis*. qui notantur ff eo. per totum. & C. eod. per totum.

¶PATITVR AVTEM QVI. ¶CASVS. Suprà dictum est, quot modis fit iniuria: modo uidendum est, qualiter quis patitur Iniuriam. Patitur autem quis iniuriam non solum, si aliquo prædictorum modorum ei di-

secto fiat iniuria: puta, quia conuicium ei dictum fuit, vel aliquo alio modo: sed etiam si liberis eius, quos in potestate habet, aliquo prædictorum modorum fiat iniuria. patet dicitur passus iniuriam: vnde pro iniuria facta uni personę, quandoque tribus, quandoque quatuor datur actio iniuriarū: veluti si facta fuerit iniuria filiæfamilias nuptę, datur actio iniuriarum patri mulieris, & et mulieri, & marito mulieris. Sed quid si marito fuit iniuria facta, potest ne vxor agere ꝓ iniuria sibi facta, & econuerso? R. ñ ꝙ non. Aequū .n. est, uxores a uiris defendi: & non maritos ab vxoribus. Quatuor.n personis competit actio iniuriarū, pro iniuria facta uni personæ in tali casu. Pone, ꝙ aliqua filiaf. nupta filio meo sit, quē in ptāte habebā: huic si facta fuit iniuria, competit actio iniuriarū nuptæ: & mihi socero ꝓ iniuria facta nurui meæ: & et filiosa. marito mulieris, & etiam patri mulieris h d. Fran.

* Adde Fely. in c. ecclesia nume. 99. de constit.

a *In potestate habet.* si ille, qui iniuriā facit, scit eos esse in potestate, licet ignoret in cuius ptāte sint: alioq non; sicut marito si mulierē viduam credat: ut ff eo. l. eum, q nocentem. §. si. Acc.

b *Per uxorē suam.* * vel sponsam: ut ff. eo. l. item apud. §. sponsum quoque.

* Adde Fely. in c. tertio. loco. nu. 1. de presūp.

Si fit iniuria filio, vel vxori alicuius, etiam pater, maritus, uel socer dicitur eam pati, ut habeat actionem iniuriarum. h. d. Are.

¶Patitur autem * quis iniuriam non solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate [a] habet; item ꝑ uxorem suam: [b] id enim magis præualuit. Itaque si filiæ alicuius, quæ Titio nupta est, iniuriam feceris, non solùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi potest, sed etiam patris [c] quoque & mariti nomine. Contrà autem, si viro iniuria facta sit, vxor iniuriarum agere [1] † non potest. Defendi enim vxores a viris, non uiros ab uxoribus, æquum est. Sed & socer, nurus nomine, cuius [d] vir in eius potestate est, iniuriarum agere potest.

1 † Agi.

Ex iniuria facta seruo, non agit seruus, sed eius dominus, si iniuria in suam contumeliam fiat, vel fuerit atrox. Aretin.

¶Seruis autem ipsis quidem nulla [e] iniuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur. non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos, & [f] uxores: sed ita, cum quid atrocius [g] commissum fuerit, & quod [*] apertè [h] ad contumeliam domini respicit: [i] veluti si quis alienum seruum atrociter verberauerit, & in hūc casum [k] actio proponitur. At si quis seruo conuitium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit.

Pro iniuria illata seruo communi, agit vterque dominus, habita distinctione dignitatis vtriusque. Are.

¶ Si communi seruo iniuria facta sit, æquum est non pro ea parte, qua dominus [l] quousque est, æstimationem

c *Sed etiam patris.* licet in potestate patris eius non esset: vt ff eo. l. j §. item.

ADDITIO. Ista gl. non est uera, per legem, sed si unius. §. ait prætor. uersi. idem est, & si emancipatur. ff eo. & ibi videtur glo. præterea si non competit patri actio iniuriarum, quando credit pulsatum fore patremfa. vt d. l. eum, qui. §. 1. ff. eod. ergo multò fortius non competit sibi, quando in ueritate est paterfam scilicet, quando est emancipatus, secundum Io. Fab quod credo verum Ang.

d *Cuius.* s. fœminæ uel uirus.

¶SERVIS AUTEM. ¶CASVS. Suprà dictum est, quod patitur aliquis iniuriam non solùm per semetipsum, sed & per uxorem suam, & per liberos suos, quos in potestate habet. Hæc autem omnia intelligere debes uera esse in liberis. Si enim alicui seruo fiat iniuria, non intelligitur ei fieri aliqua iniuria, eo quod, inspecto iure ciuili, serui pro nullis habentur. sed domino serui fit iniuria per iniuriam factam seruo: sicut per iniuriam factam uxori, uel liberis, iniuria fit marito uxoris, & illi in cuius potestate liberi sunt. Solùm enim in duobus casibus fit domino iniuria per iniuriam factam seruo, si uel in contumeliam domini apertè facta fuerit seruo, licet non atrox: uel si seruus atrociter uerberetur. Cæterum si aliquis contra seruum tuum conclamauerit, & eum leuiter pugno percusserit, non dabitur tibi actio iniuriarum. h d Fran.

e *Nulla iniuria.* quantum ad hoc ut agant, scilicet, inspecto iure ciuili: sed sic, inspecto iure naturali. ut ff. eo l. eum, qui. §. j. & ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. l. 2. & sup. de his, qui sunt sui, uel alie. iu. § si. quæ est contra.

f *Per liberos.* idest filios.

g *Atrocius.* quàm æquum sit.

h *Et quod apertè.* repete, & cum id commissum fuerit, quod, &c, Si autem non in domini contumeliam, sed serui tantum: tamen adhuc non debet inulta relinqui à prætore: ut ff. eodem. l. item apud Labeo. § si quis sic fecit.

i *Ad contumeliam domini respicit.* hic duobus casibus domino datur actio. hoc est siue ad eius contumeliam fiat iniuria: siue seruus atrociter uerberetur: & sic dominus aget propter iniuriam seruo factam, non tamen serui nomine, [b] quasi seruo competat actio, sed in primo casu suo nomine pro iniuria, scilicet sibi commissa.

k *In hunc casum.* non solum in superiori casu, quando ad contumeliam domini facta est iniuria.

¶SI COMMVNI SERVO. ¶CASVS. Supra dictum est, quòd si seruo alicuius, qui in totum alicuius est, fiat iniuria, ꝙ in duobus casibus actio iniuriarum competit domino. sed pone, ꝙ seruo communi alicuius simplicis hominis, & alicuius nobilis uiri pro æqualibus partibus fiat iniuria, ex qua nascatur actio iniuriarum: qualiter debet ista iniuria æstimari? Et respon. quod non debet fieri iniuriæ æstimatio pro ea parte, pro qua quisque eorum dominus est, sed ex personis dominorum, hoc est dignitatibus: hoc est dicere, quod licet humilis persona tantū habeat in seruo, quantum & nobilis; non tamen tantum debet iniuria sua æstimari, quantum iniuria facta nobili. Ad l. autem inductam per contrarium. ff. eod. l. sed non est æquum. respon. sic exponendo: sed non est æquum pro maiori parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri; hoc sic intelligo, qd quilibet dominorum habebit dimidiam emendæ respectu facto ad suum totum. Si enim seruus, cui facta est iniuria, totus fuisset nobilis, æstimaretur iniuria sua 20. solid. sed quia non est nisi dimidius, æstimabitur 10. & ita æstimatio nobilis uiri deducitur ad suum totum. aut illud æstimabitur habito respectu ad diuturnitatem. Si autem seruus, cui facta est iniuria, totus esset domini ignobilis, non ualeret iniuria, nisi decem. cum ergo non habeat nisi medietatem in seruo suo, æstimabitur quinque. Alijs autem modis soluitur ibidem. Sed quid si fiat iniuria seruo, in quo alicuius habet usumfructum, cui competit actio iniuriarum? Et resp. quod domino proprietatis. Sed pone, ꝙ alicui libero homini, qui tibi bona fide seruit, fiat iniuria: dabitur ne tibi actio iniuriarum? Et respon. quod non: sed sibi. & hoc uerum est, nisi in contumeliam tui domini, cui bona fide seruit, sit uulneratus, uel pulsatus Idem est in seruo alieno bo fi. seruiente: ut tunc pro iniuria ei facta, tibi concedatur actio iniuriarum, quando in contumeliam tui iniuria fuerit ei facta. Et hæc sunt, quæ in libera continentur. Franc.

l *Dominus.* immo pro parte dominij: ut ff. eod l. sed non est. contra. Sol. * non contradicit, si rectè intelligatur. Nam quilibet agit ratione dimidiæ; ut si duo sunt; unus nobilis; alius ignobilis: si seruus esset totus nobilis, ageret iniuriarum in 20. nunc ergo aget in 10. ignobilis autem ageret in 10. si esset totus suus seruus: nunc ergo aget in quinque: & ita quilibet pro parte sua; & ratio dignitatis habetur. Vel ibi etiam pares per omnia domini.

a Nota, qđ maleficiū nō debet remanere impunitū. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aqui. Ex quo nota, ꝙ ꝗ iniuriam passus nō pōt agere ex forma statuti: quia fortè non soluit collectas, tamē iudex ex suo officio pōt iniuriantē punire: ut d. §. si quis sic fecit. & est bonus tex. & ibi Bar. in l. nō solū. §. quanquam. ff. eo Ang.

b No. modum libellandi, & agendi; quia dñs debet dicere, seruum fuisse uerberatum in cōtumeliam suā: & iō quia sibi iniuria illata est, suo noīe iniuriarū agit: sinaūt alio modo ageret, succūberet. Angel.

* Adde Fely. in c. cum I & A. nu. 7. de re iud.

* Vera solutio est Bart. in l. item. §. si. ff. eod est, quia aut fit iniuria ad contumeliā dominorum & hēt locum hic tex. aut fit simpliciter fit seruo: & tūc loquit lex contraria. Aeg. Pern.

Ex do-

a *Ex dominorum persona.* quasi dicat non ex serui persona.
b *Magis.* quam Titio.
c *Maeuio.* nisi ad contumeliam vsufructuarij facta sit: ut ff. eod. l. item apud Labeo. §. si usumfructum. & §. item si liberum. ad fi. legis.
d *Et tibi.* non solum ei.
e *In tuam contumeliam.* nec minus ipse iniuriarum aget. ideo in fructuario distingui oportet: vt ff. eod. l. item. §. item si liberum.

1 † al. est.

¶ POENA AVTEM INIVRIARVM.
¶ CASVS. Dixi Iustin. Domine, dicatis mihi, quae poena imponitur pro iniuria in actione iniuriarũ? ipse notat mihi antiquas fabulas, dicens quòd antiquitus imponebatur una poena pro iniuria per l. 12. tab. & alia per praetores postea, & secunda: & ut breuiter dicam, membrum ꝓ membro, propter os uero fractum, ut si aliquis in ore percuteretur, ita ꝙ sanguis undique flueret, secũdum dominum Gui. sunt pecuniariae poenę constitutę propter ueterum paupertatẽ: quia ita pauperes erant tunc, quòd satis puniebantur propter os fractum, si parum de pecunia soluerẽt. Maluerant enim tũc temporis suspendi, quam aliquid de pecunia sua dare uel potest hoc, quod dicit propter nimiam paupertatem ueterum, referri non ad proximum dictum, sed ad aliud, quod dicit, erat poena talionis. Quia. n. ita pauperes erant olim, ꝙ non habebant pecuniam, unde satisfacere posset membrum ruptum, ꝑ hoc fuit statuta poena talionis: sed postea praetores circa naturam iniuriarum tractantes statuerunt, ꝙ pro iniuria agatur ciuiliter: & tunc debet iudex in tantum condemnare iniuriãtem, quanti ille, cui fit iniuria, iniuriam sibi factam aestimauerit uel minoris, ſm ꝙ sibi aequum uisum fuerit. Dicit etiam Iust. ꝙ poena l. 12. Tab. in desuetudinem abijt, poena autem a praetoribus introducta hodie habet locum: nam secundum qualitatem personae, cui fit iniuria, crescit, uel minuitur iniuriae aestimatio h. d. Franc.

2 † al. est.

* *Poena.* Adde Ca. in l. inuito. num. 9. ff. de reg. iur.
3 † al. introducta.
4 † quasi in.

iniuriae fieri, sed ex dominorum [a] persona, quia ipsis fit iniuria. Quod si vsusfructus in seruo Titij est, proprietas Maeuij, [1] † magis [b] Maeuio [c] iniuria fieri intelligitur.

Pro iniuria facta libero homini, & seruo alieno qui seruiunt nobis bona fide, si facta fuerit in despectum nostrum, competit nobis actio iniuriarum. Aret.

¶ Sed si libero homini, qui tibi bona fide seruit, iniuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit; tunc enim competit & tibi [e] iniuriarum actio. Idem ergo est & in seruo alieno, bona fide tibi seruiente, vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam [e] iniuria ei facta sit. [2] †

Poena iniuriarum est pecuniaria, quãti fuerit aestimata, & per iudicem taxata: qua aestimatio, & taxatio crescit, vel deminuitur secundũ personarum dignitatem, & conditionem. Are.

¶ Poena* autem iniuriarum ex lege duodecim Tabu. [3] † propter membrum [f] quidem ruptum [g] Talio [h] erat: propter os verò fractum nummariae poenae erant constitutae, vt [4] † in magna [i] veterum paupertate. Sed postea praetores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam aestimare: vt iudex, vel tanti reum cõdemnet, quanti iniuriam passus [5] † aestimauerit: [k] vel minoris, prout ei visum fuerit. * Sed pęna quidem iniuriae, quae ex lege duodecim Tabularum introducta est, in desuetudinem abijt, quam autem praetores introduxerunt, (q̃ etiam honoraria [l] appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitaeq; honestatem crescit, aut minuitur aestimatio [m] iniuriae: qui gradus condemnationis, & in seruili persona non immeritò seruatur: vt aliud in seruo actore, [n] in medij actus homine, [o] aliud in vilissimo, vel compendito [p] ius ęstimationis cõstituatur.

Lege Cornelia de iniurijs tenetur quis etiam in tribus casibus hic specificatis: et domus nostra dicitur etiam conducta. Are.

¶ Sed & lex Cornelia [q] de iniuriis loquitur; & iniuriarum actionem introduxit: [r] quae competit ob eam rem, quòd se pulsatum [s] quis verberatum ve, [t] vel domum suam [u] vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, siue in propria domo quis habitet, siue in conducta, siue [6] † gratis, siue hospitio receptus sit.

Atrox iniuria aestimatur ex qualitate facti, loci, & personarum. Are.

h *Talio.* idest, similitudo supplicij: ut membrum pro membro.
i *Quasi in magna.* haec est ratio non ad proximum, sed ad illud, quod erat poena talionis. Accur.
k *Aestimauerit.* per sacramentum taxatione iudicis.
l *Honoraria.* facit supra de iu. na. gent. & ciu. §. proponebant.
m *Aestimatio.* proposita actione iniuriarum praetoria, quae anno continuo tollitur: ut C. eo. l. si non conuicij. nisi in casu, ubi anno utili datur, * ut ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. post annum.
n *In seruo actore.* i. castaldo.
o *Medij actus homine.* qui mesonauta, alias mediastinus dicitur. ff. nau. cau. stabu. l. 1. §. qui sunt. uersicu. nec enim. & §. caupones. uersic. caeterum.
p *Compedito.* idest, in eo seruo, qui nullam aliam affert utilitatem, sed tantum ligatus stat.

5 † D. passus
* *Iudex liber autori tatẽ taxan di, minuen di, augendi, & prorsus tollendi. l. videamur. § fi. & l. in actionib. ff. de in lit. iu. Aegid. Perr.*
a Dic, licet glo. ꝫ. prox. §. & in d. l. si non conuicij nullã approbet: & ponat multas opinio. tñ hic, & in l. lex Cor. hanc apꝓbat, quod ista actio sit ciuilis in trib. casibus. §. ꝑ xi. ꝫ. eodẽ. Ang.

¶ SED ET LEX CORNELIA.
¶ CASVS. Scire debes, quod pro omni iniuria de mundo debet agi actione iniuriarum ex le. Corne. de iniurijs, quod contingit in tribus casibus: puta, si aliquis dicat, se pulsatum uerberatum, uel domũ tuam ui introitam. & appello domum tuã, siue propria tibi fuerit, siue locata, siue gratis concessa, hoc dicit. Franc.
q *Lex Cornelia.* ideo sic dicta, quia Cornelius Sylla Praefectus primus eam fecit: ut ff. de accus. l. hos accusare. in fi l. Accur.
r *Introduxit.* scilicet, dicta leg. Cornelia: in qua actione condemnatio fit aestimatione iudicis, non iureiurando in litem: ut ff eodem, leg. constitutionibus. Sed nunquid his casibus, qui tres sunt ex lege Cornelia, est haec actio perpetua? Dicunt quidam, ut M. quod sic: cum omnis actio ex lege descendens sit perpetua: ut infra de perpet. & tempo. actio. in principio. Sed Ioan. contra: dicit enim semper eam anno continuo tolli: ut C. eodem, lege. si non conuicij. Et nota, quod his tribus casibus est ciuilis, aliàs est ubique praetoria, cum à praetore sit inducta: ut Digestis eodem, lege, praetor. Accursius.
s *Pulsatum.* fine dolore.
t *Verberatum.* scilicet, cum dolore: ut ff. eodem, l lex Corne lia §. 1.
u *Domum suam.* b facit ff. de his, qui deie. uel effu. l. 1. §. habitare.

6 † al. vel

b No. ꝙ relatiuum suus, sua, suum, nõ semꝑ importat dominiũ, & facit ꝙ notat Bat. in l quintus. §. argẽto. ff. de auro & arg. leg. Ang.

f *Membrum.* puta manum, uel pedem.
ADDITIO. Not. ex tex & glo. quid dicatur membrum: & habetur in l. non sunt liberi. ff. de statu hom. per gl. & doct. & an dens dicatur membrum, habetur in l. cui dẽs. ff. de aedil. edic de quo uide Batt. & Io. de Imo. in l. 2. ff. de pub. iud. Ang.
g *Ruptum.* i. detruncatum.

¶ATROX INIVRIA. ¶CASVS. Intellexi domine Iustin. superius fieri mentionem de atroci iniuria, sed domine qualiter cognoscam atrocem iniuriam? Et ipse respon. dicens, quod atrox iniuria quatuor modis cognoscitur, videlicet, ex loco duplex, scilicet, ex loco, vbi fit, vel loco vulneris. Item ex facto, vt si aliqs vulneratus fuerit, vel grauiter læsus: & etiam ex persona: vt patet ex litera. h.d. Fran. de Aret.

a *Atrox*. ideo atrox iniuria ab alia separatur, quæ fit minor vt per hoc magis puniatur, vt supra eod. §. pœna autem ff. eo. l. prætor edixit. §. atrocem. & § fin. & l. vulneris. & l. seq.

b *Ex facto*. magis, quàm ex pretio rei: ut ff. de inc. rui. nau. l Pedius. §. priml.

c *Humili persona*. quæ sit persona humilis; dic ut C de incest. nu. l. humilem.

d *A liberis, uel libertis*. quibus aduersus parentes, & patronos agere permittitur, si sit atrox iniuria facta eis à parentibus, & patronis: ut ff. eod l. prætor edixit. §. præterea. puta in oculo, uel in ore: ut ff. eo. l. prætor §. fi. & l. seq. Accur.

ADDITIO. Dicas secundum Sal. in l. iniquum C. qui accusa. non pos quod licet pro leui iniuria filius in potestate nō possit patrem solemniter accusare: ut leg. lis nulla ff. de iur. tamen iudicis officium potest implorare pro graui: ut l. si lenones. C. de episcop. audien. Emancipatus quoque pro leui delicto non accusat, sed pro graui sic: dum modo ciuiliter agi non possit t alias secus, ut hic per Doctores.

¶Atrox [a] iniuria * existimatur, vel ex facto, [b] veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus: vel ex loco, veluti si cui in theatro, uel in foro, uel in conspectu * prætoris iniuria facta sit: uel ex persona, ueluti si magistratus iniuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili [c] persona iniuria facta sit, aut parenti, patronoue fiat à liberis, [d] uel libertis. Aliter enim senatoris, & parentis patronique; aliter extranei, & humilis personæ iniuria æstimatur. Nonnunquam [e] & locus uulneris atrocem iniuriam facit, ueluti si in oculo quis percussus fuerit. Parui autem refert, utrū patrifamilias, aut filiofamilias [f] talis iniuria facta sit: nā & hæc atrox iniuria æstimabitur.

Ex qualibet iniuria potest agi ciuiliter ad æstimationem, & criminaliter ad condemnationem extra ordinem, in quo iudicio criminali non potest interuenire procurator, nisi pro illustri persona. hoc dicit. Aretinus.

¶ In summa, sciendum * est de omni * iniuria eum, * qui passus est, posse, uel criminaliter agere, [g] uel ciuiliter. Et si quidem ciuiliter agatur, æstimatione facta, secundū quod dictum est, [h] pęna [i] reo imponitur, sin autem criminaliter officio iudicis extraordinar a [k] pœna reo irrogatur: hoc uidelicet obseruando quod Zenoniana constitut o [l] introduxit, ut uiri illustres [m] * quique super eos sunt, & per procuratores possint actionem [n] iniuriarū criminaliter, uel persequi, uel suscipere, secundum eius tenorem, qui ex ipsa manifestius [s] † apparet. [o]

Faciens fieri iniuriam ita punitur sicut faciens. Aret.

¶Non solum autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, idest, qui percussit: uerum ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriam, uel qui procurauit, ut cui [p] mala [q] pugno percuteretur. [r]

Actio iniuriarum non nascitur, nisi ab initio iniuriatus in animo suo iniuriam reuocauerit. Vel sic secundum glo. Actio iniuriarum iam nata tollitur dissimulatione. Aret.

¶Hæc actio dissimulatione [s] aboletur; & ideo si quis iniuriam dereliquerit, hoc est, statim passus, ad animum suum non reuocauerit.

essee de re familiari: ut C. quando ciui. act crim præ l. 1. Et ideo si de iniuria atroci actum est iniuriarum: nihilominus potest agi lege Aquilia ad damnum, & econuerso. nec enim actione iniuriarum agitur ad damnum, ut ad damnum, sed ut ad contumeliam: ut ff. eod. l. item apud Labeonem. §. si quis seruo uerberato.

h *Dictum est*. ut s̄. eo. § pœna in fi §.

i *Pœna*. pecuniaria, s. actori danda.

K *Extraordinaria*. * s. capitis, uel status, si iudici sedeat, uel pecuniaria inferenda fisco, non actori: ut ff. e. l. fi. Acc.

ADDITIO. Et sic ubi pœna est in arbitrio iudicis, potest suum arbitrium extendere usque ad mortem quod est uerum, pensata, & attenta facti qualitate l. Pedius. §. 1 ff. de incen. rui. nau. Item ex hac glos. elici potest, quod si ageretur de crimine ad pęnam pecuniariam fisco applicandam, iudicium dicitur esse criminale.

l *Constitutio*. ut C. eo. l. fi.

m *Illustres*, hi sunt, qui tantum nomine illustres sunt, & non dignitate. Illi autem sunt super eos, qui dignitatem, & administrationem habent: supra quos nemo est, nisi Imperator. a qd dic ut notaui in authen. ut ab illustri, & qui supra eos sunt. coll. 5.

n *Actionem*. idest, accusationem. Et est speciale in accusationes; aliàs contra: ut ff. de proc. l. licet. §. ad actionem. & ff. de pub. iud. l. penult. §. ad crimen.

o *Apparet*. dic ergo hic casum eius legis.

e *Nonnunquam*. i. aliquando: & sic duæ negationes faciunt unam affirmationem. Accur.

f *Filiofamilias*. nisi quia facta iniuria filio. duæ actiones nascuntur: & utriusque exercitium competit patri ut ff. e l. sed si unius. § filiofamilias, & l. pater. sed facta iniuria patri, nō ideo filius aget.

¶IN SVMMA. ¶CASVS. Ille, qui patitur iniuriam, potest agere iniuria sibi illata ciuiliter, si uoluerit, uel criminaliter. Si autem ciuiliter agat, æstimatione facta, secundum quod supra dictum est, iudex pœnam reo irrogabit Si autem criminaliter, tunc extraordinaria pœna est imponenda. Hoc tamen uult semper obseruari dominus Iust. quia illustres, & superillustres iniurias sibi illatas, per procuratores agere possint, tam criminaliter, quam ciuiliter, secundum tenorem constitutionis Leonis, quam habes. C. e. l. fi ad quam recurre. Fran.

g *Agere*. & sic tollitur unum iudicium per aliud, cum utrunque sit proditum ad uindictam: ut ff. eod. l. prætor. §. 1. & l. quod senatusconsultum in fi. in glo fi. secus si alterum

¶NON SOLVM. ¶CASVS. Scire debes, quod non solum tenetur actione iniuriarum, qui fecit iniuriam: sed & ille qui procurauit, vt ab alio fieret. h.d. Fran. de Aret.

p *Vt cui*. i. alicui, vel cuius. i. alicuius.

q *Mala*. i. maxilla.

r *Percuteretur*. sed uidetur, quod ex tali consilio non teneatur: ut s̄ de oblig quæ ex delic. nascū. § ope. in fi §. Sed dic, ut ibi diximus. Item arg. contra supra man. §. tua tantum. ibi, quia nemo ex consilio.

¶HAEC ACTIO. ¶CASVS. Si aliquis fecerit mihi iniuriam, & ego dissimulauerim, si pœniteam postea, & uelim agere iniuriarum, non possum. h d Fran.

s *Dissimulatione*. * ut si risi, uel lusi, uel comedi cum eo postea. Item tollitur etiam nudo pacto ipso iure, ut ff. de pactis. l. si tibi. § quædam actiones. Sed nunquid est nata etiam statim, acta iniuria, an ita demum, si dicat, ad animum reuoco? Quod ultimum dixit B. ut dicunt. Sed certe imo est nata statim, nec enim ex reuocatione ad animum, uel ex uerbis talibus nascitur hæc actio, sed ex contumelia, ut ff. de pact. leg. si unus. §. pactus. Item quomodo

* Concor. cum hoc §. e. vlt. in gl. super verbo, atroces extra, de donat. vbi recitat tenorem huius. §. 2 & gl. 1. paulo post me. & in c fi. extra de consec. eccl. uel alta.

* Nā atrocior est, q̄ fit in conspectu. l. prætor edixit. in fi. ff. eo. Aegid. Perr.

* Adde Felyn c. cum te. nu. 2. & 3. de re iu.

* Siue leuis sit, siue atrox: quia quis totū dicit, nihil excludit. Aeg. Perr.

* Scilicet, solum, non quemlibet de populo, quia iniuria est crimen priuatum, fallit i libello famoso. Aeg. Perr.

* extraordinaria. Adde Deciū, & Fely. in c. ex literis. nu. 21. & 22. de const.

* In aliqu ubicunque potest imponi pœna corpo. non admittitur procurator neque agendo, neq. defendendo, secundum Bar. Aeg. Perr.

s † al. manifestius.

a Dic, ut per glo. & omnes docto. in l. fi. C. e. Auge.

* dissimulatione. Adde, q licet quis remittat iniuriā, non tamen censetur remittere damna, & expēsas & ideo nota p practicis, q uulneratu pacē pficiūt. non n priuantur impensis in vulnere factis. Ias. in l. 1. nu. 17. ff. de pact. Fely. in c. quoties. num 4. de testib.

modo aboleretur hæc,nisi esset nata?certè nullo modo,ut ff. de iniusto rup testa.l.nam & si.§.post defectum, ut ff.de verbo.oblig l.decem.

a *Non reuocauerit.* idest,aboleuerit Non enim oportet dicere,ad animum reuoco,sed sufficit, si remaneat iratus, & ei non reconcilietur. Sed quid si in vltima uoluntate in pœnitentia remittit, quasi coactus morte;& postea conualet, nunquid renascitur?Videtur,quod sic,ut argu. supra de dona.§.mortis causa. Item, quia coactus remisit:unde prætor ratum non habet: ut ff. quod me. ca.l j. Sed contra dico:* quia fuit semel extincta:unde in perpetuũ resuscitari non potest, ut ff. de so.l.l. qui res. §.aream.ibi, in perpetuum. Item præsumo, quod perpetuo voluerit remittere, siue conualuerit, siue non. nam aliàs non potuit bene pœnitere:præsumam ergo, eum non fuisse immemorem suæ salutis,ut C.ad leg.Iul. repe.l.si Item est contra, ad id, quòd hic dicit,nuda uoluntate tolli hanc actionem. ff.de neg gest l Pomponius.ibi,nam quomodo &c.& ibi no glos.nuda. Sed certè ab initio tollitur nuda uoluntate, & simplici, & unius tantum: sed si semel ad animum reuocauerit.non remittitur per nudam uoluntatem:sed per uoluntatem nudam,uerbis,uel pacto expressam.sic etiam ipso iure,ut dictum est per l.ff.de pact.l.si tibi.§.quædam.

* *Sic ff. de ijs, qui deiece. vel effude. Aeg. Perr.*

*Adde, quod cõis opinio est contra glos.vt per Ias. in l si tibi decẽ. §.quædã. ff. de pact. Idem Ia. in l.1. nu.16. de pact. ubi ponit,quod remittens iniuriam, non remittit interesse.

* *Idem in tabellione. malè faciente instrumẽtum,secundum Nico. de Neapo. Arg.Perr.*

rit, [a]postea* ex pœnitentia remissam iniuriam non poterit recolere.

De obligationibus, Quæ quasi ex delicto nascuntur.*

TITVLVS V.

Iudex qui per imperitiam malè iudicat, facit litem suam, & quasi ex maleficio tenetur, in quantum æquum videbitur iudicanti.h.d. Aretinus.

SI iudex [b] litem suam [c]* fecerit, [d] non propriè ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu[e] obligatus est, & vtique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam; ideo videtur quasi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur,[f] pœnam sustinebit.

Continuatio.

¶DE OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI ex delicto nascuntur.

¶Quia de obligationibus ex maleficio diximus,sequitur de ijs,quæ ex quasi maleficio sunt. Accur.

Diuisio.

SI iudex litem. ¶Totus iste titu diuiditur in duas partes principales. Primo ponit casus, in quibus quis obligatur ex quasi maleficio. Secundo, qua actione his casibus agatur. Secunda ibi, in his aute ..

¶CASVS. In toto titu.isto nihil aliud dicitur, nisi quòd ponuntur quædam exempla, in quibus quidem exemplis tenetur aliquis ex quasi delicto, & inter omnia exempla primum exemplum est de iudice, qui cognoscens inter me, & aduersarium meum, per suam imprudentiam, uel imperitiam contra iustitiam meam pronunciauit, credens æquum de me facere. Iste enim iudex dicitur litem facere suam: hoc est damnum alterius in se transferre. In id etiam mihi tenetur,in quo per imperitiam suã me læsit.Sed quo genere dicemus ipsum mihi obligatum? Respond. ut superius dictum est, quod cum non sit obligatus ex contractu, nec ex quasi contractu, eo quòd neque contraxit, neque quasi contraxit, neque ex maleficio: quia credebat bene facere.ex quasi delicto obligatur.Sed pro Deo inquãtum sustinebit iudex iste imperitus pœnam?Respon.quod inquantum æquum visum fuerit iudici maiori. hoc est,secundum quod plus, vel minus iudex maior viderit ipsum errasse. Secus enim est,si circa certa,& communia aliquis iudex errauerit, & secus si errauerit circa occulta huius philosophiæ h.d.Fran.

b *Iudex.* siue sit paterfamilias, iudex, siue filiusfamilias, sed quando est filiusfamilias, pater de peculio tenetur inquantum fuit in peculio,cum filiusfamilias litem suam fecerit, ut ita sint duo specialia, & quia datur de peculio, licet sit quasi maleficium, quod non est alias, ut ff de ijs, qui deie.uel effu.l.prima.§.si filiusfamilias. Item, quia inspicitur tempus, quo fecit litem suam in condemnando, licet aliàs rei iudicatæ tempus spectetur vt ff.de pecu.l.quæsitum.& probãtur hæc. ff.de iudi.l.si filiusfamilias. Vel dic,quod filius conuenitur: [a] vt no. in d.§.si filiusfamilias. Acc.

a De peculio,cum pater consueuit conueniri.

ADDITIO.

Nota, quòd iste titulus nõ habet locum, quando iudex per dolum,vel corruptelam tulit sententiam:quia tunc tenetur propriè ex delicto, vt etiam no. Bar.in d.§.filiusfamilias.Ang.Are.

c *Litem suam.* i.controuersiam, vel litigium, ut in id teneatur ipse, in quo læsit aliquem,& hoc,quãdo per ignorantiam uel imperitiam, ut j. sequitur. Nam si dolo,tunc non habet locum hic titulus: sed ex maleficio tenetur, & fit infamis, vt C. de pœna iudicis, qui male iudica.l.fin.Sed nunquid hæc omnia in arbitro locum habent?Dicit Ioan. quòd sic, vt C.de pac l.si quis in conscribendo. Alij contra,cum possit pœnam peti tantum, nec sententia valeat, vt C.de arbitr l.1.& l.2. & maximè secundum noua iura, quæ loquuntur,cum est iuratum ab arbitro,vel à partibus. secundum quæ nihil eis erit præter sacramentum,vt in authen. de iu.§ quia vero.ver si autem ex ignorantia.coll.6. Sed certè sententia prima vera est:nec obstat hæc auth.quia nihil erat ei,i.arbitro, præter sacramentum, &c s.vt possit cogere partes suo stare iudicio,vel eis,i.partibus Nam vocabit alteram partem per iuramentum: sed & contra arbitrum nihilominus aget, vt dictum est, & per actionem in factum,vt inf.eod.§. si.

Arbiter si facit litem suam, an sit puniendus sicut iudex.

b Et idem, si fuerit secutus intellectũ multorum doctorum,in vna lege,quæ habet plures intellectus, licet ille non sit cõis, ut dicit Batto. hic,l.cũ prolatis. in fi. ff.de re.iu. ualeret tñ talis sñia, vñ opus esset appellatione,& iudex appellationis posset sequi aliã opi.& alii intellectum, & retractare, uel confirmare sententiam vt no. Bar.in l.4 §. hoc autem iudiciũ.in fi. ff de dam. infect. De hac materia uide Iatius per Ang.hic.

Ille, ex cuius domo aliquid proijcitur, quod alteri noceat, quasi ex maleficio obligatur ad duplum æstimationis damni. Qui verò habet supra viam aliquid appensum, quod possit alteri nocere, tenetur pœna decem aureorum: pro homine verò libero occiso est pœna quinquaginta aureorum: sed si viuit, & fuerit sibi nocitum, tenetur in quantum iudex æstimauerit. Aretinus.

d *Fecerit.* i malè iudicauerit.

e *Ex contractu.* vel quasi.

f *Videbitur.* vt si dubitauit circa legem Fusiam Caniniam, durius puniatur:si autem in l.illa, Gallus Aquilius, mitius puniatur: [b] & hoc quando non fuit data pecunia iudici, vel promissa:alias graues pœnæ sequerentur, vt C.de pœna iudi.qui ma.iudica.auth.nouo iure.& facit ad hoc tex. ff.de var.& extraor.cog.l si Accur.

¶ITEM IS, EX CVIVS COENACVLO.

¶CASVS. Iam vidistis vnum exemplum, vbi obligatus est aliquis, non ex contractu, neque ex quasi contractu: neque ex maleficio, sed ex quasi maleficio est obligatus: Modo ponit hic aliud exemplum, vt ecce, Si de cœnaculo alicuius fuerit aliquid eiectum, vel effusum, ex quo aliquis læditur: iste de cuius cœnaculo illud eijcitur, uel effunditur, est obligatus non ex contractu, neque ex quasi contractu.neque ex maleficio:quia ipse non deliquit: sed ex quasi maleficio,i.quo ad id,quod imminet, quasi deliquisse videatur, eo quod vsus est opera malorum hominum. Et possum coniungere sequentem versiculum, si ex certa scientia non facio, vt per exempla distinguam. Et sumus in ver. Cui similis est. Iam vidistis duo exempla.in quibus est obligatus ex quasi maleficio:adhuc ponit aliud exemplum parum differens à secundo. Ecce,si aliquis habebat aliquid positum, vel suspensum super viam publicam, quod nocere posset transeuntibus:qui ita patitur positum, vel suspectum,tenetur ex quasi delicto,vel maleficio,quãquam

quam nemo læsus fuerit: dum tamen id, quod positum est, vel appensum, lædere possit aliquem, si ceciderit, & punitur ex secundo edicto de eiectis effusis in x. aureis, licet nihil nocuerit. Non enim inspicitur hic euentus, sed quid euenire potest. In eiectis uero, vel effusis tūc demum puniendus est quis, cum per eiectum, vel effusum alicui nocitum fuerit. Sed domine, pro Deo, quæ est pœna de eiectis, vel effusis? Et respon. dominus Iust. quod ex primo edicto de eiectis, vel effusis, pœna est tripli damni dati. Si autem liber homo interfectus fuerit per eiectum, vel effusum, tunc constituta est pœna quinquaginta aureorum. Si autē veniat liber homo, & per eiectum, uel effusum ei nocitum sit, tunc punitur inquantum iudici æquum videbitur. Debet enim iudex computare impendia in curatione facta, & operas eius, quibus caruit: fortè si scriptor manu dextra mutilatus est, vel alibi est vulneratus; ita quòd scribere nō potest: uel quibus cariturus est, ut puta scriptor est, & manus est ei abscissa, quæ scribere solebat: quod tamē difficillimum est enarrare, dicit gloss. quòd non referas ad impendia, sed ad operas, quibus caruit, &c. Licet enim ita esset, quod solebat quolibet anno decem libras scribendo lucrari: nō tamen propter hoc sequitur, quod in posterū faceret. Posset enim contingere, quod non inueniret, qui operas suas conduceret. & hoc vult dicere litera ista. Hoc dicit. Franc. de Aretio.

¶ Item is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitat,[a] * † deiectum, effusumve aliquid est, ita vt alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerunque ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi.[2] †

¶ Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id positum,[b] aut suspensum habet, quod potest * (si ceciderit,[c]) alicui nocere, * quo casu pœna[d] decem[e] aureorum constituta est. De eo verò, quod deiectum, effusumve est, dupli quantum damni datum sit, constituta[f] est actio.

¶ Ob hominem verò liberum occisum, quinquaginta[g] aureorum pœna constituitur. Si vero viuat, nocitumque ei esse dicatur, [3] † quantum ob eam rem æquū iudici videtur, actio[h] datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt, præterea operas, [4] † quibus caruit, aut cariturus est ob id, quòd inutilis est factus.[i] *

a *Habitat.* hospes planè non tenetur, sed is, qui hospitium dederit, vt ff. de his, qui deie. uel effu. l. j. §. peri Acc.

ADDITIO. No. quòd quando quis debet citari ad domum suliræ habitationis, non sufficit citari ad hospitium, iuxta l. 4. §. prætor. & ibi latè Bar. ff. de damnu infecto.

b *Id positum.* licet ipse non posuerit.

c *Si ceciderit.* nōn. n. spectatur, ut noceat.

d *Pœna.* præstanda.

e *Decem aureorum.* uel solidorum, ut ff. de his, qui deiec. uel effu. l. si uero. §. prætor. & § fin. & tunc dicas, actionem in factum fore annuam, ut ff. de popu. ac. l. fi.

f *Constituta est actio.* perpetua, quæ hæredi datur, sed in hæredem non datur, ut ff. de his, qui deie. uel effu. l. si uero. §. hæc autem actio.

g *Quinquaginta.* ideo certa pœna statuitur, quia non potest æstimatio liberi corporis fieri, ut ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. 2. §. 2. *a* Et competit hæc actio intra annum, & nec hæredi nec in hæredem datur: cum sit pœnalis. & popularis, quæ prius datur ei, cuius magis interest, ut ff. de his, qui deie. uel effu. l. si uero §. quæ autem.

h *Actio datur.* Perpetua sibi, sed al. j, puta hæredi pro eo, si mortuus est, annalis datur, ut ff. de his, qui deie. uel effu. l. si uero plures. §. hæc autem actio. ibi, sed si libero &c.

* † al. habitabat.

2 † Aut vxoris. Aeg. Perr.

* Scilicet, facilè. alias nō tenetur. Aeg. Perr.

* Vnde ubi lex considerat quid potest euenire, non debemus requirere. q. d. actualiter euenerit, secundum Bart. Aeg. Perr.

3 † al. dicetur.

a No. illum tex. quando fit contributio propter iactū non fit cōputatio li.

i *Est factus.* quia difficillimum est æstimare futuras operas. *

¶SI FILIVSFAMILIAS &c.

¶CASVS Supra dictum est, quod si aliquid de hospitio patrisfam. eiectum, vel effusum sit, quod alicui nocuerit, uel si aliqd positum, uel suspensum fuerit, supra uiā publicam, cuius ea sus transeuntibus sit periculosus: qualiter agatur contra patrēfam. ex edicto de eiectis, uel effusis. Sed pone, quod ex domo alicuius filijfami. seorsum à patre habitantis, fuerit aliquid eiectum, uel effusum, quod alicui transeunti nocuerit, uel aliqd habuerit appensū, &c. quid iuris in isto casu? dabiturne actio in patrem? Et respond. Iust. quod non dabitur in patrem aliqua actio, nec etiam actio ex peculio: sed contra filiumfamil. est agendum. Hoc etiam idem obseruandum dicit litera in filiofa. iudice, qui per imperitiam suam litem fecit, & per imprudentiam suam. Hoc autē exponunt quidam, quod filiusfami per imperitiam litē suam fecerit si seorsum à patre habitauerit, nō tenetur pater etiam de peculio. Si autem cum patre habitauerit, pater de peculio tenetur. Sed dominus Guido pro constanti ponit, quod si filiusfam. per imperitiam litem suam fecerit, siue seorsum habitauerit à patre, siue cum patre, hoc non refert. Semper enim filius tenetur insolidum, pater autem peculio tenus. & gloss. at secundum, quod in glo. ord. est. Idem est in filiofam. quo ad hoc, s. ut semper teneatur filiusfa. insolidum, siue simul cum patre habitauerit, siue seorsum à patre: sed tamen, quando filius litem suam facit, pater tenetur de peculio, licet filius seorsum habitauerit, quamquam in casu, quando filiusfami. aliquid appositum habet, quod nocere possit, pater non teneatur. Fran.

Si ex cœnaculo filij habitantis seorsum à patre aliquid fuerit proiectum, vel aliquid fuerit appensum, vel fecerit litem suam, pater non tenetur. Aret.

¶ Si filiusfamilias, seorsum[k] à patre habitauerit: & quod ex cœnaculo eius deiectū, effusumve fuerit, siue quid positum, suspensumve habuerit, cuius casus periculosus est, Iuliano placuit, in patrem nullam esse[l] actionem, sed cum ipso filio agendum esse. Quod & in filiofamilias iudice obseruandum est, qui litem suam[m] fecerit.

Pro furto, vel dolo commisso in naui, vel in stabulo, vel in caupona, tenentur domini eorum ex quasi maleficio, si damnum datum fuit per aliquem, cuius opera vtantur. Aret.

K *Seorsum.* i. separatus à patre.

l *Nulla esse.* etiam de peculio, vt ff. de his, qui deie. vel effu. l. 1. §. si filiusfam.

m *Litem suam fecerit.* s. si sine patre habitauerit: aliàs pater de peculio tenetur, vt ff. de iud. l. si filiusfamilias. secundum Ioan. Vel dic idem, scilicet, ut teneatur ipse filiusfamilias, habitet cum patre, uel non. (sed secundum Azonem pater hic tenetur de peculio, ut dictum est per l. ff. de his qui deie. uel effu. l. j. §. si filiusfamilias.) Filio uerò condemnato, & ibi pater tenetur de peculio, cum uideatur quasi contrahi cum filio: *b* ut ff de noxa. actio. l. & si condemnatus. & ff. de pecu. l. tertia. §. idem scribit.

¶ITEM EXERCITOR. ¶CASVS. Non solum in exemplis prædictis tenetur quis, siue obligatur ex quasi maleficio, sed similiter potest conuenienter poni exemplum de exercitore nauis, aut cauponæ, aut stabularij. Si enim aliquod furtum, uel damnum fuerit factū in naui, uel

beri hoīs. facit l. sed addes. §. si quis mulie tem. ff loc. Ang.

* Quia dubium est quamdiu uiuet, & quamdiu erit utilis ad operandum Aeg. Perr.

* Cicatricum autem nulla fiet æstimatio: quia liberum corpus non æstimatur. l fi. ff eo. Aegi. Perr.

b Dic secundum Ang. quod illa ultima vā uerior, quia ex cōtractu, uel quasi pater tenetur de peculio, non autem ex delicto, uel quasi.

vel caupona, vel stabulo, per aliquem eorum, quorum opera vtitur magnus exercitor, nauis, vel stabuli, vel dominus cauponæ, ex quasi maleficio obligatur, quia deliquisse videtur, qui opera malorum hominum vtitur. In omnibus autem quatuor exemplis, siue casibus supra dictis potest aliquis per actionem in factum, quæ heredi datur, sed non contra hæredem, consequi illud in quo sibi obligantur prædicti h. d. vsque ad finem tituli Fran.

¶Item [a] exercitor nauis, aut cauponæ, aut stabuli, de dolo [f] † aut furto, quod in naui, aut caupona, * aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio [b] teneri videtur, * si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum opera nauem, aut cauponam, aut stabulum exercet. [2] † Cum enim neque [3] † maleficio, neque ex contractu [c] sit, aduersus eum constituta hic [4] † actio, & aliquatenus [d] culpæ reus sit [5] † quod opera malorum hominum vteretur; ideo quasi ex maleficio teneri videtur.

Ex quasi maleficio agitur actio in factum, quæ non transit contra hæredes. Are.

a *Item exercitor.* quis sit. dic, vt infra quod cum eo. §. secundo. Accur.

b *Quasi ex maleficio.* idest actione in factum in duplum: vt ff. nau. cau. sta. l. fi. & ff. fur. aduer. nau. cau. sta. l. j. Item est & alia in factum actio, quæ est ex eo contractu de recepto vt ff. nau. ca. sta. l. 1. in prin.

ADDITIO Et hic dicit Io. Fab. quod si dominus fuit condemnatus ex facto nautarum, ab eis potest repetere, argu. l. si colonus. ff. de acq. pluuia arcenda, & l. si vero. §. cum autem. ff. de his, qui deiecer. vel effu.

c *Ex contractu.* uel quasi.

d *Aliquatenus culpæ reus.* facit ff. ad legem Aquil. l. seruus seruum. §. Proculus. & ff. fur. aduer. nau. cau. sta. l. prima. §. penul.

e *In his autem casibus.* s. supradictis omnibus.

f *Hæredi.* Patientis iniuriam: sed in casu de suspenso non datur hæredi: ut diximus supra eodem §. item is uer. ob hominem. Et nota hic differentiam inter actionem ex maleficio, & quasi ex maleficio. nam ubi est ex maleficio, si plures sunt, quilibet insolidum conuenitur: sed secus in hac actione ex quasi maleficio, vt C. de cond. fur. l. 1. & ff. nau. cau. sta. l. 1. & l. fi. §. si plures. Item in actione ex maleficio vnus soluendo non liberat alium: sed in hac sic: ut ff. nau. cau. sta. l. licet §. possumus. & d. l. 1. de condi. furt. Item furi non ceduntur actiones ex maleficio: ut ff. nau. cau. sta. l. sed & ipsi. sed in actione ex quasi maleficio ceduntur: ut d. § possumus. Datur etiam hæc actio non cessa: ut ff. de his, qui deie. uel effu. l. si uero plures. §. cum autem. Item hæ generalius dantur hæredibus actorum, ut hic, quam illæ, quæ sunt ex maleficio, ut infra de perpe. & temp. ac. §. sed hæredibus.

g *Aduersus hæredem.* ut ff. de iu. l. Iulianus autem. & ff. nau. cau. sta. l. fi. §. hæc iudicia.

¶DE ACTIONIBVS. ¶ Rubrica ista continuari potest ut dicit glo. supra in titulo de obligationibus, quam sequitur Bal. hic. Vnde nota diligenter glossam Accursij positam super rubrica, quæ soluit aliquas notabiles quæstiones dicens sic.

h *De actionibus.* ideo ponit in plurali, quia plures actiones sunt, ut infra eodem, per totum. Sed cum sint plures; quare in singulari numero definitur: ut infra eodem. §. j Resp. licet sit numeri singularis, tamen ponitur. ut genus, ut in alijs definitionibus contingit, & sub se continet omnes actiones. Item quare non dicit de agendo? Respon. quia illud est facti, hoc iuris. Accur.

ADDITIO. Vult dicere glo. quod gerundia denotant actum, prout est in facto, ut est in exercitio: quia deriuantur a uerbo, quod significat agere. uel pati: sed hic non tractatur de actionib. prout sunt in actu, sed prout sunt iuris, ita dicunt doct. hic.

Vperest. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes principales. Primò ponitur continuatio istius tit. ad præcedentes materias. Secundo definitur actio. Tertiò ponitur diuisio omnium actionum. Sed a ibi prope principium, actio autem nihil. Tertia ibi, omnium autem actionum.

¶CASVS. Dici Iust. continuando processum suum: ex quo expeditum est primo de personis & rebus, superest vt iam de actionibus loquamur. Sed pone Dñe, iã video, quos vultus tractare de actionib. dicatis ergo mihi, q d est actio? Ad hoc resp. Iust. definiendo actionem sic quod actio nihil aliud sit, quam ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. & hoc usque ad illum §. omnium autem actionum. Fr. de Are.

¶In autem his casibus [e] in factum actio competit, quę hę redi [f] quidem datur, aduersus [g] hæredem autem non competit.

De actionibus. [h] *

TITVLVS VI.

Non summatur, quia Imperator definiendo procedit, nec possunt definitiones breuius summari. Aretinus.

SVperest, [i] vt de actionibus loquamur.

¶Actio * autem [k] nihil est aliud, [l] quàm

i *Superest.* sed quid superest. R. formare vt s. de in. na. §. finali. Vel dic, quod s. tractatum est de obligatione. quarum filiæ sunt actiones: vt ff. de proc. l. licet. §. ea obligatio. & s. de verb. ob. in prin. ideo de filia post matrem ponit [b] quasi ordine successorio.

K *Actio autem.* no. quod actio quandoque pro actu ponitur, ut in auth. de non alie. §. finimus. in fi. in glo. actio. coll. 2. & C. de sacros. eccl. auth. hoc ius porrectum. in prin. & ff. de do. inter ui. & ux. l. 3. §. sed si debitorem. circa med. Quandoque pro accusatione criminali: ut C. quando ciui. actio. cri. præ. l. 1. Quandoque pro iure agendi, uel persequendi. [c] ut hic, & ff. e. l. nihil. [a] Item no. quod illud, quod de actione hic dicitur, uoluit Pla. dicere de causa, s. quod causa sit actio: ut sicut apud dialecticos dicitur argumentum, quod ex propositione, assumptione, & conclusione consistit, non tamen conclusio: sic apud legistas actio causa agendi dicatur: ut si dicam: conuenio te ad decem, quia uendidi tibi equum pro 10. fit idem, ac si dicerem, ago contra te actione ex uendito. Sed Azo dicit (quod & uerum est) aliud esse causam, & aliud actionem. Nam obligatio est, causa, & mater actionis: vt ff. de pe. l. licet. §. ea obligatio. sicut ergo aliud est obligatio, & aliud est actio, sic aliud est causa, & aliud act. Item quia uendidi, est factum: [e] sed actio est ius: ut ff. de cura. furio. l. consilio. § j & fi. & hic. Item potest esse, quod uendidi, & non competat mihi, quia mihi solutum est, uel quia remisi. unde hæc uerba, quia uendidi, non sunt actio. Item nomina certa actionum, sunt a iure indicta, s. ex empto, & similes, nec hoc inductum est, ut causa sit actio. Si quis ergo hoc uelit dicere, non potest, cum lex non dicat, ut ff. de sup leg. l. Labeo. in fi. Item si causa esset actio, frustra diceret lex, mutari actionis nomen, cum agitur de dolo patroni, uel parentis, uel similium personarum, de quorum dolo non agitur per actionem de dolo, sed per actionem in factum. [f] Nam ad quid mutaretur nomen, cum tamen causa maneret eadem, si esset ius in sola causa. Concludo ergo, & dico, [g] quod aliud causa, & aliud est actio. Item licet dixerim, quod nomina sunt actionum ex empto, & similes: caue tibi, quia non sunt actiones, sed actionum nomina: sicut hęc dictio homo, non est homo, sed significat hominem.

l *Nihil aliud est* patet ergo, quod olim aliud erat. [b] erat enim conceptio uerborum formata a magistratibus, ut ff. de ori. l. 2. §. deinde ex his. & §. omnium. unde formula vulgaris dicebatur: ut ff. de fur. l. si seruus nauem. Sed hodie hæc solennitas est sublata: ut C. de form. & imp. l. 1. & 2. & etiam circa interdicta est sublata huiusmodi solennitas. ut ff. de interdicta. §. fi. [i] Sed quæ erat olim differentia inter actionem, & interdicta? Nam & interdicta erant uerborum conceptiones, vt infra, de interdictis. in principio. Respond. ut dicemus ibi. [K] At hodie nulla est differentia inter interdicta, & actiones: cum interdictum nihil aliud sit, quàm actio prætoria, ut infra de interdictis. §. fi.

ADDI.

1 † damno.

* Secus si extra hospitiũ, vel si non est famulus a familia, quod verum nisi recepit saluum fore. Aeg. Perr.

* quia in cul pa est, q vtitur opera malorũ. Aeg. Perr.

1 † exercere.

3 † D. ex.

4 † hac.

5 † al. est.

* Forte. dialog. 82. notata profunditate de actionum origine. et dialo. 96. Vbi multa pro exornatu, & dia. 97.

* Adde Cagn. in l. omnis. nu. 26. de reg. iu. & Fer. dia. 82. & dia. 96.

a Istam sequuntur Cyn. Fab. Ang. & Ia.

b Hanc secundã cõtinuationẽ aliqualiter impugnat Iaco. Butr. vide hic per dõmi. Ia.

c Istam primã partẽ sequuntur Fab. Ang. & Ia.

d Quarto modo capit pro administratione, ut in §. iusiurandum, & auth. ut iudi. sine quo quo suff.

e Isti arg. impossibile est sed inde te s m Ioã Fab.

e Verbi tẽperatam Bar. in l. infamẽ. ff. de pub. iudi.

g Et bene Dy. Fa. Ange. & Ia.

h Imo idẽ in substantia. Ang. & Ia.

i Istam gl. reprobat Ia. ideo dic ast ter, ut per eum.

k Dic, quod olim erat differentia solũ in modo loquendi. Nico. Fab. & Ias.

ADDITIO. Idem tenuit glo. in rub ff. de inter. quæ te prehenditur per Bar. & Doct. ibi, quia est d fferentia inter actionem, & interdictum, sicut inter matrem, & filiam, cũ ex interdicto oriatur actio in factum: ut in §. fina. infra de interdict.

a *Quam ius*. s. ciuile. vbi est actio ciuilis; uel prætorium, ubi actio prætoria est: nam ciuiles actiones, & prætorias dico hic definiri. Item nota, quod actio est ius, quo persequimur: sed obligatio est ius,

ius [a] persequendi [b] in iudicio, [c] quod sibi debetur. [d]

Prima diuisio actionum est, quod aliqua sunt reales, aliqua personales. Personalis est, qua præsupponit debitorem obligatum, sed realis non, sed ideo contra eum competit, quia possidet. h. d. Arc.

propter quod persequimur. Et si quæratur, quod sit istud ius, vel naturale, uel ciuile, uel prætorium, uel gentium? Respond. *a* quia ciuile, vel prætorium, ut modo diximus. Nec facias magnam uim ibi: quia cum multas habeat significationes hæc dictio, ius, ut ff. de iustitia, & iure, l. penultima, & finali. hoc est etiam de significatis eius, ut dicatur ius agendi, uel persequendi. Sed ad cuius differentiam ponitur in definitione ius cum singula membra posita in definitione habeant suum ministerium? Respond. secundum M. quòd ad differentiam rerum corporalium hic ponitur: ut det intelligere, quod actio sit res incorporalis, quod uerum est, ut supra de rebus corporalibus, & incorpora. §. primo. Vel melius dicas ad differentiam officij iudicis, quod non est actio: *b* ut ff. de mino. l. quod si minor §. fi. licet M. dicat, quod officium iudicis est actio, & est pro eo, quod dicit lex in actione iniuriarum fieri æstimationem iudicis officio, ut supra de iniurijs. §. pœna autem. & §. in summa. Sed certè actio iniuriarum est actio, cui inhæret officium iudicis, non tamen illud officium est actio, sed in facto *c* potius hoc consistit. ius enim petendi per actionem mihi competit, quod per hoc officium iudicis mitigatur. *d* Sed quid peta m? Respon. *e* quod æstimauero. nam debeo æstimare, licet iudex possit refrenare. est tamen quoddam aliud officium, quod uicem sustinet, & obtinet actionis, ut dicemus, infra eodem §. præterea. in fi. §.

b *Persequendi*. hoc dicitur ad differentiam exceptionum quæ dantur reis, per quas defenduntur. Sicut enim actiones sunt *f* arma actorum; ita exceptiones sunt arma reorum. ut ff. de exceptio. l. secunda, in principio, & §. illud.

c *In iudicio*. hoc dicit ad differentiam eorum, quæ fiunt, licet etiam extra iudicium, non tamen sunt actiones, *g* ut si nocturnum, vel diurnum furem, vel militem deserentem militiam quis capiat, ut ff ad leg. Aquil. l. quarta, & C. quando liceat unicuique sine iu. se uin. l. prima. & 2. Item propter debitorem fugitiuum, quem capere *h* possumus, ut ff. de ijs, quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. si debitorem licet quidam *i* exponant l. illam ibi, quod captus fuit auctoritate iudicis. Accur.

ADDITIO. Dic idem in omnibus personis, quæ pertinent ad obedientiam perpetuam, de quo non fit quæstio, ut in monacho, fratre, uel uxore, quia si aufugiant, poterunt capi propria auctoritate, ut per Bald. in l. prima. C. ubi quis de curia. aliave condi. conueni: secus si esset quæstio. Iason.

d *Quod sibi debetur*. hoc duobus modis exponitur, uel ad differentiam realis actionis secundum Azo. & ita strictè accipitur hæc definitio pro personali actione tantum, *k* sicut accipitur. ff. eodem, l. actio in personam. Vel largius, *l* ut etiam realem contineat: non tamen officium iudicis, ue ff. eodem. l. actionum gener. quandoque largissimè. ut etiã iudicis officium contineat; illud, scilicet, quod est loco actionis, ut per quod restitutio minorum petitur. ut ff. eodem. l. actionis uerbo. Vel ponuntur hæc uerba ad differentiam criminalium actionum, per quas non persequor mihi debitum; sed ad uindictam. & secundum hoc etiam realem actionem dicas definiri hic: licet enim non sit obligatus, qui realiter tenetur: ut infra eodem, § primo. ibi. aut cum eo agit, qui nullo &c. uerum est personaliter: grossè *m* tamen potest dici, quod sit realiter obligatus. Et facit pro hoc, ut etiam realis hic definiatur: quia uerbum, debere, & ad actionem in rem, & ad actionem in personam refertur, ut ff. de uerb significa. l pecuniæ. §. finali. Item facit. quod est in definitione uerbum, persequendi. quod est commune, tam ad realem, quam ad personalem actionem, ut ff eod. l. actio in personam. Item facit, infra eod. §. primo. in princ. ubi actio realis species est actionis: sicut personalis. & ita large accipio hic uerbum, debetur, sed in stricta significatione uerbi huius, debere, tantum alienum, & non meum mihi debetur, unde personalis actio tantum definiri uidetur, *n* ut inf. eo. § sic itaque. & sup. de leg. §. sed & si rem. Sed certè quandoque ago etiã ad id, quod mihi non debetur, ut C. de pac. l. si pacto, quo poe nam. nam ibi ago ad id, quod non est debitum. sed ad id, quod ex nudo pacto conuenit. Sed certe illud naturaliter erat debitum, quod nudo pacto debebatur, *o* ut ff. de fide iuss. l. fideiussor. Vel non agitur ibi ad id, quod nudo pacto debetur, sed ad id, quod uere debetur, sed prætextu eius cõsequitur etiam, quod nudo pacto debetur, ut ff de uerb. signifi. l. si cui. *p* Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis non dicitur debitum, & tamen petitur, ut ff. de popu. act. l. penul. Sed non obstat, quia saltem post litem contestatam debetur. Vel dic, quia & sibi debitum persequitur, nam cum toti populo sit debitum; ergo & sibi. *q* Item op. de actione iniuriarum: quia non dicitur esse in bonis, ut ff. de iniu. l. iniuriarum. Item non ad debitum, sed ad uindictam competit, ut ff. de colla. bo. l. tertia. §. emancipatus. & tamen est actio? Respond. non est in nobis ut transeat ad hæredes, ut ff. ad leg. Falc. l. pœnalis. Item licet detur ad uindictam, tamen potest deberi mihi, propter id, quod est in æstimatione uindictæ, uel propter id, quod est in alterum, ut uindicta. Item oppono de petitione hæreditatis. Item de actione de peculio. Nam hic agitur etiam, antequam sit penes possessorem, uel antequam sit in peculio, ut ff. de pe. hæred. l. quarta & l si quo. & ff. de pecu. l. quæsitum. in princi. & ff. de libe. leg. l. si quis reum. §. idem. Sed dic, esse subaudiendum hic, uel deberi speratur. *r* Vel quòd quando fuit actio proposita, fuit efficax tantum pro eo, quod tunc erat penes possessorem, uel in peculio: & postea cum augebatur, eatenus, & actionis efficacia crescebat: cum uniuersalis, uel in aliquo uniuerso fuit petitio, ut ff. de iud. l. solemus. Item opponitur de actionibus quas intendunt aliqui pro alijs, ut procurator, & tutor, & prælatus, & similes nam agunt, & tamen non sibi debitum petunt. Sed dic, quòd quasi domini sunt, ut ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. Vel dic sibi, idest ei cui actio competit, quæ intenditur. Vel subaudi, quod sibi debetur, uel ei: cuius nomine agitur. huius alternatiuæ secunda pars est uera.

a Sequuntur eam Dy. Nico. Bal. Ang. & Ias. Ius ad qd ponitur in definitiõe actionis.
b Et bene Ia hic.
c Idest exercitio.
d Et sic officiũ iudicis non est facti, sed consistit in facto: puta in exercitio.
e Idẽ Ange. & Ia.
f Sequuntur Bar. & Ang.
g Idẽ placen. Ange. & Ia.
h Singularis est sm Bald.
i Et malè. Ang.
k Qd nota p statutis, inquib. uerba sũt strictè intelligẽda. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. & l. qcqd ff. de uerb. oblig.
l Idẽ Ioã. Fa. & Ni. in glo. fnp uerbo. quã uis s̃. eo. §.
m Ista glo. est no qꝛ uerba multoties intelligũtur grosso mõ non tñ in statutis. Pla. Ange. & Ia.
n Imo ẽt realis, sm cõiter doct. hic.
o Ista sa. non procedit, sccũdũ doct. qui ad materiam tex. nostri.
p Ista est tinet meram ueritatem, ut per doct. hic.
q Ista improbatur cõiter per doct. hic.
r Sed hæc reprobatur qa arguit Imperatorẽ de insufficientia.

¶OMNIVM AVTEM.

Diuisio.

Ista pars diuiditur in sex partes, prout in hoc titulo ponuntur scilicet diuisiones actionum, quas enumerat per ordinem glossa magistralis in §. sunt præterea. infra eodem. Et ibi glossa addit alias sex diuisiones, quę ponuntur in alijs locis, extra hunc titulum. Prima diuisio actionum est, quæ respicit causam materialem: quia quædam actiones sunt reales: quædam personales: quædam causam mistam habentes. Et ista pars durat usque ad § sed istæ. Secunda diuisio est quæ respicit causam efficientem: quia quædam ciuiles: quædam prætoriæ, & durat usque ad §. sequens. Tertia est respiciens causam finalem, quia quędam sunt rei persecutoriæ, quædam pœnales, quædam mistæ rei & pœnæ. Et durat usque ad § omnes. Quarta est respiciens causam formalem: quia quædam dantur ad simplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, quædam ad quadruplum, usque ad § actionum. Quinta est respiciens causam substantialem: quia quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris ibi usque ad §. sunt præterea. Sexta est respiciens persecutionis effectum. quia quædam sunt persecutoriæ solidi: quædam non, usque ad finem, ut sequitur Bal. hic. Item prima subdiuiditur in duas partes. Primò diuidit Secundo membra declarat. Secunda ibi, Namque. nam totus iste titulus procedit per diuisiones actionum.

¶CASVS. Accessi ad Iust. & ita proposui coram eo: Domine, ego satis bene uideo, quid est actio: pro Deo dicatis mihi, si placet, aliquam compendiosam uiam, uel diuisionem actionis, & ad hoc respon. Iusti. Amice, libenter dico tibi: quia omnium actionum, quib. inter aliquos litigatores

tores apud iudices ordinarios, vel delegatos, vel etiã apud arbitros compromissarios, de quacunque re corporali, vel incorporali agitur, summa diuisio in duo genera diducitur: aut enim omnes actiones sunt in rem, aut in personam Et quod ista diuisio sit bona: liquet tali ratione. Nam quicunque in iudicio experitur, aut agit cum eo, qui obligatus est ex contractu, vel quasi, aut ex maleficio, vel quasi, aut alijs quibusdam idest ex varijs causarum figuris. & in hoc casu quando agitur contra eum, qui aliquo prædictorũ modorum obligatus est, productę sunt actiones in personã: per quas

1 † al. deducitur.

¶Omnium autem actionum, quibus inter aliquos[a] apud iudices, [b] arbitrosve[c] de [d] quacunque re quæritur, summa [e] diuisio in duo genera diducitur. [1] † Autenim in rem[f] sunt, aut in personam.

¶Namque agit vnusquisque, aut [g] cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas[h] intendit[i] aduersarium ei dare, [k] aut facere [l] [2] † oportere: & alijs quibusdam modis. [m] Aut cum eo agit,

actor intendit aduersarium suum aliquid ei dare, aut facere oportere. Aut agit cum eo, qui nullo iure sibi est obligatus: mouet tamen ei controuersiam de aliqua re: & in hoc casu proditæ sunt actiones in rem. Cum ergo quicunque agit, aut agit contra eum, qui sibi obligatus est, & tunc contra eum habet locum act. in personam: aut contra eum, qui nullo iure est sibi obligatus, & tunc habet locum act. in rem. & pluribus modis agi non potest. liquet igitur manifeste, quod supradicta diuisio bona sit. Sed domine, iam video, quia diuisionem vestram satis probabili ratione confirmasti, pro Deo, si placet, ponatis mihi familiare exemplum. qualiter agitur cum eo. qui nullo iure est obligatus? Ad hoc respon Impe. Amice ponamus, quod aliquis possideat aliquam rem corporalem, quam Titius affirmat esse suam, & ille, qui possidet, dicat rem illam suam esse. Nam in casu isto, si Titius rem illam suam esse intendat, & à possessore iure dominij eam vendicet: tunc actio in rem locum habet. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. æque si agat. Fran.

a *Inter aliquos.* videtur innuere, quòd aliæ actiones sunt, quæ coram alijs proponuntur: *a* sed non est verum. Accursius.

a Quia relatiuum, q, uel quæ, adiunctum alicui genc ralitati sine copula, illã restringit. l. ea tñ adiectio. ff. de lega. tertio.

ADDITIO. Solutio. dic, quòd hic relatiuum stat declaratiue: quia adijcitur qualitati conuenienti vnicuique contento sub genere.

b *Iudices.* ordinarios, vel delegatos.

c *Arbitrosve.* s. compromissarios. nam & apud eos actiones *b* proponendæ sunt, ut hic, & ff. de arbit. l. prima. Accursius.

b Idem Io. Fa. Pla. Angel. & Ias.

ADDITIO. Est etiam libellus offerendus, ut C. de arbit lege cum antea. §. exceptis. videlicet in glos. conuentum circa finem. Sed contra secundum Placentium. C. de episcopis, & clericis. auth. generaliter. Ad quod respond. *c* quia ibi non de libelli oblatione loquitur: sed de remissione cautionis, quæ consensu partium fieri potest ut ff. de ser. l. 1. primo respon.

c Istam sequuntur Bal. & Pa. in authen. gñaliter.

d *De quacunque re.* generaliter accipe verbum rei: *d* ut ff. si certum pet l. 1. in fi nam pro corporalibus. & incorporalibus competunt actiones, ut inf eod. § prox. & §. secundo. & ff si serui. vend. l. 1. & 2 in prin.

d Vt etiã factum comprehẽdat. Bar in l. j. ff. si cert. pet.

e *Summa.* i. prima quo ad tractatum, s. *e* uel summa. i. breuis. breuior. n. esse non potest, quam bimembris, sicut ista est. Sed opponitur. inf. eod. §. quædam? Respon. quia & illæ sunt reales, quando ad res agitur. Itẽ in persona quando ad personales præstationes agitur: immo & si simul agatur, non tamen egrediuntur hanc diuisionem, cum sint in rem, & in personam, nisi enim sic exponeretur, iam multæ inuenirentur breuiores, ut inf. eod. §. aliæ quædam diuisiones, quæ breuiores inuenirentur.

e Et hoc dico. quia per eã cognosci eã mediata & immediata actio num. Ia.

ADDITIO. Dic melius, facit text. in l. quis ergo casus. ff. de pecu Sed contra glos. instatur: quia actio in rem scripta, rem concomitatur, & tamen non est realis, ut inf. eod. §. quædam sed solue, ut ibi, quia ius agendi ex reali oritur ex ipsa re, & ipsi rei competit, & contra ipsam rem ut hic, & in simili dicimus in seruitute debita fundo. ff. de nego. gest. l. qui aliena. §. fi. & sic in actione personali in rem scripta, ut d §. quædam Ang.

f *Aut enim in rem sunt.* Ideo in rem dicuntur, quia rem concomitantur: *f* ut ff. de pub. l. Imperatores, & in personam: quia non recedunt à persona obligati, uel hæredis eius, cuius eadem est persona, vt ff eodem l. actionum genera. §. 1. & 2. & in auth. de iureiur. à mo. præ. in princ. colla. 5.

f Immo, quia dant occasio ne directi dominij, utilis, uel quasi.

LIBELLVS IN ACTIONE IN REM, siue in rei vendicatione.

¶NANQVE AGIT ¶In actione in rem, siue rei vendicatione, si libellum quis formare uelit, nõ poterit, nisi contra possessorem: quia possessio parit in rem actionẽ aduersario: ut C. de alie. iud. mutan. cau. fa l. unica. vel contra illum, qui dolo desijt possidere, ut ff. de noxa. ac. lege electio. ff. de regu. iu. l. qui dolo extra de iud. cap. dilecti. propter quod sic interrogat reum, cum vult experiri contra eum, vtrum possideat, uel dolo desijt possidere, ne frustra experiatur, ut ff. de rei uend. l. qui petitorio. & cogitur respondere. & in iure facienda est interrogatio, & responsio, ut ff. de inter. ac. l. qui seruum. §. in iure. & l. 1. in princ. & si neget se reus possidere, cum possideat, amittet pos. & transferetur in actorem propter mendacium suum, ut ff de rei uend. l. fin. in prin. & si non possideat, liber erit, nisi dolo desierit possidere: quem dolum oportebit actorem probare, ut ff. de probatio. l. quoties. §. qui dolo. si uero dicat, uere se possidere, cum possideat, tunc formabitur libellus in hunc modum, Propono siue dico ego a, contra b, quod ipse detinet rem meam: unde propono rei uen. contra eum, & peto, rem ipsam mihi adiudicari, & ipsum ad restitutionem mihi condemnari: nec miretur aliquis, quod ego dixi, qui detinet, & non dixi, qui possidet. nam ideo dixi, quia multi detinent rem, qui non possident, & tenentur restituendi. Hoc enim solum considerat libellans in rei uendi. quod habeat reus facultatem rei restituendæ, ut ff. de rei uend. lege officium & licet actionis nomen editum nõ sit in lib sufficit tamen assignare causam: argum. C. de edic. diui Hadriani toll. l. fin & ff. si cer. pet. l. certum. maximè hodie per no decre. domini Alex. Papæ, extra de lib. obl. c. fin. quidam tamen contrarium dicunt per l ff de ed. in lege 1. & C. de eden. l. edita. Et erit causa petendi in hoc lib talis: Vnde cum mea sit, peto, illam rem mihi restitui. Hoc uerum est, quòd in omnibus actionibus sufficit proponere causam, nisi talis sit causa, quæ plures pari at actiones: tunc enim nomen actionis est exprimendum, ut ff. de tribu lege quod in hærede. § eligere. & ff. de legatis secundo. l. cum filius. § uarijs, & infra, quod cum eod. is quoque. circa finem, & in glo si oportet etiam quantitatem, & qualitatem rei exprimere, si sit res mobilis, & hoc per l. ff. de rei uen. l si in rem. s

2 † dare facere, hic legit præceptor Corasius post Theo.

g *Aut.* hoc aut respicit aliud, aut, quod est infra eod. aut cum eo, &c.

g Ista glo. & glo. posita in uerb. dare & gl. in uer. facere, declarãtur per Angel. in glo. magistra. Inf. isto. §.

h *Per quas.* s personales actiones.

h Immo approbat per Barto. Nic. Ange. & Ia.

i *Intendit.* *g* s. unusquisque, uel actor.

k *Dare.* cum datio est in obligatione, ut ff. de uerb. obli. l. ubi autem non apparet § fi.

l *Facere.* cum factum sit in obligatione, ut si promisisti scribere librum, quod petitur actione ex stipulatu, ut supra de uerb. obl in prin.

i Hanc primam expositionem licet glo reprobet: tamen eã sequunt cõmuniter doc. hic & inducunt ad hoc l. j. ff. co. uide hic p do. Ias qui lõge tractat, an appellatione contractus, ueniat quasi cõtractus

m *Et alijs quibusdam modis.* idest, ex quasi contractu, & ex quasi maleficio: (nec enim de his supra dixerat) quod reprobatur. *h* quia ex quo dixit de his, quæ sunt ex contractu, uel ex delicto: per consequens & de ijs, quæ sunt ex quasi contractu, & ex quasi delicto, dixit, ut supra de oblig. quæ ex quasi contractu, in prin. & supra titu. 1 in princip. *i* Vel dic omnia ista supra esse comprehensa: sed sunt supradicta intelligenda, ubi præcisè agebatur ad dandum, uel faciendum. hic autem quando non præcisè, sed sub alternatione, ut hoc aut illud. sed & hoc reprobatur: quia supra non dixit, quod præcisè quid fieret. Dic ergo hic de conditione furtiua loqui, quæ est personalis: non tamen ex contractu, uel quasi; uel ex maleficio, uel quasi; sed ex uarijs figuris causarum oritur, ut ff. de act. & oblig. l. 1. in prin. Item de interdictis omnibus potest dici, quod omnia sunt personalia, ut ff. de interdic. seu ex-

traord. i.

traordinario sunt introducta, unde non continentur sub hac diuisione ex contractu, uel quasi; ex maleficio, uel quasi; ex delicto tamen, uel propter delictum quandoque dantur, ut in interdicto unde ui potest uideri: quandoque non, ut in interdicto, quod ui, aut clam: quando contra eum, qui non fecit opus, sed factum habet, datur, ut ff. qd ui, aut clam. lege 3. §. clam. & l. competit. §. fin. Et ut breuiter dicam, ille tertius articulus, qui dicitur, ff. eod l. 1. in princ ex uarijs figuris, &c est quod hic dicitur, & alijs quibusdam, &c. Accur.

a *Nullo iure*. no. hic quod ille, qui rem nicam tenet, non est mihi obligatus: sed ratione possessionis *a* eum possum conuenire, ut C. de alie. iud. mu. causa fa. l. 1. Sed oppono, teneris mihi ad rem restituendam, ergo es obligatus? Respon. non est uerum: *b* quia verbum tenetur, duob. modis accipitur. Nam si dicas, teneris ideo, quia ex natura actionis sis mihi obligatus: falsum est: si uero dicas, teneris, quia per officium iudicis debet tibi necessitas imponi ut restituas: uerum est, ut ff. de rei uend. l. qui restituere, & si hoc modo accipiatur, teneris; ergo es obligatus. non sequitur.

qui nullo iure, [a] ei obligatus est; mouet tamen ei [x] † de aliqua re controuersiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt: veluti, si rem [b] corporalem possideat [c] quis, quam Titius suam esse affirmet: possessor autem dominum eius se esse dicat. [d] Nam si Titius suam

x † *alicui*.

aVel ratione nudæ detentionis. Ang. & Ias.

bIdem Io. Fab. Pla. & Iason.

ADDITIO. Et est ratio, quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem. in fin. ff. de act. emptio. l. Quintus. in priu & si. in glo. 2. ff de ann. leg. nisi largo modo, secundum quod dicit Barto. in l. fin. ff. de inut. & uide glos. supra in princip. in uerbo, debetur. Angelus.

b *Rem corporalem* bene dicit, corporalem: quia incorporalia non uendicantur, *c* ut ff. de rei uendicatione. lege uendicatio.

c *Possideat*. no in actione in rem ex parte actoris, alterum duorum *d* debere interuenire, *s* dominium, ut ff de rei uend. l. in rem actio & hic. uel quasi dominium, *e* ut in emphyteuta, superficiario, & in bonæ fidei emptore, & similibus: *f* vt infra eod §. aliæ. & ff. si ager. uec. uel emph. l. 1. § fin. & l. 2. & l. 3. & ff de superficiebus. l. 1. in fin. & resp. & §. quo l. ait. Item ex parte rei similiter duorum alterum s possessionem, uel quasi, ut quia dolo desierat possidere: ut hic, & ff. de inter. ac. l. qui seruum. §. in iure. & l. si seruus. & de noxa actio. l. electio. §. 1.

ADDITIO Ista glos. uix potest saluari, nisi loquatur de rei uend. spec aliter: quia illa nunquam competit, nisi in possidentem, uel quasi.

d *Dicat*. hoc non est necesse probare, *g* uel dicere, sed ex uoluntate dicitur hoc, ut C. de eden. l. qui accusare. & de rei uendica. l. fin. & inf. de interdic. §. commodum. Accursius.

cIdem Io. Fab & alij in apparatu. Nico & Ias. in glo. sequ.

d Imo alterum quatuor. s dominium directū, utile, vel quasi, uel ius in re. Dyn. Ni. Ange. & Ias.

e Displicet Nico. Fab. & Ang.

f Dic, hoc non vē benedictum, q1 immo habet tñ modo publicianā, ut inf. eod. §. sed istæ. alias si haberet utile dñium, ut dicit glos. præteretur dño directo l. j. § j. ff si ag vectí. uel emphy & tñ hoc est fal sum: quia regulariter

¶ÆQUE. ¶Supra §. proxi. ponitur de actionibus in rem pro rebus corporalibus: nunc pro rebus incorporalib. Et sunt duæ actiones, confessoria, & negatoria. Et diuiditur iste §. in duas partes. Primo ponit de actione confessoria, quæ intentatur pro seruitute constituta conseruanda, uel custodienda: Secundo ponit de actione negatoria, quæ competit domino negando aduersario suo, ius esse seruitutis: & sic competit pro libertate conseruanda Secunda ibi, Contra quoque. Item totus iste § sex facit Primo ponit exemplum de confessoria, quæ datur pro seruitute personali Secundo dat duo exempla de confessoria pro seruitute reali rusticana Tertio ponit quatuor exempla de confessoria pro seruitute reali urbana. Quarto ponit plura exempla de negatoria. Quinto ponit differentiam inter actiones reales quæ competunt pro rebus corporalibus, & inter eas, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Sexto infert quandam exceptionem. Secunda ibi, Vel per fundū. Tertia ibi, Eiusdem. Quarta ibi, Contra quoque. Quinta ibi Quod genus Sexta ibi. Sane.

¶CASVS Accessi ad Iustinianum, & ita quæsiui ab eo & dixi Domine iam uideo actione in rem, & unde actio in rem habet locum pro dominio rerum corporaliū, sed nunquid sunt plures actiones in rem? Et respon. Iust.

esse intendat, in rē actio est.

Pro seruitute constituenda, vel non constituenda, proditæ sunt actiones in rem tam pro seruitutibus rusticis, quam vrbanis realibus, vel personalibus, & in his etiam agit, qui possidet; secus in rebus corporalibus; regulariter. h. d. Are.

quod sic. Sicut enim dixi tibi, quòd actio in rem locum sibi uendicat, quando aliquis rem corporalem aliquam iure dominij in iudicio intentat suam esse, eodem modo dico tibi, quod si aliquis ius utendi, fruendi sibi esse in fundo, uel ædibus uicini sui dicat: uel si dicat, ius sibi esse ducendi aquam in fundum suum per fundum uicini sui: in omnibus his casibus actio confessoria locum habebit. & non solum in seruitutibus rusticorum prædiorum vendicandis locum habet in rem actio confessoria, sed in seruitute urbanorum prædiorum. Eiusdem enim generis est actio, quæ de iure urbano. prædiorum competit; ueluti si aliquis agat se habere ius, ne uicinus suus altius ædes suas tollat: uel si aliquis dicat, se habere ius prospiciendi in fundum uicini sui; uel proijciendi aliquid de fundo suo in fundum uicini sui: aut si agat ius sibi esse immittendi tignum de ædibus suis, in ædes uicini sui: & sic in his omnibus superioribus casibus actio confessoria locum habet in rem. Sed quid domine, iam satis mihi liquet de confessoria in rem, quæ locum habet in uendicatione rerum incorporalium: nunquid sunt plures actiones in rem: quæ locum habere possunt in rebus incorporalibus? Ad hoc respondet dominus Iustinianus, quod sic. Nam sicut ego dixi, quòd in seruitu. rusticorum, uel urbanorum prædiorum uendicandis locum habet confessoria in rem: eodem modo dico tibi in casu conuerso, quod si aliquis negat te habere seruitu. rusticorum, uel urbanorum prædiorum competit & actio in rem negatoria. Nam de usufructu, & de seruitute rusticorum prædiorum, item de seruitute urbanorum prædiorum prodita sunt in rem actiones negatoriæ; ueluti si quis agat ius utendi fruendi in fundo suo, uel in ædibus suis aduersarium suum non habere: uel si aliquis agat ius non esse aduersario suo eundi, uel agendi per fundum ipsius aduersarij, uel si quidam dicat, aduersarium suum non habere ius in ædibus ipsius actoris, ut ipse actor non teneatur a. t us tollere ædes suas: uel si quis dicat aduersarium non habere ius prospiciendi per fundum suum, uel proijciendi aliquid in fundum suum; uel si quis agat ius non esse aduersario suo mittendi tignum ex ædibus aduersarij in ædes suas. Nam in omnibus casibus his sicut in superioribus habent locum actiones in rem, sed tamen negatoriæ, sed hoc genus negatoriæ, s. actiones in rebus corporalibus locum non habet. nam licet in his casibus supra dictis agat possessor negatoria, & hoc in rebus incorporalibus: in rebus tamen corporalibus ille agit, qui non incumbit in possessionem, quia non est aliqua actio corporalis à iure prodita, beneficio cuius actionis possit negare illam rē corporalem a[d] capus esse Sed licet tibi dixerim regulariter, quod possidentis, & detinenti in rebus, corporalibus non competat actio: in uno tamen casu ille, qui possidet, nihilo minus actoris partes sustinet: sicut in lationibus fforum libris apertius apparebit: Et hæc dicuntur usque ad illum §. Sed istæ. hoc dicit Franciscus de Aretio.

excluditur à uero domino l. pe. & quod ibi no. ff. de pub.

g Onus tñ probandi potest assumere. si vult. Nico. Fa. & Ar.

¶LIBELLVS PRO SERVITVTE personali.

¶Est quædā actio realis, quæ datur pro seruitute uendicādæ siue sit realis, siue personalis ut hic §. æquè. & ff si seruitus uen. l. 1. & primo circa seruitutem personalē formatur libellus Est autem seruitus personalis vsusfructus quem habemus in rebus alienis, ut ff. de usufruc. l. 1. & § de vsufruc §. constituitur. & § de usu, & habin. priu. forma igitur libellū primo in seruitute personali in hunc modū. Dico ego ibi cōtra c. quod ipse habet prædium, in quo habeo ius, siue seruitutē utendi fruendi: unde propono confessoriam actionē contra dictū c. & peto dictam seruitutem mihi adiudicari: & ipsum c. ut patiatur me uti frui, condemnari. In qua ēt actione sufficit causam proponere: ut supra dictum est: & proponetur ita: unde cum habeam ius vtendi fruendi, peto mihi

mihi illum condemnari, eodem modo formabis libellum in eo, qui habet tantum vsum, dimittendo hoc uerbum frui: & potest addi sic: Et quia tanto tempore me prohibuit, & impediuit uti frui, peto dictum c. in fructibus, quos percepissem, vel percipere potuissem, mihi condemnari: & hoc per l. j. ij. & iij. resp. & l. fi. ff. si usufruc. peta.

a Adde latissime Forca. dial. 16. vbi de confessoria, & negatoria actione.

¶LIBELLVS PRO seruitute reali.

¶Circa seruitutē realem forma sic libel. sed primo sciendum est, quod seruitus realis non potest deberi, nisi vterque habeat prędium: vnus vnum, quod seruiat: alter aliud, cui seruiatur: vt s. de serui. §. ideo autem. & ff. communia prędio. tā rustic. quàm urba. l. j. in fi. Seruitutes rustic. præd. sunt iter, via actus, & aquæductus, vt ff. de ser. rust. præd. l. j. in prin. forma ergo sic libellum in ser. rust. præ. Dico ego a. contra b. quòd habeo seruitutem eundi per fundum suum ad fundum meum: vnde propono confessoriam contra ipsum b. & peto ipsam seruitutem mihi adiudicari, & ipsum, ut patiatur me uti hac seruitute, mihi condemnari. Eodem modo formabis in alijs serui rust. prædio. & loco act. si uis potes ponere causam, & assignare, s. hanc. Vnde quia ius habeo eundi, & formabis, vt in libel. superiori continetur.

¶Aeque *a si agat b quis ius sibi esse fundo forte, uel ædibus utendi c fruendi, uel per fundum uicini eundi agendi, uel ex fundo uicini aquam ducendi: in rem d actio est.

¶Eiusdem generis e est actio de iure prædiorum urbanorum: ueluti si quis agat ius sibi esse f altius ædes suas tollendi, g prospiciendive, uel proijciendi aliquid, uel immittendi tignum 1 † in uicini ędes.

¶Contra h quoque de usufructu, & de seruitutib. prædiorum rusticorum, item prędiorum urbanorum, inuicem 2 † prodite 3 † i sunt actiones: ut si quis intendat ius non esse aduersario utendi, fruendi, eundi, agendi, aquàve ducendi: item altius k

1 † al. digna.
2 † al. & contra.
3 † al. quaque.

¶LIBELLVS IN ACTIONE NEGATORIA.

¶Est & alia realis actio, quæ competit pro seruitute neganda, tam in rustico prædio, quàm in vrbano, & appellatur negatoria, vt si ser. ver. l. 2. in prin. & hic in uersi. contra. Super quo formādus est libellus, & in rust. prædio. & in vrba. Sed primo in seru. rust. præd. formai libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quòd cum ipse sit in quasi possessione seruit. eundi per fundum meum ad fundum suum, & ipse non habeat seruitutem in fundo meo proponendo negatoriam contra ipsum b, peto absolui à tali seruitute. In isto libello potest poni causa loco acti. vnde eum seruitutem non habeat eundi, peto, &c. Similiter in alijs ser. præd. vrba. formatur, negando, scilicet, ut actio sit negatoria, & causa similiter. Vnde cum ius istius seruitutis non habeat, peto, &c. Potest etiam in actione negatoria, quæ datur pro seruit. vrba. prædio denegandis sic formari libellus: Dico ego c, contra b, quòd cum ipse sit in possessione immittendi tignum de ædibus suis in ædes meas, & ipse non habeat ius immittendi tignum in ædes meas, peto &c. Et sic formatur libellus in alijs seruitut. vrba. prædio. denegandis. formando per uerba negatiua. Similiter formatur sic, quando negatur seruitus altius non tollendi: in qua non formabitur libellus uerbis affirmatiuis, sed negatiuis, hoc modo. Dico ego a, contra b, quòd cum ipse sit in quasi possessio. seruit ædium mearum, quòd ipse habeat seruitutem in ædes meas, ne mihi liceat illas altius tollere: ideo peto proponendo negatoriam actionem contra ipsum b, ab huiusmodi seruitute absolui, & ipsum, ne me altius tollentem impediat, mihi condemnari: & causa in hoc libello proponitur talis: Vnde cum ipse non habeat seruitutem in ædibus meis, ne liceat mihi altius tollere, peto, &c.

a *Aeque.* s. datur actio in rem.

b *Agat.* s. actione confessoria. Quòd sic vocetur, legitur ff. si seruit. uend. l. 1. in prin.

c *Vtendi.* hæc seruitus est personalis, sed sequentes reales, vt ff. de serui. l. j.

d *In rem actio est.* s. confessoria.

e *Eiusdem generis.* s. vt sit in rem.

f *Ius sibi esse.* Nota quod confessoria proponitur verbis affirmatiuis, & negatoria negatiuis; & ex hoc comprehenditur medium concludendi in huiusmodi actionibus: de quo dic vt per Ange. hic.

g *Tollendi.* ut si etas in quasi possessione seruitutis domus meæ, ne mihi liceret altius tollere, me volente ædificare, debeo agere negatoria: & ita hic interserit exemplum b negatoriæ, vt ff. si ser. ven. l. & si fortè. §. j. In hac enim seruitute negatoria verbis affirmatiuis, & confessoria negatiuis proponitur, vt ff. si ser. ven. l. loci. Alia uerò exempla, quę ponuntur, bene ponuntur in confessoria, vsque illuc, Contra &c. Vel pone hoc exemplum in confessoria, ut si talem mihi debeas seruitutem, vt altius teneas ædificatum, vt ff. de ser. vrb. præd. l. si arborem. §. interdum. & l. eum debere.

a Ista gl. nō est Accursij, sed additio.

b Displicet Dy Nico. Ioan. Fa. & Ange. & dicit Ias. quod est decisio.

h *Contra.* idest, in contrarium. Nam supra de confessoria, per quam seruitutes debentur, nunc de negatoria, per quam seruitutes denegantur, vt ff. si seru. vend. l. 2. in prin.

i *Prodita sunt actiones.* s. negatoriæ.

k *Altius tollendi.* exemplum confessoriæ. c In his enim exemplis omnibus repetitur, non. Vel dic, non repeti, d non, ad hoc exemplum, sed ad alia sic. Sed quæritur hic, quare nomina talia dantur talibus actionibus? Resp. Pla. quia negatoria negatiuis verbis proponitur: confessoria vero affirmatiuis. Hæc opinio reprobatur in seruitute altius tollendi. ibi enim confessoria negatiuis, negatoria affirmatiuis e uerbis proponitur. Dic ergo potius, inspiciendam esse naturam, quam verba, ut confessoria ideo dicatur, quia ad hoc ut confiteatur se debere, datur; negatoria autem, quia negatur. Item quare istæ dicuntur in rem? Respon. quia ad similitudinem rei uendicationis dantur. Sicut enim illa ratione dominij, uel quasi datur: sic & istę, ut ecce ratione dominij confessoria, scilicet, domino fundi, cui seruitus debetur, vt ff. si ser. vend. l. 2. §. hoc autem. & ratione quasi dominij, ut fructuario creditori, f & superficiario. g Item publiciana datur ei, cui seruitus est constituta à non domino fundi, ut ff. de remiss. l. j. §. idem Iulianus & de superfic. l. j. §. fina. & si vsusfruc. peta. l. j. & de public. in rem actio. l. si ego. secundo, & tertio respond. Item sicut ratione possessionis, uel quasi datur rei uendicatio; sic & hæc confessoria ratione veræ possessionis aduersus eum, qui possidet agrum qui seruitutem debet, ut ff. si vsusfruct. pet. l. uti frui §. vtrum. uel quasi possidet, ut ff. si vsusfruc. pet. l. fin. Hoc idem in negatoria: nam ipsa ratione dominij datur domino fundi, qui negat seruitutem deberi; utilis autem quasi domino; quia ius haber in fundo, quem negat seruitutem debere, ut ff. si serui. vend. l 2. Et econtra ratione possessionis intenditur contra eum, qui possidet rem ratione usufructus, ut ff. de acquiren. possess. l. naturaliter, uel quasi possidet; ut si re utatur

c Ridiculum est secūdū Dy. Ias. Fab. & Ias.

d Imo, Dy. & Ias.

e Habendo respectum ad medium concludēdi An. & Ias.

f Ista duo exēpla displicent Dy. Bart. Ioan. Fa. Pla. Ang. & Ia.

g Illud exēplū placet Ni. Fa. Placentino, Ang. & Ia. & idem dic in emphyteuta, & uasallo.

¶LIBELLVS PRO SERVITVTIBVS VRBAnorum prædiorum.

¶CONTRA QVOQVE. ¶Seruitutes vrbanorum prædiorum sunt, vt seruitus prospiciendi, uel immittendi tignum in vicini ædes, & aliæ similes, ut s. hoc §. Aequè. ver. eiusdem. & ff. de ser. vrb. præd. l. j. & fot. lib. in qualibet istarum act. hoc modo, Dico ego c. contra a. quòd ego habeo ius immittendi tignum de domo mea in ædes suas. vnde propono confessoriam contra ipsum, & peto dictum ius siue seruitutem immitendi tignum mihi adiudicari; & ipsum a, vt me patiatur vti tali serui. mihi condemnari. & in libel. potes edere causam pro acti. & erit causa talis; quia seruitutem habeo immittendi tignum de ædibus suis in ædes meas: vnde peto, &c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodem modo for libellum in alijs serui. vrban. prædio. excepta serui. altius non tollendi: in qua libellus habet formari uerbis negatiuis. s. hoc modo: Dico ego a. contra b, quòd ipse non habet ius altius tollendi ædes suas, quia ego habeo seruitutem in ædes suas altius non tollendi. vnde proponendo confessoriam contra ipsum b, peto seruitutem altius non tollendi mihi adiudicari, & ipsum ne altius tollat, mihi peto condemnari. Et in ista sicut in alijs potest loco actio causa proponi, hoc modo: Vnde eum habeam seruitutem in ædes suas altius non tollendi, peto, &c.

utatur propter illam seruitutem, quam sibi dicit debitam; in quibus non est uera possessio etiam naturalis: argum. ff. de seruitutibus urbanorum prædiorum.l. si ædes. §. libertas. & §. seq. & rationem horum, & similium dicuntur in rem. Item nota, quod dicit Pla quod negatoria ita demum datur, si fuerit seruitus constituta, & postea amissa. sed falsū est: competit enim, etsi nulla fuit, ut ff. si ser. uēd. l loci. §. competit. & l. fistulas.

tollendi, prospiciendive, uel proijciendi, immittendive: istę[a] quoque actiones in rem sunt, sed negatiuæ.

¶ Quod genus actionis [b] in controuersijs rerum corporalium proditum non est: Nam in his [c] is agit qui non possidet; ei uerò qui possidet, [d] non est actio prodita, per quam neget [e] rem actoris esse.

¶ Sanè vno casu, [f] qui possidet, nihilominus is actoris partes obtinet: sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit. [g]

Secunda diuisio actionum est, quod quædam sunt ciuiles, de quibus iam dictum est: quædam uerò prætoria; de quib. hic duo exempla ponuntur. Ang.

a *Istæ quoque actiones.* de quibus supra proximo § dixit. Nā ad proxima est facienda relatio, a vt ff. de legatis j. l si seruus plurium §. fin & de test. l. hæredes § sed & si notam nam alię non sunt negatiuæ, sed affirmatiuæ. sed in eo, quod dicit, in rem sunt: potest ad utrunque referri.

b *Quod genus actionis.* s. negatoriarū & affirmatiuarum. Et nota, quod nomen actionis large hic ponitur b alias verò pro personalibus tantum: ut diximus s. eod. § j.

c *In his* s. in causis rerum corporalium.

d *Possidet* s. in solidum. si enim duo asserant, se possidere; & uterque uincit: poterit alter uendicare, ut ff. uti poss. l. si duo. in ti j. respon.

e *Neget rem actoris esse.* Hæc uerba restringunt e præcedentia: s. ei vero, &c. Nam hoc perpetuo uerum est; quod alias non datur actio possidenti, per quam neget, rem actoris esse. Sed potest poni casus, ut possessor habeat actionem, per quam dicat, se dominum esse: ut ff. de seruend. l. officium. & ff. usufruct. quemadmodum ca. l. si ususfructus nomine. Constat enim, commodatarium non possidere. & commodantem possidere. ut ff. commo. l. rei. idem in conductore, & locatore, ut ff. de usucap. l. non solum. §. j. Alij dicunt, d legem illam, officium, loqui quando alius non possidens agit: ut sic ratione detentationis talis agatur. Sunt & alij. ut Bul & Ioan. qui dicunt, quod eo ipso, quod agit possessor ei uendicatione: renuntiat e causæ possessionis, cum hoc sit impossibile, te possidere, & uendicare posse. prima uerior est. Accursius.

f *Vno casu.* vt in duplicibus iudicijs, ut ff. de iudi. l. in tribus. & j. eo §. quædam. & ff. uti pos. l. si duo §. j & j. de interd. § tertia. & ff. famil erciſc. l. j f Vel dic, quod dicit de qualibet exceptione proponenda; nec enim hic dicit, quod sit actor, sed cautè dicit, quod partes, siue onera actoris sustinet, secundum Io. vt ff. de excep. l j.

ADDITIO. Dic, nec etiam placet hoc Pet. & Dy. quia secundum hoc essent plus, quàm mille casus. Vnde Pet. posuit exemplum, quando reus suscipit in se onus probandi s. quod res petita pertineat ad eum, & non ad actorem, ut l. circa. ff. de proba. & hoc exemplum placet hic Ioan. Fab. nam litera non dicit, actor: sed, uicem actoris sustinet, & sic non est proprie exceptio, sed quædam illatio. Ange.

g *Apparebit.* ut ff. de ind. l. in tribus. secundum primum, uel ff. de excep. l. j. secundum secundum.

¶ SED ISTE. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò ponit, & declarat actiones præcedentium paragraphorum fore ciuiles. Secundo ponit de actionibus prætorijs, ibi, aliæ autem. Item ista secunda subdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus in rem prætorijs. Secundo ponit de personalibus. Secunda inferius in §. in personam. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit, quando res petitur, quasi usucapta, quæ non est. Secundo, quando usucapta est: & petitur, ac si usucapta non esset. Secunda ibi, in §. rursus. Item prima subdiuiditur. Nam primo point de actionibus prætorijs in rem. Secundo de eis duo ponit exempla. Secunda ibi. Ecce plerunque. Primum exemplum prosequitur ibi, Nanque, si cui. Secundum in §. rursus. iam allegato. Aretin.

¶ CASVS. Domine. iam posuistis mihi unam compendiosam diuisionem actionum, & membra diuisionis per dilucida exempla declarastis. Pro Deo, nunquid sunt plures diuisiones actionum? Et respond. Iustin. quod sic. Nam actiones quædam sunt ciuiles: quædam prætoriæ. Istæ enim actiones, de quibus superius mentionem habuimus, & si quæ eis aliæ similes sunt, ex legitimis, & ciuilibus causis descendunt, idest, ciuiles sunt: aliæ autem actiones sunt, quas prætor introducit ex sua iurisdictione. Sed domine, nunquid prætoriæ diuidi possunt? Et respond. quod sic. Prætoriarū enim quædam in rē, quædam in personā sunt. Prętoriarū. quasdam actiones, ex sua iurisdictione comparatas habet tā in rē, quam in personam: quas etiam ipsas prætorias necessariu est (id est utile) exemplis ostendere. Et hoc usque ad illum uersiculum, ecce plerunque, &c in quo pone sic casum. Domine, uos dixistis mihi supra, quod prætoriarum actionum, quædam sunt in rem, quædam in personam, & promisistis quod easdem per exempla mihi ostenderetis. Ad hoc respondet Iustini. Amice, libenter: Ecce plerunque prætor permittit in rem agere: ita ut actor dicat, se aliquam rem quasi usucepisse, quam in ueritate non usucepit, & tamen utili in rem actione prætoria ita uendicat suam esse, quasi usucepisset. Et non solum in casu isto locum habet actio prætoria in rem, sed in casu conuerso. Quandoque enim ita permittit prætor in rem agere, ut aliquis dicat, aduersarium suum rem quasi non vsucepisse, quam in ueritate vsucepit: & ita eam rem ab eo prætoris auxilio auocat, quasi eam nunquam usucepisset. Sed bone domine, pro Deo dicatis mihi exemplum familiare, in quo actor dicit, se quasi vsucepisse rem, quam in veritate non vsucepit. Ad hoc respon. Amice, dabo tibi bonum exemplum. Nam pone, quod aliqua res alicui ex iusta cā, puta, Petro à nō domino tradita sit, veluti ex causa emptionis, vel donationis, aut ex causa dotis, aut ex causa legatorum, vel ex alia simili causa apta ad dominij translationem: & necdum Petrus bonæ fidei possessor illius dominium beneficio illius vsucapionis adeptus sit: si possessionem illius rei, aliquo casu amittat, nullam habet de iure ciuili directam actionem in rem, ad illam rem persequendam. Ita enim proditæ sunt actiones in rem de iure ciuili, ut quis ratione dominij rem suam uendicaret. Cum igitur de iure gentium. puta, per traditionem non sit illius rei dominus effectus: neque de iure ciuili, puta, per vsucapionem: liquet manifestè, quod omne beneficium iuris ciuilis in hoc casu, Petro sit præclusum. Sed quia prætori, qui naturali æquitate mouetur, durum uidebatur in hoc casu Petro possessori bo. fid. deficere penitus actionem: quandam actionem de æquitate introduxit: beneficio cuius actionis Petrus, qui possessionem amisit, dicit, se eam rem quasi vsucepisse; & ita prætoria in rem uendicat suam esse, sic uti si in rei ueritate eam usucepisset. & directa in rem ciuili eam uendicaret & ista actio de æquitate prætorijs in hoc casu introducta, Publiciana appellatur, quæ ideo sic appellatur, quia primum à Publicio prætore in edicto proposita est. Et hæc dicuntur usque ad illum §. rursus ex diuerso. Franc.

¶ SED ISTAE. ¶ Latenter accedit ad secundam diuisionem: scilicet, aliæ sunt ciuiles, & aliæ prætoriæ; & omnibus exempla ponit. Sed quæritur de duabus, scilicet, de actione in rem, quæ datur contra eum, qui dolo desijt possidere. Videtur enim prætoria, ut ff. de noxa. act. l. electio §. j. Sed & ciuilis uidetur, inspecta persona actoris, qui de iure ciuili admittitur ad agendum: ut ff. de rei uend. l. in rem actio. Sed dic, eam ciuilem, g inspecta potius persona actoris, quæ dignior est: ut ff de do. ma. exceptio. l pure. §. fina. & hæc consideratio semper habetur: nam hæreditatis petitio dicitur prætoria, quando bonorum possessori datur, uel fideicommissario: licet contra possidentem pro hærede, uel pro possessore detur, & contra si detur hæredi de iure ciuili, dicatur ciuilis, ut ff. de pet. hæt. l. j. Semper enim iudicamus, an actio sit ciuilis, uel prætoria, inspecta persona

a Hoc uerum si ad omnia nō possit fieri Dy. & Ni.

b Idē Nic.

c Sequunt An & Ia. Possessori an competat actio.

d Ista displicet Ange. & Ias.

e Hoc uerum quando agit occasione illius possessionis, quę erat penes ipsum: & per semetipsum possidebat, & sciebat, se possidere. Ang. & Ia.

f Hoc exēplū sequitur Dy. hic: sed Ioā. & Pe. cōtra: quia exceptio debet esse de regula. nā in rebus incorporalibus possidenti non daī actio, nisi in vno casu: sed secundū gl. essent plures. quam mille. Præterea i istis duplicibus iudicijs q agit, nō negat, rē actoris esse; nec agit rei uen. ꝑ ut litera requirit. Angel.

g Insti. ne, sed ex tēsione dicitur prætoria. Fab. Ang. & Ia.

a Imo inspecta origine, Bal. & Ia.

b Sequuntur eã Fab. & Ang.

sona actoris. a Secundo quæritur de actione commodati. Sed dic eam ciuilem: b vt ff commo. l. in commodato. §. sicut. Et quod dicitur eo. tit. ff. commo. l. j. in prin. in gl. ait prætor. quæ est gl. j. uel approbando, uel confirmando dicit, non inueniendo: sicut & de petitione hæreditatis dicitur ff. si pars hær. pet. l. j. in prin. Sed tamen ipsa ciuilis est, cum sit ex senatusconsulto, & centumuiralis dicat: ut ff. de pet. hære. l. itẽ ueniunt. §. cum antequam. & C. de hære. peti. l. fi. in princ. Oẽs etiam actiones, quæ oriuntur ex his quinque partib. iuris, scilicet legibus, senatusconsultis, plebiscitis, principũ placitis, & respõsis prudẽtum, ciuiles sunt: quæ c uerò a magistratibus, vel prætorum edicto descendunt, prętoriæ sunt, vt s. de iuis natu. §. constat, usq; ad §. ex non scripto, & ff. de iust. & iure. l. ius autem. & j. de perpe. & tempo. act. in prin. Aliæ autẽ præter duas supradictas certæ sunt, vtrũ sint prætoriæ, uel ciuiles. Accur.

c Sequunt̃ glo. Ange. & Ias.

1 † diceret.

2 † al. diceret.

¶ Sed istæ quidem actiones, quarum a mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, b ex legitimis, c & ciuilibus causis descendunt. ¶ Aliæ autem d sunt, quas prætor ex sua iurisdictione comparatas habet, tam in rem, e quàm in personam: quas & ipsas, f necessarium g est, exemplis ostendere. Vt ecce, h plerunque i ita permittit prætor in rem agere, vt uel actor dicat, 1 † k se quasi vsucepisse, quod non vsuceperit, uel l ex diuerso possessor m dicat, 2 † aduersariũ suum non vsucepisse, quod vsuceperit.

Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate prætoris illi, qui rem nactus est à non domino ex aliquo iusto titulo, qui esset aptus ad dominij translationem, & datur quasi ipse rem vsuceperit. Aretinus.

a *Quarum mẽtionem.* scilicet, expressam: ut de quibusdã dictũ ẽ.

b *Et si quæ sunt similes.* ut quæ sunt ex cõtractu, uel quasi: uel ex delicto, uel quasi; & quę descendũt ex uarijs figuris causarum. ut s. eo. §. j. & ij.

d Ista glo. non est Accursii.

c *Ex legitimis.* id est, ex lege xii. Tabularum, & pro id est ciuilibus. Vel dic, ciuilibus, id est, ex auctoritate iuris prudentũ, & eorum responsis. nam totum est ius ciuile, vt ff. de iu. & iu. l. ius autem ciuile. & de ori. iu. l. j. §. nouissime.

e Sequũtur gl. Fab. An. & Ia.

d *Aliæ autem.* aduertẽ, q hic doctores ita distinguũt hũc §. incipiendo ibi. Sed istæ quidem. tñ cõiter allegatur in materia Publicianæ. § aliæ hic & non superius incipiendo.

e *Tam in rem.* i. tam in rem tantum, quam in personam tãtum. Nec enim aliqua prætoria e inuenitur, quæ sit mixta, s. in rem & in personam: licet ciuilis talis inueniatur, ut j. e. §. quædam. Et primò hic de realibus dicit usque ad §. persona m. & postea de personalibus dicet. Accur.

f *Ipsas.* scilicet, prætorias: quasi diceret, non solum ciuiles, quas exposuimus.

* Adde Alciat. reg. 3. præ. 19 ubi etiam declarat hãc gl.

g *Necessarium.* id est utile: quod enim * medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotijs: ut in Auth. hæc constitutio Inn. in prin. colla. 8 Nec enim necessitas in prĩncipe poni potest, ut ff. de le. & senatusc. l. princeps. Item quia per exẽpla apertius intelligitur, ut hic, & C. de transac. l. ut respõsum & ff. de coll. bo. l. prætor. §. Iulianus.

h *Ecce.* hoc est primum exemplum, quod exponitur statim ibi, Namque &c.

i *Plerunque.* quia hoc semper dicere non poterit, scilicet, cõtra dominum, nisi in casibus, vt statim dicemus.

k *Dicat.* agendo Publiciana.

l *Vel ex diuerso.* hoc exponitur. j. §. rursus.

m *Possessor.* id est, dominus quondam, ad quem redijt nũc possessio. Vel dic, possessor quondam, nunc petitor.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE PVBLICIANA.

¶ NAMQVE SI CVI. ¶ Hic tractatur de actionib. prætorijs realibus: & primò de Publiciana in qua qualiter formetur libellus, est videndum. Vñ sciendum est, q act. Publiciana competit, quando res aliena traditur ex iusta cã. vnde si cadat a possessione aliquo casu, poterit hac actio, agi contra possessorem, nisi sit dñs, qui possidet, ut ff de publ. l. j. §. pen. & ti. & s. e. §. pxi. uers. ecce plerũq;. Formabis ergo sic in hac act. libellũ. Dico ego a. cõtra b, q ipse detinet rẽ mihi traditã ex cã emptionis, q quasi vsucepi: vñ, pponẽdo Publicianã contra ipsum b, peto ipsam rem iure quasi dominij mihi adiudicari, & eundem b, ad eius restitutionem condemnari. In hoc libello licet nomen act. non proponatur, sufficit, ut causa edatur, quæ talis est: Vnde cùm ipsam rem quã si vsuceperim, peto, &c. ut in prædic. §. ecce plerunque. vel potest assignari pro causa hoc: Vnde cum ipsa fuerit mihi tradita ex cã emptionis, peto, &c. & est eadẽ prima cum ista: quia traditio ex iusta causa parit usucapionẽ, ut ff de pub. l. ij. & iij. & iiij.

¶ Namque si cui ex iusta causa n res aliqua tradita o fuerit, (ueluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum 3 † eius rei dominus effectus p est: si eius rei possessionem casu q amiserit, nullam r habet in rem directam s actionem ad eam 4 † persequendam: quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones, ut quis dominium suum vendicet. t Sed quia sanè durum erat eo casu u deficere actionem, x inuenta est à prętore actio, y in qua dicit z is, qui possessionem amisit, ea rem se 5 †

3 † al. vt.

4 † eam.

5 † quasi.

n *Ex iusta causa.* i. ex aliquo contractu, qui descẽdit ex iusta causa, i. ex affectione utriusque partis, vt ff. eo. l. in omnibus reb. ad fi. tit. quam affectionẽ iustũ est seruari, ut s. de rer. diui. §. per traditionem. & hoc dummodo f talis titulus fuerit aptus dominium transferre, licet non transferat: quia traditio non plus trãsfert, quàm sit apud eũ, qui tradit, ut ff. de acq. rer. do. l. traditio. & nominatur huiusmodi cõtractus. ff. de public. l. j. in fi. & l. ij. iij. iiij. v. vj. & vij. si uero contractus non est habilis transferre dominium, non competit Public. ut ff. de Publicia. l. quicunque. §. j. & fin.

f Idẽ Fab. Ang. & Ia.

o *Tradita.* a non domino.

p *Dominus effectus.* p vsucapionem. Nã per traditionẽ dñs factus non fuit. Si autem altero istorum modorum factus dñs fuerit, Publiciana ei non datur, sed directa rei uendicatio, vt ff de Publ. in rem act. o. l. j. in prin. & §. j.

q *Casu.* imo & si quocunq; mõ. Nã etsi p furtum, vel rapinã, g vel aliã vim amiserit: non tñ habet in rẽ actionẽ directam, sed hanc: licet habeat & alias actiones: ut furti, vel ui bonorum raptorum, & similes, ut s. de obli. quæ ex delic. §. sed & bonæ fidei. & supra vi bono. rapt. §. fi.

g No. glo. quod furtum, & rapina, non connumerantur inter casus fortuitos. Ang.

r *Nullam.* de alijs autem realibus constat: sed de hac rei uendicatio dubitatur.

s *Directam.* sed nunq d Publiciana cõpetit rõne vtilis dñij? Quidam dicunt, q sic. dicentes, q utile dñiũ habet cui Publiciana cõpetit, & dicũt, hanc esse cãm Publicianæ, sicut directum dñium est cã directæ actionis in rem, vt ff de rei. uen. l. in rẽ actio. in prin. Alij dicunt. h q nec vtile dñium habeat: cum ille, qui vtile dominium habet, etiam contra dominum agat: vt ff. si ager vect. vel emphy. pe. l. j. & ij. qđ non est in Publiciana. ut ff de publ. l. pe. & fin.

Actio publiciana, utrũ competat habẽti utile dominium.

b Et bene Nico. Fab. & Ia.

t *Vendicet.* hoc uidetur falsum: nã aut habeo dominium, & tunc non uendico, quod habeo: si non habeo, nec tunc uendico, ut ff de rei uen. l. in rem actio. j. resp. Item dominiũ est ius, & res incorporalis: quomodo ergo vendicatur? Sed dic dominium, i. rem ratione dominij.

u *Eo casu.* s. isto supradicto.

x *Deficere actionem.* quod erat secundum ius ciuile.

y *Actio.* s. Publiciana: ut statim subijcit. alias nisi prætor actionis nomen diceret, in factũ daretur, sicut ex ciuili obligatione noua datur condictio ex lege, si non caueatur de nomine actionis: ut ff nau. cau. sta. l. & ita. §. ait prætor. in gl. & ff. de cond. ex le. l. j.

Actio in factum, est prætoria, condictio ex lege ciuili.

ADDITIO. Nota gl. sm Dy. quã tenet menti pro regula, q actio competat de remedio ciuili, uel prætorio: p qua facit tex. ff. de adul. quod ex his. Sed contra hoc opponitur de. l. sed & si possessori. in prin. de iureiu. cõiuncta. gl. in uerbo, dandam. ubi actio in factum, & Publiciana uidetur esse idem. Sed tu responde ut ibi per gl. & doct. Ang.

z *Dicit.* & sic uidetur, quòd prætor permittit mentiri quod

quod Pla. concessit. a & idem in sequentibus casibus tribus. & facit C. de bon. mater. l. j. vnde sic libellum formabat: peto talem rem, quam possides, & quam rem, uel alia simili iusta causa habui a non domino: quia dico, me vsucepisse. Nam licet hæc verba, quia dico me vsucepisse, &c. directam rei vendicationem magis videantur inducere: tamen ex adiunctis Publicianam signant. Alij dixerunt ita esse formandum: peto talem rem, quam dico meam: sed quia forte non possem probare meam, propono Publicianam. b Alij dicunt, utraq; alternatiuè proponi, s. rei uend. & Publi. hoc modo; peto talem rem iure directi dominij, uel quasi: & hanc approbat consuetudo. c Sed certè duæ primæ non placent: quia quomodo diceret rem suam se usucepisse: cum hoc non sit uerum? sic enim peieraret in sacramento calumniæ, ut C. de iureiu. propter calum dan. l. ij. Sed illi respondent, quia hoc facit, lege permittente: unde non peierat. ff qui sat. cog l. fin. Sed nec ultima placet: quia unam debet eligere, & non pluribus agere actionibus, ut ff de reg. iu. l. nemo. §. quoties. Dic ergo quarto esse formandum in hunc modum libellum: peto rem talem mihi restitui iure quasi dominij, perinde ac si usucepissem: Verbum enim, quasi positum supra eodem. §. aliæ. hic repete, & similitudinariè ponatur, non affirmatiuè, l. dicere: sicut uendicarem, quo ad effectum re verè usucapta: ita nunc quasi usucapta. & idẽ in sequentibus casibus. Ex prædictis patet, quod quinque sunt necessaria, ut detur Publiciana, scilicet traditio, uel quasi, quod dico propter res incorporales, quæ tradi non possunt, ut ff. de acqui. re domi. l. seruus. §. incorporales & ff de publi. l. j. & l. traditionem. § primo. Secundo, quod ex titulo apto ad mutationem dominij: ut hic dicit: ut ex uenditione, uel similibus. Item quod a non domino acceperit: nam alias dominium esset translatum, ut ff eodem de Pub. l. j. in prin. ibi, de non domino. & ibi no. Item quartò, quod bona fide acceperit; unde credidit se dominum factum esse tunc: d ut ff de publ. in rem actio. l. eum, qui a furioso. § prætor. Quinto, quòd credat se dominum hodie non esse, cum proponit eam: alias esset sibi contrarius. Sed tantùm duo prima ex his quinque sunt difficilia agenti, s. probatio traditionis, & tituli: reliqua consistunt in intellectu agentis: cum sint de sua conscientia, e quæ per testes probari non possunt. Sed quid si dubitat, hodie utrum auctor fuerit dominus, uel non? Respon. salua fide proponat, quod sibi melius uidetur, uel rei uend. Publicianã. sed quando penitus est in dubio, proponat Publicianam, & ea obtinebit: nisi aduersarius probet actorem huius dominũ fuisse; quod si probet, dabitur ei uend. qui enim egit actione Publiciana, & succubuit, non repellitur a rei uendicatione directa idem econtra, ut ff. de eui. l. minor. § si seruus. licet quidam dixerunt contra in utroque casu; quia ius suum undecumque, & qualecunq; in primo iudicio deduxisse videtur, ut ff. de exce. rei iu. l. si mater. §. eandem. Sed expone, vndecunq; & qualecunq; id est, siue de iure ciuili, siue de iure gentium, dummodo directum, ut ff de rei uend l. rem act. in prin At illi dicebant, siue directum, siue utile & ita patet, quòd cum sint contrariæ f rei uendicatio directa, & Publiciana, uno libello proponi non possunt, ut C si ser. exte. l. j. Sed ex consuetudine contrarium seruatur. nam utraq; simul proponatur, licet super una probationes tantum inducat, ne sibi contrarius sit quod certè est contra d. l. C. & regulam illam. ff de reg. iu. l. nemo. §. quoties. & hoc ex parte actoris. Ex parte autẽ rei spectamus, an possideat, uel dolo desierit possidere; ut in rei uendicatione diximus. Nam contra omnem possidentem datur, præterquàm contra dominum, ut ff de publ. l. pe. & l. fi. Sed etiam contra dominum datur in sex casib. g Primus est si a non domino emi, qui postea uero domino successit, & ad eum possessio redierit; nam licet sit factus dominus, tenetur tamen Publiciana, ut ff. de rei uẽd. l. si a Titio. Secundus est, si rem a non domino emi. & postea uerus dominus uoluerit a me uendicare, sed ego fui absolutus, & postea res ad illum redijt, agam Publi. & si excipiat de dominio, ego replicabo, quia quandoq; eo agente fui absolutus, ut ff. de exce. rei iu. l. si quis rem. Tertius est, si egi noxaliter contra bo. fid. pos. serui: & ipse dedit mihi eum pro noxa. siue enim contra me possidentem meus dominus agat, siue eo possidente ego agam Publiciana, obtineo, ut ff. de noxa. l. & generaliter. & l. præcedenti. in fi. Quartus est, si ego fui missus in possessionem uicinæ domus, quam aliquis bona fide possidebat, possessore nõ cauente; & postea verus dominus inueniatur possidere ni fortè; & unde vi, interdictum, & Publicianam habeo, ut ff. de dam. infec. l. damni. § si pupillus. uer. non solum. Quintus etiam adijcitur, ut si rem possideo, & eam non dolo, sed culpa desij possidere, & sic litis æstimationẽ tantum secundum ius uendicanti præstiti, ut ff. de rei ven. l. qui restituere. si postea res ad dominum redeat, agam Publiciana contra eum, vt ff. de rei uen. l. si culpa. Vel expone l. illam, ut habeat utilem actionem, quam actor directã haberet, quasi nomen emisse uideatur. Sextus adiicitur, si me mandante, rem meam uendidisti, sed me prohibente, tradidisti emptori, hac actione, uel exceptione defenditur, præterea etiam contra me dominum hac actione agitur, ut ff. de publ. l. Papinianus.

vsucepisse, quam vsu non cepit: & ita uindicat suam esse, quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum à Publicio [a] prætore in edicto proposita est.

Præsenti contra absentem reipublica causa, uel in potestate hostium usucapientem rem præsentis succuritur, rescissa usucapione. Arc.

¶ Rursus ex diuerso, si quis

a Et male. Fa. Ang. & Ias.

b Dic, quod istas duas libellandi formas gl. infra reprobat, & bene secũdũ do. & maxime reprobat istã ultimã: quia hodie non est necesse, quod exprimatur nomen actionis in libello: ut in ca. examinata. de iudi. Ang.

c Et etiam si certitudo erat probabilis. Ia.

d Et bene Nico. Fab. Ang. & Ia.

e Ista glo. est sing. secũdũ Bal. in c. bone. ij. de postu. præl.

f Origine: nã effectu sunt æquipollentes. Ias.

g Istã glo. usq; ad fi. sequuntur Nic. Dyn. Fab. Ang. & Ias.

ADDITIO. Nota hanc gl quæ ponit casus, in quibus datur Publiciana contra dominum. Idem no. in l. si ff. eod Et aduerte, quod licet Ang. in d. l. fi. addat casum l. Papinianus. ff. eod. secundum lecturam Dy. ibi, quod procurator uendidit rem domini, tamen non est opus, quod addatur; quia habes hic glo ordi. dum dicit, sextus adijcitur, si me mandante rem meam uendidisti. pondera ibi, meam, & sic mãdantis. Ang.

a *A Publicio* sicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta, ut s. ad l. Aquil §. ex hoc tamen capite.

¶ RVRSVS. ¶ Iste § diuiditur in duas partes. Primò ponit de restitutione danda præsenti contra absentem. Secundo, addit & extendit ad alios multos casus. Secunda ibi, quod genus. ¶ CASVS. Duo sunt hic posita, scilicet rursus. quæ est dictio iteratiua, & etiam, hæc dictio, ex diuerso, dictionem iteratiuam ideo bis posuit: quia sicut supra tractauit de prætoria in rem: sic & hic licet aliquis posset dicere, quod hic tractetur de prætoria in personam, in pluribus tamen dicitur rescissoria in rem: & etiam fuit ratio, quam dominus Ioan. in arbore act. posuit inter actiones reales, referens se ad ea, quæ frequentius accidunt, & contingunt. Et ita respondebat domino Iaco. de Bald. reprehendenti dominum Ioan. eo quòd rescissoriam inter reales ordinauit in arbore sua. Ex diuerso autem dicit, quia hic tractauit de actione, per quam actor negat alium usucepisse, quod usuceperat: in superiori §. tractauit, qualiter actor affirmat se usucepisse, quod non usucepit. Qualiter autem absentis rem præsentis potest usucapere, habes in gl. Item scire debes, quod in isto §. notatur secunda cã inuentionis tit. de maiorib. restituendis Prima enim causa fuit, ne absentes, a præsentib. læderentur, ut restituerentur & de ista causa tractatum est s. prox. §. Secunda cã fuit, ne læderẽtur præsentes ab absentibus; & de ista secunda causa tractat. §. iste, s. de restituendis præsentib. contra absentes: sed quid si ambo essent absẽtes: restitueretur ne unus contra aliũ? Rñ. quod sic. Bene enim restituitur priuilegiatus cõtra priuilegiatũ, ut ecclesia contra ecclesiã, & minor contra minorẽ. Tria. n. principaliter debes scire circa istũ §. Primum est, quã, & quib. detur restitutio: & de hoc usq; huc dictum est. Sm est intra quod tp̃s detur restitutio, de quo diuersimodè dicunt: ut habes notatum super. l. quo tpe militiæ. C de rest. mil & ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. Dñs aũt Iac. dicebat, quod tp̃s ipsius non mutatur: sed est semper quadriennium continuum, sed cum aliquis tpe læsus sit: tp̃s ad hoc bene mutatur. Tertium est de rescissoria. Doct. aũt dicunt, quod non est proprium nomen act. & dicebant, quod minores restituuntur iur. act. & maiores of. iud. dominus Iac. dicit contrarium. Dicit enim I. quod simili modo restituuntur maiores, & minores: vñ dicebat, quod nihil aliud est rescissoria, quàm actio, quæ primò ante usuca. uel præsc. fuit directa, modo est utilis. Itẽ quid est, quod dicit, hunc librũ corrigi per C. cum liber iste posteà factus sit: & ante Pãdectas Codex factus sit, ut s. in proœ. §. & cũ sacratissimas;

Diuisio.

sissimas? Ad hoc respondetur, quod uerum est, quod Impe. primò ad Imperiales constitutiones curam suam direxerit, & ex tribus codicibus. s. Hermoge. Greg. & Theo. fecit fieri unum C. quem suo felici nomine nuncupauit: deinde erexit curam suam ad immensa ueteris prudentiæ uolumina &c. Et tertio librum istum mandauit componendum: ut s. habetur in proœ. in præallegato. §. Sed posteà uidens imperatorias constitutiones uagari extrà corpus iuris, mandauit posteà dissolui Codicem: & quod insererentur illæ constitutiones, & sic factum fuit, vnde constitutio illa, quæ corrigit librum istú, est vna de constitutionibus.

¶ LIBELLVS IN actione rescissoria.

¶ Hic tractatur de actio. rescissoria, in qua qualiter formetur libellus, est uidendum. Sed primò sciendum est, quod actio rescissoria locum habet, cum absens causa reipu. uel captus ab hostibus, uel ex alia causa necessaria, uel probabili, usucepit rem præsentis, uel præsens rem absentis, ex causis præmissis: ut in hoc §. rursus. & ff. quibus ex cau ma. in integ. restit. l. 1. & 2. unde, reuerso absente, formabitur libellus in hunc modum: Dico ego a, contra b, quod ipse in absentia mea rem meam usucepit: unde supplico uobis, domine iudex, implorando officium uestrum, quatenus rescindatis usucapionem, ut, ea rescissa, possim rem meam petere quasi eam non usucepisset. quo impetrato, poterit agere utili rescissoria rei uen. Nec erit proprium nomen act. hoc, quod dico, rescissoria, sed adiectio quædam, & illa, quæ primò erat directa dabitur utilis, ut C. qui. ex cau. ma. in integ. rest. l. 1. & C. de postli. reuer. quod de redem. l. ab hostibus. iij.

¶ *Rursus ex diuerso* i. econtrario. Nam suprà affirmando, & se usucepisse dicit: hic negando, & aduersarium non usucepisse dicit Accur.

quum reipublicæ [a] causa abesset, [b] vel in hostium [c] potestate [d] esset, rem eius, qui in ciuitate [e] esset, [1] † vsuceperit: permittitur domino, si possessor reipublicæ causa abesse desierit, tunc intra annum, [f] rescissa [g] usucapione, eam petere, id est, ita petere, ut dicat, possessorem usu [h] non cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis, [i] & alijs quibusdam [k] simili æquitati motus prętor accommodat: [2] † sicut ex latiori Digestorum, * seu Pandectarum volumine intelligere licet.

Alienatum in fraudem creditorum, permittitur ipsis ex sententia prætoris bonis debitorum possessis reuocare. h. d. Aret.

¶ Item si quis * in frau-

a *Reipublicæ.* s. ciuitatis Romanę, ut ff. de uerb. sig. l. eum, qui. idem tamen ex generali clausula posita ff. ex qui. cau. ma. l. 1. in fi. Idem in cæteris ciuitatibus dicendum est, ut ff. ex qui cau ma l. sed & si per prætorem. §. pe. Idem etiam si causa municipij alicuius, *a* ut ff. ex qui. cau. ma. l. legatis.

b *Abesset.* alias absens esset. Iste, qui absfuit reipublicæ cā, rem præsentis duobus modis potuit usucapere, s. per se, & quia rem illam secum detulit, siue domi dimisit, & animo possedit, ut dicitur de eo, qui ad nundinas profectus est, ut ff. de acqui. poss. l. clam possidere §. qui ad nundinas. Item per alium, s. per filium, uel seruum, ut statim in capituo dicemus.

c *Vel in hostium.* Qui sint hostes, dicitur ff. de cap. l. hostes. & ff. de uerb. sig. l. hostes. s. quibus populus Romanus bellum indixit, uel qui populo Romano bellum indixerunt: Si ergo ab alio quis capiatur: numquid hoc locum habebit quod hic dicitur? Credo, quod sic, *b* sicut quando abest causa alicuius ciuitatis, uel municipij, ut sup. dictum est. In hoc autem differunt; quia non fiunt serui talium hostium, ut ff. de ca. l. hostes. & sic poterunt facere testamentum quod alias non posset, *c* cum esset seruus. imo & eius obses non posset, ut ff. de test. l eius, qui. & l. obsides. Accur.

ADDITIO. Idem si princeps, uel papa, siue eius legatus commissione papæ alicui ciuitati subditæ ecclesiæ bellum indixerit: quia capti efficiuntur serui, & eorum bona efficiuntur capientium. & sic in omnibus his habebit locū fictio postliminij. quod no. perpetuo.

d *Potestate.* i. seruitute. *d* alias accipitur pro iurisdictione: ut cum dicimus, potestas habet homines de districtu * in potestate, id est, iurisdictione. Item ponitur pro obedientia, in qua potestate est monachus sub abbate, & clerici sub prælatis. Item ponitur pro dilectione, siue pietate, & hæc patria potestas dicitur, ut ff de uerb sig. l. potestatis. Sed quomodo iste ab hostibus captus potuit usucapere, cum ipse ab alio possideatur, ut sup. de iu. per. §. serui. ergo ipse possidere non potest, ut ff. ad leg. Iul. de adul. l. sic eueniet. ibi in sua enim &c. ff. de acq. rer. do. l. homo liber. §. quicquid. ergo nec vsucapere: ff. de usuca. sine possessione? Resp. usucapit per filium, uel per seruum in re peculiari, *e* ut ff. ex quib. cau. ma. l. item ait prætor. §. hæc aút. & l. denique. & l. ait prætor. §. hi plane. & ff. de usucap. l. iusto. § fin. Sed nec videtur, quod per seruū possit captiuus vsucapere, ut ff. de usuca. l. neq; seruus. Sed dic, quod illa loquitur in cā non peculiari: quod verū est. Vel loquitur ipsa ueritate inspecta, *f* hic aūt iure postli. inspecto, quod præualet ueritati: ut su. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. si ab hostibus.

ADDITIO. Doct. cōiter sequūtur gl. & do. Iac. reprobat hic Ang. quem uideas. & dū tex. noster dicit quod captus ab hostib. pōt vsucapere. Ia. exēplificat de actione personali; in qua currit præscriptio, non ex possessione præscribentis, sed ex solo cursu temporis, negligentia non petentis. uide hic per eum.

e *In ciuitate esset.* q. d. qui non abest. Quid ergo, si vterque abest, & alter alterius rem usucapit? Respon. & tunc habet locum hæc testamento: *g* vt ff. ex quib. cau. ma. l. fi. videtur autem desinere abesse, cū domum redijt, uel redire potuit, finito negotio, pro quo erat absens, & tunc dicitur desinere abesse, nisi iustā cā impeditus fuerit in redeundo: statuuntur enim ei xx. miliaria diurna, vt ff. ex quib. cau. ma. l. si cui. §. tandiu. Et sic patet, quod de necessaria absentia tunc intelligitur: *h* aliàs contra, ut ff ex quib. cau. ma l. ij, qui. & l. seq. sed verbum, desierit, hic positum, strictius ponitur, i. quod possit conueniri. Item econtrà, si præsens rem absentis vsucepit: ut, ff. ex qui. cau. ma. l. c. §. uerba. & tunc siue completa est tota usucapio in præsentia, i. intra modicum tempus, siue in absentia, siue posteà patum, idem est, ut ff. eo. l. ab hostib. §. sed quod simpliciter.

f *Annum.* s. vtilem, qui constat ex ccclxv. diebus: ut ff. de statulib. l. cum hæres §. Stichus. in quibus actor habuit facultatem agendi, nec impediretur per se, nec per eum, nec per iudicem. Nam hæc tria necessaria sunt, ut utilis dies, aut annus currat, ut ff. de diuer. & tempo. præscr. l. 1. Hodie uero in omnib. restitutionibus quadriennium continuum computatur, ut C. de temp. in integ. rest. l. fi. Et ita no. hic, quod hic liber corrigitur per C. in hoc anno utili generaliter secundum quosdam. Sed dico contra: quia illa tantum in restitutionibus dicit: unde in alijs remanet utilis annus.

g *Rescissa.* per in integrum restitutionem petitam à iudice uiuo, ut subducatur tempus vsucapionis, quo fuit absens: ut C de resti. mil. l. ij. sicut & minores petunt, ut ff. de exce. l. exceptiones, quæ personę. in fi. l. Et hoc ipsum, s. quod postulare possunt, à mortuo prætore conceditur eis, ut ff. eo. l. 1. per totum. Restituit ergo eos prætor uiuus, *i* ut sic agant antiqua actione, ac si res non esset usucapta, uel actio præscripta, & ideo actio, ad quam restituitur, dī rescissoria; non quod sit nomen proprium actionis: sed quæ erat primo realis siue personalis directa, nunc dicitur utilis, ut C. ex qui cau. ma. l. fi. & de cap. l. ab hostib. iij. C. k Alij dicunt, *l* quod statim, eo reuerso, habet rescissoriam: & dicunt esse proprium nomen actionis, & sic dicunt, quod maiores iure actionis, sed minores officio iudicis restituuntur. Dicunt tamen, quod hæc rescissoria actio efficaciam non habet antequam insufflet in eam prætor spiritum uitæ dando restitutionem quod satis recidit in primam opinionem. Nam semper uerum est hoc, quod à prætoris mortui edicto hoc fit, & autoritate prætoris uiui.

h *Vsu non cepisse.* Et sic videtur concedere mentiri, quod P. confitetur. Sed dic, quod non mentitur: sed dicit sibi restituendum ac si usucaptum non esset: ut sup. prox §. diximus.

i *Actionis.* s. rescissoriæ supradictæ. Accur.

k *Quibusdam.* ut si rem absentis usucapiat præsens. *m* Item si absens fuit probabili causa, ut studiorum. Item in uinculis positus: ut ff. eod. ex quib. cau. maio. l. 1. & l. sed & si per prætorem. in fi. & l. seque. & de illis. ll. inf. facit mentionem cum dicit de uolumine digestorum.

1 † est.

a Dicidē, si esset absens pro facto unius uillæ, uel castri, quia largo modo dicitur abesse causa reipu. vt no. gl. in l. legatis. allegata. inf. Ange.

b Et bene, quia quando præsens contra absentem datur restitutio, non refert de causa absentię. Ang. & Ia.

c Sequunē hanc glo. Angel. & Ia.

d Melius dixisset, id est, dominio Nico. & Ias.

* Adde Felyn. c. licet causam in prin. de probat. sibi de districtu

Captus ab hostib. potest usucapere.

e Sequitur hanc glo. Ia.

2 † D. accōmodat.

* Titul. ex quibus cau. maio.

f Idē Dy. Ang. & Ia.

g Istā glo. approbāt Angel. & Ia.

h Quando absens cōtra præsentem restituitur: aliàs nō fit distinctio secundum Ias.

* Scilicet creditor.

i Istud ergo, quo petit restitutio, est officium iudicis. facit l. quod si minor. §. fin. ff. de min. & est casus in terminis in l. si quis stipulatus. ff. ex quibus cau. ma. & nō cōprobatur rōne: q. a quoties uerba legis referuntur ad iudicē: tūc ex illo edicto oritur officiū iudicis: ut no. gl. in l. si soror. C. de colla. & habetur in l. iiij. ff. de ali. & cib. leg. & no. plenè Bar. in l. j. ff. de cōd. ex le. sed hoc dictū est huiusmodi, ut in l. j. in fi. ff. ex q. cau. maio. igitur &c. Ang.

k Hæ duæ leges nihil faciunt ad propositū.

l Et malè secūdū do cto. hic.

m Istā tenent Dyn. & Bald.

¶ITEM SI QVIS. ¶ Diuiditur in duas partes. Primò ponitur dictum: ex quo tacita quæstio. Secundo determinatio quæstionis: Secunda ibi, Permittitur.

¶CASVS. De rescissione alienationis, s. qualiter possim petere per rescissoriam rem meam absente me vsucaptam, vel præscriptã, rescis-

sa usucapione per beneficiũ restitutionis: satis est dictum. s. in

dem [a] creditorũ [b] rẽ suam [c]

materia sua. Nunc autem videndũ est de quadam alia reuocatione, quæ fit alio casu, uidelicet, de reuocatione, quæ fit à creditore, qñ debitor in fraudem creditorũ mala fide alienat. Et circa hanc materiam dicit legislator breuiter, ꝙ si debitor mala fide in fraudem creditorum alienauerit, permittitur creditoribus bona fide reuocare ab ipso ea, quę sunt alienata, perinde ac si bona illa remanserint in bonis debitoris illius. Vnde hic tractat de alia reuocatoria, quam fecit in proximo. §. quæ uocatur Pauliana. Sed uidetur in principio, ꝙ prætor permittat mentiri hic sicut in duobus proximis. §§. Et respondetur, ꝙ nec hic, nec ibi permittit prætor mentiri. Ipsa enim uerba hic posita sunt, sicut si in bonis debitoris mansissent; & uerba posita superius, ac si non usucepisset, effectum denotant. q. d. sicut in rescissoria permittitur ei, qui fuit absens causa reipublicę, uel alia iusta de causa, dum res sua usucapta fuit, in effectu agere, ac si tẽ suam non usucepisset aduersarius; eo quod fingit lex rem non esse usucaptam, rescissa usucapione per beneficium restitutionis, & sicut prætor fingit, hoc non esse usucaptũ; quod in ueritate est usucaptum, remouendo usucapionem de medio; & sic fictio hæc ueritati præiudicat, sicut & alibi in fictione l. Corne. quæ fingit captiuum mortuum, præmortuum prima hora captiuitatis. & in fictione postliminij, ubi fingitur captiuum similiter semper fuisse in ciuitate, ut ff. de capti. & postli. reuer. l. postliminium. & l. pater. §. fi. l. quod si filius sic & in ista reuocatoria permittitur creditoribus, rem debitoris in eorum fraudem alienatam, ac si non esset alienata, petere. Sed uidetur, quòd male ponitur in litera hæc dictio iteratiua, item: cum in proximo. §. tractatum sit de reuocatoria prætoria in rem, cum Pauliana sit in personam. Cum igitur simus in tractatu prætoriarum realium, sicut patet inf. & sup. & in illo. §. in personam. ubi de personalibus aget, malè uidetur hic inserere actiones prętorias personales, & malè uidetur hic poni hæc dictio, item, iteratiua: cum quasi de alia materia hic tractet.[1] Ad hoc respondetur: Non est dubium, quin Pauliana, de qua principaliter in hoc §. tractatur, & aliæ, de quibus fit mentio, s. Pauliana, Fauiana, & Caluisiana. ff. de usur. l. uideamus. ij. §. in Fauiana. Inter personales sint: tamen eas inter prætorias interserit propter similitudinem, quam habent in reuocando. ideo dicit, item. Super isto. §. potest formari unum, quare, tale. Reuocatur per Paulianam, quod in fraudem creditorum, à debitoribus est alienatum: per Caluisianam autẽ, & Fauianam (quanquam super hoc sit defensio) reuocatur illud, quod in fraudem patroni est à liberto alienatum. Quare ergo cum necesse sit, quòd probetur fraus tam emptoris, quam uẽditoris, ad hoc, quod creditor possit reuocare illud, quod in fraudem eius est alienatum, in reuocatione quæ fit à patrono rei alienatæ in eius fraudem à liberto suo, sufficit, quòd probet fraudem alienantis solum? Ad hoc dicitur, ꝙ creditor qui agit Pauliana, reuocat alienata ab eius debitore, non soluto pretio, & propter hoc grauatur; quia tam emptoris, quam uenditoris fraudem necesse habet probare. Patronus autem, qui vult reuocare alienata in eius fraudem, necesse habet soluere pretium emptori: & ideo in hoc releuatur; quia non habet necesse probare nisi in fraudem alienantis. ¶Sed domine, quæ est ratio huius diuersitatis, ꝙ plus debeat grauari patronus, q̃ creditor, qui reuocat? Frater, dicit Iusti. Ratio una iam dicta est, s. quia qui in uno grauatur, in alio debet releuari, per l. ff de iniur. l. eum, qui. in princ. in gl. probandi. Alia ratio est ista, & magis specialis, quia patronus. qui reuocat, certat de lucro captando, creditor autem de damno uitando De actione autem Pauliana, Fauiana, & Caluisiana, diuersimode sentiũt. Quidam. n. sicut Guar. & omnes antiqui usque ad Io. & Azo dixerunt, ꝙ Caluisiana datur patrono, & Pauliana creditori, & Fauiana utrique. Et pro se allegabant. l. ff. de usur. l. uideamus. ij. §. in Fauiana. Dixerunt. n. quòd in l. illa dicit litera, per quas. unde isti fecerunt tales uersus: Caluisi. pa. sed Pau cre. Fauiana cauebit utrique. Io. & B. eorum sequaces dixerunt, quòd Fauiana Patrono, Pauliana creditori, & Caluisiana datur utrique per alios versus, Creditor à Paulo, Fauiaq; patronus ametur Istis Caluisius communis amicus habetur. Dominus Gui. dicit, ꝙ Pauliana datur soli creditori, secundum quod omnes alij dicunt; quia Calu. & Fa dantur soli patrono, & nunquam creditori: nec meminit se uidisse l. quæ dicat Fauianam. uel Calui. dari creditori, nisi in l. uideamus. de usur. sic

alicui tradiderit, bonis eius

ista litera, per quas quod non credit. communis enim est litera, per quam, & non per quas. Franc.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM quæ & Pauliana dicitur.

¶Hic de alia pręttoria, & personali tangitur, & illa datur creditori ad reuocandum ea, quæ in fraudem eius sunt alienata, & appellatur Pauliana, siue in factum, de qua. ff. de usur. l. uideamus. ij. § in Fauiana. & ff. de ijs, quæ in frau. cred. l. hæc in factum. Et ponitur hæc actio inter reales propter quandam similitudinem, quam habet cum rescissoria: quia sicut per illam rescinditur usucapio; ita & per hanc traditio: ut in hoc. § item si quis. & forma in ea libellum sic: Dico ego a. contra b, ꝙ debitor meus alienauit & uendidit ei in fraudem bona sua, & quod ego iussus fui ex sententia p̃sidis possidere bona ipsius debitoris. unde proponendo contra ipsum Paulianam actio. peto possidere illa bona, ac si non essent tradita ipsi b, & bon. poss. in me transferẽdam adiudicari peto. Causa istius actio. est hæc: Et quia in fraudem alienauit, peto &c. & sufficit, ꝙ loco actio. ponatur causa sic: Vnde cum in meam fraudem debitor alienauerit, peto &c. Et datur ista Pauliana ad reuocandum corporalia: actio uerò in factum datur ad incorporalia, secũdum quosdam. Sed dicas, quòd Pauliana non est proprium nomen actio. sed quædam adiectio, & datur actio in factum tam pro corporalibus, quam pro incorporalibus.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE FAVIANA.

¶ Actio vero Fauiana datur patrono ad reuocandum ea, quæ libertus in eius fraudem alienauit; & eodem modo formabis libellum, sicut in Pauliana, uel in act. in factum, de qua est hic proximè dictum.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE CALVISIANA.

¶Caluisiana verò actio daꝛ utriq;, s. tã creditori, q̃ patrono, in qua eodẽ mõ formaꝛ libellus, sicut in p̃dictis actionib.

a *In fraudem*. No. ꝙ uterque tam debitor, quam receptor, oportet, ꝙ fraudem participet, a quando titulus non est lucratiuus: si autem est lucratiuus (puta donationis, ut si dedit, & hoc intelligat ad hoc, ut creditor possit reuocare alienationem) tunc sufficit fraudem debitoris tantum interuenire, ut C. de reuo. ijs, quæ in frau. cre. l pe. & ff. quæ in frau. cre. l. qui autem §. hoc edictum & §. similiq; modo. Et de hac fraude nota bonam destinctionem; quia uel adhibetur à debitore alienante inter uiuos, aut in ultima uoluntate: uel à liberto in fraudem patroni similiter inter uiuos, uel in ultima uoluntate: si ultima uoluntate: tunc aut per legata, aut per libertates, & si per libertates, aut directas: aut fideicommissarias. Si debitor in fraudem alienet inter uiuos, uno casu præsumitur fraus, s. quando omnia alienauit: ut ff. eo. quæ in frau. cre l. omnes. §. Lucius. b Si autem non oĩa, non præsumitur. sæpe. n. de facultatib suis amplius, q̃ in eis est, sperant hoĩes, ut sup. qui ma. non pos. §. in fraudem. debet ergo probare eam creditor Et hæc distinctio, per oĩa seruatur ẽt in patrono, ut ff. de prob. l patronus. & l. quoties. §. qui dolo. In ultima uoluntate si legatum, vel fideicommissum in fraudem creditoris reliquit, solum euentum inspicimus: licet fraus non interuenerit, ut in donatione cã mortis; ut C. de iu. delib. l. fi §. fi uerò creditores. cum legata nõ debeantur, nisi deducto ære alieno, ut ff. e. quæ in frau. cre. l. qui autem. § pe. & ad Tre. l. 1. §. is, qui quadringenta. Idẽ in patrono per oĩa si libertus in fraudem legauit, uel fideicommissum reliquit, uel donauit cã mortis. nam solum euentum inspicimus, ut ff. si quid in frau. pa. l. 1. in prin. & §. j. In libertatib. autem in fraudem relictis distingue directas à fideicommissarijs. in primo enim casu consilium, & euentum; in secundo euentum tantum inspicimus, ut C. de ijs, qui ma. non possunt. l fi. & l. j.

b *Creditorum*. Largè accipe pro omni eo, cui aliud debetur ut ff. de uerb. sign. l. creditorum. & l. creditores. & l. fi cui. & in Authen. de fideius. § pen. col. 1.

c *Rem suam*. s. corporalem, ex eo, quod dicit, tradiderit. idem

a Secus in patrono, qui reuocat alienata, quocunque titulo, quãuis solus libertus patrici pauerit fraudem, Angel. & Iat.

b Qui tex. licet loquatur in alienatione lucratiua; tñ etiã habet locũ in titu. oneroso, vt est gl. in l. qui testa mentũ, in uerbo, modum. & ibi Bar. ff. de proba. & ista procedunt secundũ Ia. quandoq̃ ditio omnium bonorũ esset facta pro ualde minori pretio, quã ualerent. idẽ si non omnia bona, sed maiorem partẽ alienauit: ut est glo. no. in l. nomen. §. filio. in uer. omnis substãtia. ff. de leg. iij.

idem tamen est in incorporalibus, vt patet per multa exempla ff quæ in frau. cre. l. j. ij & iij. vsque ad l. qui autem.

ADDITIO. Nota sing. illam l. in prin. quod si debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel alio modo, & titulo poterat acquirere, & non vult, imo repudiat etiam in fraudem, & despectū creditorum, an hēat locum in ista materia? dicitur ibi, quòd non: quia dummodo non diminuat de suo patrimonio, non habet locum dispositio huius §. quod nota bene. Ang.

à creditoribus possessis [a] ex sententia præsidis [b] permittitur [c] ipsis creditoribus, rescissa traditione, eam rem petere, [d] id est, dicere eam rem traditam non esse; & ob id in bonis debitoris mansisse. [e]

Actio Seruiana, vel quasi, est prætoria, & competit

a *Possessis.* i. possideri iussis: nec enim re ipsa à creditoribus fuerant possessa bona debitoris: cum ipse alienauerit. Vel dic, a possessis, quæ remanserant, & non sufficiebant, vt ff. eod. l. ait prætor. quæ Lucius.

a Istam tenent Nic. Plac. Ioan. Fab. & Ias.

b *Præsidis.* puta, quia fuit condemnatus, & non satisfecit condemnationi intra tempus. vnde missus fuit actor in possessionem bonorum.

c *Permittitur.* s. intra annum vtilem, vt ff. de ijs, quæ in frau. cre. l. j. j. respon. de eo tamen, quòd peruenit ad eum; vel quod dolo fecit, quò minus perueniret, perpetuò datur, vt ff. eo. l. ait prætor, quæ Lucius. §. hæc actio.

ADDITIO. De ista materia excussionis vide hic latè per doct. & refert hic Ias. casum sing. in auth. contra rogatus quis. C. ad Treb. vbi etiam in rei ven. est necessaria excussio bonorum.

d *Eam rem petere.* Sed qua actione? Respond. Pauliana, quæ datur creditori ad reuocanda corporalia; sed in factū ad reuocanda iura, vt ff de vsur. l. videamus ij. §. in Fauiana. & ff. eo. quæ in frau cred. l. hac in factum. *b* Vel verius dic, ꝙ nulla dicitur Pauliana, nisi adiectiuè: quia à Paulo fuit inducta; sed in factum Pauliana dicitur, quæ ad reuocanda corporalia, & incorporalia competit, & datur contra accipientem, & hæredem eius, inquantum ad eos peruenit, etiam non restituto ei pretio, vt ff. eod. l. ait prætor quæ Lucius §. fi. & l. sequ. & l. si debitor. & l. ex his. in eum autem, qui in fraudem alienauit, actio non datur, cum nudus sit: nisi ita fraudulenter dispersit, ut res apparere non possit: quo casu etiam in carcerem detrudetur, ut ff eo. l. si. §. fin. Est & Fauiana, quæ datur soli patrono ad reuocanda ea, quæ libertus in fraudem patroni alienauit inter uiuos, vel in ultima uoluntate, quo minus patronus habeat tertiam, ut ff. si quid in frau. patr. l. j. in prin. & §. j ꝰ. de suc. liber. § sed nostra constitutio. Est & Caluisiana, & ipsa tam patrono, quam creditori competit, ut ff. si quid in fraud. patr. l. in Fauiana. Quidam tamen dicunt contra in eo, quod de Fauiana dictum est. argu. ff. de usur. l. uideamus. ij. §. in Fauiana. Sed certe ita dicit ibi litera, per quam, & sic refertur ad proximam tantum s. Paulianam. Et istæ duę imitantur naturam superioris in factū Paulianæ Sed quæro, quare sunt hic hæ positæ inter reales prætorias, cum ipsæ personales sint: quod probatur per id, quod dicit litera, in Fauiana quoque, vt ff. de vsur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Nam proximè dixerat de personalibus. unde continuat eam cum personalibus, & probatur. ff. si quid in frau. patr. l. j. §. hæc actio. Sed respon. *c* quia similitudinem habet cum superioribus duobus casibus in eo, quod sicut ibi permittitur aliquid dicere, quod non fit, uel esse facienda aliqua, ac si non processissent, quæ processerunt; sic & hic. Item sicut ibi fit reuocatio, ita & hic. ergo secundum hæc ita dici debent hæ reales, sicut superiores, quod quidam concesserunt. Sed respon. hic non petitur, quod meum fuerit; ut in superiori casu, nec quasi meum; ut in Publiciana, ut sup eod. §. aliæ. Nec obst inf. proxi. quia hypothecaria est in rem: nec tamen meum petitur, vel quasi; quia ibi quod peto, peto quasi meum. i. possessionem per hypothecariam actionem, vel Seruianam. Hic autem neque possessio, neque dominium est meum, nec fuit; imo in accipientem transiuit, licet in fraudem sit alienatum, ut ff. de contrahen emptio l. si sciens, in fine. & prædictæ tres actiones reuocatoriæ dicuntur. *d* Sed vnde oritur hæc actio? Respon. ex quasi maleficio, quando dolus fuit in vendente, & emente. si autem in vendente tantum, tunc potest dici ex quasi contractu, si agitur contra illum possidentem. Sed nunquid habet retentionem, ut ab eo non reuocetur, si vult soluere, quod sibi creditori reuocare uolenti debetur? Quidam negant, ut argum. ff. rerum amota l si cum duos. §. si & l. seq Sed contradico, instar posterioris creditoris, si vult soluere priori, qđ sibi debetur, potest habere retentionem, ut ff. de euict. l. euictus. *e* quod dic, ut ff. de ijs, quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. illud.

b Hanc gl. intelligunt doc. in alienatis inter uiuos. sed in ultima uoluntate datur, uel condictio indebiti uel hypothecaria, vt l. fi. §. si uerò credito res. C. de iure delib.

c Dic quòd sunt personales in rē scriptæ. Nicol. Io. Faber, & Ias. Actio hypothecaria.

d Et sic tenet glo. ꝙ hæ reuocatoriæ sint meiè personales sed D. Ias. in hoc reprobat glos. & tenet, ꝙ sint in rē scriptæ uide hic per eundem.

e *Mansisse.* uidetur ergo, quod permittat, mentiri, quod nō est uerum, sed ita petit, ac si mansisset in bonis debitoris, ut supra eodem. § aliæ. & §. rursus.

e Vide meliorem textum in l. prætor. C. qui potiores in pig. ha. Ias.

Seruiana pro rebus coloni, quasi Seruiana pro rebus aliorum debitorum obligatis. Aretinus.

¶ Item Seruiana, * & Quasi Seruiana (quæ etiam hypothecaria vocatur,) ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt.

* *Adde Forca. dia. 17.*

¶ ITEM SERVIANA.

¶ Diuiditur in tres partes. Primò, quòd actio Seruiana, vel quasi Seruiana est prætoria. Secundo, quæ sit differentia inter actionem Seruianam, vel quasi. Tertio, quæ sit differentia inter pignus, & hypothecam. Secunda ibi, Seruiana autem Tertia ibi, Inter pignus.

¶ CASVS. Adhuc prosequitur Iust. materiam suam dicens, quòd non solum præcedentes sunt prætoriæ in rem, sed ēt Seruiana, & quasi Seruiana, quæ & hypothecaria uocatur. & statim dicit effectum utriusque. Seruiana enim competit locatori, siue domino domus, pro rebus coloni quæ pignoris iure pro mercedibus fundi, vel domus tacitè obligātur. Quasi Seruiana autem uocatur alia, per quā creditores pignora hypothecasq; persequuntur. Quæ autem sit differentia inter ista tria nomina, Seruiana, & quasi Seruiana, & Saluianum interdictum, quæ videntur nomina synonyma, satis potest parere ex notula literæ Et licet hypothecaria re uocet nudam possessionem. & Saluianum interdictum similiter, tamen differunt: quia qui intendit Sal. interdictū, non habet probare, nisi unum, s. quòd ille, qui conduxit domum, tempore conductionis possedit res illas. In Seruiana uerò debet probare duo. Dominus autem Ias. hic agitabat unum uerbum, de quo nunquam fecerunt mentionē glossatores. s. quare una actio uidetur uocata Seruiana, alia quasi Seruiana. Et ad istam quęstionem ita respondebat: Actiones uocantur ueræ, & directæ in casu isto, in quo sint expressæ. Seruiana autem sicut ex primitiua sui natura est, intendebatur contra colonum, & certe posteà extendebatur contra quemlibet alium debitorem; & tunc per extensionem sortita est naturam quasi Seruianæ. Vel sic, & melius: Seruiana dicitur illa actio, quæ nobis seruit uerè, sicut aliquis dicitur nobis uerè seruire, quando gratis seruit. Sic autem est de actione Seruiana. Quando enim domum meam tibi loco, non conuenio tecum, ꝙ res illatæ mihi sint obligatę, & tamen sunt & ita sine pacto interueniente res illatæ mihi obligatæ sunt. & pro eis competit mihi Seruiana. Itē uolui scire à legislatore, quæ sit differentia inter pignus, & hypothecam, ad hoc, quia in si. prox §. dixit, ꝙ quasi Seruiana est actio, per quam creditores pignora, hypothecasve persequuntur. Et ipse respondet, ꝙ nulla est differentia inter pignus, & hypothecam, quo ad actionē hypothecariā. Nam quæcunque res fuerit à debitore creditori obligata, siue fuerit creditori tradita, siue nuda conuentione sine traditione sibi obligata, semper potest creditor illam rē à quocunque possessore petere per hypothecariam actionem. In alijs tamen facimus differentiam inter hæc uerba. Dicimus enim, quod pignus propriè dicitur res obligata, & tradita creditori Res dico mobilis. Quando autem aliqua res nuda conuentione sine traditione obligatur, eam dicimus appellatione hypothecæ contineri. hoc dicit. Sed uidetur in principio quod litera dicat falsum, cū dicat, quòd inter pignus, & hypothecam nulla est differētia; quia actio hypothecaria vendicatur habenti possessionē ff. de pign. l. & quæ nondū sunt. §. j. sed qui habet pignus, hēt detentionem ad minus. quare ergo non potest habere actionem hypothecariā? Frater, qui habet pignus, sine dubio quamdiu hēt pignoris possessio-

sessionem, siue detentionem, non habet hypotheecariam: sed si pignus traditum fuerit posteà amissum, vel si pignus alij precario concesserit, tunc competit creditori hypotheca. & postea caute dicit in notula, ut hac actione peti possit à quolibet possessore, & hoc est quod dicit. Franc.

amittendo consistat, ut ff. de legib. & senatuscon. l. fin. *e* Sed quæ est differentia inter Seruianam actionem, & Saluianum interdictum: cùm illud ad idem competere uideatur, ut infra, de interdic. §. interdictum? Respond. quia in Seruiana oportet, quòd creditor probet debitorem fuisse dominum tempore obligationis, ut ff. de pignor. l. & quæ nondum sunt. §. primo. sed in Saluiano sufficit, quod probet eum possedisse, vt colligitur ff. de Saluiano interd. l. j. in princip. & diximus inf. de interdi. §. interdictum. *f Nihil interest.* nisi in sono vocis, ut ff. de pigno. l. res hypothecæ, §. inter pignus. imo & etiam quantum ad actionem uidetur interesse. nam præscriptio habenti pignus non currit, cum possideat: secus in hypothecaria, cui currit præscriptio interdum decem, *f* interdum viginti, *g* interdum triginta, *h* interdum quadraginta *i* annorum, ut C. si aduersus cred. l. j. & 2. & C. de præscript. triginta. uel quadraginta annorum, l. cũ notissimi. & de ann excep. l. j. §. j.

e Hypotheca autẽ dr̃ ab hypo, q̃ est sub, & thesis, positio, quasi suppositio, vel obligatio, quæ idem sunt, ut pbatur per rubri. de re. co. non alien. vel suppo.

de verbo, contineri, an proprietatem sermonis contineat, adde Fel. in rub. ext. de te. stib.

2 † *al. dicimus.*

¶LIBELLUS IN ACTIONE SERVIANA, ET QUASI SERVIANA.

¶Hic tangitur de Seruiana, & Quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria uocatur, in qbus qualiter formetur libellus, est uidendum. Sed primò sciendum est, quòd Seruiana datur domino fundi, in rebus coloni, quæ pignoris uice, uel iure pro mercedibus fundi eidem tenentur, ut in hoc §. item Seruiana. & ff. quib. ex cau. pig. tac. contrahi. l. ij. Formatur ergo in hac actione sic libellus: Dico ego a, contra b, quòd bona, quæ sunt illata, & inuecta in fundum meum, sunt mihi obligata pro mercede fundi; vnde proponendo Seruianam, siue hypothecariam contra ipsum b, peto illa pignora mihi tradi, & eundem b, ad restitutionem eorundem pignorum mihi condemnari. Causa autem pro ista actione poterit poni hæc, scilicet, Vnde cum bona illa, ubicunque sint, ipso iure tacitè mihi sint obligata, peto, &c. Eodem modo forma libellum in actione illa hypothecaria, siue Seruiana, quæ datur domino domus in bonis inquilini in eandem domum illatis. Quasi Seruiana, siue hypothecaria datur creditori, ad pignora sua prosequenda, ut suprà, de actionib. §. Seruiana. & sic formatur libellus in ista Quasi Seruiana: Dico ego c, contra d, quòd ipse detinet equum meum, quem ipse mihi obligauit pro decem libris: unde proponendo contra ipsum hypothecariam, peto dictum equum mihi tradi, & ipsum ad restitutionem ipsius equi condemnari. Et causa erit in hoc libello, quam sufficit proponere, scilicet hæc: Vnde cum dictus equus sit pro decem libris mihi obligatus, peto. &c. Hæ verò actio. scilicet, Seruiana, & Quasi Seruiana (quæ hypothecaria uocatur) sunt in rem: unde dantur contra quemlibet possidentem.

al. dicit ab.

¶Seruiana autem experitur quis[a] de rebus coloni,[b] quæ pignoris[c] iure pro mercedibus fundi[d] ei tenentur. Quasi[e] Seruiana autem est, [1] † qua creditores pignora, hypothecasve persequuntur. Inter pignus autem, & hypothecam, (quantum ad actionem hypothecariam attinet,) nihil [f] interest. Nam de qua re [g] inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt sit pro debito obligata, vtraque hac appellatione [h] continetur. Sed in alijs differentia est. Nam pignoris appellatione, eam propriè rem contineri* dicemus;[2] † quæ simul etiam traditur creditori, maximè [i] si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

Actio de constituta, quæ habet omnes vires quas habebat olim, & etiam illas, quas habebat receptitia, item actio de peculio, & per quam quæritur, an actor iurauerit, sunt personales, & prætoria. Aretinus.

g *De qua re.* mobili, vel immobili, tradatur creditori, uel non, corporalis, vel incorporalis sit, excepta tamen urbana seruitute, quæ non potest obligari, ne ruinis ciuitas deformetur, ut ff. de pign. l. si qui. §. fin. & l. seq.

ADDITIO. Dic, quod attenta ratione glos. si esset seruitus etiam urbana, quæ non esset deformatio ciuitatis, posset obligari, ut puta, obligo tibi seruitutem altius non tollendi, donec pecunia non soluat ut. nam tunc ualeret. ita dixit Bat. in d. l. si is, qui §. fin. Ang.

h *Hac appellatione.* scilicet hypothecaria, ut hac actione peti possit à quolibet possessore.

i *Maximè.* hoc abundat, ut C. de testamen. l. fin. §. 2. Duo enim oportet interuenire, ut sit pignus, & quod tradatur creditori, ut hic, & quòd mobilis sit, cùm pignus à pugno dicatur, ut ff. de verb. sign. l. plebs, §. pignus. Si autem mobilis est, & non tradatur. item si immobilis est, tradatur, uel non, hypotheca est. Patet ergo, quod quatuor sunt prætoriæ actiones in rem, scilicet, Publiciana, & Rescissoria, & Seruiana, & Quasi Seruiana. Item aliæ duæ reales, præiudiciales, ut inf. eo. §. præiudiciales. Est & alia, quæ datur superficiario, quando quis ad non modicum tempus conduxit, vt ff. de superfic. l. j. in fine primi respon. & § quod ait. & l. fin. & ff. de rei uendicat. l. superficiario. Est & octaua actio in rem, ut quæ datur metum passo: nam illa prætori est in rẽ, ut ff. quod met. causa. l. metum, §. uolenti. Sunt & aliæ, scilicet, bonorum possessoria hæreditatis petitio; item fideicommissaria hæreditatis petitio. Prima datur ei, qui succedit per prætorem. Secunda ei, cui per Trebellianum hæreditas restituta est, ut ff. de bon. poss. hær. pet l. j. & 2. & ff. de fideicom. hær. pe:. l. j. 2. & 3. & sic decem sunt prætoriæ in rẽ.

f Hoc uerum, quando res possidetur per alium à debitore habente bonam fidẽ, & titulũ, & inter pręsentes. Pla. & Ias.

g Hoc uerum quando res possidetur aliquẽ, &c. & inter absentes, Pl. & Ias.

h Hoc uerum, quando res possidetur per alium à debitore non habente titulum, nec bonã fidẽ. Pla. & Ias.

i Hoc uerũ etiam qñ res possidetur per ipsum met. ☛ sm Ias.

¶*Item Seruiana.* quasi dicat, non solum Publiciana, & Rescissoria reales sunt prætoriæ, de quibus dictum est, sed etiam duæ istæ capiunt uim ex prætoris iurisdictione, idest prætoriæ sunt, ut hic, & ff. de pact. l. si tibi, §. de pignore. Accursius.

a *Quis.* scilicet dominus fundi, siue sit partiarius, *a* siue nummis colat. Item etiam pro deterioratione domus: *b* ut ff. quib cau. pig. tac. contrah. l. 2. licet ex locato sit actio, ut ff. loca. l. qui fundum.

b *Coloni.* subaudi, uel Inquilini. nam & eius res sunt tacitè obligatæ, ut ff. in quibus causis pign. uel hypoth. tacitè contrah. l. 2. *c* Et est Colonus in uilla, Inquilinus in ciuitate, ut ff de acquirenda possessione, l. re pignoris. *d* Differentia tamen est inter has duas tacitas obligationes: nam in rusticis ita demum, si dominus sciat inducta, & illata; in urbanis, siue sciat, siue non; * & est ratio: quia sancta rusticitas omnia palam habet, sed Inquilinus multa etiam clam apportat, quæ locator ignorat, ut C. locati, l. certi iuris. Ita tamen in utroque, si eo animo sint inducta, ut ibi sint perpetuò, non ad tempus, ut ff de pigno. l. debitor. & ff. in quibus cau. pig uel hypot. tac. contrah. l. in prædijs, §. j.

c *Pignoris.* scilicet taciti.

d *Fundi.* uel domus, ut suprà dictum est.

e *Quasi.* Hac dictio ponitur ad differentiam superioris: utraque tamen Seruiana dicitur à seruando fortè dicta: cum omne ius aut in acquirendo, aut in seruando, aut in

a Ista glo. est sing. secundũ Angel. & Ias.

b Etiã pro alia obligatione. An.

c Et ita cõmuniter tenetur: licet Vltramontani contra.

d Ista glo. & omnes similes reprobantur cõiter per scribent.

* Hic Accur. splendidè errat, vt Forca. dialo. 17.

¶IN PERSONAM.

¶Iste §. usque ad §. pœnales, tractat de tribus actionibus personalibus & prætorijs. Et hoc principium usque ad §. actiones autem. diuiditur, quia in principio præmittit de actione de constituta, & de peculio. Item & de iuramento in genere, & secundo in specie, & de unaquaque dicit. secunda ibi, de constituta. Item prima subdiuiditur: quia primo ponit qualiter olim erat in actione de constituta, & receptitia. hodie uerò sunt omnia redacta ad constitutam. secunda ibi, Sed ex nostra.

¶CASUS. Non solùm prætor introduxit actionem in rem, sed etiam actionem in personam. Cùm igitur suprà dictum sit de realibus prætorijs, restat de personalibus prætorijs tractare. Prætoriarum autem personalium actionum

num ad minus duæ sunt actiones. Prætor autem quasdam introduxit actiones in personam, quæ sunt persecutoriæ, & non pœnales: & quasdam introduxit pœnales. In primo igitur mihi ponit exempla prætoriarum act. in personam, quæ non sunt pęnales. Primum exemplum est in act. de constit. pec. & illi actioni erat olim similis act. quæ dicitur receptitia; sed si quid antea plenius habebat hodie in act. de const. est transmissũ: & ea tanquam super uacua hodie constitutionibus principalib. iussa est recedere ab aula. Secundum exemplum est in act. de peculio. Prætor. n. proposuit actionẽ de peculio seruorum, vel filiorum. Tertium exẽplum est de act. in factum, quæ descendit de iureiur. Prætor. n. introduxit act. ex iuramento, in qua solũ quæritur, an actor iurauerit. & non solum has actio. personales, & actiones pœnales, introduxit prætor: sed & alias plures & hoc dicit.

¶ In personam [a] quoque actiones ex sua iurisdictione propositas habet prętor; veluti de pecunia [b] constituta. Cui [c] similis videbatur receptitia. sed ex nostra constitutione, [d] cum & sic quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est, & ea [e] quasi superuacua iussa [1] † est, cum sua auctoritate à nostris legibus recedere. Item prætor [f] proposuit actionem de peculio seruorum filiorumque familiàs, & [2] † eam [3] † ex qua quęritur, an actor * iurauerit, & alias [g] complures. [4] †

1 † al. de est. iussa.
2 † al. deest eam
3 † illam
4 † al. quãplures.

* id est, cũ reus defert iuramẽtum actori: et actor iuret, se creditorẽ: tũc ipse reus tenetur iure honorario. gl. in l. 1. §. si. ff. de const. pecu.

a *In personam*. q. d. dictum est de realibus prætorijs: sequitur de personalibus prætorijs: licet & de quibusdam personalibus s. interposuerit. §. item si quis.

b *De pecunia*. ut ff. de const. pec. l. j. in princ.

c *Cui similis*. s. quo ad quædam: quia utraque dabatur, ubi quis constituebat, se soluturum pro se, uel alio; sed & dissimilis uidebatur; quia actio de constituta pro his tantum rebus in constitutione deductis competebat, in quibus mutuum consistit, quæ pondere, numero, & mensura continentur, sed receptitia quando aliæ res in constitutione deducebantur: sed hodie pro omnibus competit actio de constituta, cùm omnes res appellatione pecuniæ contineantur. vt C. de const. pec. l. 2. §. pen.

d *Constitutione*. vt C. de const. pec. l. 2.

e *Ea*. s. receptitia. Accursius.

f *Item prætor*. hæc capitula exponuntur j. prox. §. & ideo hic non dicas.

g *Et alias*. de quibus dicet j. §. pœnales.

¶ DE CONSTITVTA AVTEM PECVNIA.

¶ CASVS. Supra proximo. §. posuit Iustin. tria exempla prætoriarum actionum personalium pœnalium, quorum primum fuit de act. de constit. pecul. Sed dixit ei: Domine, pro Deo dicaris mihi effectum act. de constit. pec. & quando agitur act. de constit. pec. siue cui competit act. hæc? Frater, dicit ipse, Ista actione agitur contra omnes illos, quicunque pro se, uel pro alio, se aliquid soluturos constituerunt: dum tamen non interponatur aliqua stipulatio. nam si stipulatio esset interposita, tenerentur iure ciui. & non act. prætoria. hoc dicit.

h *De constituta autem pecunia*. id est, hac actione, quæ sic uocatur.

i *Cum omnibus*. scilicet aptis alias obligari pro se, ubi pro se interuenit constitutio: uel pro alijs, ubi pro alijs interuenit constitutio. sic ergo furiosus *a* cum nec pro se, nec pro alijs obligetur, nec constituere se debere potest. Idem in prodigo, & similibus. Item mulieres, cum alias pro se tantum obligentur; & hæ constituens pro se tantum, & non pro alijs, ut ff. de const. pec. l. j. §. j. & 2. Accur.

k *Constituerint*. ut puta per hæc uerba, constituo, me soluturum, quod ego, uel ille debet, & similia: ut ff. de constit. pec. l. qui autem, in fin. & l. seq. *b* & hoc ita si sit debitum, quod præcedat: siue ciuile, & naturale simul; siue naturale tantum, siue prætorium; secus si ciuile tantum: ut ff. de const. pec. l. j. §. pen. & fin. & l. 3. §. 1.

l *Nulla*. * ergo ex nudo pacto oritur actio hic; quod est contra ius commune positum. ff. de pac. l. iurisgentiũ, §. sed cum nulla, & §. quinimo, & §. ut puta, uer. idẽ Marcellus, & vet. idem responsum. & C. de pac. l. legem. Et est hoc ideo forte speciale; quia sicut vnum pro eo, qui constituit, inducitur, vt non teneatur, nisi elapsis x. diebus: vt ff. de constitu. pec. l. promissor. cum alias statim teneatur, vt ff. de verborum obligatio. l. cum, qui calendis, §. quoties. & de verborum sign. l. cedere diem. sic & aliud cõtra eum: ut ex nudo pacto teneaẽ, ut argu. ff. de iureiur. l. eũ, qui. in princ. Sunt & alij adhuc sex casus, in q. bus ex nudo pacto oritur actio: ut ecce in donatione hodie. *c* licet olim fuerit necessaria stipulatio: vt C. de don. l. si quis argentũ, *d* §. sin autem. Item si mulier dotem sine stipulatione dare marito conuenit: ut C. de do. prom. l. ad exactionem. & de rei ux. act. l. j. §. j. *e* Item si quis ob honorem decretum, uel decernendũ palàm pollicitus fuerit, i. sine Interrogatione, vt ff. de pol lic. l. j. §. j. & l. pactum. Itẽ in nautico fœnore: ut ff. de naut. fœn. l. periculi, in fi. *f* Item in accessione frumenti, uel uini, uel olei, uel hordei: ut C. de usur. l. frumenti. Item in usuris ciuitati promissis: ut ff. de usur. l. etiã. Aliàs autem propter sui frigiditatem nudum pactum actionem patere non potest.

Actio de constituta datur in eum, qui pro se, vel alio se constituit soluturum, & ex nudo pacto oritur. Et vbi habet locum remedium ordinarium, ad extraordinarium non est recurrendum.

¶ De constituta autem pecunia [h] cum omnibus [i] agitur, quicunque vel pro se, vel pro alio soluturos se constituerint, [k] nulla, [l] scilicet, stipulatione interposita. Nam alioqui si stipulanti promiserint, iure ciuili [m] tenentur. *

ADDITIO. Adde alios casus, ut puta in curia mercatorum. arg. l. Quintus Mutius, ff. mand. & ibi Barr. Item si fieret in iudicio: quia tunc fingitur stipulatio. Itẽ quando per pactum nudum aliquid abest parti, si non seruet promissa: quia contra non seruantẽ datur actio de dolo: ut est tex. no. in l. eleganter, § seruus, ff. de dolo. ut hic per Doct.

m *Iure ciuili*. uel actione ex stipulatu, ubi certum est in stipulatione, uel condictione certi, quæ ex stipulatione oritur, ubi est certum: ut j. de uerb. oblig. in prin. quæ stipulatio est à iure ciuili inducta, ut hic: cùm de iure gentium ipsa non fuerit: licet alij contractus fuerint de iure gentium: ut s. de iure nat. gent. & ciu. §. ius autem. Non autem dicitur ideo de iure ciuili, ꝙ non habeat in se uinculum naturale; imò habet, quia sine consensu non ualet, qui consensus est de iure naturali: ut ff. de pac. l. j. §. pen.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE DE CONST. PEC.

¶ Hic tangitur de act. prætorijs personalibus, in quib. qualiter formetur libellus. est uidendum. Et primò de act. de const. pec. est uidendum. Et nascitur ista act. quoties aliquis constituit, se soluturum, quod ipse debet, uel alius: ut ff de const. pec. l qui autem, in fi. & l. seq. dum tamen sit debitum ciuiliter. & naturaliter, uel naturaliter tantum: secus si ciuiliter tantum, ut l. j § pen. & l. 3. §. j. in dicto tit. Vnde sic formabis libellum, Dico ego a, contra b, ꝙ ipse constituit, se soluturum decem libras, quas ipse mihi debebat eau sa mutui. unde proponendo act. de const pec. contra ipsum, peto eundem mihi in dictis decem libris condemnari. Et erit causa istius act. hæc, s. Quia constituit, se mihi soluturũ, quod debet mihi; ideo peto &c. Sed si pro alio constituit, le decem libras tibi soluturum, formabis in narratione sic libellum. Vnde cùm ipse pro tali constituerit, se decem libras mihi soluturum, peto, &c. Et eodem modo formabis, si ex alia causa, quàm ex mutuo debeatur.

¶ ACTIONES AVTEM. ¶ CASVS. Dixi domino Iusti. Domine, iam uidi effectum primi, tamen pro Deo dicatis mihi de secũdo exemplo, quare inuenta fuit de peculio act.? R. ñ. frater, æquum fuit, ꝙ istæ act. inuenirẽtur, per quas cõtra patrẽ, uel dñm posset agi ex contractu filiorũ s. uel seruorũ. quia licet actione de peculio de iure ciuil. nõ teneantur patres. uel dñi; æquũ tñ est, ꝙ peculio tenus teneantur: eo ꝙ peculiũ est quasi patrimoniũ filiorum, uel seruorum. h d.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE DE PECVLIO.

¶ Hic tangitur de act. de peculio, quæ datur contra dñm ex con-

a Idem de pupillo, secundum Ang. b Et iuxta hãc gl. ponit hic Ias. unũ notabile, ꝙ si q̃s constituit Titiũ fideiussorẽ pro se: ualebit tale cõstitutũ: secus si nõ pro se, sed pro alio: ut hic per eum. * Adde Soci. in trac. Fallen. regu. 9. in uerbo, actio.

c Ista gl. cõiter reprobaẽ p Doct. quia etiã hodie nõ oritur actio, sed cõdictio ex lege, pp ipsum pactum l. d Illa lex hẽt locum ĩ donatione cauta: & pp nuptias: & in donatione præsumpta. I. * pro declar. horum verborum, vide Thob. inst. tit. de verb. oblig. §. omnis, nu. 16. & Forc. dial. 72. e iste §. nõ ꝑcedit hic cum finga tur tacitẽ stipulatio. Fab. Plac. Ang. & Ia. f Et est rõ pp ipsum periculũ, facit c. nauigãti. extra de usu.

ex contractu sui serui, vt supra quod cum eo in princ & ēt datur contra patrem nomine filij. Formabis ergo in ea sic libellum: Dico ego a, contra b. ꝙ vendidi d, seruo suo equū pro x. quare ipse b, de peculio serui sui d. mihi tenetur, vnde proponendo contra ipsum b, act. ex vendito peto, quatenus est in peculio ipsius serui sui d, vsque ad quantitatem illorum decem ipsū b, mihi condemnari. Et aduerte, quia hæc dictio, de peculio, nō est proprium nomen act. sed est quædam adiectio, sicut exercitoria, institoria, & tributoria. argum l.3 §. Iulianus. ff de pecul. Et erit causa in hac act. talis. s. Quia vendidi. quā sufficit proponere loco act. s. sic: Vnde quia pro decē vendidi, peto, &c. Similiter contra patrem ex contractu filij potest sic formari libellus, Dico ego a. contra b, ꝙ vendidi c. filio suo, quem ipse habet in potestate, equum pro decem &c De filio in potestate feci mentionem: quia qui sui iuris est, peculium habere non potest, vt C. de inoffic. testam. l. si. in fi.

Ex contractu filij, uel serui tenetur pater, & dominus peculio tenus de iure prætorio. Aretinus.

¶ Actiones autem de peculio [a] ideo aduersus patrem [b] dominumve [c] comparauit prætor; quia licet ex contractu filiorum seruorumve ipso [d] iure non teneantur, æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium ex filiorum, filiarumque, item seruorum) cōdemnari eos.

a *De peculio*. Volunt quidam dicere, hæc esse propria nomina actionum, s. de peculio, & de in rem verso, & quod iussu, item exercitoria, & tributoria, & institoria. ex eo, ꝙ leges plerunque appellant eas actiones: vt hic. Sed verius est vt adiectiue ponantur. sic enim dicitur, mandati actio de peculio, vt ff. de pecul. l.3 §. cui congruit. *a* Acc.

b *Patrem*. s. respectu filij. Accur.

c *Dominumve*. s. respectu serui: sunt enim correlatiua.

d *Ipso iure*. s. ciuili, quod non vult, vt alter ex alterius persona obligetur: & sic patet nō debet teneri pro filio, pro seruo non debet teneri dominus: quia seruus pro nullo est, inspecto iure ciuili. vt ff. de reg. iur. l. quod attinet. Sed tamen prætor æquitatem considerat, vt quia peculium quasi patrimonium est filij, vel serui, vt subijcit: quia peculium est quod sibi quis parsimonia quærit, *b* vt ff. de pecu. l. peculium, in prin. verè tamen non est patrimonium filij peculium, vt C. de inoffic. testam. l. si. in fi. Item nec serui, vt ff. de verb. obl. l. liber homo 2. in fi. j. respond. Ideo tamen, quia quasi patrimonium est, patrem pro filio, dominum pro seruo teneri dicit. Diligenter tamen distingue, utrum contrahat filius, uel seruus, uel quasi contrahat. Item utrum delinquat, uel quasi. Si contrahat, quilibet illorum dominus, uel pater actione ex eo contractu tenetur in peculium. In cuius condemnatione deducitur ex ipso peculio quicquid seruus naturaliter domino debuit, ut quia dominus seruo mutuauit, uel alias secum contraxit. Item deducitur, quod debetur ijs, qui sunt in potestate domini, uel tutela, uel cura, cum uideatur dominus præuenisse, ut ff. de pecu. l. sed si damnum. §. 1. & 2. obligantur enim seruus domino naturaliter, ut supra de fideiuss. § 1. sunt hæc communia in seruo, & filio, excepta causa mutui: ex qua nec filius, nec pater tenetur, secus in seruo, ut inf. tit. 1 §. illud. & C. ad Maced. l pe. Item quæ dicta sunt, quando contrahit filius, uel seruus: eadem & quando quasi contrahit, ut si alterius negotia gessit, ut ff. de nego. gest. l. filiusfamilias. Præter hanc actionem de peculio adhuc pater, uel dominus quandoque tenetur de in rem uerso, quando, s. filius in rem, patris, uel seruus in rē domini conuertit: & est insolidum usque ad quantitatem uersam, ut inf. titu. t. §. in rem Azo. Sed de peculio agitur, quatenus peculium durat. ut inf. eod. §. sunt præterea. & j. tit. 1. §. in rem autem. Item est act. in quod iussu, quæ est insolidum, quando filius uel seruus, iubente domino, uel patre, contraxit. uī enim contrahi cum ipso patre, uel domino, ut ff quod iussu. l. 1. & fi. Item sunt aliæ tres, s. exercitoria, quæ datur contra dominum nauis, qui proposuit magistrum nauis seruum suum, & eius rei gratia contractum fuit. Et ideo dr exercitoria: quia exercitor dominus nauis. Item institoria, quæ habet locum quando aliquis seruum suum tabernæ, uel stationi præposuit. *d* Item tributoria, qua agitur, ita quòd dominus uocatur in tributum, ut inf. tit. 1. § introduxit. & §. institoria. *e* & §. 1. In delictis autē, & quasi delict.s idem olim seruabatur in filio, & seruo, ut pro noxa dari possent, ut inf. de noxa. in fi. tit. Sed hodie pro seruis tantum agitur noxaliter, ut ibi di: & pro delictis, ut infra de noxa. in princ. & ff. de noxa. l. j. & in quasi delictis, ut si seruus habitans cum domino, habuit suspensum, uel appensum, uel effudit aliquid, quod alicui nocuit, ut ff. de ijs, qui deie. uel effu. l. 1. §. si seruus. & l. si uero §. prætor. nisi in duob. casib. ut ff. de ijs. qui deie. uel effu l. j § cū seruus, ubi non habitat cum domino. & ff. de mino. l. ꝙ si minor. §. si seruus. Porrò licet in delictis, & quasi, agatur noxaliter, tamen & de peculio agitur. si locupletatus est dominus, in quantum id peculium* locupletius est, ut ff de iudi. l. tam ex contractibus. & ff. de pecu. l. licet. §. ex furtiua causa.

Si quis iurauerit, aduersario deferente in iudicio, datur ei ex sacramento actio. Aretinus.

¶ Item si quis, postulante [e] aduersario, iurauerit [f] deberi [g] sibi pecuniam, quam pe-

¶ ITEM SI QVIS POSTVLANTE.

¶ CASVS. Dixit Iustin. Domine, iam vidi naturam duorum exemplorum, nunc si placet, dicatis mihi naturā tertij exempli, s. actionis in factum, quæ datur ex iuramento, s. quando habet locum hæc act. & ipse respond. Frater, dicit ipse: Si aliquis petierit decem ab aliquo, dicens, illa sibi deberi, & reus sacramentum sibi deferat, & actor, delato sibi iuramento, iurauerit, illud esse sibi debitum. quod petit, & post iuramentum uoluerit reus soluere, quod petitum est; in isto casu accommodat sibi prætor act. per quam quæritur; an iurauerit, uel non, & non sit debitum, quia iuramentum hic pro ueritate est acceptum Fran.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM ex iureiurando.

¶ Hic tangitur de iureiurando præstito ex delatione iudicis, uel partis aduersæ, ex quo oritur actio in factum, si iuretur, non adiecta causa, ex qua dicat. sibi deberi, scilicet, si iuret informiter, si autem adijciat causam, ex qua dicat sibi deberi, ueluti, ex mutuo, uel similibus, oritur actio ex illa causa, & tunc dicitur iurasse formiter, quasi forma, sine causa adiecta, ut l. si duo. § si quis iurauerit. uersicu. idem dicemus & §. Marcellus ff. de iureiurando. & ideo forma in illa libellum sic; Dico ego a, contra b, quòd cum peterem ab ipso decem causa mutui, ipse detulit mihi iuramentum; & ego simpliciter iuraui, ꝙ ipse mihi debebat illa decem. unde proponendo actionem in factum ex iureiurando prouenientem, peto dictum b, in dictis decem libris mihi condemnari. Causa in isto libello erit talis, Quia iuraui, quæ poterit poni loco actio. Si autem iuraui formiter, idest, adiecta causa, ut scilicet, quia ex causa mutui debebat, tunc dicam. Vnde quia proponendo condictionem certi, quæ nascitur ex mutuo, iuraui ex causa mutui mihi deberi, peto, &c.

¶ *Item si quis*. s. Actor. Accur.

e *Postulante*. i. petente eo, uel deferente. si enim sine uoluntate aduersarij iuraretur, nihil proficeret iuramentum, ut ff. de iureiuran. l. 3. in princ.

f *Iurauerit*. uel ei remissum fuerit, ut ff. de iureiurando. leg. non erit. §. finali, & l. sequenti, & C. de rebus credit. l actori.

ADDITIO. Idem si post acceptatum iuramentum, etiam antequam iuretur, pœniteat deferentem: quia habetur pro remisso.

g *Deberi*. sic simpliciter, s. non adiecta causa, quare debeatur, quod informiter dicimus: si autem cum forma, ueluti quia uendidi, tunc agitur actione utili ex eo contractu nata sacramento, cum pro ueritate accipiatur, & aduersario similiter actionem tribuit, ac si uerè contractus præcessisset. idē est in alijs contractibus, ut ff de iureiur. leg si duo §. si quis iurauerit. & §. idem dicimus & §. Marcellus. Item circa actionem realem, si rem suam esse iurauerit, datur actio in rem utilis; præterea in factum contra deferentē tm, uel hæredem, ut ff. de iureiu. l. nam postea. §. fi. & l. seq Et ita actori interdum datur in factum, interdum utilis ex eo contractu, & utilis

a Ista secunda opinio cōiter tenet hic per Doct.

Seruus ꝓ nullo reputatur.

b Istud declarat per Bar. in ru. ff. de pecu. Iul.

Patres ꝓ filijs, et domini ꝓ seruis an teneantur.

Actio de peculio.

Actio de in rē uerso.

c Vers. est in §. præterea.

Actio qđ iussu.

Actio exercitoria.

Actio institoria.

Actio tributoria.

d In ista materia ui de casum singularē in l. fin. ff. de exerci.

e Versiculus est sub §. igitur.

* Et non ultra, ut. l. 3. §. ex furtiua ff. de pecul. Et adde, id quoq; uerum eē in filio añ sē tentiā sed si filius ex dlicto, uel quasi conueniat, a ctione in factū, daī in patrem quoq; in factum usque ad peculij quātitatem d. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. & l quod ait. & l. cō demnat*. ff. de noxal secundum Dy. & quo ad das etiā, ꝙ si seru* deliquit, tū daī in dominum actio & cęt. quatenus peculium locupletius est, sed aduersus dñm noxalis actio proponit, ex qua ad peculium deuenit. Actio cōpetēs actori, qui reo d fetēte iurau t, quælis est. Iusm rei qnq; exceptionem, qnque actionē parit.

& utilis in rem. Ex parte aűt rei, si iurat in actione personali, tunc exceptionem tm̃ parit. Si aűt in actione reali: tűc distinguitur, an iurauerit rem petitoris non esse, quo casu exceptio tm̃ datur, an suam esset, quo casu ẽt actio, si res ad actorem redeat, nő contra aliũ. & hoc qđ dixi in actore, habet locum, si iuratur ex sacramenti delatione: sed si iuratur ex traditione facta occasione iurisiurãdi, tűc Publiciana datur contra quemlibet, cũ sit iusta cã traditionis, ut ff. de iureiuran. l. nam postea. §. si. & l. quia. & l. seq. & de Publicia. l. r. in fi. vsq; ad l. eũ qui. Nec obstat in eo tit. de iureiur. l. eũ qui. §. si parenti. quia ibi uerbũ, dumtaxat, dñm tm̃ excludit cõtra quem Publiciana non datur, ut ff. de publi. l. pe. & fi.

teret, neque ei soluatur, iustissimè[a] accommodat ei talem actionem, [b] per quam non illud quæritur, [c] an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

Qui edictum in albo prætoris positum corruperit, vel qui vocat patrem, vel patronum in ius sine venia, & eximens dolo aliquem vocatum in ius, uel eximi faciens, tenetur actione prætoria. Aret.

ADDITIO. Hæc gl. in ista parte si. communiter reprobatur. uide hic ad longum per dominum Iasonem.

a *Iustissimè.* quia propter sacramentum datur.

b *Actionem.* in factum. C. de reb cred. l. actori.

c *Non illud quæritur.* ẽt si periurium uellet probare: qa sufficit diuina vltio, ut ff. de dolo l. ꝙ si deferente. & l. seq. & C. de reb. cre. l. 3. nisi in casib. ut C. de reb. cre. l. fin. & ff. de iureiur. l. admonendi. Et no. ꝙ hoc sacr̃m, quod est de re, ut ff. eod. de iureiur. l. quoties. i. de ueritate, ut ff. ad l. de Corn. de fal. l. j. § qui in rõnib. triplex Inuenitur. *a* Voluntariũ, qđ ex voluntate datur, suscipitur, & recusatur; & extra iudiciũ fit, ut ff. de iureiur. l. iusiurandum quod. Item necessarium, quod necessitate imposita à iudice refertur, & suscipitur, ut ar ff de in lit. iur l. fi. Nec. n potest hoc sacr̃m referri, uel recusari, nisi prætendatur iusta cã recusationis, ut C. de rebus cre. l. gñaliter. §. finaűt. Item iudiciale, quod sic dr̃ à iudicio, qñ. s pars parti sacr̃m in iudicio defert, quod nõ est necesse subire: sed potest recusari, & referri, ut C. eod. de rebus cre l. delata. & l generaliter §. finaűt. sed iure ueteri nõ poterat recusari, ut ff eo. l. manifeste. *b* Sed fm̃ P. ita demum actio in factum datur ex sacramento, si non sententia subsequatur. alias quare oriretur actio in factum, cum ex sententia eadem nasceretur, ut C. de reb. cre. l actori? Sed nos contra. iicet n. duæ sint, & ad idem, & eodem nomine, non nocet, ut ff. de act. emp. l. non est nouum. & ff. de fideiuss. l. hæres à debito. semel tamen fiet exactio tantum, ut ff. de uerb oblig. l qui bis. & de reg. iur. l. bona fides.

¶POENALES QVOQVE &c. ¶CASVS. Multæ diuisio. consueuerunt notari in hoc § adhuc tñ non habuimus principaliter nisi duas, quarũ prima est ꝙ omnis actio aut est in rem, aut in personam. Secũda est, ꝙ omnes actiones aut sunt ciuiles, aut prætoriæ. Sub materia autem prætoriarum multæ sunt diuisiones, quia prætoriarum aliæ sunt in rem, aliæ in personam. Item actionum prætoriarũ personalium aliæ sunt pœnales, aliæ non pœnales. De prætorijs aűt actionib non pœnalib. personalib. dictum est supra in proxi. § De prætorijs aűt personalib videndum est in litera præsenti. Non solum. n (dicit Iustin.) introduxit prætor actiones personales non pœnales, imò & multas prætorias personales pœnales. & de hoc ponit tria exempla. Primũ est, ꝙ prætor introduxit tria, actionem prætoriam personalem pœnalem in eum, qui album ipsius corrupit. Secundum est, ꝙ prætor introduxit actionem prætoriam personalem pœnalem in eum, qui patronum parentemve in ius uocauerit, antequam hoc à iudice impetrasset. Tertiũ est, quòd prætor introduxit actionem prætoriam personalem pœnalem in eum, qui in ius uocatum ui exemit, uel aduersus eum, cuius dolo fuerit exemptus. h. d. Franc.

LIBELLVS CONTRA CORRVMPENTEM album prætoris.

¶Hic de actionib. pœnalib. tangitur, & primò de illa, quæ datur pro albo prætoris corrupto. Erat. n. album prætoris de albatio quædam posita in eminenti loco, in quo erat scriptũ de citando aliquẽ, uel de aliquo præcepto generali, vel speciali, ut ff de albo scriben. l. 1. & 2. Et est pœna l. aureorum statuta contra corruptorũ malitiã, ut ff. de iurisd. om. iud. l. si quis. Forma ergo in hac actio. sic libellum: Dico ego a, contra b, ꝙ ipse corrupit albũ prætoris: vnde proponendo contra ipsum actio. in factũ, peto ipsum in quinquaginta aureis nomine populi mihi condemnari. Ista. n. actio popularis debet dici à populo, qa ius populi tuetur: ut ff. de popu. act. l. 2. Et erit causa istius act. hæc, Quia album prætoris corrupit: quæ poterit poni loco actionis.

¶LIBELLVS IN actione in factum, quæ datur patrono, uel patri cõtra liberum &c.

¶ Est & alia actio in factũ, quæ datur patrono contra liberũ uel patri contra filiũ: & illa hẽt locum, qñ libertus patronum in ius, venia non impetrata, vel filius patrẽ nocat, ut C. de in ius uocan. l. 2. & hic in uer. ueluti. & est pœna illius quinquaginta aureorũ, ut ff. de in ius uoc. l. pen. Forma ergo libellũ sic in hac actione: Dico ego a, contra b, libertum meum. ꝙ ipse me uocauit in ius, non impetrata uenia, & ideo incidit in edictũ, & tenetur ad pœnam quinquaginta aureorum. unde proponendo contra ipsum actio. in factum, peto eundem mihi condemnari in 50. aureis nomine pœnæ Et erit cã istius actionis; quia me patronũ in ius uocauit, non impetrata uenia: quæ proponi põt loco actionis. Et eodem modo si pater agat ɔtra filiũ hac actione formatur libellus. Sed caue, quia hæc actio non datur contra filiũ, qui est in ptãte: quia, ẽt impetrata uenia, non posset patrẽ in ius trahere, ut C. de in ius uoc. l. fi. quia nulla lis inter patrẽ, & filiũ esse põt, nisi de castrẽsi peculio, uel quasi, vt ff. de indi. l. lis nulla.

¶ Pœnales quoque[d] actiones prætor pene[e] † [1] multas [2] † ex sua iurisdictione introduxit.

¶ Veluti aduersus eum, qui quid[f] ex albo[g] eius corrupisset,[h] & in eũ,[i] qui patronum,[k] vel parentem[l] in

d *Pœnales quoq;.* dictũ est s̃ de ꝑtorijs rei ꝑsecutoris, nunc de pęnalib ꝑtorijs. Sed q̃ est dr̃ia inter pęnales, & rei ꝑsecutorias? Rñ. multę, qa pœnales ꝑtoriæ sunt annales, excepta actione furti, vt j̃. de ꝑpet. & temp. actio. in prin. sed rei ꝑsecutoriæ sunt ꝑpetuæ, ut ff. de act. & oblig. l. in honorarijs. Item pœnales odiosæ sunt: rei persecutoriæ nõ, ut ff. de pœnis. l. interpretatione. Itẽ pęnales non transeunt contra hæredes, nisi aliquid ad eos ꝑuenit, uel lis sit contestata; ut C. ex deli. defun. l. j. sed persecutoriæ sic, ut ff. de action. & obl. l. ex ɔ̃tib. Item ubi plures tenentur rei ꝑsecutoria, uno soluente, cæteri liberantur: nõ ita in pęnali, ut C. de cond. fur. l. t. & ff. de lib. cau l. vlt. & ff. ad l. Aql. l. itẽ Mela §. si plures. Ac.

e *Pene.* i. ferè uel melius dic, ꝙ abundat: nam ueræ multæ sunt. & sanè in uetustis codicibus non hr̃, & prorsus uacat.

f *Quid.* i. aliquid.

g *Ex albo.* erat n. albũ dealbatio qdam posita in loco eminenti: ut apparet in auth. de lit. §. oẽm. ibi, uocem. n. præconum, &c. coll. 8. in quo albo erat scriptum uel de citando aliquo, uel de alio præcepto generali, uel speciali: c ut ff. de albo scriben. l. 1. & 2. & ff. de iurisd. om. iud. l. si quid id.

h *Corrupisset.* uel positũ sustulisset, qũuis non corruperit: & siue per se, siue per alium, & tunc ambo tenentur: nec vnus liberat alium. & est in 50. aureos, ut in d. l. si quis. & l. sequẽ. tenetur etiam ille corruptor. l. Cornelia de falsis, ut ff ad leg. Corneliam de falsis, l. pen. cuius pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio: in seruis etiam ultimum supplicium, ut ff. ad l. Corn. de fal. l. 1. in fi.

i *In eum.* f. filium, uel libertum datur actio in factum, quæ est similiter pœnalis (ut superior) in 50. aureos: quæ datur ꝑrono, uel patri. & si libertus non possit soluere dictã pecuniã, castigabit *d* Idẽ forte in filio, licet noxaliter non detur ut ff. de i ius uoc. l. pe. & j̃. de noxa. in fi. superior tñ punit solũ dolũ: hic solũ factũ cõsiderat, vt C. de in ius uoc l. uenia.

K *Patronum.* subaudi, uel patronam: item filios, & parentes eorum, vt ff. de in ius uoc. l. 4. §. 1. Et accipe hic patronum, qui manumisit, uel pro quo iudicatum est in causa ingenuitatis. Vel si ex causa fideicommissi manumisit. Vel si emit eo pacto, ut manumitteret, & manumisit, uel non manumisit, sed ex constitutione diui Marci peruenit ad libertatem, ut ff. de ius uocan. l. adoptiuum. §. 1. & l is quoque. & l. sed si hac lege. Item liberos patroni accipe mares, & fœminas, & parentes etiam adoptiuos, ut d. l. sed si hac lege. §. liberos quoque. & § parentes. Accur.

l *Vel parentem.* & hic accipe matrem, & fœminam, & usque

Iuramentũ triplex est.

a Puta, qa iam probauit, uel se offert probaturũ. c. i. extra de prob. Item si semel reuocatũ uelit pars iterum deferre, ut l. si quis iusiurandũ. C. de rebus cre.

b Doct. tñ cõiter tenẽt, quod d. §. finaűtem, non corrigit, sed declarat d. l. manifeste. ut per scribẽ. hic.

1 † al. deest pene.

2 † desunt hæc Theo.

e Ista glo. cõiter repehenditur quia pęna isti' edicti hẽt locũ ĩ corrumpẽte album generale, & perpetuum; non speciale; quia tunc pęna est arbitraria: cũ non sit taxata à iure per l. 1. § expilatores cum se. ff. de effr & expilato.

d Hẽs ex glo. ꝙ qui non soluit in ære, luit ĩ corpore, fallit quãdo non debetur ex delicto. Itẽ in nobilibus, vel honestis personis. Itẽ nolente, nec petente creditore. Item in pœna extraordinaria, puta, mulcta. Itẽ in minimis transgressionibus, ut hic per doct.

ius a vocasset, cum id b non impetrasset. Item c aduersus eum, qui vi exemerit eũ, q in ius vocaretur, cuiusve

que in infinitum, vt etiam si Adam viueret, non posset vocari in ius sine venia. Item non refert, si sunt legitimi parẽtes, vel naturales, vt ff. de in ius vocan. l. 4 §. 1. 2. & 3. & l. parentes. & l. patris. & l. adoptiuum. in princ.

a *In ius vocasset.* i. iuris experiendi causa vocasset, a vt ff. de in ius vocan. l. 1. & hoc siue causa sit ciuilis, siue criminalis multo magis. nã & tũc, s. quãdo causa est criminalis, etiam cum uenia non potest: b quia non conceditur, ut ff. de in ius vocan. l. sed & si. §. prætor ait & ff. de accu. l. qui accusare. in fi. & l. hi tamen. §. 2. Sed quid si solum libellum dedit? Respond. non incidit in hoc edictum: vt ff. de in ius vocan. l. libertus. 2. Item quid si non veniat vocatus? Respon. semper incidit, sed facilius remittitur hæc pœna, quando vocatus non uenit, vt ff. de in ius vocan. l. quamuis. Sed quidam dicunt vocantem nullo modo cadere in edictum, si vocatus non venit, ex prædicta l. quamuis. & hoc ideo, quia verba cum effectu sunt accipienda, vt ff. ne quis eum, qui in ius uocatus est, ui exi. l. pen. §. docere. sed prima sententia uerior est; quia in d. l. quamuis, non dicit, ꝙ non incidat in edictum, sed ꝙ non remittitur pæna, nisi causa cognita. Item nunquid d hæres potest vocare in ius sine venia? Et certè si extraneus est, potest: vt ff. de obseq. præstan. a liber. l. hæres. filius non potest vocare in ius sine venia. Sed quare secus in hærede liberti, & in hærede patroni? Respon. in primo odium versatur: quod debet restringi: in secundo fauor, qui debet prorogari, ut ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. Item si alter agat tutorio nomine, uel curatorio, argu. ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. fin. & l. quæsitum. Ratio, quia nemini officium suum debet esse damnosum, ut ff. quemadmod. testam. aper. l. sed & si quis ex signatoribus.

b *Cum id non impetrasset.* i. non petisset, & non accepisset. debet enim à prætore sic petere: Domine permitte mihi, ut possim conuenire patrem, uel patronum meum, ut colligitur inf. de pœn. te. liti. §. fin. ff. de in ius uocan. l. 3. & 4. & §. j. Illud etiam quæro, an hæc postulatio ueniæ debeat fieri in personis omnium, qui in ius uocari non possunt, quæ enumerantur, ff. de in ius uocan. l. 2. & si non fiat, ꝙ cadat in pœnam? Quidam dicunt ꝙ sic. Nos, ꝙ non, quia hæc pœna in eum tantum statuitur, qui incidit in edictum: at illæ personæ in edicto non continentur: quod maximè probatur ex hoc §. Aliter tamen puto, eos puniendos, prout placuerit iudici, ad similitudinem istorum. e Sed nunquid hæc petitio est hodie correcta: vt quia habent hodie liberti ius natalium, & regenerationis, ut in Auth. vt liber. de cæ. §. j. colla. 5? Respon. non, quia & ibi reseruantur iura patronis: maxime obsequialia, quæ natura debentur. Superiora quantum ad libertum plana sunt. In filio distingue, aut erat emancipatus, aut in potestate: si emancipatus erat, habent locum superiora; si uero in potestate, tunc nec cum uenia, nec sine uenia potest conuenire patrem, ut C. de in ius uocan. l. fi. & ff. de act. & obl. l. actiones, nisi pro castrensi, uel quasi castrensi peculio: ut ff. de iudi. l. lis nulla. & tunc cum uenia, ut ff. de in ius uoc. l. adoptiuum §. j. f & hoc cũ agit contra patrem. Si autem contra extraneum, tunc secũdum uetera iura tantum quinq; actiones filiofamilias cõpetebant, ut ff. de act. & obl. l. filiusfamilias, & in l. in factũ actiones. Sed hodie omnes uenientes ex aduentitia causa: ut dixi s. per quas person. nob. acqui. §. j. Item quæro, quis iurabit de calumnia, cum filiusfamilias in iudicio erit? Respon. si filius emancipatus, petita uenia, patrem cõueniat, iurabit filius, si maior est: alias curator ei dabitur ad litem: ut in Auth. vt lic. ma. & auiæ. §. j. in fi. col. 7. si autem sit in potestate patris, & agat de castrensi, uel quasi castrensi peculio: tunc iurat filius cum paterfamilias habeatur, ut ff. ad Mace. l. 2. Si uerò esset minor, daretur curator liti, nõ personæ, cum sit in potestate, ut C. de cura fur. l. fi. in princ. & de bon. quæ lib. l. fi. § si autem pro patre. Si autem contra extraneum agat filius: si agat pater eius nomine, pater iurat, ut C. de iur. propter calum. dan. l. ij. § quod obseruari. Si filius forte, patre absente, vel secũdum veteres ll. in quinque casibus uel secundum nouas in omni aduentitia causa, iurat filius, cum suo nomine agat: & maior est si modo pater in aduentitijs non habet vsumfructũ: alias pater agere, & respondere, & iurare, vt C. de bon. mat. l. j. in princ. ubi uero filius iurat, licet pater non habeat vsumfructum, debet pater consentire filio agenti, & respondenti, ut C. de bonis, quæ liber. l. finali. in princip.

ADDITIO. De isto iuramento ultra hanc glos. uide per glos. in l. secunda. §. quod obseruari. C. de iuramen. propter calum. dan.

c *Item aduersus eum* scilicet, datur actio in factum pœnalis, ut ecce cum uocasses eum, qui vi exemerit eũ, rem Titium in ius, qui tenebatur mihi actione temporali, dum esset in itinere, detinuisti eum, ui uel capiendo eum in personã, uel faciendo dolo, ut alius eum detineret. & tantũ quod dies actionis meæ exiuit: teneris enim mihi, quanti iurauero in litem: & sic est actio pœnalis ex parte mea; quia ultra rei ueritatem forte iurabo & ex parte tua, quia das mihi aliquid & ibi nihil adest, ut ff. ne quis eum, qui in ius uocan. ui exi. l. penulti. §. primo. Super hoc §. primo quæro, cum duo sint tituli, ut ff. ne quis eum, qui in ius uocan. ui. exi. & alius tit. de eo, per quem factum erit, de quo fit mentio in hoc §. Respon. de primo, quia inde oritur actio ex utraque parte pœnalis, ut dictum est, sed ex alio pœnalis ex parte rei tantum, cũ ad interesse actoris detur, ut ff. de eo per quem factum erit. l. fin. primo respon. g Item primus, de quo fit mentio hic, consulit actori tantum, ut patet in l. prima & 4. §. eximere. ff. ne quis eum, qui in ius uoca. ui. exi. At secundus consulit & uocato, non solum uocanti, ut ff. de eo, per quem factum erit. l. prima. §. si reus. in fi. & l. si primo respon. h Item primus habet locum, quando aliquis exemptus est ante satisdationem, & post in ius uocationem: sed secundus post satisdationem, scilicet, factam in iudicio sisti, & alias, firmat iudicium, ut ff. de præto. stipulat. l. prima, in princip. Et patet hæc differentia ex ordine illorum titulorum. Itẽ primus, quando ui exemptus sit quis: at secundus etiam si sine ui, ut patet in l. prima, §. si dolo. de eo, per quem factũ est. & tit. ne quis eum, qui. l. prima. & ij. in fi. i Vel satis dici potest, quòd de utroque hic loquitur, quia licet duo sint illi tituli, tamen de uno edicto sunt. Item & quod dicatur pœnalis actio etiam illa, quæ ex una parte tantum est pœnalis. Super hoc §. secundo quæritur, Nonne per contestationem solam etiam iure ueteri perpetuabatur actio, ut ff. de actionibus, & oblig. l. constitutionibus. non solum per noua iura, ut C. de præscrip. triginta anno. l. cum notissimi. & l. sicut? Respon. hic non per executorem, sed per suam denunciationem conuenerat. K Vel uerbum, quasi, positum in d. l. constitutionibus assertiuè ponitur, non similitudinariè: & secundum hoc hodie esset correctum, quod hic dicitur. Vel dic, l quòd talis fuit conuentio in illa. l. constitutionibus quæ pro lite contestata habebatur, ut quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus, ut C. quando ll. prin. dat. lit. cont. fac. l. j. & ij. Vel dic secundum Ioan. quod leges ueteres circa personales actiones loquuntur], ubi non perpetuantur per executorem: sed lex illa, cum notissimi & l. sicut in rem. loquuntur in reali, unde adhuc etiam hodie non corrigitur, quod hic dicitur.

ADDITIO. Hanc etiam impugnant doctores, quia dicta. l. sicut. & d. l. cum notissimi. loquuntur tam in personalibus, quàm in realibus, secundum Ias.

LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM contra eum, qui debitorem, &c.

¶ Præterea datur actio in factum contra eum, qui debitorem alicuius uocatum in ius ui detinuit, uel dolo detineri fecit, ut ipse liberaret eum a temporali obligatione, qua obligatus esset. & datur in ipsum actio in quantum actor iurauerit in litem contra ipsum, ut ff. ne quis eum, qui in ius uoc. est, ui exi. l. penul. § primo. Et formatur libellus in hũc modum: Dico ego a, contra b, quod ipse debitorem meũ in ius uocatum ui detinuit, quo minus in iudicio compareret, ut ita liberaretur debitor actione, qua mihi tenebatur. unde proponendo actionem in factum contra ipsum b, peto eundem b, quantum in litem iurauero, mihi condemnari. Et causa istius actio est; Quia ui exemit a iudicio meum debitorem; & ita actio, qua mihi tenebatur, liberatus est. quam causam sufficit proponere loco actionis. Eodem modo formatur contra eum, qui procurauit, ut alius eximeret. Sed quid si nõ ui, sed alio modo procurauit, quo minus ueniret? Dic, quòd tunc habet locum actio in factum, quæ procedit ex eo edicto, Per quẽ factum erit, quo minus in iudicium ueniret; & datur ad interesse actoris, ut ff. de eo, per quem factum erit. l. fina. primo respon. Et hæc est dif-

a Istũ primam partem sequitur Ias.

b Nisi ex magna cã Nico. Fa. Ang. & Ia.

c Et cõis sm Ioan. Fa. sed Ia. dicit ꝙ immo approbant aliã opinionẽ.

d Ab illo uersi. usq; ad fin. non est gl. Accursij, sed additio secundũ Io.

e Nota in pœnalib. procedi de similibus ad similia. Ange. hic.

f Idem dicas ubicũque filius in potestate põt agere contra patrem, ut no. in d. l. lis nulla.

g Et quod actio in factum ex hoc edicto sit merè pœnalis doc. antiqui tenuerunt contra glo. tũ Io. Fab. & alij moderni tenẽt cum glos. ut per Ias. hic.

h Hanc impugnat doctor. cũ sit eadem rõ ante, quæ post. ergo idem ius, ut per Barto. in l. j. ff. de eo, per quem fac. est.

i Istam approbant cõiter Doct.

K Ista gl. reprobat, quia hæc materia loquitur, quã quis iudiciali auctoritate, imo iussu maioris iudicis fuit citatus. l. 3. § j. ne qs eum, qui.

l Displicet Ia. & est de mẽte aliorũ.

est differentia inter hanc actionem, & superiorem, quæ descendit ex eo edicto, Ne vis fiat ei, &c. Et in vtraq; eodem modo formabis libellum: sed in prima facies mentionem de vi, in secunda nequaquam.

a *Innumerabiles.* imò numerari possunt, sed dicuntur innumerabiles, quia de facili non possunt numerari: unde dicitur non posse fieri, quod cum difficultate fieri potest, ut ff. de uerbo. sign. l. nepos Proculo. Enumerat ergo aliquas, ut est actio in factum de calumniatoribus, de qua dicetur inf. §. quadrupli. Item actio, Quod metus causa. Item furti manifesti. Item serui corrupti in duplum, de quibus dicemus inf. eod. §. omnes autem actiones. Sunt & aliæ in factum, vt de effusis, & eiectis, & de appensis, ut ff. de ijs, qui deiec. vel effud. l si vero, §. prætor. Et aliæ multæ sunt, quas enumerare non expedit. Accur.

1 † *Addit Th. in factū pœnales actiones.*

dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.[a] [1]†

Actiones præiudiciales quæ hic enumerantur, sunt in rem, quarum aliqua sunt ciuiles, & aliqua prætoria.

¶PRAEIVDICIALES AVTEM, &c.

Actiones pœnales ꝑtoriæ sunt multæ.

¶CASVS Suprà dictum est, quòd sub materia prætoriarum multæ sunt diuisiones. Quædam enim sunt actiones prætoriæ in rem, & quædam in personam. Prætoriæ autem in rem subdiuiduntur: quia quædam sunt pœnales, & quędā non pœnales, sicut iam supra dictum est. Modo redeundū est ad alterum membrum diuisionis primæ prætoriarum, scilicet, ad prætorias in rem. & de illis scire debetis, quod realium actionum prætoriarum quædam sunt præiudiciales, de quibus hic tractat; & quædam non præiudiciales, de quibus dictum est suprà. Et ponit Iustinianus tria exempla in isto §. in honore sanctæ Trinitatis de actionibus prætorijs præiudicialibus. Primum exemplum est, de actione in rem, per quam quæritur, an aliquis sit liber, vel seruus simpliciter. Secundum exemplum est in actione, per quam vēdico te in libertum meum. hæc enim actio est prætoria, & realis, & præiudicialis. Tertium exemplum est actio, qua te dico filium meum esse hæredem, & uendico te filium: tu autem econtra viriliter te defendis. hæc enim actio similiter est realis, & prætoria, & præiudicialis Scire tamen debetis, quòd via istarum trium actionum ferè legitimam habet causam, id est, ferè est ciuilis: illa, scilicet, qua quæritur, an aliquis sit liber vel seruus. Cęteræ autem duę bene sunt prætoriæ. h. d. Franc.

¶LIBELLVS IN ACTIONIBVS præiudicialibus.

¶Hic loquitur de præiudicialibus actionibus. Et primò uidendum est de illa, qua quæritur, an aliquis sit liber, uel seruus, & habet locum, quando aliquis uendicat sibi in seruū eum, qui in est potestate, & possessione libertatis; vel quando is, qui est in potestate seruitutis, uendicat sibi libertatē. In primo forma sic libellum: Dico ego a, contra b, quod licet ipse b, sit in possessione libertatis, est tamē seruus meus; vnde vendico ipsum in seruitutem, & peto eundem mihi adiudicari. & econtra si b, sit in possessione seruitutis Titij, sic formabitur libell. Dico ego b, contra c, quòd licet ipse c, me possideat in seruitute, siue in libertinitate, liber tamē sum. vnde vendico me in libertatem, & peto me liberum pronunciari, & ipsum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. ¶Item forma sic libellum in illa præiudiciali, qua quæritur, an aliquis sit libertus, vel ingenuus. Dico ego b, contra c, ꝙ licet sit in possessione ingenuitatis, tū est libertus meus: unde uendico ipsum in libertum, siue in libertinitatem, & peto, ipsum tanquam libertum meum mihi adiudicari, & ecōtra, si c, à b, possideatur, ut libertus, proponetur sic libellus: Dico ego c, contra b, ꝙ licet possideat me, ut libertum; tamen sum ingenuus: unde uendico me in ingenuitatem, & peto me ingenuum pronunciari, & ipsum, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. ¶Item in illa præiudiciali, qua quæritur, an quis sit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, ꝙ licet ipse sit in possessione sui iuris, tamen filius meus est: unde vendico ipsum in filium, & peto eum in filium mihi adiudicari. Econuerso sic formabitur libellus: Dico ego b, contra a, ꝙ licet ipse possideat me in filiū, tamen dico me non esse filium eius; vnde vendico me in propriam libertatem, & peto me non filium eius adiudicari, & ipsum, ne me impediat vti propria libertate, vt extraneum mihi condemnari. Istæ autem actiones dicuntur præiudiciales, ut hic; quia præiudicant omnibus, vel quæstionib. siue criminalib. siue ciuilibus; quia primò quæritur, &c. ut ff. de ori. iur. l. j. & 2. in pri. & ff de ordi. cognit. per totum.

hoc dicit. Aretinus.

¶[2]† Præiudiciales [b] actiones [3]† in rem esse videntur: quales sunt, per quas quæritur, an aliquis liber, vel [4]† libertus sit, an seru[?]: vel de partu

2 † quędā.
3 † Th. diuersis in casibus.
4 † an.

Præiudiciales actiones quare dictæ.

b *Præiudiciales.* Pro constanti ponit, ꝙ hę ꝑtoriæ sunt: cùm in tractatu prætoriarū ponantur. & sunt in rem: quia res petitur, & vendicatur. Vñ quæritur, quare nō posuit has sup. inter reales prætorias? Rñ. quia a quædam de eis est ciuilis: unde eius occasione & de cæteris hic dicere reseruauit. & sunt tres. Prima est, per quam quæritur, an aliquis sit liber, subaudi, vel seruus. Secunda, an aliquis sit libertus, subaudi, uel ingenuus. Tertia est de partu agnoscendo: per quam quæritur, an quis sit filius, vel non, vt omnia consequatur, quæ filius à patre consequi debet. Aliàs autem agitur de partu agnoscendo propter alimenta tantum, & tunc filiationi non præiudicatur: quia summarim quæritur, ut ff. de libe. agnosc. l. j. §. Iulianus. & l. si quis à liberis ali. §. si uel parens. & ff. de ijs, qui sunt sui, uel alien iur l si iudex. licet videatur contra. C. de ord. cog. l 2. §. fi. sed dic, ut ibi. Sed dicunt quidam, & malè, ꝙ tantum duæ sunt, & de duabus primis faciunt unā hoc modo: an aliquis sit liber. i. ingenuus vel libertus. & hæc una. Aliam vero de partu agnoscendo non mutant. Sed prima opinio verior est: cùm sit commodius, singulas causas singulis appellationibus distingui; ut sup. quib mod. testa. infirmen. §. alio autem modo. item quia postea dicit, cæteræ verò, &c. & ita loquitur de plurib. excepta una. b In prima ergo, ubi quęritur, an sit liber, vel seruus: dico, quòd siue seruus agat contra dominum, dicens se esse liberum: siue econtra dominus contra seruum, & seruus sit in possessione libertatis, ꝙ hæc actio in rem, quæ intenditur, est præiudicialis, ut ff. de lib. cau. l. liberis, § fin. Idem dico, siue patronus vendicet libertum in libertinitate, siue libertus se vendicet in ingenuitatem, vtraque est præiudicialis, ut ff. si lib. ingenuus esse dic. l fin. in princ. & §. fin Intenditur etiam hoc casu officium iudicis, ut ff. de iureiuran. l. si duo patroni, in princ. & ff. si lib. ingen. esse dic l. j. & 2. & ff. de rei vendicat. l. j §. j. Idem dicas in tertia, vt siue agat pater petendo filium in filiationem; vel filius dicat se non filium, erit præiudicialis, & directa hincinde. Sed quidam dixerunt, quòd directa datur patrono, parenti, & domino; sed illa, quæ datur liberto, filio, & seruo, est contraria, quod nulla lege cautum inuenitur, licet aliæ quædam inueniantur directæ, & contrariæ, vt mandati, depositi, & similes. c Sed qualiter formantur libelli in his? Resp. sic, Peto, Ioannem in filium meum iudicari, vt mihi patri debitam præstet reuerentiam; & alia, quæ patribus à filijs debentur. & idem in patrono, & ex tunc lata sententia, alimenta patri, & patrono præstabuntur, vt ff de lib. agn. l. si quis à liberis, in princ. & §. solent. quia sententia pro veritate accipitur, vt ff. de statu hom. l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C. de fideicom. l j. In seruo, & domino sic, Peto in seruum meum talem pronunciari; quia eum meum dico. Econtra seruus, vel libertus, vel filius dicet: Peto me non inquietari à Titio, qui me in seruum, vel libertum, vel filium tenet; quia me tali vinculo non subesse dico, vt C. de ingenuis manum. l. diffamari. Vel sic: Peto, vt ingenuus, vel liber, vel non filius pronunciet contra Titium: quia sic se rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, qua petit pater, filium in potestate ex iure Romano: cum ibi tantum de potestate quæratur; hic autem de filiatione, vt ff. de rei vend. l. j. § j. & hic dicitur. Item hæc prætoria, vt hic; illa ciuilis. Quibus autem modis filius possit peti, diximus sup. de pat potest. §. ius autem potestatis. Item quare dicuntur præiudiciales? Respon. sm quosdam: quia in modum exceptionis proponuntur, d & ita præiudicãt, vt si agas contra me hæreditatis petitione; & ego obijciā tibi, quod seruus sis defuncti, vel quia ipse defunctus seruus fuit, vt ff. de pet. hæred. l. si quis libertatem. tunc non pos-

sit esse

a Ista rō communr ter reprobatur: quia secundum hoc deberet poni s. in tractatu ciuiliū; & sic post §. sed istæ.

b Hanc approbāt omnes; quia pluralis locutio non potest esse contenta minori numero, quā duob. l ubi num. ff. de testi.

c Hæc glo. cōiter approbatur, licet postea iß sibi contraria; ibi itē quo iure adscriptitij.

d Hæc opi. sm Ia. no. est verisq; a quocūque modo proponuntur, semp sunt præiudicialia.

sit esse lis inter nos, ut ff. de iud. l. lis nulla. & sup. de obligationibus, quæ ex delic. §. ij, qui. & facit pro hoc sententia. C. de ordi. cogn. l. prima. & de pet. hæred. l. liber. & ff. si quis ingenuus esse dicatur. l. fina. Alij dixerunt, ideo dici præiudiciales, quia sententia lata super his, fit præiudicium omnibus aliis quæstionibus, ut ff. de statu hominum. l. ingenuum. & ff. de libertis agnoscendis. l. 1. §. fi. & l. 2. Sed certè secundum hoc etiam querela inofficiosi testamenti dicitur præiudicialis; quia præiudicat alijs quæstionibus, ut ff. de inofficioso testamen. l. Papinianus. §. fina. Sed contra hanc sententiam est ff. de liberali causa. l. si seruus. Sed ibi non fuit pronuntiatus ingenuus: uel collusio ibi fuit. a Vel dic secundum Ioan. quod præiudiciales ideo dicuntur, quia omnes aliæ quæstiones, quæ interim inter eas personas mouentur, debent silere, ut C. de ordine cog. l. j. & 3. & ff. de liberali causa l. ordinata & ad hoc facit optimè. ff. de noxa. l. penul. j. respon. Nisi esset talis causa, quæ ageretur etiam si constaret eum fore seruum, quod est quandoque, ut ff. de iud. l. uix. Sed secundum hoc cum quæritur inter patronum, & libertum de libertinitate, non est hæc quæstio præiudicialis; cum aliæ quæstiones interim inter eos possint exerceri, venia tamen petita, ut supra eod. §. & in eum. Sed dic, quod illæ quæstiones quiescunt, quæ non competerent, si constaret, eum esse libertum, ut ff. de in ius uocan. l. sed si hac. §. penul. & finali. Item quid si nulla alia quæstio mouetur, nonne tunc illæ dicuntur præiudiciales, cum non habeant, cui præiudicent? Azo dicit, quod non. Sed Ioan. contra. Inspicitur enim aptitudo, quia habilis est esse præiudicialis: sicut Augustus dicitur, licet non semper augeat, ut supra in rubrica proximi. Item nunquid sunt plures præiudiciales, nisi hæres? Respon. sic, b. ut hæreditatis petitio. nam & tunc cessant omnes aliæ quæstiones, donec ista intenditur, ut ff. de petitio. hæredit. l. si quis libertatem. & l. diuus in fi. licet hodie contrarium sit, ut C. de petitio. hæreditat. l. fina. §. primo. & 2. Item quo iure adscriptitij, coloni, censiti, & similes petuntur? Respond. utili præiudiciali, non directa, & ipsi coloni se petunt in libertatem contraria præiudiciali utili, non directa. Ideo utili, quia liberi sunt, non serui, ut in Authentico de sanctissimis episcopis. §. adscriptitios. & § si seruus. colla. 9. Item ideo præiudiciali, quia parum a seruis distant, quo ad seruitia, quæ facere debent, ut C. de agricolis, & censitis l. ne diutius. lib. 11. Sed alij dicunt, quod officio iudicis petuntur, & petunt, ut in quibus causis coloni censiti dominos accusare possunt. l. prima. lib. 11. Sed certe officium iudicis non potest locum habere ad futuras præstationes. c ut ff. de usuris. l. prima. Alij dixerunt habere locum negatoriā, & confessoriam utilem, ut quæ datur directa in seruitutib. alijs, hæc utilis hic detur: quod nihil est. d Item si quis an aliqua annua seruitia teneatur: quo iure petitur, ut condemnetur, ut præstet in posterū, & ipse quo iure petit absolui? Respon. satis puto, quod iudicis officio hoc fiat: siue pro missa fuerint hæc seruitia, siue ex cōsuetudine debeantur hæc seruitia, siue ipsa præstita longo tempore ex promissio ne petuntur, ut ff. de vsuris. l. eum de in rem verso. quæ promissio probabitur ex longo vsu, e ut ibi.

ADDITIO. Et no. quod uerba sententiæ, condemno te ad soluendum par caponum tali domino omni anno, secundum quod tui antecessores fecere, nullam penitus conditionem faciunt, sed condemnatus simpliciter tenetur, ut per Bar. in l. eum, qui. §. Iulianus 2. ff. de constit. pecu. & in extrauag. ad reprimendam, in ver. prout.

agnoscendo. ¶ Ex quibus [a] ferè [b] vna illarum legitimā [c] causam habet, per quā quęritur, an aliquis liber [d] sit: cæteræ ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiūt.

a *Ex quibus.* scilicet, tribus præiudicialibus quæstionibus. Accursius.

b *Fere.* ideo dicit, quia in ciuilibus quæstionibus quatuor considerantur, scilicet, actor, reus, iudex, & ipsa res. Hic autem est idem, qui conuenit, & conuenitur, & res. Vel ideo quia prætor introduxit de partu agnoscendo à Senatusconsulto confirmatur.

c *Legitimam.* s. de iure ciuili.

d *Liber sit.* subaudi, uel seruus.

¶ S I C I T A Q V E. Aduerte diligenter, quod hic §. difficilis sic elate potest summari: Actor pro re sua pōt intētare

a Hæc opinio reputatur a Doc. decisoria.

b Imo nō sunt, nisi tres, capiēdo præiudicialem in quantum præiudicat psonę. Ias. & est de mēte aliorum.

Coloni adscriptitij, & similes quo iure petuntur.

c Nisi ratione præsentis iuris, & dum gl. dicit, q cōpetit officium iudi. in hoc reprobat: quia imò pro istis adscriptitijs, & censitis cōpetit officium iudicis.

d Imo, Io. Ba. & Ias.

e Si allegetur tit. efficax. Bal. & Pla.

Summarium.

Dominus rei non potest agere ad dādum rem suam, nisi contra furem odio furis. Aretinus:

¶ Sic itaque [a] † [e] discretis a-

actionem personalem ad dandum contra aliquos, nisi contra fures: contra quos omnis condictio degenerat. Sic declaro: quia condictio non competit, nisi quando dominiū est translatum: sed in furem dominium rei subtractæ non transfertur, & tamen condictione furtiua ipse tenetur, igitur condictio degenerat. Ex hoc habes, quod nemo potest condicere rem suam, præterquam à fure. Vel, sic & clarissime summatur, Qui debet intentare actionē realem, non potest intentare personalem, cum sint distinctæ, h. d.

1 †The hic igitur.

Diuisio.

¶ Diuiditur iste § principaliter in tres partes. Primo ponit regulam generalem illatiuam ex præcedentibus secundum glo. sed secundum Doctor. epilogatiuam. Secundo ponit unam fallentiam, ibi, Plane. Tertio naturam actionum realium, & personalium, & earum differentias, ibi, Appellamus. Item prima subdiuiditur: quia primò ponitur quadā illatio, seu epilogatio ex supradictis. Secundo ponit rationes. secunda ibi, Nec enim.

¶ CASVS. Inter omnes principales diuisiones actionū hæc principalior est, scilicet, quod actiones, aut sunt in rem, aut in personam. Hæc enim diuisio locum habet in iure ciuili, & in prætorio. Cum igitur superius dictum sit, quod actiones quædam sunt in rem, & quædam in personam, & etiam quædam sunt reales, & quædam personales, & hoc siue sint ciuiles, siue prætoriæ: sic itaque discretis, & diuisis actionibus, scilicet, quod quædam sunt in rem, & quædam in personam: necessarium est, naturam vtriusque uidere. Natura autem actionis realis est, ut per eam petat aliquis, rem suam sibi restitui. Ista autem natura realis non tangit hic, nisi in fin. §. quasi incidenter: vbi dicitur, qualis sit aduersus eos hæc in rem actio, per quam aliquis rem suam peteret. Natura autem actionis personalis est, vt per eam petat quis, rem alienam sibi dari. Certum est ergo, aliquem non posse petere rem suam per actionem personalem, per quā personalem dicat aduersarium dare oportere; quia quod meum est, meū amplius fieri nō potest: sed dare est accipientis facere: quare non potest aliquis agere ad rem suam petendam actione personali: quia intendit, aduersariū suū dare oportere. Hoc verum est communiter loquendo, in quibusdam tamen casibus possum petere rem meam per actionem personalem, vt patet in condictione furtiua: quā quam enim hoc regulariter sit verum, quod actione personali non possit quis rem suam petere: in odium tamen furti est statutum contrarium in hoc casu, vt scilicet contra fures actio ad petitionem dupli, siquidem sit furtum nō manifestum, vel ad quadruplum, si sit manifestum, competat domino ad rem suam recuperandam condictio furtiua, quæ est personalis actio: non obstante, quod dominus rei est, & eam potest uendicare. Franc.

¶ LIBELLVS IN CONDICTIONE certi generalis.

¶ Hic tangitur de condictione, & primò dicendū est, quod est quædam condictio certi generalis, quæ datur pro omni eo, quod debetur, ut ff. si certum pet. l. certi. & in ea forma sic libellum: Dico ego t, contra l, quod ipse mihi debet equum ex causa emptio. unde proponendo contra ipsum, condic. certi, peto eundem l. ad traditionem equi ex causa præmissa mihi condemnari. Eodem modo forma libellū, in ista generali condictione, si ex aliqua alia causa tibi certum debeatur.

¶ LIBELLVS IN CONDICTIONE certi specialis.

¶ Item sunt aliæ condi. speciales, ut condictio certi ex mutuo: condictio certi ex stipu. condic. indeb. sine causa; & similes in quibus formatur libellus, sicut in generali condictione, sed tantummodo in condictionibus generalib. assignatur causa: quia alicui non datur aliqua condictio ex re sua, sed tantum pro eo, quod debetur ex causa alia, nisi de causa furtiua. Illa. n. pro re sua tantummodo datur contra furem, & eius hæredem, & est speciale in ea, ut plurib. actenetatur fur, vt in hoc §. sic itaque & ff. vsufructu. quemad modum ca. l. fina.

e. *Sic itaque.* formatur hoc itaque ex illa diuisione, quæ fit sup. eo.

Actio ad dandū, & reddendū differunt.
1 † *illud apertum.*
2 † *ad rem, cuius do minus fit.*
3 † *aduersa rium hanc rem mihi.*
* *Adde Felyn. in c. inter dilectos. nume. 17. de fide instru. ubi ad regu. q̄ meum est, ponit fallētias.*
4 † *al. cuique.*
* *Concor. cū hoc tex. c. inter dilectos. ante fi nem. ibi, cū iura legū cum glo. su per ver. in. stus tit post principiū, ibi, & quod meum est. extra de p̄ scrip.*
Meū amplius meū fieri non potest.

sup eod. §. 1. q. d. dictum est, quæ sunt in rem actiones, & quæ in personam. itaque sic eis discretis, i. separatis, & diuisis: patet, q̄ hæc regula est vera: quia personalis actio, quæ competit ad dandum, non competit pro re sua alicui, vt hic. Ideo dixi ad dandum: quia ad tradendum bene potest dari actio personalis: vt commodati, & depositi, & similes; & ita est vis inter dare, & tradere, vt hic subijcit, & ff. de act. empt. l. ex empto in princ. & ff. de verb. obligat. l. vbi autem. in fin. & l. si rem tradi & l. nemo. & quod subijcit, si apparet, in qua apparet cum dare oportere. & ita agitur in personam, vt aliquid detur. Sed quidam dicunt, vt P. q̄ hæc verba, si apparet eum dare oportere, sunt nomina cuiusdam actionis. Accur.

ADDITIO. Dic, q̄ istud, quod hic dicit gl. secundū Pla. nihil est dicere: sed tex. vult dicere, si apparet, id est, si agit dare oportere, quia mediū concludendi non debet esse istud, sed ad tradendum, vel constituendum, vt dicit glos. Angel.

ctionibus, certum † est, nō posse actorem suam † rem ita ab aliquo petere, Si apparet eū † dare oportere. ¶ Nec. n. quod actoris est, * id ei dari oportet: quia. s. dari cuiquam † id intelligitur, qd ita datur, vt eius fiat. nec res, quę iam actoris est, magis * eius fieri pōt. ¶ Planè odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, vt extra pœnā dupli aut quadrupli, rei recipiendi nomine fures etiam hac actione teneantur, Si appareat, eos dare oportere; quamuis sit aduersus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

Actiones reales competunt ad uendicandum: personales uerò, ad dandum, vel faciendum. Et dicuntur abusiuè condictiones à condicendo, id est, denunciando. Aretinus.

¶ Appellamus autem in rem quidem actiones, Vindicationes: † in personā verò actiones, quibus dare, aut facere † oportere intenditur, Condictiones. Condicere enim est denunciare prisca † lingua. Nunc vero

a *Oportet.* i. oportet, q̄ non detur: est enim impossibile, q̄ detur, vt subijcit, quia dare est accipientis facere, vt subijcit, nec res, quæ. &c.

b *Magis* sed opponitur, pluries deberi potest, ut ff. de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. in fi. §. ergo pluries dominium potest fieri meum. Sed non sequitur: nam licet pluries debeatur, tamen semel facta sua non debet plus fieri sua, ut ibidem dr, & ff. de acquir. pos. l. 3. §. ex plurib. & sup. de leg. §. sed & si rē legatarij nisi iterum desineret esse sua, ut ff. de uerb. ob. l. si rem meam.

c *Planè odio* sed in quo uertitur istud odium? Respond. quia in condictione furtiua quis de facto infamatur apud bonos, & graues uiros: ut ff. de obseq. à lib. & liber. l. honori. licet non infamia iuris, ut ff. de actio. & obl. l. cessat. sed in rei uendicatione, neque de facto, neque de iure infamatur. Item multa ueniunt ex condictione furtiua, quæ non ueniunt in rei uendicatione, ut quia interitu rei non liberatur: sed in rei uendicatione sic, ut ff. de cond. fur. l. in re & ideo malum est furti, quo & etiam hac actione teneatur. Itē licet prodest alicui plures habere reos debitores, ut ff. de lib. leg. l. si quis decedens. §. fi. & habere plures actiones, ut ff. de lega. 1. l. cum filius. § uarijs. ita econtra debet ei nocere, si pluribus teneatur actionibus, licet etiam nulla alia sit utilitas: Item nunquid una tollitur per aliam? Dic, quod sic, ut ff. de condic. fur. l. si pro fure §. furti. Acc.

d *Si appareat.* i. quia apparet eos, &c. i. dicere, actione in personam. Sed uidetur hoc stare non posse: nam certum est eum, qui agit, dominum fuisse; ergo & nunc est: quia sine facto suo dominium ab eo discedere non potuit; ut ff. de reg. iur. l. id, quod nostrum. & C. de probationib. l. siue possidetis ergo non potest agere, ut sibi detur, quod est suū, & tamen hic dic t, q̄ sic. Sed dic, relationem esse faciendam ad genus, non ad speciem, quasi dicat ea actione, per quam alias agitur ad dandum, scilicet, personali sed hic non ad dandum intenditur. Et ita est mirabile, quod rem meam per personalem actionem peto restitui. alias contra, ut ff. quemadmodum usufructua. ca. l. fina. & ff. de condi. inde. l. si ur bana. sed est speciale, ut hic dicitur. Vel dic agi etiam ad dādum, scilicet, possessionem dandam, quam amiseram per furtum: ut ff. de acquir. poss. l. item, quæ nobis & ff. de condi. tritica. l. 2.

e *In rem actio*, i. rei uendicatio, quæ pro dominio de iure ciuili, uel gentium quæsito intenditur, ut ff. de rei uend. l. in rem actio. Item nota, quod hic §. locum habet in quolibet

a Istā glo. sequit. Ias. & est de mēte al o rum.

b Odio furis: qa si fur dr in mora, & mortuus in teritu rei non liberatur. Ias.

malæ fidei possessore alienæ rei non solum in fure, ut sup. de rerum diuisione. §. si tamen & ff. de condic. triti. l. prima. in fin. & l. secunda. in princip. Interdum etiam contra bonæ fidei possessorem datur condictio ratione possessionis. ut ff. de condic. indeb. leg. indebiti. §. sed & si nummi. Sed nunquid etiam rem suam potest q̄s etiam à non fure per condictionē sine cā condicere, ut ff de condi. sine causa, per totum. Respon. secū dum quosdam ibi dicitur condictio actio personalis, non tamē talis per quam intendatur ut aliquid detur. Alij dicūt quòd si alicubi inueniatur condictio sine causa pro re sua competere, de utili intelligendum est.

ADDITIO. Dic secundum Ioannem Fab. quod prima est uerior, nam per eam nō agit dominus ad dandum, nisi contra furem, supple, & malæ fidei possessorem; ut hic in glo. sed ad restituendum, uel forte ad possessionem agi debet, secundum Angelum.

¶ APPELLAMVS AVTEM, &c.

¶ CASVS Iam dicta est natura realium actionum, & personalium: quia realis datur ad rem suam persequendam: personalis autem ad debitum. Modo quia de realibus, & personalibus dixerat actionibus dominus Iustinianus ad vberiorem earum doctrinam, plus de illis in litera præsenti determinat, & dicit, quòd appellamus actiones in rem, uendicationes, & ideo ubi in C. & ff tractatur, de realib. actionibus ab illis, qui erant legum compositores, intitulatur titu. de rei uend. Actiones autem in personam, quib. dare, uel facere oportere aliquid intendimus, uocamus condictiones. & ita omnes actiones personales de mundo, condictiones possunt dici: & hoc erat olim consonum esse actioni in personam: sed hodie non est ita. In actionibus enim personalibus olim fiebant denunciationes: quæ fiebant per uerba solemnia in actione personali tantum. & quicunque cadebat a syllaba, cadebat a causa. Alijs modis exponitur ista denunciatio in notula. Sed hodie cessant istæ denunciationes, & propterea uocantur abusiuè actiones in personam. h. d. Franc.

f *Vendicationes.* siue rerū corporaliū de quib. dictū est C. de rei uend. per totum. & ff. de rei uen. per totum, siue rerum incorporalium, de quibus est ff. si ususfruc. pet. per totum, & ff. si serui uend. per totum siue sint directæ, siue utiles istæ uendicationes, ut ff. de publ. per totum. & ff. si ager uecti. per totum.

g *Quibus.* ideo dicit, quibus, quia sunt & aliæ, in quib. non intendimus dare uel facere. sed restitui, ut cōmodati actio, & depositi, & similes; & istæ non appellantur condictiones in stricta significatione accepto uocabulo, ut hic dicitur. *e* Vel dic, q̄ etiam in actione commodati & depositi, & similib. intenditur dari *f* uel fieri, s. ipsa detentatio rei, quasi ipsum factum possit quis in stipulationem deducere, ut ff. de uerbo. obl. l. ubi autem non apparet. §. qui id, quod non fieret. nisi aliquid daretur, cum suæ rei nullla sit stipulatio. sed alienæ tantum, ut sup. de inu. i. sup §. j.

h *Condictiones.* l. appellamus.

i *Denunciare.* Dicunt quidam, q̄ qui uolebant alium conuenire, primo sibi denuntiare debebant, ut argu ff de seru. urb. præ l. quidam. Sed hoc non placet quia ex uoluntate, aut bonitate, uel urbanitate hoc fit; non necessitate. Sed dic, g q̄ hæc denuntiatio fiebat per magistratus, cū actiones constituebant, uel dabant, ut ff. de orig. iur. l. ij §. omnium, quod est hodie sublatum, ut in fi. huius §. dicitur, & C. de formulis. l. j. & ij.

c Dic s̄m Io. Fab. q̄ glo procedit in malæ fidei possessor, contrectāte rē mobilem, qui sciēter cōtrectādo, committit furtū. C. q̄ cum eo. le. si libertum. & de fur. l. si alienum. sed ego intelligo generaliter i oī malæ fidei possessore, q rē aliquā detinet scienter contra uoluntatē dñi: qa cōtra eū pōt cōttadici, & agi ad dandū. l. si q̄s nec ea. § j. Ang.

5 † *al. uendicationes.*

6 † *Aliàs, aut, deest Th.*

7 † *& antiqua.*

d Istā gl. tenēt Ioā. Fab. Plat. Angel. & Ias.

e Hāc approbāt doctot. quia hic semg loquit dolū de actionib. q̄ conpetunt ad dandum; sed istæ de quibus in gl competūt ad reddendum, seu restituendū, l. 3 §. si reddita. & l. si ut certo. § rem tibi dedi. ff. comm.

f Nihil est Fa. Pla. Ange. & Ias.

g Idē Io. Fa. Pl. Ange & Ias. & sic singu. s̄m Ang. & Ia.

Abusiuè.

a *Abusiuè*. verè abusiuè dicitur condictio.i.actio in personam: quia nō bene consonat nomen rei, quam signat: quod fieri debet, vt sup. de dona. §. est & aliud.

¶ SEQVENS. Iste §. vsque ad §. quædam diuiditur in duas partes. Primo ponit vnam sententiam principalium actionum Secundo declarat eam p exempla. Secunda ibi, rei persequendæ.

¶ CASVS. Dicit glossator, & male, ꝙ hic ponitur quarta diuisio. Si enim loquamur de principalib. diuisionib. quæ traduntur à prædecessoribus nostris, non est, nisi tertia principalis. Prima enim fuit hæc; Actionum quædam sunt in rem, & quædam in personā. Secūda fuit hæc: Actionum quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Tertia autem principalis est diuisio ista. Connumerando autem subdiuisiones præhabitas cum principalibus diuisionibus, hæc est quarta diuisio. Prima.n.fuit hæc, quòd omnis actio aut est in rem, aut in personam. Secunda hæc est; omnis actio aut est ciuilis, aut prætoria. Tertia hæc est: prætoriarum alia in rem, alia in personam. Quarta hæc est: omnis actio personalis prætoria aut est pœnalis, aut non pœnalis. Quinta hæc est: propria in rem, aut est præiudicialis, aut non præiudicialis. Et hæc de qua agimus in præsenti, est sexta. Sup. ponendo ergo, ꝙ sit tertia diuisio principalis, venio ad casum, in hunc modum. Post duas diuisiones principales, de quibus sup. dictum est, ponit hic Iustin. tertiam diuisionem principalem, & est talis diuisio: Inter omnes actiones de mundo quædam sunt inuentæ causa rei persequendæ, & quædam causa rei persequendæ pœnæ, & quædam mistæ, tam gratia rei persequendæ, quàm pœnæ. Rei persequendæ causa inuentæ sunt omnes reales actiones, & ferè omnes personales, quæ ex contractibus nascuntur veluti cum aliquis pecuniam mutuam, vel in stipulatum deductam petit. Et de hoc etiam potes habere exemplum in commodato, & mandato, etiam pro socio: & in actione ex empto & vendito. & locato, & conducto. Personales, quæ ex contractibus nascuntur, ideo dixi, ad differentiam illarum, quę ex delictis nascuntur. Ferè autem ideo dixi, propter quandam actionem personalem, quæ ex contractu procedit? & tamen in quatuor casibus est persecutoria rei, & pœnę. Hęc autem est actio depositi. Si.n. rem meam penes te deposuerim causa incendij, vel ruinæ, vel tumultus, vel naufragij: & postea non vis mihi eam restituere, vel dolum in ea feceris, conueniri potes in duplum h d.

¶ Videtur, quod ista diuisio sit eadem cum diuisione superius habita, quæ est, ꝙ actionum prætoriarum personalium, quædam est non pœnalis, & quædam pœnalis. Fraeter, non est eadem hæc.n.diuisio est in contractu ciuilium: vnde hic dicitur, quod ciuiles quædam sunt pœnales, & quædam non. Prior autem fuit in contractu prætoriatum; & sic non est vna, & eadem enim altera. Item scire debes ꝙ actiones mistæ dicuntur duob. modis. Vno modo dr actio mista, quæ continet rem, & pœnam, & de tali mistione loquitur hic. Alia.n. mistura est, quod quædam actiones dicuntur mistæ, quia sunt in rem, & in personam. & de illa mistione habes inf. eo. §. quædam. h.d. Franc.

b *Sequens*. Hæc est tertia diuisio actionum in hoc titulo. Accursius.

c *Comparata*.i.adinuentæ.

d *Mista* Sed nonne quædam sunt, quæ nullum horum habent? vt si ago, nè quid fiat in loco sacro vel sancto, vel si factum est, vt tollatur, & aliæ similes, quæ neque ad rem, neque ad pœnam, neque mistim se habent, sed uel ad rei reuerentiam, uel ad publicam utilitatem dantur? Respond. sa^a^tis ad rei persecutionem, scilicet diuinæ rei, uel publicæ pertinent, cuius nomine agere uideor, uel etiam meo nomine, cum cuiuslibet interest Deum uenerari, ut C. de hæret. l. 3. Accur.

a Ista glo. bñ dixit & cū ea transeunt cōiter Doct. hic.

¶ REI PERSEQVENDAE. ¶ Iste §. diuiditur in quinq; partes. Nam primo ponit de actionib. rei persecutorijs. Secundo de actionib. mistis ex cōtractu descendentib. Tertio ponit vnam regulam, vel summulam in actionib. ex maleficio descendentib. Quarto illud per exempla declarat. Primo ponendo de actionibus pœnalib. Secundo de actionib. mistis. Secunda principalis est in ver. planè. Tertia ī §. ex maleficijs. Quarta in §. pœnam. Quinta in ver. sed & legis.

abusiuè[a] dicimus condictionem, actionem in personā esse, qua actor intendit, dari sibi oportere. nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit.

Tertia diuisio actionum est, quod sunt uel rei persecutoriæ, uel pœnales, uel mistæ. h.d. Ange.

¶ Sequens[b] illa[1] † diuisio est, quòd quædam actiones, rei persequendæ gratia comparatæ[c] sunt: quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ[d] sunt.

† al. alia.

Rei persecutoriæ sunt omnes in rem actiones, & etiam in personam ex contractu descendentes, excepta depositi actione, quæ in quatuor casibus mista est. Ang.

¶ LIBELLVS IN actione ex stipulatu.

¶ Hic tangitur de actio. ex stipulatu, & hæc datur, qñ aliqd incertum promittit, vt ī. de verb. oblig. in princip. & formatur sic libel. Dico ego contra b, ꝙ ipse promisit mihi facere domū per stipulationem, & quia nō fecit, propono contra ipsum actionem ex stipulatu. & peto ipsum ad interesse meum (quod æstimo decem) mihi condemnari. Istius libelli formatio potest elici ex leg. si quis ab alio. §. si quis. ff. de re iudic. Et licet nomen act. non ponatur in libello, sufficit tamen ponere causam hanc, s. quia domum per stipulationem mihi facere promisit, & non fecit.

LIBELLVS IN ACTIONE COMMODATI.

¶ Item in actione commodati, de qua hic, formatur sic libellus: Dico ego m, contra a ꝙ ego accomodaui sibi codicem meum ad scribendum: unde propono actio. commodati contra eum, finito usu ad quem codex fuit accommodatus; peto eundem ad restitutionem codicis mihi condemnari. Et erit causa in ista actio. quam sufficit proponere hęc: Quia accommodaui sibi codicem meum ad scribendum, & usus finitus est.

LIBELLVS IN ACTIONE DEPOSITI.

¶ Item in actione depositi, de qua etiam hic, formatur sic libellus: Dico ego t, contra l, ꝙ ego deposui penes eum digestum meum. unde proponendo contra eundem l. actio. depositi, peto ipsum ad restitutionem digesti mei mihi condemnari. & erit causa in ista actio. quam sufficit proponere, talis, quia deposui. Et aduerte, ꝙ datur in simplum act. depositi, nisi in his casib. scilicet, quando depositum est causa incendij, tumultus, ruinæ, & naufragij: in quibus casibus si depositarius inficietur, tenetur ad duplum, ut hic in uer. planè & ff. deposi. l. prima. Et formatur sic libellus: Propono ego l, contra t, quòd ego ob timorem incendij digestum meum apud ipsum deposui, & quia inficiatur depositum, proponendo contra ipsum actio. depositi, peto eundem t, mihi in duplum condemnari. Et erit causa in hac actio. quia deposui apud ipsum rem, & ipse inficiatus est. Item eodem modo forma libellum, quādo petitur in alijs quatuor casibus, scilicet, quando causa tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij depositum est.

LIBELLVS IN ACTIONE MANDATI.

¶ Item in actione mandati, de qua etiam hic formatur sic libellus: Dico ego t, contra s, quòd ego sibi mandaui, ut emeret mihi equum, & ille suscepit mandatū, sed illud non impleuit propter quod damnificatus sum ad valorem decem librarum, & tantum æstimo interesse meum. unde proponendo contra ipsum actio mandati, peto eundem s, in decem libras nomine interesse mihi condemnari. Ista.n. actio tunc demum competit, quando recipit interesse. ad interesse enim datur, ut ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati actio.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE PRO SOCIO.

¶ Est & actio pro socio, de qua etiam in hoc §. & habet locum quando societas inter aliquos contrahitur consensu, ut ff. pro socio. leg. ut sit. & nascitur, finita societate, ut C. eodem. l. tamdiu. & formatur libellus sic: Dico ego t, ꝙ s, & ego iniuimus societatem emendi uinum usque ad centum libras unde cum ipse socius nomine societatis tantum de uino emerit, peto partem uini, deducto capitali, mihi adiudicari, & ad restitutionem dictæ partis ipsum mihi condemnari & erit causa in ista actio. talis, quia contraximus societatem, & similiter datur propter dolum, uel culpam socij, ut ff. pro soc. l. nemo. & l. seq. & C. eo. l. 4.

LIBE L.

¶LIBELLVS IN ACTIONE EX EMPTO.

¶Item etiam hic agitur de acti. ex empto, in qua sic forma libellum: Dico ego t, contra s, quod ego emi equum ab eo pro 10. libris. unde proponendo contra ipsum actionem ex empto, peto eundem ad restitutionem equi mihi condemnari. Ex parte autem venditoris petitur sic: Dico ego s, contra t, ꝙ ipse debet mihi decem, ex venditione talis equi, quem sibi vendidi, & tradidi. unde proponendo contra ipsum act. ex uendito peto t, in illis decem libris mihi condemnari. Et erit causa in hac act. talis. Quia uendidi, & tradidi.

1† *The. & ad rei quidem persecutionem.*
2† *quoque.*
3† *al. hac.*
4† *ad solam rei persecutionem condemnationē habent.*

¶1 † Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. a Earum verò 2 † actionum, quæ in personam sunt, eæ 3 † quidem, quæ ex contractu nascuntur, fere b omnes 4 † rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit c actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. d

¶LIBELLVS in actione locati.

¶Est & finaliter actio locati, de qua hic: in qua sic forma libellum: Dico ego b, contra c, ꝙ ego locaui sibi domum talē vsq; ad annum pro merce de 10. librarum constituta mihi, & promissa ab eodem c, vnde proponendo contra ipsum actio. locati, peto ipsum in decē libras mihi condemnari. Et econtra conductor proponet hoc modo: Dico ego c, contra b, ꝙ ego conduxi talem domum ab eo pro mercede decem librarum sibi promissarũ. vnde proponendo contra ipsum actio. ex conducto, peto eundem b, vt domum conductam ad habitandum mihi tradat, condemnari.

5 † *al. agitur.*

¶Planè si depositi agatur 5 † eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinę, naufragij causa depositum sit, in duplum e actionem prætor reddit, si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum hærede eius dolo ipsius f agitur: 6 † quo casu mista est actio.

6 † *agetur.*

a *In rem actiones.* scilicet quæ decem sunt, vt diximus sup. eo. § item Seruiana. Sed certè uidetur, ꝙ sunt omnes pœnales. nam in eis iuratur in litem, ut ff. de rei vend. l. qui restituere. & ff. de in lit. iuran. l. in actionib. Sed dic, ꝙ illud, scilicet, iuramentum in litem, non fit iure actionis, sed officio iudicis; ut inf. eo § præterea. in fi. §. vnde non dicuntur pœnales. Alij tamen dicebant, a ꝙ idō dicebantur pœnales, non quia originaliter illud sit, ꝙ crescant per sacramētum in litem, sed ex contumacia, ut ff. de in li. iu. l. j. & ideo magis attendebant quod naturaliter erat, quàm quod incidēter. Sed certè actio depositi in quatuor casibus ab initio est rei persecutoria, & tamen dicitur pœnalis, inspecto quod crescit ex contumacia, ut inf. proxi. & inf. eo §. quadruplis alias §. at ille unde primam responsionem approbo.

ADDITIO. Secundum doc. hæc glo. videtur aduersari glo. magnæ positæ in § pœnales. in ver. item aduersus. in prin. sup. eod. quæ videtur concludere, quòd ibi illa actio dicatur pœnalis, quia iuratur in litem, & tamen secundum eos constat, ꝙ illud iuramentum venit offic. iud. sicut in qualibet alia actione; & dicunt hanc glo. esse veriorem.

b *Fere.* ferè dicit propter actionem ex stipulatu, per quam pœna petitur, nec inspicitur, quid intersit, ut sup. de inut. stip. §. alteri. secundum quosdam, quod est falsum: b immo propter actionē depositi in quatuor casib. ut subijcit. Item propter actionem redhibitoriam, quæ datur in duplũ aduersus venditorem, qui neque pretium, neque accessiones soluit; ut ff. de ædil. edic. l. redhibitoria.

c *Petit actor.* ad vtramque autem, c scilicet ad mutuam, & ad eam pecuniam, quæ in stipulatum deducta est, certi condictio datur, ut ff. si cert. pet. l. si quis certum. & sup. de verb. obli. in prin. ita ꝙ ad mutuum detur condictio specialis de mutuo, ut sup. quib. modis re con. ob. in prin. ad pecuniam deductam in stipulationem detur condictio certi generalis, si certum sit, ut sup. de verb. obl. in prin.

d *Conducto.* sed nonne omnes istæ dantur ad interesse ēt, quod est extra rem, ut ff de act. emp. l. j in prin. ergo peto aliquid, quod tibi non abest. ergo sunt pœnales. d Sed dic trib. modis dici actionem pęnalem, e Primo illa, quę hincinde est pœnalis, ut furti, & similes: quando pēto, quod mihi non obest, & quod tibi non adest, & hoc modo acceptæ dicuntur hic, istæ non pœnales. Secundo qñ est pœnalis ex parte una. s. ex parte rei tm̃: quod est ubicunq; actoris interesse excedit id, quod reo adest; & in hac significatione actiones illæ dicũtur pœnales, s. ex empto, & similes; & etiā rei uendicatio, qñ in litem iuratur. Et ꝙ, inspecta persona, rei tātum pœnales dicanť, probatur ff de eo, per quem fac. ent. l. j. §. si plures. & l. fi. s̃. eo. §. pœnales. f Tertiò dr̃ pœnalis, inspecta persona actoris tm̃, ut si accepisti ab aliquo aliquid, ut me accusares per calumniā: nā repeto, licet nihil mihi absit, à te, s. cui adest, ut probať. ff. de calum. l. & gñaliter. §. illud erit notandũ.

e *In duplum.* s. si reus inficietur, ut inf. eod. § sed furti. Accur.

f *Ipsius.* s. hæredis. ex dolo enim defuncti in simplum tm̃, ut ff. depo. l. j. §. j. Et ratio quare in his quatuor casibus datur, in duplũ, & in alijs in simplum, est: quia hic ex necessitate deponitur: nec potuit prævidere, apud quem deponeret; ut ff. deposi. l. j. §. meritò.

Iuramentum in litem præstatur in actionibus realibus.
a Idem Angel. & Ias.
b Quia ibi loqtur de pœna conuentionali; hic de legali. Angel. & Ias.
c Sequunť Ang. & Ia.
d Dic, ꝙ illud interesse non uenit iure actionis, sed officio iudicis. Faber, Ang. & Ias.
e Magistra lis glo. Fin. Ang. hic.
f Est enim ridiculũ, ꝙ actiones hic enumeratæ, & cęteræ bo. fid. propterea, quòd in eis iuretur in litē, sint pœnales, per ea, quæ habētur sup. in d. §. pœnales. in glo. magna. in verb. item aduersus. in prin.

Actionum descendentium ex maleficijs, quædam sunt persecutoria pœnæ tantum: quædam mista tam rei, quàm pœnæ: primum per vnum: vltimum per tria exempla declarat.

¶Ex maleficijs verò proditæ actiones, 7 † aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt: aliæ tam pœnæ, quam rei persequendæ, 8 † & ob id mistæ sunt. 9 †

¶Pœnam tantum persequitur 10 † quis actione furti: siue enim manifesti aga-

7 † *al. sunt.*
8 † *persecutionem.*
9 † *& ideo mista dicuntur.*
10 † *persequimur.*

¶EX MALEFICIIS.

¶CASVS. Iam vidistis unam diuisionem, in qua cauetur, quod actiones aut sunt introductæ rei persequendæ causa; aut pœnæ tantum: aut sunt mistę. & de illis, quę sunt introductæ tantùm rei persequendæ causa, iam habuistis: quæ sunt omnes reales actiones, & ferè omnes personales, quæ descendunt ex contractibus. Modo vult trac. de actionibus procedentibus ex delictis, quarum quædam sunt pœnæ persecutoriæ tantum, & quædam mistæ tam pœnæ, quàm rei. & sic prosequitur partes illas primæ diuisionis hic positæ in §. sequens illa diuisio. Et primò tractat de actionibus ex maleficijs procedentibus, pœnam tantum persequentibus: & de hoc ponit vnũ exemplum, s. in act. furti. Si enim agatur actione furti manifesti ad quadruplum: siue non manifesti ad duplum, totum duplũ, vel quadruplum est pęna, quia propter istam actionem competit domino rei uendicatio ad rem suam vendicandam, siue ille fur rem suā possidet, siue aliquis alius. & præter hoc datur cōdictio furtiua contra furem. & sum in uersi. Vi autem bonorum raptorũ. In superioribus dictum est de actionibus descendentibus ex delicto, quæ persequũtur pœnam tantum; modò uidendum est de illis actionibus, quæ proficiscuntur ex delictis, & sunt mistæ tam rei, quàm pœnæ. Et de hoc ponit duo exempla. Primum est in actione, Vi bonorum raptorũ, quæ datur intra annum ad quadruplum; & de illo quadruplo triplum est pœna, & simplum pro rei persecutione; & ita est mista, & continet rem, & pœnam. Secundum exemplũ est in actione leg. Aquiliæ, quæ quando datur cōtra inficiantem, est in duplum, & unum simplum est pœna, & aliud pro rei persecutione; & ita est mista, & continet rem, & pœnam cōtra inficiantem, & etiam potest esse mista actio leg. Aquiliæ, ueluti si aliquis seruum meum occiderit, qui tempore, quo occidebatur, luscus fuit, uel aliter fuit ita deterioratus, quòd uilis pretij erat; in anno tamen retro magnę ęstimationis, uel magni pretij fuerat; tunc condēnabiť occisor quanti plurimi fuit in anno retro. ex primo capite.

¶ In versic. item mista. casus est talis. Vidistis suprà de realibus actionibus, quæ sunt rei persecutoriæ tantum; & etiam de personalibus, quæ descendunt ex contractu: quæ sunt reales fere omnes, & de actionibus

personalibus, quæ descendunt ex delictis, quæ sunt pœnæ persecutoriæ tantum, & etiam de actionibus descendentibus ex delictis, quæ sunt mistæ: modo intendo dicere de quadam actione personali, quæ non descendit ex contractu, nec ex delicto, sed est personalis mista, quæ descendit ex quasi contractu, & est mista tam rei, quàm culpæ, & de hac venio ad tale exẽplum. Quidam testator fecit testamentũ: ipse aliquid reliquit alicui ecclesiæ, vel alicui venerabili loco: hæres testatoris distulit soluere id legatũ, donec in iudiciu vocaretur: ille hęres cõuentus actione ex testamento, quæ descẽdit ex quasi contractu, condemnandus est in duplum, & hoc dicit. Frater, actio ista ex testamẽto, de qua fit mentio in isto §. descendit ex quasi cõtractu, vt sup. de obli. quæ ex quasi contractu nascuntur. Alij voluerunt dicere, ꝙ prosequitur hic modo materiam suam inchoatam, & quòd hic tractatur de delictis, & propter delictum est hoc, quod condemnatur ad duplum, videlicet, quia distulit soluere, donec in iudicium euocaretur: sed dico, quòd ex procrastinatione. & pro mora sua condemnatur in duplum. vnde dico, quòd descendit actio illa ex quasi contractu. h. d. Fran. de Aret.

1 † nec.
2 † ad duplum.
3 † qua fur te ablata est.
4 † persequitur.
5 † Quoniã. 6 † &.
7 † al. deest, de damno iniuria dato.

tur quadrupli, [a] siue non [1] † manifesti dupli, [2] † de sola pœna agitur. Nam ipsam rem [3] † propria actione persequitur [4] † quis, id est, suam esse petens, [b] siue fur ipse eam rem possideat, siue alius quilibet. [c] Eo ampliùs aduersus furem etiam condictio [d] est rei.

¶ Vi autem bonorum raptorum actio mista est: quia [5] † in quadruplo, [e] [6] † rei persecutio continetur: pœna autem tripli est.

¶ Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria dato, [7] † mista est, non solum si aduersus inficiantem in duplum agatur, [8] † sed interdum & si in simplum [f] quis [9] † agat: veluti si quis hominem claudum, aut luscum occiderit, qui in eo anno integer, & magni pretij [10] † fuerit. tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi [11] † fuerit: secundum iam traditam [g] diuisionem.

¶ Item mista est actio contra eos, [h] qui relicta sacrosanctis ecclesijs, vel alijs venerabili. locis [i] legata, vel fideicõmissi nomine, dare distulerint, [k] vsque adeò, vt etiam in iu-

¶ LIBELLVS IN ACTIONE FVRTI manifesti.

¶ EX MALEFICIIS. Hic tangitur de actione furti manifesti: in qua sic forma libellum: Dico ego a, contra b, quod ipse palam surripuit equum meum: vnde proponendo contra ipsum actio. furti manifesti; peto eundem in quadam summa pecuniæ nomine pœnæ mihi condemnari. Et erit causa in actione, quam subijci: proponere talis, Quia furtum fecit manifestum. Et eodem modo forma libellũ in actione furti non manifesti. sed hæc est differentia, quia in prima actio. quadruplum est pœna ultra rei restitutionem, ut in hoc §. in secunda vero, scilicet. furti non manifesti, duplum est pœna ultra rei persecutionem.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE VI bonorum raptorum.

¶ VI AVTEM BONORVM. In actione verò ui bonorum raptorum, de qua hic, sic formatur libellus: Dico ego e, contra b, quod ipse à manibus meis talem rem ui rapuit. unde contra ipsum actio. ui bonorum raptorum proponens, peto, eundem b, in quadruplum (re in ipso quadruplo computata) mihi condemnari; ut in hoc §. ui autem bonorum raptorum. & suprà vi bonorum raptorum §. quadruplum. In furto autem manifesto totum quadruplum est pœna. Et erit causa in illa actio. sicut dictum est. Quia talem rem rapuit de manibus meis.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE LEGIS Aquiliæ.

¶ SED ET LEGIS AQVILIAE. ¶ Item in actione legis Aquiliæ sic forma libellum contra negantem: dico ego c, contra b, quod ipse per culpam suam occidit seruum meum, quem æstimo 10. & si negat. se ipsum occidisse, proponendo contra eum act. legis Aquiliæ, peto, eundẽ b, in duplum, s. in 20. mihi condemnari, vt vnum simplum pro damno dato; & aliud pro pœna, quia negauit. Contra confitentem autem formatur libellus similiter, sicut dictũ est sup. proxi. sed simplum petitur. Erit autem causa in priori actione talis, scilicet quia damnum dedit. & sic erit in primo casu pœna; in secundo uero non. Preterea in alio casu est pœ talis, quia si agitur ex primo capite legis Aquiliæ, æstimabitur res, quanti plurimi fuerit retro intra annũ, Si uerò agatur ex tertio capite, tunc æstimabitur res quanti plurimi retro fuerit intra 30. dies, ut sup. ad l. Aquil §. j. j. respon. & §. ex hoc tamen capite. & sup. de act. § sed & legis Aquiliæ. & tunc in ea sic forma libellum: Dico ego e, contra b, quòd ipse occidit seruum meum, qui ualet 10. sed hoc anno valuit 30. vnde proponendo cõtra ipsum actio. legis Aquiliæ, quia debet mihi fieri æstimatio serui occisi, quanti retro plurimi fuerit intra annum: peto eundem mihi in 30. condemnari. Eodem modo forma libellum, si agatur ex tertio capite: sed non fiet ęstimatio, nisi quanti plurimi retro fuerit intra 30. dies.

8 † agitur.
9 † quis.
10 † al. deest, magni pretij.
11 † al. deest, plurimi.

a *Quadrupli.* sed quare plus manifestum furtũ punitur. quam non manifestum; cũ clam facta magis punienda sint. ut ff. de admi. tut. l. non existimo. & ff. de ritu nup. l. vlt. ? Respond. imo magis deliquit qui palam, a quàm qui clam amouet, * vt sup. vi bon. rap. in prin. unde magis punitur, arg. ff. de offi. præsi. l. diuus.

ADDITIO. Sed per hanc solutionem non respondetur contrario in ea al leg. vnde dicas secundum Cyn quem cæteri sequuntur: quia iste tex. procedit in omnino illicitis: contrarium autem in ijs, quæ possunt esse licita, & illicita secundum Ang.

b *Petens.* scilicet rei vendicatione.

c *Quilibet.* ut sup. de ob. quæ ex deli. nas. § fi.

d *Condictio.* scilicet, furtiua, quæ soli domino datur, b & hæredi eius aduersus furem, & eius hæredem; ut ff de condic fur. l. 5. & sup. de obli. quæ ex delicto nascuntur. §. fi.

e *Quadruplo.* vsque, s. ad annum: post annum in simplũ: c ut s. vi bo. rap. in prin. nisi in casu, ut si Iudæus contra Christianum agat; tunc in duplum tm̃ agit; ut C de paga. l. Christianis Sed nunquid & raptor tenetur actione furti manifesti? Dic, ꝙ non, secundum P. quia in duplum tm̃ tenetur, si fur: i conueniatur, ut ff. ui bo rap l. j. nisi in casu, ubi nec in duplum tenetur, s̃m eum, ut ff. de fur. l. si quis ex domo sed certè ibi erat actum actione, vi bono. rap. unde sublata erat actio furti non manifesti, nisi in id, quod excedit, ut ff ui bon. rap. l. j. & ff. de act. & obli. l qui seruum. sed satis d uidetur, ꝙ etiam manifesti furti nomine conueniatur, & in quadruplum, ut arg. ff. de fur l si uendidero. § cum raptor. & l si quis ex domo. licet Pla cõtradixerit, ut dictum est. e

f *In simplum.* ubi contra confitentem datur. nam tunc in simplum, & contra negantem, in duplum, ut hic, & inf. eo. §. at ille. & C. ad l. Aquil. l. contra negantem. & ff. de iniur. l. eum, qui.

g *Iam traditam.* ut sup. de lege Aquil. in prin. Nam ibi diuidit primum caput legis Aquiliæ à tertio capite, ex quo tertio fit condemnatio, quantum res retro ualuit in proximis 30. diebus, ut sup. eod. tit. §. ex hoc capite. Item adiunge f actionem, quod met. causa. nam & ipsa mista est, vt ff. quod met cau. l. si cum except. § 1. Accur.

h *Contra eos.* s. hæredes, uel alios, qui legatis, uel fideicommissis grauati possunt: qm̃ honorati sunt pecuniariter, ut s. de sing. re. per fideic. relic. in prin. & ff. de leg. j. l. planè. in fi.

i *Venerabilibus locis.* quæ multa sunt, & enumerantur in auth. de non alie. §. nos igitur. col. 6.

K *Distulerint.* s. fraudulenter, g vel sine iusta cã: aliàs nõ puniuntur, ut ff si cert. pet l. quod te. & ff de usur. l. sciendũ. & ff de pet. hære. l. illud. in prin. Et nota, quem puniri ex procrastinatione, uel dilatione illicita. sic ff. de eden l præ tor. §. sed & si seruus. in fi Et est speciale h in his legatis, in alijs legatis, vel fideicommissis non præstatur duplum, sed vsuræ currunt ex mora, uel saltem post contestationem litis, i & fructus rerum restituuntur, ut C. de usu. & fruct. lega.

a Hoc uerum in his quæ sunt de genere prohibitorum, secus in his, q̃ possunt esse li cita Nic. Bal Io Fa. Fla. Arg. & Ias.
* Quod est mo s. ii, ꝙ ne non est quia Beau quoniam te ita sũt pec cata. Ps 31. iuxta illud Peche secret est à demy par donne. Acc Petr.
b Idẽ Nic.
c Idẽ Nic. & Ia. & est de mente aliorum.
d Idẽ Dy. Io. Fab. & Arg.
e Cũ opinione istius gloss. transeunt indistincte. do hic.
f Idẽ Nic. Fab. Pla. Ang. & Ia.
g Idẽ præ di. scrib.
h Idẽ Nic. Fa Plac. & Ias.
i Non est opus his contestatione secundum Ias.

lega.seu fideicom.l.j. Item hæc legata habent in alio priuilegium, vt si indebitum soluatur, nō repetatur, vt s. de obliga. quæ ex quasi contractu. in fin. Quid si primò negauit, postea confitearur? respon. potest pœnitere, a cum exoneret actorem a probando, vt ff. de iureiur. Leum, qui. in prin. arg contra ff. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus in princ. Itē quid si confessus est, & postea negat? Resp. punitur, cum ultima mora noceat: vt ff. de peric. & commo. rei uē. l. illud. b Item quid si non inficietur, sed dicat, non valere, vel aliam proponat rōnabilem cām? Respond. quidam, q punitur: ne inueniatur via, per quam negantes suam exerceant auaritiam: vt s. ui bo. rap. §. quia tamen. Alij cōtra, qđ c verum puto, ut inf. eo. §. at ille. Item nunquid hoc in legato generali, & speciali locum habet? Resp. sic secundum Io. cum vtrunque sit legatum, ut sup. de fideicom. hære. §. fi. & C. de fideicom l. fi. in prin Item quid si duplum non potest soluere? respond. luat in corpore; ut ff. de pœn. l. j. §. generaliter. & C. de ser. fugit. l. quicunque § quid si. & in glo. castigatio. & ff. de in ius voc. l. pen. & ff.

a Hoc uerū, qñ ecclesia uellet uti confessione & per eā probarit legatū: Alias secus Ni. Fa. Pla. & Ias.

1 † *in ius.*
2 † *aut summam.*
3 † *legata est.*
4 † *cogitur*
5 † *Theop.* τοσοῦτον.
6 † *condemnationem esse.*

dicium [a] 1 † vocantur. tunc enim & ipsam rem, vel pecuniā, [2] † quæ relicta est, [3] † dare compelluntur, [4] † & aliud tātum [5] † pro pœna, [b] & ideo in duplum eius fit cō demnatio [6] †.

Actio familiæ erciscundæ pro diuidenda hæreditate: & actio communi diuidundo, pro re particulari; & actio finium regundorum, pro diuidendis fundis, dicuntur actiones mistæ, scilicet, reales, & personales, vel potius mistam causam habent, in quibus iudici licitum est vni partium adiudicare rem, si æquum sibi videbitur. Aret.

b Hanc cōclusionē, & pcedentē limita, nisi interuenisset iustus error; quia fortè excusaret, ut per Ioā. Fa. hic.

c Istam gl. usq; ad fin. sequuntur Nic. Fab. Pla & Ias.

d Hoc uerū, si negauerit; alias requiritur uocatio in iudicium. Ias.

e Ista glo. est sin. secundū Ias.

* Adde Fely. in c. transfato. nu. 12. de consti.

f Et bene Ang. & Ia.

g Imo sui Fab. Ang.

a *In iudicium.* quid si in iudicium non vocantur, sed aliàs sunt in mora? Respon. quidam adhuc idem, ut dupletur: d sed hic lex contradicit Item in dubijs pœnæ sunt molliendæ, vt ff. de pœnis l. interpretatione. Sed dicam currere vsuras, & fructus deberi ex mora, e & ipsa re, i. sine interpellatione dicam moram committi, ad instar minorum, quibus legata debentur, ut C. in quib. cau. in inte. rest. non est necess. l. in minorum item quid si reipublicæ uel fisco relinquatur; Videtur, q idem sit, quod hic dicitur: cum ius diuinum, & publicum simile sit: * vt C. de sacrosf. eccl. l. fi. & in auth. de non alienan. §. si minus. col. v. Sed dico contra: f quia pœnæ sunt molliendæ, ut diximus. ut ff. de pœn. l. pe. Item quid in redemptione captiuorum? Videtur idē: quasi sic rei uenerabili sit relictum. Sed certè non extendam, g scilicet, id, quod dicitur in hoc §. ad hunc casum: cum sit pœna. Item quid si Deo, uel alicui sancto; uel administratori, quæ idem valent, ut in auth. de eccl. tit. §. si quis in nomine. col. 6. & ff. ad leg. Falc. l. i. §. si quis & § ad municipium? respon. locum habet hic. §. quia uenerabili loco est relictū, ut ff. de annu leg l. annua. §. a Tiria.

ADDITIO. Nota ex hac glo. quod in pœnalibus non fit extensio de similibus ad similia; quando pœnę imponuntur, habito respectu ad priuilegium alicuius personæ, etiam si ipsi casus essent a iure æquiparari, ut pulchre per Ias. hic, qui allegat duas glosas iuris canonici contrarias. ui de per eum.

b *Pro pœna.* si hæc est ratio. ut sit mista; patet quòd condictio ex l. illa, si quis in tantum. sit mista, ut C. unde vi. l. si quis in tantum. Item & illa condictio, quæ datur ex Constantino: ut C. finium regund. l. si constiterit. & omnes illæ actiones, ubi & res, & aliquid pro pœna petitur, quod verum est.

¶ QVAEDAM ACTIONES. ¶ Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum generale. Secundo, illud per exempla declarat. Tertio ponit, quæ possunt esse partes iudicis in istis actionibus. Secunda ibi, Qualis est. tertia ibi, In quibus trib. &c. Aret.

¶ CASVS. Dictum est suprà de quibusdam actio. quæ mistæ sunt tam rei, quàm pœnæ, ponit modo de quibusdam mistis, quæ sunt tam in rem, quam in personam. Et scitote, quod posset dici, quod hic adijcitur tertium membrum illius diuisionis, quam habuistis suprà eod. in princ. ubi dicitur, quod actionum quædam sunt in rem, & quædā in personam. Et ita posset addi tertium membrum, quod hic ponitur; scilicet quod quædam sunt mistæ ut ibi dictum est de actione hac, quæ est mista in rem, & in personam. Ponit hic dominus Iustin. mihi tria exempla. Primum exemplum est in actione in factum, quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Secundum exemplum est in iudicio communi diuidundo, quod reditur inter eos, inter quos aliquid est commune sine societate, vt diuidatur. Tertium est exemplum in actio. finium regūdo. quæ habet locum inter eos, qui confines agros habent. Et in his tribus iudicijs licebit iudici ex bono & æquo uni rem adiudicare, & illū, cui res est adiudicata, in certa summa pecuniæ alij condemnare. hoc dicit Fran.

¶ 7 † Quædam actiones [c] 8 † mistam causam obtinere vidētur, tam in rem, quàm in personam: ¶ Qualis 9 † est familiæ [d] erciscundæ actio,

7 † *Sunt.*
8 † *Quæ.*
9 † *talis.*

¶ LIBELLVS IN actione familiæ erciscundæ.

¶ Hic tangit de actione Familię erciscūdę, quæ habet locum inter cohæredes, & nascitur ex quasi contractu: ut s de oblig. quæ quasi cōtractu nascun. §. idem iuris. dum tamen ambo possideant, uel cō fiteantur se hæredes. & fortè in ea formatur libellus sic: Dico ego g, contra s, quod fuimus cohæredes in tali hæreditate: vnde proponendo actio. Familiæ erciscundæ contra illū, peto, illam hæreditatem diuidi. Et dico, quòd in ista actio. & duabus sequentibus permittitur iudici rem vni adiudicare, & illum alteri in certa summa pecuniæ condemnare, prout ipsi videbitur. & erit causa in hac actione, Quia fuimus cohæredes.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE COMmuni diuidundo.

¶ Item simili modo formabis libellum in actio. Communi diuidundo, quæ habet locum inter eos, quibus est aliqua res communis sine societate, ueluti legata, uel donata: unde oritur ex quasi cōtractu: ut supra, de oblig. quæ ex quasi contrac. §. item si inter aliquos.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE FINIVM regundorum.

¶ Est & actio Finium regundorum, de qua hic loquitur. in qua ita formatur libellus: Dico ego b, contra c, quod inter me, & ipsum habemus duos fundos, ipse unum, & ego alium, adeo confines, quod uix possent agrorum fines discerni. vnde proponendo contra ipsum actio. Finium regūdorum, dico ego, & peto, ut fines diuidantur, & merè discernantur, sic ut finalis iurgij quæstio, siue controuersia inter nos sopiatur.

c *Quædam actiones.* hic adijcitur fm quosdam h tertiū mēbrū illi diuisioni, quam habes suprà eo §. 1. ut ibi diximus.

d *Familiæ erciscundæ actio.* ista ideo sic dicitur, quia familia pro hæreditate ponitur, & erciscundæ idest, diuidendæ nā ercisco, cis, idest diuido, diuidis, quasi dicat actio diuidendæ hæreditatis. Item ideo dicitur mista, quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo, & quo ad hoc est in rem: item partem uice consortis, & ut ab eo: quia porrio mea erat sua, & quo ad hoc est personalis. i Vel ideo dicitur mista, k quia in ea petuntur, dominia rerum corporalium non dari: sed tradi, uel assignari pro parte sua: & in hoc dicitur realis Item petuntur fructus, si alter tantum eos percepit, vel solus impensas fecit: & hæc petuntur dari. idest ut fiant sui, cui dantur; & propter hoc dicitur personalis: ut ff. familię erciscundæ l. item Labeo § familiæ, & suprà de obligationibus ex quasi contractu. §. item si inter. suprà eodem. § sic itaque. Sed quanto tempore durat? Respond. triginta annorum l inspecto potius, quòd sit personalis: ut C. de anna exceptio lege prima Item quæro, ex quo nascitur? Respond secundum Mar. ex uoluntate agentium, ut ff. familiæ erciscundæ, lege prima Sed certè ideo ex quasi contractu, ut supra de obl. quæ ex quasi contra. §. Item si inter. in fi. Acc.

h Et male Bald. Fab. Ang. & Ia.

Actio famil. ercis. quare est mista.

i Glo. inepte loquitur. Ias.

k Istam sequitur Fa. Ang. & Ia.

l Qñ alter rērum possidet: secus si ambo. Ang. & Ia.

a *Communi diuidundo*. quæ sunt hic loco personalium præstationum, & quæ loco realium, dic eodem modo, ut proxime diximus in actione Familiæ erciscundæ, & idem in proximo casu, & facit ad hunc §. ff. communi diuidundo. l. per hoc iudicium. §. sicut.

quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item [1] † communi diuidundo, [a] quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune [b] est, ut id diuidatur. item [c] finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines [d] agros habent. [2] † ¶ In quibus tribus [e] iudicijs permittitur [f] [3] † iudici, rem [4] † alicui ex litigatoribus ex bono, & æquo adiudicare: [g] [5] † & si vnius pars prægrauari uidebitur, eum inuicem [6] † certa pecunia alteri condemnare.

Quarta diuisio actionum. Nulla actio extenditur extra quadruplum; & in simplum agitur regulariter ex omni contractu: in duplum verò ex furto non manifesto, & ex lege Aquilia, & ex seruo corrupto, & ex deposito in quatuor casibus, & ex legato facto venerabili loco. In triplum vero, quoties agitur in plus debito, vt aduersarius maioribus sportulis ab executore prægrauetur. In quadruplum verò furti manifesti, & quod metus causa. hoc dicit. Aretinus.

¶ Omnes [h] autem actiones vel in simplum conceptæ sunt, uel in duplum, uel in triplum, uel in quadruplum: 7 † ulterius [i] autem nul-

b *Aliquid commune*. scilicet sine societate, uel cum societate, ut ff. pro socio. l. quibus. & l. si actum. & supra de obli. ex quasi contractu. § itē si inter.

c *Item finium regundorum*. scilicet, est mista: ut hic. & ff. finium regundorum. l. sed & loci. §. in iudicio.

d *Confines*. quid si domos habent conuicinas? Respondeo non habet locum si hincinde sint domus, *a* vt ff. fin. regun. l. 4. in fi §. iudicium. *b* vbi ponitur differentia inter confinium, & vicinum. Si autem ex altera parte tantum sit domus, ex altera fundus, tunc locum habet utile iudicium finium regundornm, vt ff. fin. regun. l. ij. in princ. Et adiunge his tribus actionibus mistis quandam aliam, scilicet hæreditatis petitionem, *c* vt ff. de petit. hæred. lege, hæreditatis. & ff. de peti. hæreditatis. l. si bonæ fidei. §. fina. *d* Item quid de omnibus noxalibus actionibus? Videtur enim, quod sint in rem, quia contra quemlibet possidentem seruum datur: vt infrà de noxalib. lege actio. §. omnis autem. Item quid de actionibus de tigno iniuncto. nam & hæc datur cō tra quemlibet possidentem: vt ff. de tigno iniuncto. l j in fine. Item quid de actione, Quod metus causa. nam & hæc quemlibet possidentem perquirit: ut ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. Pedius. Item quid de actione in factum, quæ datur contra eum, qui aliquid habet in loco publico positum: ut ff. ne quid in loco publ. l. secunda. §. antepenul. Item quid de actione in factum, siue interdicto, Quod ui aut clam. nam & hæc contra possidentem datur: vt ff. quod ui, aut clam. l. competit. in fine. Item quid de actione ad exhibendum. nam & illa possidentem persequitur, sicut & cæteræ superiores, unde videntur omnes in rem: ut ff. de actio & obl. l. actionum genera. Quidam dicunt eas anomalas, idest nec in rem, nec in personam. Sed dic, omnes esse personales, *e* ut patet in actione ad exhibendum, ut ff. ad exhiben. l. 3. §. est autem personalis, hæc actio.

ADDITIO. Dicunt doct. quòd omnes actiones, de quibus in glo. sunt personales in rem scriptæ, ut in dicta l. 3. §. est autem personalis, ubi glo. prima, quæ est magistralis.

e *Tribus*. scilicet. familiæ erciscundæ, communi diuidun. finium regun.

f *Permittitur*. a lege. Accur.

g *Adiudicare*, & quod adiudicare, statim fit eius, cui adiudicatur: ut inf. de offi. iud. §. fi.

Diuisio. ¶ OMNES AUTEM. ¶ Hic ponitur quarta diuisio actionum, ut dicitur in glos. quia quædam dantur ad simplum, quædam ad duplum, & triplum, & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum generale. Secundò illud per multa exempla in quolibet membro declarat. Tertio ponit aliquas differentias inter exempla. Secunda ibi, In simplum agitur. Tertia ibi furti quidem h. d. Areti.

¶ CASUS, Post alias diuisiones superius positas, ponit hic unam aliam diuisionem dominus Iustinianus, quæ talis est. Omnes actiones, siue sint in rem, siue in personam, sunt in simplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum. ultra autem quadruplum nulli actio pœnalis debet extendi. Et secundum est, quod si diuisio posita suprà in illo §. sequens diuisio, esset quarta, secundum quod malè inuenitur scriptum in omnibus libris communiter, tunc esset hæc quinta diuisio, prout ferè in omnibus libris reperies: sed sicut suprà dixi in illo §. sequens illa diuisio, ponitur tertia diuisio, & hæc est quarta, ut in fine glossæ signatæ super illo uerbo, actionis. Addere etiam potes, quod quidam dicunt, quòd multum refert, an aliquis stipuletur pœnam per uerba respectiua, significantia, uel designantia qualitatem, & huiusmodi uerba sunt, duplum, uel triplum: uel uerba simplicia, puta, promittis mihi centum nomine pœnæ, uel ducenta, uel mille? In primo enim casu non potest esse ultra quadruplum: In secundo casu bene potest etiam ultra quadruplum, & sum in nec. In simplum & cætera. Dictum est supra, quod omnes actiones, aut sunt in simplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum; modo uideamus, quæ sunt illæ actiones, quibus agitur in simplum tantum, & enumerat eas in litera hoc dicit. Franciscus.

h *Omnes autem*. hæc est quarta *f* diuisio, quæ fit in hoc titulo.

i *Ulterius*. scilicet ultra quadruplum. Sed contra in lege Aquilia, ubi occasione uilis serui interfecti agitur ad unam hæreditatem perditam, quæ ualet centum marcas, *g* ut suprà ad legem Aquiliam. §. illud. Item contra de eo, qui uilem clauum de naue abstulit; quare tota nauis perijt: nam ad totum damnum tenetur, quòd etiam in quadruplum, & ultra excedit, ut ff. de incendijs, ruina naufragio. l. 3. §. senatusconsulto. Item aliud contra. in actione ex empto, ubi occasione pecoris morbosi, totus meus grex contaminatus est; uel occasione tigni uitiosi tota domus corruit, ut ff de act. emp. l. Iulianus. in princ. Sed certe his tribus contrarijs non agitur ad aliquid, quod sit pœna, inspecta persona agentis; *h* sed totum est suum interesse. nam hunc §. intelligo, quando pœnalis est actio ex utraque parte. Item cōtra in eo, qui manumisit seruum alienum in præsentia principis: nam duo mancipia domino, & tria similia dat fisco, & ita in quintuplum damnatur: ut C. de ijs qui a non do. manumit. l. fi. Item contra in eo, quod dicit lex: si dedi tibi pecuniam, ne mihi calumniam faceres; & ab alio accepisti, ut mihi calumniam faceres, in octuplum mihi teneris: ut ff de calum. l. & generaliter, §. fina. Sed certe primo casu præstatur pœna diuersis, non uni; *i* nec est ibi aliqua præstatio ultra quadruplum. In secundo autem casu non una actione habeo octuplum, sed duabus. Item contra in eo, quòd dicitur, si dedisti pecuniam, ne mihi fieret calumnia. nam tu repetis, quod dedisti, & ego in quadruplum persequor: ut ff. de calum. l. si quis ab alio. in princip. Sed certè duobus fit præstatio, & neutri ultra quadruplum. Item cōtra in eo, quod dicit lex, manumissum in seruitutem reuocari occasione leuis offensæ;

1 † al. in.

2 † & de finibus inter se concedunt.

3 † promissum est.

4 † Commune.

5 † adiicere.

6 † al. in certa.

7 † Th. al. tra quadruplum nulla esse actionem cōpetentem.

a Ista glo. sequuntur Fa. & Angel.

b Dic & l. ij. in princ. eo. ti. & est ratio: quia in agris facilitet turbantur cō finia: non sic in vrbanis: ideo in rusticis in spē fuit ꝓuisū. Ang.

c Imò est realis origine; licet habeat quasdam personales ꝑstationes. An. & Ioā.

d Aliàs est lex, sed & si lege. §. Petitio.

e In rē scriptas. Ang. & Ias.

f Potest sustetari qu ta. Ia.

g Octo uncię faciunt marcā. Ia.

h Istam sequuntur Cyn. Nic. Fa. Ang. & Ia.

i Bene dicit glo Nisecus esset si uni. ff. de act. & obli. l. cū ex uno. possunt. n. plures actiones ex eodem crimine acquiri diuersis. ff. de iniu. §. patitur, nec vna te missa, alte ra tollitur vt ff. de iniu. l. i. §. fi. facit pro pdictis. ff. de act. & obl. l. quoties.

fensę; & ita pœna immensum excedit, ut C. de lib. & eorum lib. l. si manumissus. Sed dic, ꝙ illa est accusatio, non actio. Vel dic, ꝙ non præstatur pœna, habito respectu ad rem. Item contra in eo, qui surripuit seruum fiscalem. nam damnatur in 12 lib. argenti, & seruo restituẽdo. C. de seruis fugit. l. si quis seruũ. Sed ibi non fit relatio ad ipsam rem uel ad simplum. Est enim hic. § intelligendus quando actio est pœnalis, & in pœna ad ipsam rem habetur respectus. b Item cõtra supra de inut. stip §. alteri. Nam ibi inspicitur quanta sit pœna. sed tota exigitur, sed ibi non habetur respectus ad ipsam rem. Vel dic aliud in pœna conuentionali, ut ibi: quã in legali, ut hic. Item cõtra in eo, ꝙ dicitur eum, qui emit, administrationẽ. Nã qui accepit pecuniã ab electo. quadruplũ reddet, & sua bona confiscantur, & cingulo priuatur, ut ĩ Aur. ut iud. sine quoquo suf. §. sic igitur, in fi. columna 2. Sed illud fit per accusationem, non per actionem.

a Idẽ Nic. Fa. & Angel. dicit tñ Ia. ꝙ ꝓcedẽs solutio est veriore iam ad istud contrariũ. b Ista solutio pluries reprobatẽ per Ias. q̃uis placeat Fa. Pla. & Ias.

1 † *vero.*

2 † *meus fugit.*

la actio extenditur. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quampluribus causis.

Quinque actiones hic positæ dantur ad duplum. h. d. Aret.

¶In duplum [1] † agimus, veluti furti [a] nec manifesti, damni iniuriæ ex lege Aquilia, [b] depositi ex quibusdam[c] causis. Item serui corrupti, quæ competit in eum, cuius hortatu, consiliovè, seruus alienus fugerit: [2] † aut contumax aduersus dominum [3] † factus est, aut luxuriosè viuere [4] † cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. [d] In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo seruus abstulerit, æstimatio deducitur. [e] Item ex legato, quod venerabilib. locis relictũ est, ẽm ea, quæ suprà diximus. [f]

¶IN DVPLVM. ¶CASVS. Dictũ est iam, quæ sunt actiones quæ dantur ad simplum, modo vidẽdum est, quæ sunt actiones, quæ dantur ad duplum. Et de hoc ponit Iustinianus quinque exempla. Primum est actio furti non manifesti. Secundum actio legis Aquiliæ. Tertium actio depositi in quatuor casibus, scilicet, incendio, ruina, naufragio, & tumultu. Quartum est actio serui corrupti, quæ competit contra eum, cuius hortatu seruus alienus quolibet modo deterior factus sit. Quintum est actio ex testamẽto, quæ datur alicui pro venerabili loco relicto, quod quidem legatum hæres distulit soluere, donec in iudicium vocaretur. & h. d. Et no. ꝙ magna est differentia inter ista quinque exẽpla, quanquam hic coniungantur, tanquam essent actiones similes. Duæ enim actiones, furti non manifesti, & serui corrupti a principio sunt pœnales. Aliæ duæ scilicet act. l. Aquil. & depositi in quatuor casibus non nisi per inficiationem. Tertium autem habet singulare furtum: quia pœna lis est per inficiationem, & per nimiam procrastinationem. & ad istam differentiam manifestandam haberis supra eo. §. sed furti. Fran.

¶LIBELLVS IN ACTIONE SERVI CORRVPTI.

¶Hic tangitur de actio. serui corrupti; & illa datur contra eum, qui seruum alienum hortatu, vel consilio corrupit in animo; vt supra de obl. quæ ex malefi. §. unde illud quæsitum. & C. de fur. & ser. corru. l. si quis seruo alieno suaserit. & ff. de ser. corr. l. j. §. persuadere. & quasi per totum tit. Vnde in hac actione sic formatur libellus: Dico ego contra b, ꝙ ipse persuasit seruo meo, vt aufugeret, & aufugit; & sic eum corrupit: vnde proponendo actionem serui corrupti, peto ipsum b. in duplum. scilicet, pro deterioratione in decẽ, & pro pœna in alijs decem mihi condemnari. Et erit causa in hac actione talis, scilicet Quia seruum corrupti, quam sufficit proponere loco actionis.

a *Furti nec manifesti.* vt suprà, de obligationi. quæ ex deli. nascun. §. pœnæ.

b *Ex lege Aquilia.* puta per inficiationem, ut infrà eodem. §. ad ille.

c *Ex quibusdam causis.* veluti, quòd tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum est, ut supra eod. § rei persequendæ.

d *Deterior factus sit.* scilicet in mente. nam si in corpore locum habet lex Aquil. ut suprà de l. Aqui. in princ. & hoc siue fiat de bono malus; siue de malo deterior, ut ff. de ser. cor. l. j. §. persuadere, vsque in fi. & l. seq.

ADDITIO. Nota differentiam inter istam actionem serui corrupti, & actionem legis Aquiliæ pro seruo, quia illa cõpetit, quoties in moribus seruus est deterioratus: sed lex Aquilia habet locum, quando mores non mutantur, sed corpus læditur, ut ibi. Ang.

e *Aestimatio deducitur.* ut omne cum ipsa re damnum dupletur. siue permanerit res, quam secum seruus portauerat, ad ipsum solicitatorem, siue ad alium ut ff. de ser. cor. l. in hoc iudicio. Sed nunquid iure actionis fit hæc æstimatio, vel iudicis officio? Respond. fit iudicis officio, secundum Ir. ita fit in actione, quòd metus causa. l. si cum exceptione. §. primo, & §. quadruplatur. d Sed pro filio corrupto, vel pro filia qualiter agitur? Respondeo habet utilem hanc actionem, e vt ff. de ser. cor. l. ut tantum. §. primo. vnde dicunt, quod ueniet interesse patris consistens in operis filij: quia non vult operari. & cum sit corruptus, aliud quàm opera non potest æstimari: quia liberum corpus non recipit æstimationem, vt ff. de ijs, qui deiec. uel effu. l. fina. habet enim istam utilem, ac si esset in bonis; & erit in eam, scilicet, summam, quam ipse æstimauerit suo iureiurando, vt de actione iniuriarum dicitur, ut supra de iniur. §. pœna. & ff. de iniur. l. constitutionibus. vel dic, quod primo estimat iudex summam, ad quã competit, ut ar. ff. de custo. reorum. l. si quis reum.

f *Diximus.* supra eo. §. item mista. f

c Scilicet tũc illarũ. & æstimatum: secus in eo, ꝙ postea sequitur: ꝙ facit, utile, qui defloraulit virginem, aut persuasit alicui, vt semel vnum malũ faceret, vt nõ teneatur ꝓ fornicationibus cum alijs viris, vel cæteris malis postea cõmissis, ut per Io. Fab. & An. hic.

3 † *in me.*

4 † *prodige viuit.*

d Istud impugnant cõiter doctor hic: imò totũ uenit iure actionis.

e Sequunt̃ hanc glo. Nic. Fab. Angel. & Ia. & idẽ ĩ marito ꝓ uxore ẽm eosdem.

f Versi. & sub §. ex maleficiis.

Actor petens per dolum in libello maiorem quantitatẽ, quam debeat, vt reum maioribus grauet expensis, tenetur in triplum eius damni, quod reus passus est, in quo triplo continetur simplum pro damno. Aret.

¶TRIPLI VERO.

¶CASVS. Dixi vobis exempla illarum actionum, quibus agitur in simplum, & illarum, quibus agitur in duplũ. Modo ponam vobis exemplum de quadam actione, quæ vocatur condictio ex l. noua: & illa datur in triplum. Scire autẽ debetis, quòd olim erat consuetudo, quòd viatores. & nuntij iudicum, qui citationes faciebant, exigebant nomine sportularum magis, aut minus a reis in iudicium conuentis, secundum quod maior, uel minor quantitas erat repetita. Quidam ergo ad hoc, ut me reum grauaret in sportulis præstandis, executori maiorem quantitatem in libello suo inseruit: dicitur in l. quod quicquid damni reus passus est per malitiam actoris in isto casu, triplum consequetur ab actore. Sed domine, quæ actione? Frater, condictione ex quadam. l. noua, quæ in nostro C. refulget. Et sciatis, quia l. illam nouam inueni hic, & fortè fuit in C. veteri. quem non habemus, & constitutio ista, siue lex noua a l. condictitia emanauit. Erat enim l. condictitia olim, sub qua erant multæ constitutiones. Sportulæ autem dicuntur salaria, quæ dantur nuntijs iudicis, & sic vocatur illud, quod datur pro eo, In quo datur, sportula Sporta enim, uel sportæ. uel sportula est quoddam genus uasis. De istis, sportulis habetis specialem rubricam in princ tertij C. de sportul. Fran.

¶LIBELLVS IN ACTIONE EX LEGE condictitia.

¶ Hic tangitur de condictione ex lege, quæ nascitur ex lege condictitia: & datur ad triplum contra eum, qui maiorem summam in libello conuentionali, quàm deberet, inseruit, ut aduersarius eius in præstatione sportularum grauaretur, sit in hoc §. tripli. & in ea sic formatur libellus: Dico ego a, contra b, quòd ipse in libello conuentionali contra me porrecto maiorem summam, quam deberet, inseruit, ut ob hoc me grauaret in præstatione sportularum, occasione cuius maioris quantitatis damnificatus

catus sum in decem solidis. unde proponendo contra ipsum b, condictionem ex lege, peto, cum in triplum, scilicet, in 30. solidos, uidelicet in 10. nomine damni dati, & in 20. nomine pœnæ mihi condemnari. Et condictione ex eadem lege agitur contra executorem pro, eo quod exegit maiores sportulas a reo quàm deberet secundum quantitatem in libello comprehensam. & formatur libellus mutatis murandis, ut supra proxi. scripsi.

¶ Tripli verò agimus, cum quidam [a] maioré vera æstimatione[1] † quantitatem libello [b] conuentionis inserunt, [2] † vt ex hac causa viatores; idest, executores litium ampliorem summam sportularum [c] *nomine exigerent. [3] † tunc. n. id, quod propter eorum causam dânum passus fuerit reus, [d] in triplum ab actore consequetur; [e] vt in hoc triplo etiam simplú, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, [4] † quæ in nostro Codice [f] fulget, quam proculdubio [5] † est, ex lege condictitia [g] emanare.

Iste §. summatus est cũ §. omnes autem. & tamen in specie. h. d. Quatuor actiones hic positæ dantur ad quadruplũ. Ang.

¶ Quadrupli autem agitur: veluti furti [h] manifesti, item de eo, Quod metus [i] causa factum sit, deque k [6] † ea pecunia, quæ in hoc data sit, vt is, cui datur, calumniæ

1 † *vera æstimationis*
2 † *inserunt.*
* *Vide in hũc locum Alcia. lib. dispun. 3. c. 17.*
3 † *exegerint.*

a *Cum quidam*. scilicet, actores.
b *In libello*. hic no. duo. Primò, quod libellus est faciendus in causa: quod est verum iure nouo, ut hic, & C. de epis. & cler. authen. generaliter. & C. de lit. contest. auth. offeratur. nisi in quatuor casibus quos no. in auth. de man. princ. §. sit tibi. collatio. 3. *a* Aliud est in iure veteri. *b* nam tunc non fiebat, nisi ex voluntate, ut ff. de eden. l. j. nisi in casu, ut C. de dig. l. quoties lib. 12. Item secundo no. quod quantitas certa est in libello comprehendenda, uel res. & ita etiam in personali actione debet actor certificare reum: vt hic, & in auth. de litig. §. ad excludendas. col. 8. & ff. de rei uen. l. si in rem. §. & si vestimenta. *c* Tertiò nota, quod sportulæ, uel salaria, quæ dabantur executoribus, idest nuntijs, qui faciunt homines repræsentari; & alias, qui faciunt huiusmodi citationes, pro suis officiis dabantur secundum quantitatem petitam: ut hic dicit. Sed hodie magis secundum consuetudinem, *d* vel longitudinem itineris: vt C. de epis. & cler. authen. sed hodie. Et dicas, quod hic dicitur ex hac causa, esse causatiuè, non consecutiuè dictum. Sed istæ sportulæ, quæ iudicibus dabantur, certæ sunt: nec crescunt, licet quantitas petita sit magna: nec decrescunt licet sit parua, *e* vt in authen. de iudi. §. ne autem. col. 6. Item no. quod reus soluebat huiusmodi sportulas, vt hic & C. de epis. & cler. authen. generaliter. sed actor ei restituebat, nisi iusta causa eum vocasset, & ff. de iud. l. eum, quem temere. Item nota adhuc quod huiusmodi sportulæ quibusdam prorsus remittuntur, ut pauperibus, ut in auth. de man. princ. § oportet. col. 3 a quibusdam pauciores exigebantur, ut a clericis, ut C. de episco. & cleric. cum clericis. & in authen. ibi posita, sed hodie. Alijs autem per priuilegiũ principis viuentis remittuntur in totum, uel pro parte, vt C. de fruct. & lit. expen. l. si. Sed quæro, si hæ personæ, quæ hñt priuilegium, scilicet de non soluendo sportulas, sportulas soluant: an habeant actionem in triplum? Dicunt quidam, quòd sic, ne fauor noceat eis, ut C. de legi. & constit. l. quod fauore. Alij dicunt, quòd non, quasi suo iuri, idest priuilegio stultè renuntiauerint, cum uolentes soluerint: quod possunt, ut C. de pact. l. si quis in conscribendo. quod uerius est.
f Si autem inuiti exacti sunt, in quadruplum contra exactorem, uel executorem agitur, ut infra eo. §. quadrupli. Sed cum hodie caueatur de duplo restituendo: ut in authen. de execu. §. 1. coll. 7. videtur corrigi, quod hic dicitur. Vnde hodie nulla est actio in triplum: quod uerum. puto. Sed alij dicunt, si cautio est omissa, habet locum, quod hic dicitur; alias habet locum auth prædicta.
ADDITIO. Hæc communiter reprehenditur; quia ille §. 1. in authen. de execut. & auth. libellum. C. de litis côtest. loquuntur in diuersis tit a rex. nostro uide hic per dominũ Ias.
c *Sportularum*. Ideo sic dicuntur: quia in sportulis quibusdã oblationes huiusmodi ponebant. Est autem genus vasis sportula, uel sporta.
d *Reus*, aliæ sportulæ, quæ iudicibus præstabantur, ab utroque præstabantur, ut in authen, ut iud. sine quoquo suffra. §. volumus. col. 2. Item istæ sportulæ, quæ dabantur executorib. dabantur ante lit. contest. s. porrecto libello: istæ aliæ in contestatione causæ g dabantur iudicibus, ut in

a Melius allegasset gl. §. sancimus. ĩ authen. de exhib. Fa. Pl. Ang. & Ias.
b In cã ciuili; secus in criminali. Fab. Pla. Ang. & Ias.
c Idẽ Ia. licet Fab. & Angel. dicãt, qđ est de iure.
d Istã secũdam partem sequũtur An. & Ias.
e Dummodo excedat sũmã centũ aureorũ. Fe. Pla. Ange. & Ias.
f Idẽ Ias. quicquid dicat Pla. & Ang.
Actio nulla hodie datur ĩ triplum.
g Quæ ad

auth. de exhi. §. sancimus. col. 5. & de iud. §. ne autem circa hoc labor. col. 6.
e *Consequetur*. condictione ex hac lege Græca, ut subijcit: quæ erat in alio codice: non autem est in eo, quem habemus. Et patitur actor hanc pœnam tripli siue sine dolo, siue cum dolo inseruit; & sic causatiue, uel consecutiuè dr. *b* Sed nonne et cũm amittit. ut C. de plus pet. l. j Sed certè ibi plus deliquit: quia in certa mine negotij cautionẽ de petitis exegit: vnde grauius punit, ut arg. ff. de offi. præs. l. diuus.
f *Codice*. quem nõ habemus.
g *Ex lege condictitia*. lex quędam erat, quę cõdictitia uocabatur, & sub se quasdam cõstitutiones habebat, ut hic, & inf. eo. §. itẽ ex l. condictitia. Acc.
¶ QVADRVPLI.
¶ CASVS. i Dixi uobis duo exempla illarum actionum, quibus agitur ad simplum, & illarum, quibus agitur ad duplum, & earum, quibus agitur ad triplum. Modo videndum est de actionibus, quæ dantur ad quadruplum. & certè ad quadruplum agitur per actionem furti manifesti, & per actionem, Quod metus causa, & per actionem in factum, quæ descendit ex edicto de calumniatoribus, quæ locum habet, quando aliquid datur alicui, ut aliũ calumniosè vexet. Datur enim tunc actio in factum quæ est in quadruplum, ei, ad cuius malum id da-tum fuerit. Quartum exemplum est in condictitia act. ex l. vnde dicit Iustinia. quod ex nostra constitutione oritur, quæ imponit pœnam quadrupli illis executoribus litium, qui plus exigunt, quam fuerit statutum, contra constitutionis nostræ normam.

¶ LIBELLVS IN ACTIONE IN FACTVM, Quæ descendit ex edicto de calumniatoribus.

¶ Hic tangitur de actio. in factum, quæ descendit ex edicto de calumniatoribus & datur in quadruplum ad annũ, post annum uero perpetuo in simplũ: ut ff. de calum. l. j in prin. & habet locum contra ipsum, qui a me aliquid recepit, ut me calumniosè vexet. in vtroque enim mihi datur actio cõtra eum, vt ff. de calumn. l. generaliter. §. fina. Et in sic formabis libellum. Dico ego t, contra s, quod ipse accepit decẽ a Mæuio, ut calumniosè me vexaret. unde proponendo cõtra ipsum actio. in factum, peto eundem in quadruplũ, scilicet, in decem, quæ accepit, & in 30. nomine pœnæ mihi cõdemnari. Et erit causa in ista actio. quam sufficit proponere, hæc scilicet, Quia decem a Mæuio accepit, vt mihi faceret negotium calumniosè. Si autem a meipso accepit vt te non vexaret calumniosè, sic forma libellum. Dico ego t, cõtra s, quod ipse accepit a me decem ne me calumniosè vexaret, & moueret mihi litem. vnde proponendo actio. in factum contra ipsum, peto ipsum in quadruplum, scilicet in decem quæ accepit a me. & in 30. nomine pœnæ condemnari. Et erit in hac actione causa talis scilicet, Quia decem a me accepit, ne calumniosè contra me moueret negociũ.
h *Furti*. facit supra, de oblig. quæ ex delic. nascun. § pœna. Accursius.
i *Quod metus*. scilicet, actio, quæ ex contumacia fit in quadruplum, vt inf. eod. §. item actio & vsque ad annum tantũ: post annum in simplum, vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. j. Accur.
K *Deque ea pecunia*. s. actio in factum de calumniatoribus annalis in quadruplum, & perpetua in simplum, vt ff. de calum. l. j. in princ. & §. 1: quæ locum habet, si do alicui aliqd, vt calumniosè aliquem uexet, datur enim actio in factũ ei, ob cuius malum data fuit, non autem danti. Item danti, quando dedit, ut sibi negotium per calumniam non fieret ut hic, & de calum. l. 1. & l generaliter. §. si.

medietatẽ alia medietas ĩ si ciz Angel. & Ias.
h Hæc gl. dicit contrariũ eius quod supra dixerat, & ideo reprobat.
4 † *induxit.*
5 † *D. certũ est.*
6 † *al. denique.*
Actio in factum de calumniatoribus.
i In iudicio: secus si extra iudiciũ, secũdum Fab. licet Ia. cõtradicat.

a *Negotium*. scilicet, malum.
b *Lege condictitia*. de qua dic, vt sup. eod. §. tripli. in fine. §. diximus.
c *Constitutio*. quam non habemus. Accur.
d *In quadruplum*. cuius quadrupli iure nouo triplum a fisco, simplum damnum passo datur, ut in authentica, ut lit. iut. in exor. lit. §. & hoc quoque, collat. 9. & petitur per condictionem ex hac lege, quam non habemus, cum non sit cautu, quo genere actionis agamus, b ut ff. de cond. ex le. l. j.
e *Constitutionis*. prædictæ, quam non habemus.
f *Normam*. idest, formam. certa enim erat forma in constitutione, quam non habemus.
g *A reis*. idest, conuentis.

a Imo totũ applicatur parti. Ang. & Ia. licet Fab. contra.

b Istam gl. sequuntur communiter doct.

causa negotium[a] alicui faceret, vel non faceret. Item ex lege condictitia[b] nostra constitutio [c] oritur, in quadruplum[d] condemnationem imponens ijs executoribus litium, qui contra nostræ constitutionis[e] normam [f] à reis[g] quicquam exegerint.

Differunt inter se actiones, quæ dantur ad duplum. Angelus.

¶Sed furti quidem nec manifesti actio, & serui corrupti, à cæteris, de quibus simul locuti sumus eo differunt, [1] † quòd hæ actiones, omnimodò [h] dupli sunt: at illæ, idest, damni iniuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi, [i] inficiatione duplicantur: [k] in confitentem autem in simplum dantur: Sed illa, [l] quæ de ijs competit, quæ relicta venerabilibus locis sũt, non solum inficiatione [m] duplicatur; sed etiam si distulerit relicti solutionem, quousque iussu magistratuum nostrorum conueniatur. In confitentem verò, & antequàm iussu magistratuum conueniatur, soluentem, simpli redditur.

Differunt inter se actiones, quæ dantur ad quadruplum. Ang.

¶Item actio de eo, Quod metus causa factum sit, à cęteris, de quibus simul[n] locuti sumus, eo differt, quòd eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iussu ipsam[2] † rem actori restituat, [o] [3] † absoluatur; [p] quod in cæteris [q] casibus non[4] † est ita; sed omnimodo[5] † quisque in quadruplum condemnatur: quod est & in furti manifesti actione.

¶SED FVRTI QVIdem nec manifesti. ¶CASVS. Isti duo proximi §§. sunt hic positi ad uberiorem doctrinã: Quia enim superius in isto titu. in §. in duplum. posuit quinque actiones in simul, & pro similib. cum tamen in multis sint dissimiles: propterea, ne ꝓpter hoc crederet aliqs, actiones illas similes esse omnimodo, ad errorem ilum remouendum, ponit hic istos duos §§. In primo ergo §. dat differentiam inter illas quinque actiones pro duplo, quas ponit sup. eo. §. in duplum. uidelicet, inter actionem furti non manifesti, & actionem l. Aqui. & actionem depositi; in quatuor casib. & actionem serui corrupti, & actionem ex testamento, quæ datur pro legato relicto alicui loco venerabili. Et dicit, quòd istarum quinque actionum duæ sunt, quæ omnimodo sunt pœnales à principio: sed demum inficiatione secuta; videlicet actio depositi in quatuor casibus, & actio. l. Aquil. Quinta autem actio singularem habet fultum. Est enim pœnalis per inficiationẽ, & per nimiam procrastinationem. hoc dicit primus. §. Et quòd dicit in litera, omnimodo sunt pœnales. non intelligas, quòd per se sint in pœna, sed similiter omnimodo, idest, à princip. ambæ sunt pœnales, licet non secuta fuerit inficiatio. Franciscus.

1 † *Differt.*

h *Omnimodo*. c de actione furti constat, quòd semper est in duplum, vt hic, & sup. de obli. quæ ex delicto nascun. §. pœna autem. Item de actione serui corrupti, nisi in casu, ut quando marito in uxorem datur, & econtra, ut hic, & ff. de seruo cor. l. doli uerbum. §. hæc actio. & l. si. Vel dic, omnimodo, idest, siue neget, siue non, non autem in omni persona Acc.
i *Depositi*. alias est in litera, de dolo depositi; & tunc dic, actione depositi propter dolum. Nam utraque non potest habere locum simul, scilicet, de dolo actio; & depositi; ut ff. de dolo. l j. §. j. aliàs non est de dolo; & tunc plana est litera.
K *Duplicantur*. scilicet, si legitimis probationibus, non iure iurando conuincantur; ut C. ad l. Aquil. l. contra. & ff. de iureiu. l. eum, qui.
ADDITIO. Et sic probatio per iuramentum non censetur legitima. Adde aliam gl. in l. cum de indebito. in prin. in uet. legitimis ff de proba. Ias.
l *Sed illa* scilicet. actio ex testamento. Et construe, sed illa actio, scilicet ex testamento, quæ, scilicet, actio competit de ijs, quæ sunt re. ve. lo. duplicatur non solum. &c. Accur.

c Quid importet ista dictio, omnimodo, hf in l. si cum exceptione. §. quatenus. & ibi Bar. ff. qđ met. cau & in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. Ac etiam importat perpetuitatẽ actus, ut no. glo. j. & ibi Pet. de Ancha. in

m *Inficiatione*. bene dicit, inficiatione, quia si confitentur, non tenentur, uel si iusiurandum detulerit actori, qui exonerat eum à probatione. ff. de iureiu. l. eum, qui. Accur.

clem. 1. de ui. & hon. cle. Ang.

¶ITEM ACTIO, &c. ¶CASVS. Tu iam uidisti, qualiter se purgauit à primo uitio, modo in isto §. purgat se à secundo uitio, ponens differentiam inter quatuor actiones, in quadruplum: quas posuit quasi similes sup. eod. §. quadrupli. di. quòd actio, Quod metus causa est in quadruplum; uerum est non à principio, sed ita demũ, si iste fuerit contumax, & noluerit rem restituere, obediendo primæ sententiæ; tunc enim debet sequi sententia secunda, quæ est in quadruplum. Aliæ autem omnes ab initio sunt in quadruplum. Fran.
¶LIBELLVS IN actione quod met. causa. ¶Hinc tangitur de actione, Quod met. cau & illa datur contra eum, qui metum intulit, & contra quemlibet possessorem, ut ff. ꝙ met. cau. l. si cũ exceptione. §. in hac actione. In qua forma libellum: Dico ego Titius contra Sẽpronium, ꝙ ipse detinet rem mihi per metum ablatam: vñ pro ponẽdo ac. Quod metus causa contra ipsum, peto eundem ad restitutionem rei mihi condemnari Et tunc iudex condemnabit eum ad restitutionem rei, & si restituere non vult, petetur ab eo quadruplum, in quo quadruplo ipsa res continetur, ut ff. quòd metus causa. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. & tũc forma hoc modo libellum Dico ego Titius cõtra Semptonium, quòd ipse rem mihi per metum ablatam detinens, illam non vult restituere, licet sit super hoc condemnatus: unde proponendo contra ipsum actionem, Quod metus causa, peto ipsum in quadruplum, idest, ad rei restitutionem; & in triplum nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, ꝙ si vult restituere ante sententiam, liberabitur à pœna tripli, ut in hoc § item actio. Et erit causa in hac actio. quam proponere sufficit, hæc, s. Vnde cum per metum res ista sit mihi oblata, peto, &c. Et datur hæc actio usque ad annum tantum in quadruplum; post annum uero in simplum, ut ff. quòd met. cau. l. si cum exceptione. §. j. & 2.

2 † *al. solã.*
3 † *restituerit.*
4 † *non.*
5 † *quemadmodum.*

n *Simul* cautè ponit illud simul, idest, una cum eis, de quibus aliàs dixit, ut sup. eo. §. quadrupli.
o *Restituat*. usque ad definitiuam sententiam: d quod intellige de secunda sententia. Nam in actione, Quod metus causa duæ feruntur sententiæ. Prima de restituenda re, alia de dando quadruplo, re computanda in eo. ut ff. qđ met. cau. l. si cum exceptione. §. hæc autem. e Sed nunquid utraque est definitiua? Dic, quod sic quia utraq; definit controuersiam, ut ff. de re iud. l. j. Alij esse dicunt admonitionem quandam primam sententiam, ut in auth. de hær. & fal. §. si quis autem non. colla. t. & ex eo, quod per primã sententiam admonetur, & tandiu expectatur, qui metum intulit, dicitur hæc actio arbitraria, ut inf. eo. §. prætetea.
p *Absoluatur*. scilicet à præstatione quadrupli.
q *In cæteris casibus*. qui enumeranᷤ s. eo. § quadrupli. Acc.
¶ACTIONVM. ¶Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit regulam generalem. Secundò in specie ponit, quæ sunt actio. res bonæfidei. Tertiò. quòd licet olim esset dubitatio, tamen hodie clarum est, ꝙ petitio hæreditatis est bonæ fidei, Secunda ibi, bonæ fidei. Tertia ibi, quamuis. Aret.

d Dic, ꝙ non est necessaria, nisi una sententia, quã uis duę possint ferri. Ang.
e Sed Bar. ibi, quem cõiter doctõ. sequũtur, tenet, ꝙ non est necesse, ꝙ feratur, nisi una,

¶CASVS. Multas diuisiones actionum habuistis suprà, & post illas, de quibus dictum est suprà, ponitur hic quædam alia diuisio. Et hoc est, quod dicit dominus Iaco. Diuisio est hæc per se, non pendens ex præcedentibus. Et, tractat iste §. ut dicit Ioan. de iustitia positiua: vbi non redditur alia ratio nisi quia ita placuit iuris cōditoribus. Est quippe diuisio, quam hic ponit, talis: Actionū quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. & enumerat hic 17. actiones bonæ fidei. Prima est actio ex empto, secunda ex vendito, & sic de alijs. Est & hæreditatis peti. de qua semper ante tempora Iustinia. magna fuit dubitatio, vtrum esset bonæ fidei, vel stricti iuris. Nostra tamen constitutio (dicit) quam habes. C. de petitio. hæredi. l. vlt. disposuit eam esse bonæ fidei. De 17. actionibus tractat in sequenti §. Notare autem debes in principio, quòd duplex est bona fides. Vna, quæ est contraria dolo, & fraudi. & hoc modo omnes contractus bonæ fidei sūt: in omnibus enim debet abesse dolus, & fraus. Est & alia bona fides, quæ antonomasticè uocatur bona fides, propter exuberantem fidem, quæ est in ea. Ab ista bona fide dicuntur contractus in isto. §. enumerati, bonæ fidei. Sed domine, quæ est exuberantia fidei, quæ est in ista, siue in istis actionibus? Respon. Frater, ex hoc, ꝙ in eis multa eueniunt ex bono, & æquo, de quibus non fuit actum inter partes. In contractibus autem stricti iuris solum ueniunt ea, de quibus actum est inter partes, vt venirent. De actio. depo. quando ipsa sit bonæ fidei, nemini venit in dubium quantum ad aliquid. De ipsa tamen dixerunt quidā antiqui, ꝙ simpliciter est bo. fi. in quatuor tamen casibus, puta tumultus, incendij, ruinæ, naufragij. Dominus autem Iac. dicit, quòd act. depo. bo. fid. est. Franc.

Bona fides duplex.

1 † vox, autem, deest.

2 † alia.

** Adde Forsa. dial. 99. vbi latè, quot modis dicatur bona fides: & qd sit ius scriptum.*

Quinta diuisio actionum, Omnes actiones exceptis ijs, quæ hic in textu, & glo. enumerantur, sunt stricti iuris. Aretinus.

¶Actionum autem, [1] † quædam bonæ fidei sunt, quędam [2] † stricti iuris. Bonæ* fidei sunt hæ, [a] ex empto, [3] † vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, [b] pro socio, [c] tutelæ, [d] commodati, pignoratitia, [e] familiæ [f] erciscundæ, communi diuidundo, [g] præscriptis verbis, quæ de [h]

¶*Actionum*. hæc est quinta diuisio actionum. Sed quare actionum dicit, & non contractuum? Respon. quia generalius, & plenius loquitur, dicendo actionum, quàm contractuum. Accur.

a *Bonæ fidei sunt* hæ.* scilicet 17. actiones, quæ enumerantur in hoc §. & seq. bonæ fidei sunt. *a* aliæ autem omnes sunt stricti iuris. Nam quamcunque hic non inueniam, stricti iuris eam iudicabo: *b* quia posito vno de contrarijs, & omnia alia intelligenda sunt, vt suprà de ijs, qui sui, uel alie. iur. sunt. §. videamus. Sed quare magis hæ dicuntur bonæ fidei, quàm aliæ: nunquid ideo quia potest esse mala fides in alijs? Respon. non: quia in omni contractu debet bona fides interuenire, vt C. de act. & obl. l. bonam fidē. Imo si interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det causam contractui, non valet ipso iure, vt ff. de do. l. & eleganter. in prin. Sed in contractu stricti iuris purgatur per actionem, vel per exceptionem doli, ut C. de inuti. stipu. l. dolo. Si vero incidit in cōtractum bonæ fidei, purgatur per actionem ex eo contractu, ut ff. de act. emp. & vend. l. Iulianus. §. si uenditor. Sed in stricti iuris de dolo agitur, uel excipitur, ut dictum est, ut ff. de dolo. l. eleganter. §. non solum. & ff. de verb. obli. l. si quis cum aliter. *c* Cùm ergo dolus ubiq; puniatur, uel mala fides, ad quid bonæ fidei istæ dicuntur? Respond. aliæ stricti iuris dicuntur, *d* quia non uenit in eis, nisi quod strictè exigit natura actionis. Vndè nō ueniūt usuræ ex mora in contractibus stricti iuris, ut ff. de neg. ge. l. quia tantundem. & C. de usur. l. 2. & de cond. indeb. l. j. sed in contractibus bonæ fidei sic, ut ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex uendito. & ff. de usur. l. mora. §. in bonæ fidei. Itē in actionibus stricti iuris fructus non ueniunt ex mora, si petam, quod non fuit meum, nisi a tempore litis contestatæ. tunc enim incipiunt uenire fructus ex mora: sed si petam, quod aliquando fuit meum, ueniunt fructus ex mora: secus in bonæ fidei iudicijs, ut ff de usur. l. uideamus. §. si actionem. Item non uenit interesse si rem dari est in obligatione, secus si rem tradi uel factum, ut ff. de uerb. obl. l. ubi autē. § fi. & l. si fundum. & ff. de re iud. l. si quis ab alio. § fi. quæ ueniunt in bonæ fidei iudicijs, ut ff. de act. emp. l. j. in prin. Ista ergo omnia, quę uicem obtinent accessionū, non ueniunt in contractibus stricti iuris, nisi vt dictum est, Nec obstat, ꝙ ueniunt ista in arbitrarijs, quæ sunt stricti iuris: quia iudicis officio ueniunt, non iure actionis, ut infrà eod. §. præterea. & §. sed istæ. in fi. Sed in bonæ fidei iure actionis *e* ueniunt, præter usuram, quæ uenit ex mora officio iudicis, ut C. deposi. l. 4. & ff. de neg. gest. l. quia tantundem. Item in bonę fidei ueniunt ea, de quibus nec actum, nec cogitatum est: *f* ut ruta, cæsa. & similia, ut ff. de act. empto. l. fundi. §. si ruta. & C. de act. emp. & uend. per totum. Itē ex hoc §. nota quandam differentiam circa compensationem: de qua dic, ut inf. eo. §. in bonæ fidei. patet ergo, ꝙ exuberantius, & pinguius iudex officium suum ad ea, quæ bonæ fidei sunt, extendit, quàm in contractibus stricti iuris. & facit suprà de oblig. quæ ex consensu. in fi. & ideo dicuntur bonæ fidei, & aliæ stricti iuris.* Vnde de talibus dantur tales uersus.

Empti, conducti, mandati, depositiq;,
Pignora, erscunda, communi, pro socioq;,
Dotis, & hæredis, tutela, commoda, gestor,
Præscriptis verbis, si mutat, siue licetur.
Ista bonæ fidei sunt: stricti cætera iuris.

ADDITIO. Vide glo. fere similem in c. cum venerabilis. extra de excep.

b *Depositi.* hanc actionem dicunt quidam esse stricti iuris in 4. casibus, qui enumerantur. ff. deposi. l. j. §. j. Sed Io. contra. *g* Et datur in duplum contra eum, qui depositum suscepit, de eo, quod dolo fecit: sed in hæredē defuncti ex dolo defuncti, datur in simplum, sed hæres ex dolo suo tenetur in duplum, ut in d. §. j. aliàs semper tenetur in simplum, qui depositum suscepit. Et est ratio, quare plus puniatur in prædictis quatuor casibus qui enumerantur ff. deposi: quia grauius est, fidem fallere ei, qui ex necessitate deponit, quam qui ex voluntate, ut d. l. j. ff. deposi. §. meritò. Sed nunquid in his casibus est bonæ fidei? Dicunt quidam, quòd non: arg. ff. de preca. l. j. Nos contra, & dicimus, quòd sit bonæ fidei. nam cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus.

c *Pro socio.* quæ est utrique directa ab vtraque parte, ut inf. de pœ. te. liti. § ex quibusdam.

d *Tutela.* sed cùm istæ tam contrariæ, quàm directæ inueniantur, nūquid omnes sunt bonæ fidei? Respon. sic in dubio, cum fauor sit extendendus, ut ff. de lib. & posthum. l. cum quidam.

ADDITIO. Nota, quòd actio tutelæ est bonę fidei. & idem dicas in actione protutelæ directa, & contraria, ut puta in eo, qui gessit, ut tutor, cū nō esset, ut no. Bar. Dy. & Bal. in l. j. §. pro tutore. ff. eo. de eo, q pro tut. uel cur. neg. gest. Ang.

e *Pignoratitia.* tā directa quæ debitori datur, soluto debito; ut sup. quib. mod. re contrahi obli. § fi. quàm contraria, quæ datur creditori, ut ff. de pig. act. l. tutor. §. contrarium.

ADDITIO. Quæ pignoratitia datur debitori contra creditorem ad repetendum pignus traditum, & nascitur tempore solutionis, uel satisfactionis creditori quocunque de uoluntate ipsius creditoris factæ, ut l. si rem. §. omnis. & ibi glo. Bar & doc. ff. de pig. act. licet nascatur ex contractu dudum facto, & inito, ut sup. quib. mod. re contra obl. §. fi. secundum. Ang.

f *Familiæ erciscundæ.* quæ inter cohæredes datur, ut ff. fa. ercis. l. ij. & sup. de obli. quæ ex quasi contrac. §. idem iuris.

g *Communi diuidundo.* quæ datur inter eos, qui habent rē communem cum societate, uel sine, ut diuidatur, ut suprà de oblig. quæ ex quasi contractu. §. item si inter aliquos. & no. sup. eo. §. quædam. Sed quid de actione finium regundorum? Respon. quidam, idem propter similitudinem, q̄ habet cum his duabus, ut sup. eo. §. quædam actiones. Sed contradico, *h* cum hic de ea non inueniam, & potest esse ratio, quare secus sit in ista, quàm in alijs duab. quia in ista id, quod purè est meum, potest alteri adiudicari, ut ff fi nium regun l. ij. in fine. sed in alijs duabus communis res, non propria adiudicatur, ut inf. de offic. iudi. §. final.

h *De æstimato.* vt si tibi rem meam do, & æstimo tibi eam decem, ut aut rem, aut decē reddas: si verò plus uēdas, tuū sit:

** Adde gl. in c. cū uenerabilis. in ver bonæ fidei de excep. ubi declarat, quæ sint stricti iuris, & quare; & quæ bonæ fidei.*

a Imò sunt 25. cōputatis actionibus contrarijs, quæ eodem modo sunt bonæ fidei. Ang. & Ias. hic.

b Gl. procedit in directis actionibus, non in contrarijs bo. fi. secundum Io. F. & Ang. hic.

c Sed si contractus sit duplex: puta, quia in contractu bonæ fidei intercessit stipulatio, tūc dolus dans cām contractui, annullat ipso iure, ut per Bal. in d. l. dolo.

3 † ex.

d Ista gl nō rñdet ad quæsitū, s. quare magis actiões impositæ sunt bonæ fidei quam aliæ: ideo dic, ut per Ias. in 2 notabili isti. §.*

e Et est effectus, quia tunc si iudex omittat in sentētia condēnare: nihilomin possent petiiure actionis: secus si uenirent officio iudicis, ut est gl. in l. non solū. in uerbo, cauere. ff. de rei uen.*

f Gl. sequitur Ias. licet Fab. & Pla.

** Hacten* progrediū Accur. glo. Aegi. Perr.*

g Ista opi. Io. communiter approbatur per doc.

Actio communi diuidundo. Actio finium regundorū est stricti iuris.

h Cum ista opi. cōmuniter transeūt doctores.

Aestimatæ rei cuius est periculum.

sit: & est tunc periculum accipientis indistinctè: vt hic, & ff. de æstima. act. leg. prim. in fi. Si vero sic dixissem aut æstimationem reddas: tunc distinguitur, quis rogauerit, vtrum ego te de vendendo; aut tu me de tradendo vt sit periculum rogantis: vt ff. de præscr. uer. l. si gratuitam. §. 1.

1 † *The. q̄ de æstimatoris.*
2 † *Et alia præscriptis verbis.*
3 † *Item.*
* *No arg. hec actio in hoc §. non connumeratur, deest stricti iuris, vt est actio ex legato, ex stipulatu.*
4 † *al. deest enim.*
5 † *certarū de ea, & dubiū fuerit.*
6 † *al. fit.*
7 † *al. siue non.*
8 † *voluit.*

a *Et ea.* scilicet actio præscriptis uerbis.

b *Ex permutatione.* quæ nascitur re demum ab altera parte secuta: & tunc non ex traditione rei: sed ex pacto dudum apposito, scilicet nascitur: ut C. de re. permu. leg. ex placito. Sed cum istis duobus casibus sit bonæ fidei, quæro ubi stricti iuris erit? Respond. datur ex pacto incontinenti apposito, quod euenit, ut ff. de pac. leg. iurisgentium. §. sed cum nulla. & §. quinimmo. Et est ratio, quia non inuenio, quod ut bonæ fidei, nisi in duobus casibus, item in contractibus tribus innominatis, do, ut facias: facio, ut facias: & in tertio, de quo diximus, do, ut des: quod est permutatio. In primis enim duobus præscriptis uerbis actio est stricti iuris; sed in tertio est bonæ fidei, ut hic dicitur. In quarto contractu innominato, s. facio, ut des, de dolo agit: non præscriptis uerbis: a ut ff. de præscrip. uer. leg. naturalis §. quod si faciam, ut des. Item in omni contractu, ubi est incertum de nomine actionis, habet locum hæc actio, & est stricti iuris: ut ff. de præscrip. uer. l. 2. 3. & 4. Sed quid de actione in factum, nunquid est bonæ fidei? Respon. quatuor sunt genera actionis huius in factum. Vnum, ut detur ex omni edicto, uel interdicto prætoris, ubi non dedit prætor certum actionis nomen: ut infra de interdic. §. fin. ff. nau. cau. stabu. l. & ita. §. ait prætor. in glo. ex edicto. Secundò, ubi datur in subsidium legis Aquiliæ, ut supra de l. Aquil. §. fina. Tertio, ut detur ubicunque præscriptis uerbis actio datur, & tunc eadem est, quod actio præscriptis uerbis. ut ff de præscrip. uerb. l. prima, in fine. Item quarto dicitur in factum, quæ est ex uarijs figuris causarum, ut C. de sacros. eccles. leg. sancimus. prima. §. si autem. quod quartum genus non potest sub regula comprehendi, sicut nec mora: ut ff. de usu. l. mora, in principio. Nunquid ergo est stricti iuris semper? Respond. sic, cum non inueniam, quod bonæ fidei sit. Sed quidam dicunt, quod in tertio casu ubi loco præscriptis uerbis datur, quæ competeret ex permutatione, uel æstimatione, sit bonæ fidei, quod est falsum, quia in omni contractu, ubi certum debetur, habet locum certi condictio: ut ff. si cer. pe. l. certi condictio. & tamen nemo dicit, aliquam condictionem esse bonæ fidei. Itē quid de actione præscriptis uerbis, quæ precario datur? Dicunt quidam, quod bonæ fidei est. ut ff de prec. l. 2. §. hoc interdictum. Sed contradicit, quia non inuenitur, quod sit bonæ fidei. ut ff. de prec. l. secunda §. hoc interdictum. Accursius.

a Qđ uerò ubi ex facto meo nihil tibi adest: alias secus, ut p Ias. hic ponentē etiā qualiter ex pmutatio ne plures, & diuersæ ad diuersā tendentes competāt actiones.

b Istā cōi ter approbant doc. hic.

ADDITIO. Nisi tale pactum sit æstimatio, uel permutatio: quia ab utraque parte sit species certa præstanda: quia tunc talis actio præscriptis uerbis est bonæ fidei. Iason.

c *Hæreditatis petitio.* quæ datur contra possidentem pro hærede, uel pro possessore; ut ff. de petitione hæreditatis lege. regular. ter. & lege sequenti, & lege qui interrogatis.

d *Vsque adhuc.* Idest, usque ad tempora huius legis, uel nostræ constitutionis. de quo statim memoriam facit.

e *Constitutio.* ut C. de petitione hæreditatis. lege, finali, in fine.

æstimato proponitur, [1] † & [a] ea [2] † quæ ex permutatione [b] competit; & [3] † hæreditatis petitio: * [c] quamuis enim [4] † vsq; adhuc [d] incertum erat, [5] † inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio esset, [6] † an [8] † non: nostra tamen constitutio [e] apertè eam esse bonæ fidei disposuit.[8] †

Actio rei vxoriæ, quæ olim pro dote competebat, est hodie transfusa in actionem ex stipulatu, cum omni suo iure: quæ actio est priuilegiata respectu hypothecæ, & prioritatis, seu prælationis. Aretinus.

¶ FVERAT ANTEA. ¶ CASVS. Domine, intellexi, quod xvij. sunt actiones bonæ fidei, quæ enumerantur in proximo superiori §. est & xviij. quæ uocatur actio ex stipulatu pro dote: de qua in præsenti tractare intendimus. pro Deo dicatis mihi, quæ est ius natura? Frater, dicit ipse, scire debes, quod olim erat quædam actio, quæ erat bonæ fidei, quæ uocabatur rei uxoriæ actio: quæ competebat mulieribus ad dotes suas repetendas: & olim numerabantur xviij. sed quicquid olim erat in actione illa, hodie transfusum est in actionem ex stipulatu pro dote: & illa penitus est sublata. Duo autem bona erant in illa actione, uidelicet antiqua, quia erat bonæ fidei, & etiam tacitam habuit hypothecam. unde dicimus, quod actio ex stipulatu, quamquam stricti iuris sit ex sui primitiua natura, tamen quia in omnibus supplet naturam rei uxoriæ actionis, quando datur pro dote dicimus, quod habet ista duo, scilicet, quod est bonæ fidei, & etiam, quod tacitam habet hypothecam. hoc dicit. Franciscus.

9 † *erat olim The.*
10 † *Th. deest, ante.*
* *Limita ut per Ro. sin. 484. ponè, quod arbitrium.*

¶ [9] † Fuerat antea [10] † & rei vxoriæ [f] actio vna ex bonæ fidei iudicijs: sed cum pleniorem esse, ex stipulatu [g] actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria ante [11] † habebat cum multis diuisionibus, in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus: [h] meritò, rei vxoriæ actione* sublata, ex stipulatu actio, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicij tantum in exactione dotis meruit, [i] vt bonæ fidei sit: sed & tacitam [k] ei [l] dedimus hypothecam. [m] Præferri autem alijs creditoribus, [n]

f *Rei uxoriæ actio.* nomen erat actionis. Vel dic, quod factum denotat, i. rem ipsam, uel quia pro re uxoris competebat, soluto matrimonio.

g *Ex stipulatu.* quæ similiter pro dote datur.

h *Transtulerimus.* ut C. de rei uxoriæ actio. in principio, & competit hæc actio ex stipulatu, siue marito, c. ut ei dos detur, siue uxori, uel patri eius, ut restituatur. & siue utiliter fuerit interposita stipulatio, siue non: tamen semper creditur tacitè, & utiliter interuenire: ut C. de rei uxoriæ actio. §. primo. nam & alias intelligitur stipulatio tacita, ubi non est. ut ff. de adoptionibus. lege. his uerbis & ff. si cui plus, quam per legem Falcidiam lege nisi. § item sciendum.

i *Meruit.* scilicet, actio ex stipulatu: ut hic, & C. de rei uxo. actio. §. sed & si non ignorauimus. alias enim stricti iuris est: cum non inueniatur, quod sit bonæ fidei, ut supra eo. § actionum.

k *Tacitam.* s. actionem hypothecariam.

l *Ei.* s. actioni ex stipulatu, uel mulieri.

ADDITIO. Quod uerum intellige, quantum ad priuilegium tacitæ hypothecæ; secus quo ad priuilegium prælationis: quia competit mulieri, & est effectus, quia tunc est personale, & non transit ad alium, nisi ad filium: ut hic in gloss. fina. secus in primo casu: ut hic per doctores.

m *Hypothecam.* scilicet, ex utraque parte: siue ex parte mulieris ad repetendam dotem: siue ex parte viri, ad petendam eam. Semper enim sunt ibi tacitæ hypothecæ: ut C. de rei uxo. actio. §. 1.

n *Creditoribus.* sed nunquid omnibus indistinctè? Respondeo, secundum M. sic; siue primi habeant pignus expressum; siue non. Sed hæc opinio non ualet: quia lex distinguit. ut C. de iure dotium, leg. ubi. Item fiscus, & mulier pari passu ambulant. ut C. de priu. fisc. lege quamuis. & fiscus non præfertur habentibus expressam. ut ff. qui potio. in pigno. hab. lege si pignus. ergo nec mulier. Secunda est opinio, ut distinguatur inter pignus, scilicet traditum, & hypothecam, scilicet, non traditam: ut primo casu non præferatur mulier: secundo sic. ut argument. ff. quibus modis pign. tac. contra. l. penulti. Sed & hanc reprobo per id, quod est supra eod. §. inter pignus. Tertia

c Nota, quod non tantū uxori ad repetendā dotē plurimum fieri stipulatio, ut hic. sed et ex parte uiri ad cōsequendā dotē, & ex utraq; parte inest tacite hypotheca. ut est text. in l. 1. §. 1. C. de rei uxo. ac. ibi stipulationē, & hypothecam &c. Ang.

Dotē petēs mulier an pferatur oib. creditoribus.

Tertia est opi. secundum B. & Io. & Azo. vt habentibus tacitam hypothecam præferatur, non autem habentibus expressam. lex. n. suum priuilegium quod dederat primis, eis adimere præsumit propter mulierem: non autem id priuilegium, quod quis sibi adinuenisset. & hoc cautè probatur per verba l. C. qui pot. in pign. hab l. fin. ibi, licet anterioris temporis, priuilegio sint vallati, &c. Accursius.

a *Cum ipsa*. vis facienda est in eo, quod dicit, ipsa. Nam alius non admittitur ad tale priuilegium agens pro dote, etiam hæres mulieris: ut C. de pri. do. leg. 1. nisi sit de suis hæredibus, idest, de filijs, & alijs descendentibus mulieris: vt C. qui pot. in pign. hab. l. fi. in fin. Sed, nunquid procuratori mulieris datur hoc priuilegium? Respond. sic, vt ff. sol. matri. leg. alia. & ff. de. procurato. l. minor. §. quoniam. *a* Item quod hic dicit de dote sua: ideo dicit, quia aliud est in donatione propter nuptias. nam in ea non habet hoc priuilegium: *b* ut C. qui pot. in pig. hab. l. fin. in fi. Sed quando mulier potest experiri de dote? Respond. soluto matrimonio, non prius, nisi maritus ad inopiam vergat, vt C. de iure dotium. l. vbi. & ff. solut. matrimo. l. si constante. in princip. & hoc siue ipsa dederit dotem, siue alius extraneus, qui tamen non fuit pactus de ea sibi reddenda, quo casu sibi, non mulieri daretur: vt C. de rei vxo. act. §. accedit. Si autem pater mulieris dederit dotem, patri actio, & filiæ simul dabitur: imo aliquantulum habet plus pater, qui agit, & filia semper creditur consentire, nisi habeat iustam causam contradicendi. & contradicat: vt ff soluto matrimonio. l. 2. §. fi. & l. non solum, & hanc dotem integram debet seruare pater pro filia: nisi clade, idest, tempestate, uel ui patrimonium suum fuerit diminutum: ut in authen. de æquali. do. §. quia uero omnia. coll. 7. Sed nunquid patri hoc priuilegium dabitur? Videtur, quòd non: quia sua actione agit: ut ff. solut. mat. l. 2. §. uoluntate. E cõtra, quod sic, uidetur: quia per hoc filiæ prouidetur, cum pater hanc reseruare cogatur filiæ, ut dictum est, & hoc uerum puto: *c* ut hic dicitur, cuius prouidentia, &c.

b *Solius*. s. mulieris.

c *Hoc induximus* s. ut alijs præferatur.

1 † *autem.*
2 † *facultas.*
3 † *est.*

a Hoc est uerũ in procuratore simplici. si uero sit procurator in rem suam distingue, ut per Ias. hic.

b Scilicet cõplationis: hẽt tñ priuilegiũ tacitæ hypothecæ, ut per Ia. hic in secũdo not.

c Hoc uerũ intelligẽ, qñ filia esset uiua tpe, quo pr̃ agit: alias secus, ut hic per doct.

in hypothecis, tunc censuimus, cum ipsa [a] mulier, de dote sua experiatur: cuius solius [b] prouidentia hoc [c] induximus.

Hodie compensatio apposita ab homine, perimit omnes actiones, vsque ad concurrentes quantitates ipso iure: siue sit actio bonæ fidei, siue sit stricti iuris: excepta actione depositi, quæ per compensationem non tollitur. Aret.

¶In bonæ fidei [1] † iudicijs libera potestas [2] † permitti videtur [3] † iudici, ex bono, & æquo æstimandi, quantum actori restitui [d] debeat. [4] † In quo [e] & illud continetur, vt si quid inuicem præstare [f] actorem oporteat, eo compensato [g] in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. ¶Sed & in stricti [5] † iuris iudicijs, ex rescripto diui Marci opposita doli [h] mali exceptione, compensatio inducebatur: sed nostra constitutio, [i] eas compensationes, quæ iure aperto [k] nituntur, latius introduxit, vt actiones [l] ipso iure [m]

4 † *dare oporteat.*
5 † *strictis.*

¶IN BONAE. ¶Diuiditur in tres partes. Primo, qualiter compensatio fit in bonæ fidei iud. Secundo, qualiter olim, & hodie fit in stricti iuris. Tertio facit quandam exceptionem. Secunda ibi, sed & in stricti iuris. Tertia ibi, excepta.

¶CASVS. In superioribus dictum est, quæ actiones sunt bonæ fidei, & etiam per oppositum patet, quæ sunt stricti iuris: quia omnes præter eas, quæ in alijs præcedentibus §§ enumerantur. Modo intendit dominus Iustinianus prosequi quandam largam materiam, quam habet iudex in iudicijs bo. fid. Vberius enim, & pinguius exercet iudex officium suum in act. bon. fid. quàm in actio. stricti iuris: adeo, quòd ex ista uberantia permittitur iudici ex bono, & æquo in act. bon. fid. æstimare quantum per actiones istas actori sit præstandum, in quo iudicis officio continetur, ut si actor, qui petit, puta, xv. reo teneatur in aliquo, puta in x. compensato eo quod actor reo debet, iudex reum in solidos quinque condemnabit, & fiebat ista compensatio in iudicio bon. fid. ipso iure: sed in act. stricti iuris non potest habere locum compensatio. nisi opposita doli mali exceptione, & hoc erat inductum ex constitutione diui Pij: sed nostra constitutio (dicit Imperator) induxit eandem compensationem ipso iure, tam in stricti iuris iudicio, quam in bon. fid. usque ad contentam in petitione quantitatem in omni actione, in qua petitur quantum: dum tamen quantitas ex alia parte sit debita: & hoc siue sit actio in re, siue in personam, excepta actione depositi: in qua videtur absurdum aliquid compensationis nomine opponi: ne prætextu compensationis aliquis depositarum rerum exactione fraudaretur. h. d. Franc.

d *Restitui*, largè accipe: siue pro dando, siue pro restituendo: vt ff de verborum significat. leg. verbum reddendi. & hoc intelligas, siue in vsuris ex mora, ut ff. de usuris. leg. mora. §. in bonæ fidei siue in interesse agentis, vt supra de obl. ex consensu. Aret.

e *In quo*. s. officio iudicis.

f *Præstare*. scilicet, reo.

g *Eo compensato*. scilicet opposita exceptione compensationis tantum.

h *Doli mali exceptione*. quæ exceptio ideo dabatur, quia dolo facit: qui petit, quod restituturus est: ut ff. de excep. do. l. dolo. Et ita nota, quantum ad effectum nulla est differentia: sed quantum ad uerba *d* uel rigorem iuris.

i *Constitutio*. ut C. de compen. l. fi.

k *Iure aperto*. idest, ubi quantitas hincinde debetur. Nam speciei ad speciem, uel speciei ad quantitatem, uel quantitatis ad quantitatem, si est quantitas, ut species, non fit cõpensatio: quia non patet iure aperto: ut ff. de pign act. l. si conuenerit. primo respon. & ff. de cond. indeb. l. si non sortem. §. si centum. & de impend. in re do. fac. l. quod dicitur: & l. fin. & ff. de pecu. l. si creditor §. primo. Sed nonne statim hic subijcit. quod actioni in rem potest obijci compensatio? ergo uidetur fieri de specie ad quantitatem. Sed dic, quod fit rei uendicatio, quando, re non restituta, iuratur in litem, uel in ueram æstimationem: ut ff. de rei uend. l. qui restituere. Item quid si hincinde debitum est in genere, ut debeo tibi hominem, & tu mihi hominem? Respond. fit compensatio: ut ff. si pars hæred. peta. l. prima. §. item si cum me. & ff. de hæred. institu. l. qui non militabat. primo respon. & ff de legatis secundo, l. unum ex familia § sed si uno. Item quid si ab una parte debitum est confessatum, ab altera negatum? Respond. non patet aperto iure, unde non fit compensatio: ut C. de compend. l. fina. §. penultimo.

ADDITIO Nisi tale debitum non confessatum posset de proximo liquidari: ut dicta leg. finali. C. de comp. quando autem oppositio compẽsationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probandum, uide hic per doct.

l *Vt actiones*. accusatiui casus. Est enim sensus, ut compensationes minuant actiones.

m *Ipso iure*. adeo, ut dixerint quidam, non esse necesse uoce hominis opponi compensationem, ut hic. Sed certè immo est necessarium, ut opponatur: quod probo tribus rationibus. Nam fideiussor conuentus eligit, ut uel quod sibi, uel quod reo debetur, compenset: quæ electio sibi non daretur, si ius compensaret: ut ff. de compen. a. leg. si quid. *e* Item reus conuentus eligit in quam causam compenset, si debeat ex pluribus causis: ut ff. de compen. l. quod Labeo. Item lex dicit, eum male agere, cui obijci potest compensatio: ut ff. de compensatio. leg. uerum. §. sicut. sed qui malè agit, habet actionem, sed eliditur exceptione: ut ff. quando di. ususfruc. leg. ce. l. prima, in fi. Sed secundum hanc opinionem quid adijcitur in actione stricti iuris ad id, quod erat olim? Respond. quia doli mali tantum obijciebatur exceptio, per quam non extinguebantur actiones ipso iure, sed nunc etiam compensationis exceptio opponitur, per quam ipso iure hincinde actio extinguitur: ut hic, & infra eodem §. penultimo, & nihilominus

d Ista gl. malè loqẽ sm Ias. cũ leges non uerbis, sed reb. imponanẽ. l. 2. C. cõia de le.

Compẽsatio in qb. rebus fit.

e Not. illũ casum: & glo. ibi adducit plures alios casus in quibus qs compẽsat, nõ tm̃ debitũ sibi, sed debitũ alteri die ut ibi, Ang.

do li

doli:cum generalis sit:ut ff. de exceptio. do.l.secunda.§.generaliter.

a *Minuant*.s.compensationes.

b *Alias*. actiones ut scilicet mistas, qui sunt 4. ut supra eodem § quædam actiones. Item persecutio fideicommissorum. Item officium iudicis, & similia: quę actiones sunt largissimè accepto uocabulo, ut ff. de actio. & obligationib. l. actionis verbo. Vnde & petitiones cautionum occasione damni infecti compensantur: vt ff. de dam. infecto, l. 1. & l. qui bona. §. si quis quia. Accur.

minuant, [a] siue in rem, siue in personam, siue alias [b] quascunque.

¶ Excepta sola depositi [c] actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sanè iniquum [1] † esse credimus, ne sub prętextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur. [d]

1 † *Satis impium*.

Actiones arbitrariæ ideo dictæ sunt, quia merè in arbitrio iudicis sunt, & sunt

ADDITIO.

Hoc uerum intellige de debito officio iudicis, in quo nullum obstaculum est in medio. alias secus ut per Bart. in l. fi. § fin. ff. de cond. indeb.

Compensatio in multis casibus cesset.

c *Depositi*. quod tu intelligas, quando pecunia non signata est deposita: quo casu etiam aliam similem reddere potest: ut ff. deposi. l. Lucius. & l. dies sponsaliorum. §. primo. Si autem esset depositio facta in specie, uel in pecunia, ut in specie, quod esse potest: vt ff. de legatis primo. l. planè. prima. §. si eadem. uer. sed hoc ita. tunc etiam alia ratione non obijcitur compensatio: quia in specie non fit compensatio. Item, quod hic dicit, in actione depositi, idem dicunt quidam in actione commodati, ut C. de com. l. sub prætextu. Sed certè immo est ibi ratio: quia in specie fieret. Nam solæ species commodantur, non quantitas, nisi quantitas, ut species, commodetur: ut ff. commoda. l. tertia. §. fi. Item cessat alias compensatio ut quando per uiolentiam rem abstulisti, ut C. de compensatio. l. finali, in fine. a Item & fisco non opponitur in quibusdam casibus: quos dic, ut ff. de iure fisci. l. aufertur. §. qui compensationem. & C. eodem, de compensatio. l. compensationes. & l. in ea. Item in curatore, qui fraudauit publicam annonam: ut ff. de compensatio. l. ob negotium.

Species solæ cōmodantur.

a Istud de uiolentia intelligas, ut ibi no. glo. & do. Ang.

d *Defraudetur*. sed nonne hæc ratio vbique potest habere locum? Respon. non ita: quia si restitutio denegatur, est dolus, ut ff. manda. l. si procuratorem. §. dolo. Item depositarius de dolo tantum alias tenetur. unde si hic magis grauetur, non est mirum: ut argumen. ff. de iureiuran. l. eum. qui. in princ.

Depositarius de dolo tantum tenetur.

Diuisio. ¶ PRAETEREA. ¶ Diuiditur in tres partes. Primò, quare dicantur arbitrariæ. Secundò, quæ sunt istæ arbitrariæ. Tertio, quid iudex in his possit. Secunda ibi, Sed istæ. Tertia ibi, In his enim. Aret.

¶ CASVS. Præter actiones, de quibus facta est mentio supra, adhuc scire debetis, quod sunt quædam actiones arbitrariæ, hoc est, ex arbitrio iudicis dependentes. In quibusdam enim actionibus, nisi reus actori iudicis officio satisfaciat, ueluti rem restituat cum rei uendicat. agitur, uel rem exhibeat cum ad exhibendum agitur, uel soluat cum aliquid certo loco est soluendum, uel ex noxali causa seruum dedat, cum noxaliter agitur contra ipsum, ille, qui sic condemnatur à iudice, reus scilicet: si non vult satisfacere ad arbitrium iudicis, potest condemnari, uel ad interesse, uel, ut in litem contra eum iuretur, & hoc dicit litera ista. Præterea, quasi dicat: Istæ actiones, de quibus ad præsens tractare propono, nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris: sicut illæ, de quibus proximè tractatum est: sed habens aliam quandam naturam per se & in hac opinione fuerunt quidam antiqui. Alij dicunt, quod sunt bonæ fidei, & hoc ex istis habet iudex largas habenas, sicut in contractibus bonæ fidei. Sed tu dic, quod censentur stricti iuris, cum inter eas, quæ sunt bonæ fidei, non numerentur. Item uidetur, quod ista litera, uel ex noxali causa seruum dedat, non innuat, quod dominus, qui conuenitur noxaliter, præcisè condemnari debeat ad hoc, quod seruum dedat pro noxa. cum l. dicat, æstimationem damni esse in obligatione noxæ. aut deditionem in liberatione: ut ff. de re iudicata. l. miles. §. aut noxæ, Frater, intellige, quod facta fuit condemnatio in æstimatione damni: sed poterat euitare illam damnationem, dando seruum pro noxa. unde expone literam, debet condemnari. Vel sic, potes dicere, quod omnia iudicia sunt absolutoria: adeo, quod si aliquis alicui in ueritate debet decem, qui à creditore in iudicium uocetur, & in tali statu sit, quod contra eum debeat ferri sententia, si tamen ante sententiam soluerit: illud iudicium, quod debebat esse condemnatorium, modo erit absolutorium. & sic intelligo illud uerbum, iudicia sunt absolutoria. Pone ergo, quod seruus ignotante domino damnum dederit in rem alicuius: ille, qui damnum passus est, agit contra dominum. petens, quod damnum emendet: certè condemnabitur dominus ad æstimationem, nisi ante condemnationem dederit seruum pro noxa. & sum in uersiculo. Sed illæ actiones, & cætera. Dixi uobis, quod actionum stricti iuris, quædam sunt arbitrariæ. Istarum autem quædam sunt in rem, quædam in personam. Arbitrariæ in rem sunt, ut pura Publiciana, & Seruiana. In personam sunt actiones, quod metus causa: de dolo actio, quæ est arbitraria actio: & actio, per quam petitur pecunia certo loco promissa, & actio ad exhibendum. Et omnibus istis calibus, & similibus permittitur iudici ex bono, & æquo æstimare, secundum rei naturam, in quantum actori satisfieri oportet. hoc dicit Fran.

tam reales, quàm personales. Aret.

¶ Præterea quasdam actiones [e] arbitrarias, idest, ex arbitrio [f] iudicis pendentes appellamus, in quibus nisi [2] † arbitrio [3] † iudicis is, cum quo agitur, actori satisfaciat: veluti rem restituat, [g] vel exhibeat, [h] vel soluat, [i] vel ex noxali [k] [4] † causa seruum dedat, [l] [5] † condemnari [m] debeat. [6] †

2 † *Tho. in tercessione.*
3 † *Tho. & iussu.*
4 † *Tho. noxa.*
5 † *Tho. omnino.*
6 † *debet.*

b Angel. no. istam glo. p singulari: sed las. reprobat: uide hic per eū: & re. pbationem, q facit ista gl. quæ ap probatur cōiter per doct & ēt sequens.

c Aduertas, q Bart. i l. in actionib. ff. de in lit. iurā. in uer. tertio hēt locum in. & cedat unā regulā, q ois actio, in qua res non restituitur, fm pceptū iudicis, dē arbitraria ut iudex hēat ptātē defendendi iurm in litē: & fm illud condemnādi, siue sit actio bonæ fid. siue stricti iuris: psonalis, siue in rē: siue q cunque actio sit & allegat d. l. qui restituere, q̄d credo uerū pp idētitate rōnis: qa in oib. calib. contemnitur maiestas prætoris, fm Ange.

e *Actiones arbitrarias*. sed nunquid sunt bonæ fidei, vel stricti iuris? Respond. quidam, quod bonæ fidei sunt: quia in iudicis arbitrio sunt, ut infra proximo § in fine. & supra eodem § in bonæ fidei iudicijs. Sed hæc non, ueluti quia officium iudicis, quod in bonæ fidei iudicijs uenit, est iure actionis. Sed hoc, quod est in arbitrio, merum est, & in iudice tantum est: ut ff. de eo, quod certo loco, l. in bonæ fidei. b Alij dicunt, quod nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris: immo est tertia species ad illam diuisionem, quæ est supra eodem §. actionum. & facit pro eis. § de in litem iuran. l. in actionibus. §. planè. & ff. de usuris. l. in fideicommissi. quæ est l. tertia. §. in his. hanc etiam reprobat; quia dicta diuisio est perfecta, & immediata. Alij dicunt, quod uerius est, quod sint stricti iuris, cum bonæ fidei non inueniantur, ut supra eodem §. actionum. Accursius.

ADDITIO. Hæc ultima uera est, & eam sequuntur communiter scribentes hic.

f *Ex arbitrio*. bene dicit, ex arbitrio. nec enim obligatus est rem restituere uel simile quid facere: quod promptè dices esse uerum in actione in rem. In personalibus autem, & arbitrarijs, quæ hic enumerantur, dices, quòd licet exhibitio, uel restitutio sit in obligatione, pœna tamen, idest, interesse, vel quanti in litem iuratum est, non nisi per officium iudicis præstatur, & ideo arbitrariæ dicuntur.

g *Rem restituat*. vt in rei vendicatione, quæ est arbitraria cum primò rem restituendo liberetur. alias iudicis arbitrio in litem iuratur, vt ff de in li. iur. l. in actionibus. & ff de rei vend. l. qui restituere. c vel hypothecaria, vt inf proxi §. ubi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

h *Vel exhibeat*. cum ad exhibendum agitur.

i *Vel soluat*. s. cum certo loco soluendum est.

k *Vel ex noxali*. cum noxaliter agitur.

l *Dedat* i. det. Accursius.

m *Condemnari*. diuersis modis fiet condemnatio, sicut diuersæ sunt istæ arbitrariæ: ut dicemus infra proximo §. in fine.

Sed

a *Sed ista actiones* .s.arbitrariæ.

b *In rem*.separatim intellige:nam vna,& eadem actio non potest in rem, & in personam esse, nisi in quatuor casibus mistis,vt supra eo.§.quædam actiones.

c *Publiciana*.de qua habes supra eo.§.aliæ.

¶Sed istæ [a] actiones tam in rem, [b] quàm in personam inueniuntur. In rem, * veluti Publiciana, [c] [1] † Seruiana, [d] de rebus coloni. [2] † Quasi Seruiana, quæ etiã [3] † hypothecaria vocatur [4] † in personam, veluti quibus de eo agitur, quod vi, aut metus [e] causa, aut dolo malo [f] factum est. item cum id [g] quod certo loco promissum [h] est, petitur. Ad exhibendum quoque actio [5] † ex arbitrio iudicis pendet.

¶In his enim actionibus,[i] & cæteris similib.[k] permittitur [6] † iudici, ex bono,& æquo, secundum cuiusque rei, de qua actum est,naturam[l] æsti mare, [7] † quemadmodum actori satisfieri [m] oporteat.

d *Seruiana*.de his duabus habes,supra eod. §.Seruiana. Accur.

e *Metus causa*.licet sic in personam, vt hic: tamen in rem est scripta,vt ff. quod metus causa l.metum. §.eũ autem. & de hac dic, vt supra eod. §.item actio.

f *Dolo malo*. actio de dolo est arbitraria, vt hic,quod est ideo, qa liberatur dolosus,ueruum interesse præstãdo, si restituere non possit: aliàs iudicis officio iuratur in litem: vt ff. de dol. l. arbitrio.in prin.

g *Item cum id*. scilicet, pecunia.

h *Promissum est*. idẽ etiam, si legatum sit relictum certo loco dandum: & idem si mutuum sit datum certo loco reddendũ. Nam in his tribus casibus locum habet certi condictio arbitraria:vel ex testamento arbitraria, scilicet,in promissione,& legato,& mutuo, & alias non, ut ff. de eo,quod cer.lo.l.secunda.§.hæc autem. & l. si hæres. & l.aut si. *a* Et quod hic dicitur.petitur,s.alibi,quàm vbi fuerat promissum dari: & uenit in ea vtilitas tam agentis,quã rei,ut infra eodem. §. loco.

*Adde Fel.in c.ex parte decani.num.14. de rescrip.

1 † *Th. ut &.*

2 † *Th. est &.*

3 † *&.*

4 † *Appellatur.*

5 † *The.arbitraria ĩ.*

6 † *permissum est.*

a Bart. & cõiter doct. in d.l. si hæres reprobant istã glo. & dicũt, qđ oĩs actio stricti iuris pp adiectionẽ loci, pi eẽ arbitraria: refert hic Ias.

b Sed gl. in l.hoc edicto. in verbo, absoluendũ§. ff. de pub. tenuit contrariũ: & illam seqt ibi Barto. post Dyn. reprobata hac gloss. sm Iason. Condẽnatio in arbitrarijs pôt fieri tripliciter.

i *Actionibus*.s.personalibus,& arbitrarijs.

k *Similibus*. s. in rem, & sunt decem:de quibus dixerat supra:vel dic,quòd & aliæ sunt arbitrariæ, quæ hic non enumerantur:vt ecce actio in factum, quę datur cõtra nautam, cauponem,stabularium:vt ff.nau cau.sta.l. prima,in princ. Sed quidam dicunt,eam non esse arbitrariam: quia ibi non feruntur sententiæ duæ. Item est actio in factum, quæ datur contra publicanum:vt ff.de pub.l.prima.in prin. *b* Itẽ actio finium regun.ff finium regun.l.secunda,in fi.& l.tertia.Item actio redhibitoria:vt ff.de ædilitio edicto. l.redhibitoria. Item actio ex stipulatu,quæ pro dote repetenda datur:vt ff.soluto matrimonio l.filiofamilias.§.maritum.Sed certè isto casu non ideo iuratur in litem,quia arbitraria sit: sed quia bonæ fidei sit:ut supra eodem.§.fuerat. Item actio rerum amotarum est arbitraria:vt ff.rerum amo.l.cum dos. in fi.Accursius.

l *Naturam* idest,bonitatem: vt dicunt quidam. Vel melius, idest, secundum naturam actionis arbitrariæ quæ intenditur. Nam triplex potest modus condemnationis deprehendi in arbitrarijs.Vnus vt duæ sententiæ ferantur:prima de restituenda re, & nisi restituatur. fiat condemnatio in pœnam,vel interesse per dilationem iuriurandi in litem: ut patet in actione,quod metus causa,& in actione de dolo, & rei uendicatione, & in actione ad exhibendũ, & similibus. Est & alius modus,ut vna feratur sententia, & in ea statim interesse consideratur,quando certo loco aliquid dandum est: & hoc est in ista sola. Tertius modus est, ut non in quantitate condemnationis fiat arbitrium, sed in qualitate: ut in actione noxali: in qua arbitratur iudex an liberetur dando seruum pro noxa: quod est, quando domino ignorante,uel prohibere non ualente, deliquit,aliàs insolidum tenetur:vt ff.de noxa.l.secunda.in princi.& l. in delictis. in princ.

m *Satisfieri*. sed nonne hoc idem in bonæ fidei iudicijs fit? Respon. dic, quod triplex est iudicis officium. Primum quod obtinet actionis uicem: per quod officium petuntur salaria aduocatorum, & restitutiones maiorum, & minorum,ut ff.de mino.l.quod si minor.§. fina. Aliud est,quòd bonæ fidei actionibus inhæret: quod iure actionis venit: ut ff.de eo,quod certo loco l.in bonæ fidei.& una cum actione perit:vt ff.deposi l.quarta.Tertium est, quod inhæret actionibus stricti iuris quibusdam, scilicet arbitrarijs; & ex hoc solo motu iudicis descendit: ut quasi liberum sit ei hoc facere, sed in actionibus bonę fidei adstringitur ad hoc. *c* Item in actionibus bonæ fidei vna fertur sententia; in his autem plerunque duæ, vt modo diligenter notauimus.

7 † *The.arbitrat. sit.*

c Io.Fa.reprehendit hac gl. qa in arbitrarijs iudex necessitate imputi officiũ,sed nõ necessitate ad tale,uel tale ut hic per eum.

*Concor. c.licet.i gl. super uerbo, possidetis.post principium. extra de prob.& c. inuenis. in gl.2.post prin. extra de sponsa.

*Adde Fel.in c.2. num.130.de libel. obla.

8 † *Omnimodo.*

Iudex debet ferre sententiam certam, etiam super libello incerto, si incertitudo est in potestate iudicis. hoc dicit. Aret.

¶Curare * autem debet * iudex, vt omnino [8] † (quantum possibile [n] ei sit,) certæ pecuniæ [o] vel [p] rei sententiam [q] ferat etiam si de incerta [r] quantitate apud eum actum est.

Plus petens in iudicio, loco, causa, re, vel tempore, olim cadebat à causa: nisi restitueretur legitima subsistente causa, hodie vero plus

ADDITIO.

Tu dic secundum Iaso. quod in actione bonæ fidei officium iudicis eis deseruiens prouenit ex natura ipsarum, per quod statim,quod debitor est in mora, potest condemnari ad usuras, vel interesse, sed in actione stricti iuris prouenit ex quodã accidenti extrinseco, puta, quia non præstatur res in qua fuit facta condemnatio, & sic istæ actiones sunt arbitrariæ.

¶CVRARE ¶Diuiditur in tres partes. Primò mandat iudici de ferendo certam sententiam.ibi,Certæ pecuniæ.Secundo limitat mandatum,si illud est possibile;ibi,Quantum. Tertio,remouet vnum obiectum ibi, Etiam si de incerta.

¶CASVS. Supra dictæ sunt multę diuisiones actionum, adhuc ponet plures, sed in præsenti. §. dat quendam effectum actionis, & dicit,quod si quædam actio coram iudice proponatur,curare debet iudex, ut quantum possibile est, & in quantum natura actionis hoc patitur, vt certam ferat sententiam.hoc dicit.Franc.

n *Possibile*. hoc ideo dicit, quia interdum non potest certam ferre sententiam.Quid enim si homo in genere promissus petitur.uel sub alternatione,puta Stichum,aut Pamphilum: aut damnum emendari,vel seruum pro noxa dari? *d* certè iudici non est possibile ferre certam sententiam:quia natura actionis non patitur;vt infra de offi iudi.in principio. Idem dico in hæreditatis petitione. nam sicut sufficit in libello proponere vniuersaliter; ita & in sententia, pura sic,pronuntio te hæredem extitisse ex asse, uel ex semisse; & ideo tibi hæreditatem restituendam.

o *Pecunia*.s.cum pecunia petitur.

p *Vel rei*.quando alia res petitur,quæ in quantitate consistat,uel non, & hoc si certum est petitum. alias enim non tenet sententia, nisi in aliqua parte actorum res certa scripta inueniatur,ut C.de sentent. quæ sine certa quantitate. l.hæc sententia,prima. si autem est incertum aut certificari potest,ut si peto interesse, quod debet coram iudice probari,& deduci ad certitudinem: ut C. de sentent. quæ pro eo,quod interest.l. vnica. §. secundo, & tunc locum habet hic §.aut non potest deduci in certitudinem,ut in homine generaliter petito,& similibus.quæ modo diximus,& tunc non habet locum iste §. Accur.

q *Sententiam ferat*. & in scriptis: ut C. de sentent. ex breui. recit. l. finali, nisi in quatuor casibus, ut in Authen. de manda. princip. §. si tibi. col.tertia.& in Authen.ut iudi.sine quoquo suff.§.necessitatem.coll. secunda,& in Authen. ut cler. apud propr. episcop. conue. §. primo, collat. sexta.

r *De incerta*.aut de interesse.

¶SI QVIS AGENS. ¶Diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit id,quod erat de iure antiquo, quando plus petebat. Secundo id,quod est de iure nouo. Secunda ibi. Et hæc quidem. Item prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit regulam generalem iuris antiqui, qualiter puniatur

d Illud exemplum de seruo cõiter reprobatur quia in ã noxali. iudex debet certã ferre sniam puta ad emẽdationem dãni: cum illud sit solũ in obligatione: ut hic per doct.

Diuisio. puniatur plus petens. Secundo quot modis dicatur plus petere. Tertio exempla vniuscuiusque. Secunda ibi, Plus autem. Tertia ibi, Re veluti. Aret.

¶ CASVS. In superioribus dictum est de natura omnium actionum; nunc autem nihil aliud intendit legislator ostendere, nisi qualiter abusores actionum puniantur. Dicit ergo, quod quotiescunq; actor plus petit intentione sua, quam sibi debeatur quocunque genere plus petendi, cadit a causa, hoc est, rem quam petit, amittit, nec succurritur ei de facili à prætore per in integ. restitu. nisi fuerit minor. Si enim minor. 25. an. aliqua facilitate lapsus plus petierit, tunc causa cognita succurritur ei: sed maioribus plus petentibus nullo modo succurrebatur, quin a causa caderent, nisi haberent magnam, & iustam causam erroris: tunc enim parcendum erat eis. & de hoc ponit duo exempla. Primum est, quando aliquis maior petebat totum legatũ, puta, petebat legatũ relictum sibi in testamento, & per errorem, cum aliqua pars legati, uel forte solida legata in codicillis essent adempta: quia tamen ignorauit, succurrebatur ei. Secundum exemplũ est in maiore, qui integra legata petebat, & tamen tota erant aliis legata, ita quod locus erat Falc. Hoc erat olim in quolibet genere plus petendi, scilicet, quod cadebat à causa, nisi iustã causam haberet, ut supra dictum est, sed hic non est ita, ut hētis inf. eo. §. sed hæc quidem antea. Fit.

petens tempore, venit aliter puniendus, quia in eo induciæ duplicantur, & actor ad omne damnum litis tenetur. Plus vero petens aliis modis, in triplum sumptus, quem sustinuit reus litis nomine punietur. Aret.

¶ Si quis agens, intentione[a] sua, plus[b] complexus fuerit, quã ad eum pertineat, à causa cadebat, id est, rem amittebat:[c] nec facilè in integrum restituebatur à prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis. huic[d] enim sicut aliis in causis, causa cognita,[e] succurrebatur, si lapsus iuuentute[f] fuerat, ita & in hac causa succurri solitum erat. Sanè si tam magna causa iusti erroris interueniebat, vt etiam constantissimus[g] quisque labi posset: etiam maiori vigintiquinque annis succurrebatur: veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quib.[h] aut pars legati adempta sit, aut quibusdam[i] aliis legata data sint: quæ efficiebant, vt plus petiisse videretur petitor, quàm dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata[k] minuebantur.[l]

a *Intentione sua.* i. in libello ubi erat intentio sua. Accur.

b *Plus.* etiam tempore, ut ff. de lib. leg. l. non solum. §. 1. & §. fi. nam plus quatuor modis dicitur, ut infra prox. §. & in omnibus his locum habet. §. iste.

c *Amittebat.* facit inf. de exceptionibus §. temporales. a & quod hic dicit in priuato, idem erat in fisco, ut C. de iure fisci l. iustas lib. 10.

d *Huic.* minori uiginti quinque annis.

e *Causa cognita.* bene dicit, causa cognita. Nam omnes in integrum restitutiones, causa cognita, permittuntur, ut ff. de in integ. rest. l. omnes. Accur.

f *Iuuentute.* i. facilitate sua. idem multo magis, si dolo aduersarii. ut ff. de min. l. 1. Accur.

g *Constantissimus.* quia errauit in facto, in quo prudentissimi falluntur, ut ff. de iu. & fac. ign. l. 2.

h *Quibus.* s. codicillis.

i *Quibusdam aliis.* s. legatariis.

k *Legata.* s. ea quæ sibi in testamento relicta sunt

l *Minuebantur.* nam tot erant legata, ut lex Falcidia locũ haberet, i. oportebat, ut legata defalcarentur ad hoc, ut haberet hæres Falcidiam; quia dodrantem excedebant: unde hæres debet detrahere Falcidiam, ut sup. ad leg. Falcid. §. 1.

a Aduertas, quod litera ibi dicit, quod induciæ duplicãtur & quod postea nõ cogitur litẽ suscipere, nisi refectis sibi expensis, & idem dicit text. in c. 1. extra de plus petiti. Ange.

¶ PLVS AVTEM. ¶ CASVS. Domine, sup. dixistis, quod quicunque petebat plus quocunq; genere petendi plus, cadebat a causa, & rem amittebat, nisi iustus error eum excusasset. Sed domine, cum plus plurib. modis peti possit: dicatis mihi, quot modis plus petitur? Ad hoc respon. dominus Iusti. sic: Quatuor. n. modis plus petitur, re, tẽpore, loco, & causa. Re, ut ille, cui debentur x. petat xx. vl xxx. uel si ille, cuius fundus est pro parte, totum petat: plus re. Tẽpore, de hoc habuistis exemplum de eo cui aliquid debetur in diem, uel sub conditione, si ante diem uel conditionem existētem petat. Et sum in uet. loco plus petitur. Sup. uidistis duo exempla, in quibus plus petitur, s. re, & tẽpore. Modo videtis exemplum de eo, qui plus petit loco, & est exemplum in eo, qui quod certo loco stipulatus est sibi dari, petit in alio loco, nulla facta commemoratione de loco, in quo promisit promissor: ut puta, si aliquis stipulatus fuerit à Titio aliquid sibi dari Ephesi, & illud petat Romæ sibi dari: iste plus petit loco; eo quod aufert commoditatem, uel utilitatem promissori, quam habuit ratione loci, in quo promisit. Vnde in isto casu habet locum actio arbitraria loci: in qua habebitur ratio utilitatis, quæ competitura esset promissori, si soluisset in loco illo, in quo promisit se soluturum. & ista utilitas in mercibus ueluti in frumento, oleo, vino, & in aliis mercibus bene apparet. Merces. n. in diuersis regionibus diuersa habent pretia. unde si decem modia frumenti promisi tibi Ephesi, & tu petas ea Romæ, aufers mihi magnam utilitatem. modium. n. quod non ualebat Ephesi, nisi x. ualet forte Romæ xv. uel xx. & illius utilitatis habebitur ratio. Sed domine, quid dicetis uos de pecunia? Respon. idem dico tibi de pecunia: quia plus expedit promissori pecuniam soluere in uno loco, quã in alio, eo quod in uno loco, potest pecuniam sub leuioribus usuris habere, quàm in alio. Sed quid si is, qui alio loco certo sibi aliquid dari stipulatus est, eodem loco pecuniam petat, quo sibi promissa est? Respon. tunc rectè agit: nec habet locum arbitraria loci: quia loci commoditas est salua promissori.

Summatus est iste §. supra, tamen specialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis, scilicet, re, tempore, loco, & causa, & primo tres primos modos exemplariter declarat. hoc dicit. Ange.

¶ Plus[m] autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & causa.

¶ Re, veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, 1 † viginti petierit: aut si is, cuius ex parte res est, totam eam, vel maiorem partem suam esse intenderit. Tempore, 2 † veluti si quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione, qui tardius soluit, quam soluere deberet, minus soluere intelligitur: eadem ratione[n] qui præmaturè petit, plus petere[o] videtur. Loco plus petitur; veluti, cum quis id quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit sine commemoratione[p] illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia, si is, qui 3 † ita stipulatus fuerit: Ephesi dare spondes? Romæ purè intendat sibi dari oportere.

1 † Th. qui ipsi debentur.

2 † Th. plus peto.

3 † quia

m *Plus autem quatuor modis.* ut omnibus his modis a causa uideatur cadere iure antiquo. unde isti quatuor modi plus petendi patent in hoc uersu: Plus petitur causa, uel tempore, reque: locoque.

n *Ratione.* à simili per contrarium.

o *Petere*, ut hic, & supra de fideicommissis. §. non solum.

p *Sine commemoratione*, idest, sine utilitate rei debit

vel

vel interesse rei. nam est habenda ratio eius vtilitatis, si sua intersit in loco destinato potius conueniri. a Vel dic, commemoratione, idest mentionem faciente de ipso loco. nam ipsum locum vbi erat facienda solutio, in libello ponere debet sic: peto. ut x. mihi soluas hic, vel vbi soluere promisisti, ut hic, & ff de eo, quod certo loco. l. 2. §. fina post hæc nisi soluat, poterit eũ conuenire vbicunque uoluerit: dummodo cõuentus habeat ibi forum, non aliàs: vt ff. de iud. l. heres absens. In fi. Sed Pla. dicit, quã scilicet ubicunque poterat eum conuenire, potest etiam ibi, ubi non habeat forum: & est pro eo. ff. de iud. l. eum qui & ff. de cõstit. pec. l. si duo. §. sed & certo. Sed certè, q̃ dictis legibus dicitur, vt quolibet loco possit conueniri, uerum est idoneo, ubi conuẽtus habeat forum: ut ff. de mune. & hono. l. ut gradatim. §. primo.

¶ Ideo autem plus petere intelligitur: quia vtilitatem, quam haberet [1] † promissor, si Ephesi solueret, adimit [a] ei pura intentione. Propter quam causam alio loco petenti arbitraria [b] actio proponitur: [c] in qua, scilicet, ratio habetur vtilitatis, quæ promissori [d] competitura fuisset, si illo loco solueret, quo se soluturum spopondit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitur; veluti, vino, oleo, frumento, quæ per singulas regiones diuersa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ, non in omnibus regionibus sub eisdem vsuris fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, idest, eo loco petat, quo, vt sibi detur, stipulatus est pura [e] actione, [2] † rectè agit. idque etiam prætor monstrat, scilicet, quia vtilitas soluendi, salua est promissori.

Summatus est iste §. supra, tamen specialiter hic declaratur per exempla, qualiter plus petitur causa: vnde nota, quòd in alternatiuis contractibus in dubio est electio debitoris. concor. l. plerunque. in fine. ff. de iure dotium. Aret.

¶ Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is, qui causa [f] plus petit: vt ecce si quis ita à te stipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes? deinde alterum [3] † petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis, promissoris est electio, [g] vtrum pecuniam, an hominem soluere malit: qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum, sibi dari oportere intendit, eripit [h] electionem aduersario, & eo modo suã quidem conditionem meliorem facit, [i] aduersarij verò sui deteriorem. Qua de causa, talis in ea re prodita [k] est actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere, idest, vt eodem modo peteret, quo stipulatus est.

¶ Præterea [l] si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat, aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter [4] † Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit: [m] cui stipulationis iure liberum fuit aliud soluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licet vilissimum sit, quod quis [5] † petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, vt promissori facilius sit illud soluere, quod ma-

a Quærit Ioan. Fa. si est notoriũ, quòd utilius est debitori, soluere in loco ubi agitur, quã in loco cõuento: nunquid tunc dẽat actor mentionẽ facere de loco conuento? & dicit, q̃ sic q̃a petitor semper debet narrare formã obligationis, ut inf. prox. §. in fi. itẽ, quia aliq̃n expedit, & facilius est debitori soluere, quod damnosi* e.t sibi inf. eo. §. præterea igit. in fi. Ang.

1 † *habuit.*

2 † *intentione.*

a *Adimit*. idest, adimere desiderat: non tamen adimere potest.

b *Arbitraria*. idest, vtilis certi condictio ex stipulatu, ubi stipulatio intercessit. ut hic fuit, uel utilis certi condictio ex mutuo, ubi mutuum erat datum certo loco reddendum: uel utilis actio ex testamento, ubi legatum est dandum certo loco. l 2. §. hæc autẽ actio. & l. si hæres. & l. aut si mutua Accur.

c *Proponitur*. idest, tribuitur, uel datur: ut ff. de eo, quod certo loco. l. quod si Ephesi.

d *Promissori*. sed & actoris utilitas attenditur, & utriusq; utilitas simul attenditur, ut ff. de eo, quod certo loco da. opor. l. secunda, primo responso.

ADDITIO.

Dic, quod interesse rei, si conueniatur in alio loco, sẽper æstimatur. sed non actoris, nisi reus fuisset im mora, vel culpa, ut no. gl Bar. & doct in d. l 2 in prin. Ang.

e *Pura*. idest, non habita mentione, uel ratione loci, ubi erat facienda solutio, ut diximus sup. eo. §.

¶ HVIC AVTEM. ¶ CASVS. Supra dictum est, quòd quocunque genere plus petendi olim plus petebatur, cadebat à causa, rem amittebat plus petens: qualiter autem plus petebatur re, uel tempore, uel loco dictum est supra. Modo dicit dominus Iust. qualiter plus petitur causa, & de hoc ponit duo exempla, vnum in isto §. & aliud in sequenti. Primum exemplum est tale: Si quis est stipulatus Stichum, aut decem, uel viginti aureos, & postea petit Stichum præcisè, plus petere causa uidetur. Habuit enim electionem promissor soluendi decem, uel Stichum. unde cum præcisè petat unum, adimere sibi uidetur electionem, & ita plus petere causa uidetur, & ita olim cadebat à causa. Quid ergo debet facere stipulator: quid petet? Resp secundum qualitatem cõtractus debet facere libellum, & hoc est optimum uerbum quotidianũ hoc est, eodem modo, quo stipulatus est. unde quia stipulatus est alternatiuè, & alternatiuè debet libellum suum conficere uel formare. Et sum in versi. Præterea si quis. Tu habes vnum exemplum de eo, qui plus petit causa. Hic ponit dominus Iustin. aliud exemplum de eodem. Plus enim petit causa ille, cui homo in genere promissus est si hominem certum petat. & similiter est in uino, & in purpura, & in alijs Generaliter enim quandocunque aliquid debetur in genere, si certum quid petatur, plus peti uidetur. Videtur enim promissori adimere electionem, uel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis; hoc uerum est, quando aliquid in genere promissum est; & ille, cui promissum est, certum petit: quia tunc si pretiosissimũ petat, plus petere causa uidetur. Sed quid diceretis vos domine si aliquid in genere esset promissum: & ipse præcisè petat illud, quod vilissimum est in illo genere, videtur ne plus petere? Et respon. quòd sic, quia adhuc electionem soluendi promissori adimere uidetur. Sæpe enim accidit, vt promissori facilius sit soluere illud, quod maioris pretij est. Omnibus ergo istis modis dicitur plus peti; & quocunque istorum modorum plus petebatur, cadebat plus petens a causa: Hodie non est sic, ut patet in prox. §. Fran.

3 † *alterutrum.*

4 † *Th. dest specialiter.*

5 † *quis sit*

f *Qui causa* hanc causam electionem iam uocabit.

g *Electio*. nisi cum iam unum interijcerunt enim alterum, quod superest præstabit, ut ff. de iure do. l. plurunq;. in fi. *

h *Eripit* i. eripere vult.

i *Facit*. i. facere vult.

k *Prodita est*, i. data. Et est actio ex stipulatu hoc modo, s. alternatiuè proponenda, ut dicitur hic.

l *Præterea*. hoc est aliud exemplũ, qualiter cã plus petitur.

m *Tollit*. i. tollere vult.

* Tu uerò pro huius declaratione, uideto Barto in l. Stichũ, aut Pamphilũ in princ. col. 2. vers. reassume ergo. ff. de solu.

Maioris

ioris [a] pretij est.

Summatus est in §. si quis agens. tamen specialiter hoc habet: Hodie contra plus petentem tempore, duplicantur induciæ, & fit condemnatio ad omne damnum litis: petens verò plus a ijs modis in triplum sumptus quem sustinuit reus litis nomine, est condemnandus. hoc dicit. Ang.

¶ Et [1] † hæc quidem [b] antea in vsu fuerant, [2] † postea vero lex Zenoniana, [c] & nostra [d] rem coarctauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oporteat Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio. [e] si autem [3] † quantitate, [f] vel alio modo [g] plus fuerit petitum, in omne, si quod forte damnum [4] † ex hac causa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicut supra diximus [h]) puniatur. [i]

Petens minus, quàm ei debeatur, potest coram eorum iudice residuum petere. h. dicit. Aret.

¶ Si minus * intentione [k] sua complexus fuerit actor quàm ad eum pertineat, veluti, si, cum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si cũ totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petierit, sine periculo agit: in reliquum enim nihilominus iudex ad uersarium in eodẽ iudicio [l]

a Ista lex bene facit ad opposi tũ, sed aliq nihil faciunt. Ia.

1 † Th. ius plus petitionis olim in vsu fuerat hoc.

2 † Nõ possit, & lex Diui Zenonis, & Imperatoris nostri in angustum cõtraxit.

3 † Th. q̃t ß.

a *Maioris pretij est.* facit ad hoc ff. loca. l. item quæritur. §. primo, & ff. de cond. & demonstra. l. quod traditum est. & l. sequen. & ff. de in diem adie. l. si venditor. §. sed si neuter. & ff. de usu, & habi. l. l. si. *a* & ff. de vsufruc. l. hactenus §. fi. & l. seq.

¶ ET HAEC QVIDEM. ¶ CASVS. Ab illo §. si quis agens. vsque nunc, solum habuistis, quòd quatuor sunt modi plus petendi; & quicunque aliquo istorum modorum plus peteret, cadebat à causa sua. propter quod dicit dominus Iustinianus quod hoc videtur iniquum, & correctione dignum: & dicit hæc antea in vsu fuerant: sed postea lex Zenoniana, & nostra constitutio hoc arctauerunt. Et hodie obtinet, quòd nullus à causa cadat, scilicet, qui plus petit tempore, aut alio modo. Sed si plus petat tempore, tunc in pœnam petentis plus tempore, duplicabuntur induciæ: ita quòd si illud, quod post annum debebatur, incontinenti petat, non poterit illud petere, nisi post biennium. & etiam necesse habebit, adhuc soluere omnes expensas, quas in lite reus fecerit. Si autem re, uel loco, uel cã plus petat? Respon. Imperator, quòd tunc omne damnum, quod sustinebit reus per pluris petitionem, resarciet sibi actor in triplum. hoc dicit. Sed videtur per hoc, quòd dicitur hic, quod non habebit locum id. C. de plus peti. l. vnica? Respond. imo, quia titulus ille in alio casu loquitur: vt patet in apparatu; propter mendacium enim ibi punitur.

b *Et hæc quidem.* scilicet, quæ diximus. vt plus petendo cadat à tota causa, ut supra eodem, §. si quis agens.

ADDITIO. Et consulit dom. Iason ad euadendum istas pœnas, quod in libello semper adijciatur illa salutaris clausula: saluo iure superflui, &c.

c *Lex Zenoniana.* s. Græca, quam non habemus.

d *Et nostra.* s. Græca, quam non habemus.

e *Constitutio.* s. Græca: vt diximus: cuius sententia est, vt tempus debeat duplicari conuento. & omnes expensæ ubi resti tui vt infra de excep. §. hodie autem.

f *Quantitate.* & sic re.

g *Alio modo.* idest loco, vel causa: vt supra. §. plus autem. Accursius.

h *Diximus.* vt supra eodem. §. tripli & ibi huius nostræ constitutionis Græcæ sententia recitatur. Sed si non solum petijt, sed etiam cautionem exegit post litem contestatam, amittitur debitum etiam hodie: *b* vt C. de plus pe. l. 1. quæ est huic contraria. Si ante litem contestatam pœniteret, non punitur *c* quia non petit, sed petere vult: vt ff. rem ratam haberi. l. amplius non peti. & in d. l. C. de plus pet. l. j.

i *Puniatur.* scilicet, condictione ex lege illa Græca, cuius effectum habuimus supra eodem. §. tripli. & in hoc §. plus autem.

¶ SI MINVS. Diuiditur in duas partes. Primò, quando minus petijt. Secundo, quando aliud pro alio per errorẽ petijt. Secunda ibi. si quis aliud. Aret.

¶ CASVS. Vidistis iam de eo, qui plus petit, qualiter puniebatur olim, & qualiter hodie punitur. Dominus Iustinianus nihil volens dimittere indiscussum, adhuc tractat de eo, qui minus petit, quid iuris sit; & dicit, quod qui minus petit, hoc potest facere sine periculo, & in eodem etiam iudicio plus petere potest: quia ex constitutione bonæ memoriæ Zenonis fuit hoc introductum, quod ille, qui minus peteret, posset in eodem iudicio plus petere. Et scire debetis. quod hæc materia illius l. C. de eodem leg. ed. ta actio & ea, quæ super repetitione illius l. dicuntur, possunt hic repeti. Quidam autem per §. istum voluerunt dicere, quod emendatio libelli, & mutatio possit fieri vsque ad sententiam diffinitiuam: quia vsque ad sententiam definitiuam semper manet idem iudicium. Doctores tamen nostri. in hoc residentes, quòd ante litem contestat. potest fieri emendatio, & mutatio: & litem iam istam ita intelligunt, in eodem iudicio, idest, ante litem contestatam, vel sic in eodem iudicio. idest, apud eundem iudicem: non in eadem instantia iudicij. Vocatur tamen iudicium idem propter identitatem iudicis, & causarum. Franciscus de Aretinus.

K *Intentione.* idest, in libello intentionis, & hoc per errorem, si enim scienter, donare præsumitur, secundum quosdam. Sed contra puto, quòd nunquam donare præsumitur, nisi tunc quando traditio fieret ab eo, qui donare præsumitur: vt ff. de regulis iuris leg. cuius per errorem. hic autem non erat datio, sed quædam abstinentia. Vnde siue de reliquo sciat, qui agit; siue non, tempore cœpti iudicij, locum habet §. ille.

ADDITIO. Ista glos. in se, & relata ad textum nostrum, est vera, & secundum Ias. vnica, & singularis: non tamen est simpliciter vera, in quantum dicit, nunquam præsumi donationem, nisi interueniat traditio. prosequere, vt per eum.

l *In eodem iudicio.* idest, quandocunque ante sententiam reliquum petierit sine noua contestatione, secundum quosdam, vt hic dicitur; & hoc propter duas rationes falsas. Vna, quia potest emendare libellum quandocunque ante sententiam, vt dicunt. & est pro eis ff. de noxa. l. in delictis. § si detracta. & sic intelligunt. C. de eden. l. edita. Altera ratio est, quia secundum eos etiam, si non petat, vel probet hoc actor, tamen iudex si scit, debet secundum suam conscientiam condemnare reum. & est pro eis ad hanc rationem ff. finium regundorum. leg. si irruptione. § ad officium & in hac sententia fuit dominus M. Sed certè secundum Ioannem positum est falsum: & duæ rationes malæ. Nam non potest quis immutare * libellum, nisi vsque ad litem contestatam: nec etiam hodie post datum libellum: *d* quia sic dicit authent. quod non habet necesse in primo libello persistere: ut in Authen. de ling. §. omnem. colla. octaua. Item quia non videtur in iudicium venisse, quod post litis contestationem contingit: vt ff. de iudic. l. non potest & ff. de exceptio. rei iudicata leg. cum quæritur & l. egi tecum. Nec obstat, quod hic dicitur, & quod dicit eodem iudicio. Nam dic, idest, coram eodem iudice, & ab eodem actore, & reo. Nam, & propter hanc causam, scilicet, propter identitatem personarum, etiam ubi prorsus aliud petitur: tamen dicitur iudicium idem: ut infra proxi. §. Item non obstat ff. de noxa l. in delictis. §. si detracta. quia ibi ex eadem causa, & eadem actione, & ad idem agebatur: licet esset variatio in quodam beneficio, quod dominus habet per leg. ut possit pro noxa dare: ut infra de noxa. actio. §. summa. & ff. de re iud. l. miles. §. 1. Item alia ratio non est bona: quia non

4 † ex ea re sua iur.

* Gl. in e. inter dilectos, super ver. addendi. dicit, quod argu. huius §. in libello sunt ponenda illa verba, salvo iure addendi. & c. Adde Fel. in c. r. n. 4. de lib. obl. vbi latè de libelli ineptitudine.

*Sed caue to, ne te gl. fallat, quod sup. via e verbo, emendare, modo im mutare; quasi pro eodẽ, quo ad iuris tertios, iumai; Quod falsum est si gde habet signifi cantia lõge diuersam. vt le. edita. C. de edend ibi emendari. uel mutari.

d Contra riũ tenet Fab. Pla. An. & Ia. Iudicium dr idẽ pp psonarum identitatẽ.

b idẽ Fa. Pla. & Ange.

c Sequuntur Bal. F. Plac. Ang. & Ias. & ẽ glo. similis in c. t. extra de plus peti.

non

non secundum conscientiam, sed secundum allegata debet iudex iudicare, & pronuntiare: vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. nisi habeat conscientiam, vt iudex: vt in d. l. & ff. finium regundorum. l. si irruptione. §. ad officium. & hoc in singularibus iudicijs. a Sed quid in vniuersalibus? Respond. potest in eis adijci quandocunque ante sententiam: vt ff. de pet. hæredit. l. 4. & l. si quo tempore. & sic intelligitur. C. de appel. l. si. §. si.

contra illum, qui bonis cessit. Secunda ibi, Item si de dote. Tertia ibi, sed si quis cum parente. Quarta ibi, Compensationes. Quinta ibi, Cum eo quoque. Legans tamen per particulas, vt clarius vnaquæque materia comprehendatur. Aretinus.

§ No. sm Ias. quod iudex, qui est s. legē, ut Papa, Imperator, uel princeps, cui dictū ē p lege, debet semp sm conscīā suam iudicare, qualitercūque eam habeat siue non, alias peccaret. Itē not. quod executor tenet exequi sn̄iam ēt contra ppriā conscīam, nisi in cā crīali. & corporali, qa tūc iudex non debet exeq. ɔtra suā cōscīēn. d, ut pulchrè p eū

1 † errans.
2 † nam.
3 † potest.

a *Constitutione diuæ.* scilicet Græca, quam non habemus. Accursius.

ei condemnat, ex constitutione ª diuæ memoriæ Zenonis.

Si quis per errorem, aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. hoc dicit Aretinus.

¶ SI QVIS ALIVD.

¶ C A S V S. Supra vidistis, quid iuris de eo, qui plus petit. Sed quid si aliquis aliud pro alio petierit, vel si vnam actionem pro alia proposuerit? Respondet, quod nō propter hoc periclitatur ei aliquid: sed in eodem iudicio cognita causa, errorem suum corrigere potest. hoc dicit. Franciscus.

b *Intenderit*. s. sibi deberi.

c *In eodem iudicio cognita veritate.* idest apud eundem iudicem, & dicitur idem iudicium propter identitatem personarum, & iudicis: tamen verè aliud est. Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Respond. si potest esse instructus ex petitione prima etiam ad secundam non dabuntur: cum necessariæ, non voluntariæ, sint dandæ dilationes: vt C. de dilationibus. lege prima. Nam si primo egit actione vi bonorum raptorum, & postea mutetur, & agatur actione furti, satis potest esse reus instructus. Si autem sunt diuersæ petitiones, vt in hoc §. dicitur, nouæ dilationes dandæ sunt: ut C. de dilationibus le. prima. Item nunquid iterum de calumnia iurabitur? Respond. sic; quia potest & in hac causa calumniari: ut ff. de damno infecto. leg. qui bona fide. §. antepenultimo, & penultimo.

¶ Si quis aliud, pro alio ¹ † intenderit, ᵇ nihil eum periclitari placet: sed ² † in eodem iudicio, ᶜ cognita veritate, errorem suum corrigere ᵈ ³ † ei permittitur: veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oporte re intenderit, ᵉ quod ex stipulatu debetur.

Actiones omnes aut sunt persecutoriæ solidi, aut in quā tum quis facere potest, vel in quantum habet, vt probatur in exemplis sequentibus, & primò in actione de peculio.

¶ Sunt præterea * quædam actiones, quibus non semper solidum, quod debetur nobis, persequimur: ⁴ † sed modo solidum persequimur, modo minus. Vt ecce, si in peculium filij, seruive agamus. Nam si non minus in peculio sit, quàm persequimur, in solidum dominus, paterve condemnatur: si verò minus inuenietur, eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ⁵ † suo ordine proponemus.

In dotis restitutionem condemnatur maritus, in quantum facere potest.

¶ Item si de dote in iudicio mulier agat, placet eatenus maritum ᵍ condemnari debere, quatenus facere possit, i. quatenus facul-

¶ C A S V S. Iam vidistis in titu. de actionibus varias, & diuersas diuisiones actionum. Adhuc etiam est alia diuisio actionum, quam innuit nobis Iustinianus, & vsque in finem tituli prosequitur, & est diuisio ista talis: Actionum quædam sunt, quibus persequimur solidum: quædam, quibus non solidum: & quædam, quibus minus. Et ponit exemplum, dicens quod per actionem de peculio aliquando persequimur solidum: veluti, si rem pore litis contestatæ tantum reperiatur in peculio, deducto omni eo, quod de iure deduci debet, quantum nobis debetur, & quemadmodum peculium intelligi debeat, suo loco proponemus. Et sum in §. item si de dote. Iam vidistis exemplum de vna actione, quę quandoque persecutoria est solidi, quandoque non. Modo dabo vobis exemplum de alia actione, quæ quandoq; datur in solidum, quandoque non: & est exemplum de actio. de dote, quæ est persecutoria solidi, quandoq; maritus solidum facere potest. Si autem non habeat, unde solidum facere possit: tunc debet condemnari in quantum facere potest. Et sumus in uer. Propter retentionem. Iam uidistis unum casum, in quo non consequitur mulier solidum per actionem de dote. Hic ponit dom. Iusti. alium casum, puta, quando maritus utitur retentione propter impensas factas in dote. h. d. Fran.

* Adde glo. & Dd. in l. diuus Pius. de reg. iur.

4 † consequimur.

5 † intelligendum sit.

d *Corrigere.* nota, quod permittitur alicui errorem suum corrigere. Sed nunquid in ueteri habet necesse persistere? Respondet, non, secundum hanc l. Sed hodie contra: ut in Authen. de lit. §. omnem. coll. 8. & ita intentabit ueterem, & nouam: nisi rēo absoluto in ueteri, obijciatur exceptio rei iudicatæ in noua: ut quia sit eadem causa agendi, & eædem personæ, & eadem res, licet alia sit actio: vt ff. de iureiurando. l. duobus. §. exceptio. & ff. de exceptio. rei iud. lege, si mater. §. eandem, & lege, cum quæritur. Vel nisi actio prima ᵇ ita se habeat ad secundam, ut electione tollatur: quod in casibus contingit: ut C. de furt. lege prima, & C. si seruus extr. emi. se mand. l. prima, & C. de codic. l. finali, & C. de pact. inter empto. & uendito. l. commissoriæ. ut ff. de tribu. l. quod in hęrede. §. eligere. ff. de leg. secundo, l. & cum filiis. §. uarijs.

b Glo. intrat hic materiam cumulationis; de qua uide Bart. Bald. Sal. & Ia. in l. edita. C. d̄ edē. Io. Fa. & Angel. hic.

e *Intenderit.* s. sibi deberi.

¶ S V N T P R A E T E R E A. ¶ Diuiditur in duas partes: In prima ponit unum dictum generale; uidelicet, quod non omnis actio est persecutoria solidi. Secundo illud per plura exempla probat. Secunda ibi, ut ecce. Item secunda subdiuiditur. Nam primò ponit exemplum de peculio. Secundò de dote. Tertio. quando agitur contra patrem, patronum, socium, uel donatarium. Quarto, quando agitur per compensationem; Quinto, quando agitur

¶ *Sunt præterea quædam actiones.* Innuit hic quandam diuisionem actionum, scilicet, quòd aliæ sunt persecutoriæ in solidum: aliæ non. & hanc prosequitur usque in finem huius tit. & non est ista diuisio de 12. diuisionibus. Nam prima est, quod aliæ sunt in rem, aliæ in personam, ut supra eod. §. omnium. Secunda est, quod aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ. ut s̄ eod. §. sed istæ quidem actiones sunt. Tertia fuit ᶜ s̄. eod. §. sequens. Quarta s̄. eo. §. omnes autem actiones. Quinta s̄. eod. §. actionum autem quædam sunt. Sexta est, quod aliæ sunt temporales, aliæ perpetuæ. Septima, quod aliæ sunt transitoriæ ad hæredes, aliæ non: ut j̄. de perpe. & temp. act. §. non omnes. Octaua est, quod aliæ sunt famosæ, aliæ non: ut j̄. de poe. tem. li. §. pe. Nona, quòd aliæ sunt directæ, aliæ utiles: ut ff si qua. pau. fe. di. l. penult. Decima, quòd aliæ directæ, aliæ contrariæ: ut supra, de obligatio. quæ ex quasi contractu § 1. & 2. Vndecima, quòd aliæ singulares, aliæ uniuersales, aliæ generales: ut ff pro socio. leg. pro socio arbiter. Duodecima diuisio ᵈ est, quod aliæ sunt simplices, aliæ duplices: ut familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regund. & quædam interdicta, ut infra, de interdi. §. tertia diuisio. Est autem & hæc extrauagans, de qua hic dicitur.

c Pōt sustineri, quod tertia diuisio fuit in §. præiudiciales. & isto modo diuisio. §. sequēs. erit quarta. Is.

d Dic, quod in illo n. non ponitur nisi sex diuisiones prima in § 2. secunda in §. sed istæ. tertia in §. sequens. quarta in §. omnes. quinta in §. actionū. sexta hic Ias. & est de mente aliorum.

f *Proponemus.* ut inf. tit. j. §. cum autem.

g *Maritum.* uel eius hæredes, s. filios communes. secus in extraneis hæredibus: ut ff. sol. mat. l. etiam filios mulieris. & l. maritum. & l. seq.

Facultates.

a Et i hoc deducendo, debet attēdi modus circa duo. Primo, circa quantitatem rei, cōsideratis facultatib. & conditione personæ. ut si possit operari, & habeat officium, uel artificiū, sibi computetur, & fiat deductio istarū operarū: nobilis uerò plus expendat, q̄ rusticus. Secundò, circa quātitatē temporis: puta anno, re ipsius mariti fm fortunam l. hæreditatē in prin. ff. ad l. Falc. ut per Io. Fa. & An. hic.

b Ista gl. est magistra, & melior de toto iure in sua materia, secundum Fab. Placen. An. & Ias.

1 † Th. acti. p. poterūt.
2 † patre.
3 † quacunque actione egerit.

Impensæ voluptariæ, an possint abradi.

c Et hoc est specialeiu uxore, tamen ab alio, cui in uoluntate factæ fuissent in re sua, bene repetū tur. l. iij. alias 4. §. si mutuat. ff. de in rē uerso.

a *Facultates*. vt tamen ipse maritus non egeat: *a* ut ff. de re iud. l. inter eos. & ff. de reg. iur. l. in condemnatione personarum. & hoc nisi dolo fecerit maritus, quo minus possit cautione exposita ab eodem de solido soluendo, si ad meliorem furtunam peruenerit, ut C. de rei uxo. ac. §. cum autem. & ff. sol. ma. l. etiam filios. § licet. ff. pro soc. l. uerum est §. id, quod.

ADDITIO. Item nisi mulier ipsa esset pauper ita, ut ad ipsius uictum tota dos esset necessaria. Item si res dotalis, uel alia acquisita ex re dotali, extaret: quia non haberet locum beneficium istius textus, ut per doc. hic.

b *Impensas*. *b* dic, q̄ impensæ alię necessariæ sunt, ut quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura. Alię uoluptarię, quæ tantum rem exornant, ut ff. de verborum significatio. l. impensæ. & ff. de impen. in rebus dot. fa. l. j. & l. quod dicitur. § utiles. & l. uoluptariæ. In primus uero impensis dic, quod minuunt dotem ipso iure, si consistat in pecunia, & specie, ut si est fundus, & pecunia in dotem data, quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipso iure deberi desinit. Si uero solus fundus in dote sit: tunc si tantum expenditur simul, uel diuersis uicibus, quanti est fundus, tunc ipso iure definit esse dotalis, nisi mulier intra annum, sponte marito impensas obtulerit. Si uero non tantum, non desinit esse dotalis, sed tandiu totus vel pro parte retinetur, quandiu impensæ restituantur, ut ff. de impen. in rebus dot. factis. l. quod dicitur, & ff. de iure dotium. l. si quis. §. pen. & fina. & hoc in necessarijs impensis. Si autem vtiles sunt, tunc per actio. neg. gest. vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetuntur. Voluptariæ non repetuntur, etiam si mandato mulieris factæ sunt, sed abraduntur, sine læsione prioris status, ut C. de rei vxo. actio. §. sed nec ob impensas. & ff. de rei vendic. l. in fundo. *c* Et secundum hanc distinctionem hunc §. intelligas & quod dicit in litera, quasi, non denotat improprietatem: sed est impensa necessaria, ut dictum est, sed si vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hic. §.

c *Dos*. in pecunia consistens.

d *Liberis*. ut ff. de impensis in rebus dota. fa. per totum titulum. Accur.

¶SED ET SI QVIS. ¶CASVS. Præter actiones iam dictas, sunt & aliæ, quibus quandoque persequimur solidum, quandoque non. Eiusmodi sunt illæ, quæ dantur contra parentes, & patronos, & contra socium. Idem dico in actionibus, quæ competunt contra eum, qui conuenitur ex sua donatione. h. d. Fran.

e *Sed & si quis*. scilicet, filius, vel libertus, qui agunt, uenia impetrata: aliàs puniuntur, ut sup. cod. §. pœnales. ver. veluti. ibi, & in eum. Accur.

f *Socius*. & se confitente socium, aliàs non datur ei hoc beneficium. ut ff. pro socio l. si unus. §. vlti.

ADDITIO. Quod uerum intellige, si perseuerer in negatione usque ad litem contestatam; & negauit in specie esse socium: aliàs secus, puta si in genere, ut nego narrata, prout narrantur; & c. secundum doc. hic.

tates[a] eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas[b] in res dotales factas, marito quasi retentio concessa est: quia ipso iure ex necessarijs sūptib[9] dos[c] minuitur: sicut ex latioribus Digestorum libris[d] cognoscere licet.[1] †

In his quatuor casibus, reus condemnatur, in quantum facere potest. Ang.

¶Sed &[e] si quis cum parente[2] † suo, patrono ve agat: [3] † item si socius cum socio,[f] iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quàm aduersarius eius facere potest.[g] Idem est, si quis ex donatione[h] sua conueniatur.[i]

Ratione compensationis sæpe minuitur intentio actoris. Ange.

¶Compensationes quoque oppositæ plerunque[k] efficiunt, vt minus quisque[4] † consequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono, & æquo, habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem causa[l] præstare oportet: in reliquum eum, cum quo actum est, condemnat: sicut iam[5] †[m] dictum est.

Impedit bonorum cessio, ne fiat in solidum condemnatio. Ange.

¶Cum eo quoque, qui creditoribus[n] suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod* idoneum emolumentum habeat, ex integro [o]in id, quod facere potest, creditores experiuntur. Inhumanum[p] enim erat[6] † spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.

g *Potest*. quod semper accipe, detracto tantò, quòd possit inde viuere conuentus, ut ff. de regul. iur. l. in condemnatione.

h *Ex donatione*. id est, quando non potest soluere, cùm donare promisit. Accursius.

i *Conueniatur*. scilicet condictione ex lege, ut C. de donatio. l. si quis argentum. §. fin autē. Et nota, quòd hic solus conuenitur in quantum facere potest, deducto ære alieno. ut ff. de re iu. l. inter eos §. j. & ij. & melius. §. fi.

¶COMPENSATIONES. ¶CASVS. Suprà uidistis, qualiter quandoque per actiones psequimur solidum, & quādoque non; & hoc per naturam actionis, ut iu superioribus patet. Hic autem dicit, quòd similiter per actiones quandoque non persequimur solidum propter compensationē factam, uel compositam ab homine. h. d. Franc.

k *Plerunque*. hoc dicit propter actionem depositi, & alias quasdam, in quibus non obijcitur compensatio. ut sup. eod § in bonæ fidei & C. de compen. l. fin.

l *Ex eadem causa*. hodie ex quacunque causa, & in quolibet contractu bonæ fidei vel stricti iuris, *d* vt sup. eodem §. in bonæ fidei.

m *Iam dictum est*. sup. eod. §. in bonæ fidei.

¶CVM EO QVOQVE. ¶CASVS. Adhuc ponit dominus Iustinia. nobis aliud exemplum actio. in quo exemplo non semper persequimur solidum, sed aliquando minus solido. Pone, quòd habebam debitorem, qui cessit bonis: deinde tamen ad pinguiorem fortunam deuenerit, intento contra eum actionem utilem, quæ mihi ante bonorum cessionem competebat directa: condemnabitur ne in ista actione secunda in solidum? Respon. quòd non: sed in quantum facere potest. Inhumanum enim esset, quod de postea acquisitis in solidum condemnaretur. hoc dicit. Franciscus.

n *Creditoribus*. quod fieri non potest, antequam debitum agnoscat, uel in iure confiteatur, ut ff. de ces. bo. l. pen. Prodest autem hæc cessio, ut non ducatur debitor in carcerē, ut C. qui bon ces. l. j. & quòd in acquisito postea conueniatur in quantum facere possit, ut subijcit.

o *Ex integro*. uidetur sibiipsi contraria litera, quòd ex integro, & in quantum facere potest, conueniatur, ut subijcit. Sed sic intelligitur, quòd in solidum conueniatur, quam diu potest soluere; hoc tamen est, deducto semper, ne egeat, ut ff. de ces. bo. l. qui bonis. & ff. de regu iur. l. in condemnatione.

ADDITIO. Vel dic, & longè facilius, ex integro, id est, denuo siue iterum; ut sit una dictio; & ita exponunt doctores periti. Et hoc, scilicet, qui cessit bonis, potest iterum cōueniri, si perueniat ad pinguiorem fortunam: verum est, nisi pro eo tam sustinuisset pœnas corporales, uel cessionem cecisset culo nudo super lapidem. de hoc gl. no. in uerbo, si habent. in c. sicut dignum. §. eos insuper. extra de ho. & c. peccatum. de reg. iur. in 6.

p *Inhumanum enim*, bene dico, quòd inquantum facere potest, deducto, & c. ne conueniatur, inhumanū enim, & c.

4 † Th. ut nō tantum actor consequatur, quod petere tentat.

5 † Th. quē admodum ante.

* Non ex integro, sed in id, quod facere potest.

6 † Al. uiolatum est.

d Hæc gl. pessime loquitur, secundū la. quē videas plen. us.

Publiciana. 1	In rem rescissoria. 2	Seruiana. 3	Quasi Seruiana. 4	Vtilis in rem quæ datur superficiario. 5	Vtilis, quæ datur metum passo. 6
Bonorum possess. hæredi petitio. 7	Fideicommissaria hæreditatis petitio. 8	Præiudicialis in rē, de libertinitate. 9	Præiudicialis in rē, de partu agnoscen. 10	Pauliana. 11	Fauiana. 12
Caluisiana.. 13	In factum reuocatoria. 14	Redhibitoria. 15	Quanto minoris. 16	In factum ædilitia, uel redhibitoria. 17	Exercitoria. 18
Institoria. 19	Tributoria. 20	Quod iussu. 21	De in rem verso. 22	De peculio. 23	De constituta pecunia. 24
Vtilis ex ea causa, quæ ex confessione. 25	Vtilis ex ea causa, qua iuratur. 26	Negotiorum gestorum. 27	Protutelæ directa, & contraria. 28	Contraria tutelæ. 29	Depositi in quatuor casibus. 30
Viæ reiectæ. 31	Quod metus causa. 32	De dolo malo. 33	Furti manifesti. 34	Furti aduer. nau. cau. sta. 35	Serui corrupti. 36
Vi bonorum raptorum. 37	Iniuriarum, quæ non descendit ex lege Cor. 38	In factum subsidiaria legis Aquiliæ. 39	In factum loco eu iuslibet interdicti. 40	In fact. de mortuo inferendo. 41	In factum de sepulchro ædificando. 42
In factum, ne quid in loco sacro. 43	In fact. & quod factum immissumve tollatur. 44	In fac. ne quid fiat immittaturve in via pub. 45	In fac. vt quod fa. immissumve tollatur. 46	In factum ne quid in loco publico. 47	In fac. de flumine, & ne quid fiat immittaturve. 48
In fac. & quod factum immissumve tol. 49	In factum, vt liceat frui loco publico. 50	In fac. vt liceat reficere viam publicam. 51	In fac. vt liceat ire vel agere per viam &cæt. 52	In factum, ne quid in flumine publico. 53	In fac. & quod factum immissumve tollatur. 54
In fact. vt liceat ripam fluminis reficere. 55	In factum, vt liceat nauigare in flu. pub. 56	In fact. ne vis fiat ei, qui in pos. mis. est. 57	In factum quorum bonorum. 58	In factum quorū legatorum. 59	In fac. de tab. exhiben. 60
In factum de lib. exhib. 61	In factum de lib. deducen. 62	In factum de libero homine exhibendo. 63	In factum vnde vi. 64	In factum, quod vi, aut clam. 65	In factum vti possidetis. 66
In factum vtrobi. 67	In factum de superficiebus. 68	In factum de itinere actuque priuato. 69	In fact. de itinere actuque priuato resi. 70	In factū de aqua quotidiana. 71	In factum de aqua æstiua. 72
In factum de aqua ex castello ducenda. 73	In factum de riuis purgan. 74	In factum de fonte, vt liceat eo vti. 75	In factum de fonte reficiendo. 76	In factum de cloacis purgan. 77	In fact. vt ne quid in cloaca fiat immittaturve. 78
In fa. vt quod fact. immis. est in cloa. col. 79	In factum de precario. 80	In factum de arboribus cædendis. 81	In factum de glande legen. 82	In fact. de migrando. 83	In factum de Saluiano interdicto. 84
In fact. de ope. demoli. quod factum est &c. 85	In fac. vt liceat ædifica. ei, cui est fac. nun. 86	In fac. loco interdicti fraudatorij. 87	In fact. de locis, & itinerib. publicis. 88	In factum de via publi. & ædil. curalib. 89	In fac. de albo corrupto. 90
In factum si quis lus dicen. non obtempe. 91	In fac. si quis temerè in ius uoca. quem &c. 92	In fact. si quis in ius vocat. non ierit. 93	In fa. contra eum, qui non accep. con iun. perso. 94	In fac. ne quis eum qui in ius vo. est, vi exi. 95	In fac. aduer. eum, qui dolo malo fecit. 96
In fact. ex edic. de eden. aduer. non edentem. 97	In factum de calumnia. 98	In fac. subsidia. actionis de dolo. 99	In fa. quæ datur, p pter alien. iu. mu. cau. sa. 100	In fact. in simplū aduer. fraud. cau. hab. 101	In fact. in duplum aduer. nau. cau. stabul. 102
In fac de deiectis, & effu. 103	In fac. quæ datur in habitā. aduersus deie. 104	In fa. pro eo, quòd ita positum est, vt ead. 105	In fac. aduer. mensō. qui fal. modum dixe. 106	In fac. aduer. eum qui intulit mort. in lo. 107	In fac. funer. ad repe. sumptum in fu. fu. 108

In fact. si locus sacer, vel religiosus, &cæt. 109	In fa. de iereiutan. cum informiter iuratur. 110	In fac si mul. vet. no. in possess. per calum. 111	In fac. si mulier, quæ missa erat in pos. 112	In fac. quæ datur aduer. tut. vel curator. 113	In fac. quæ dat ipsi mino. ob he dam. pos. 114
In fac. aduer. eum qui dolum malum adhib. 115	In fa. si quis omiss. sa causa testamenti. 116	In fa. aduer. publicianam. 117	In fac. aduer. illū, qui sciens se esse lib. &c. 118	In fac. aduer. eum, qui cum esset in bono. pos. 119	In fac. aduer. de qui cre. impender &cæt. 120
In fac. aduer. credi. qui in bon. possess. &c. 121	In fa. contra illum cuius dolo malo dam. da. est. 122	In fac. si quis test. li. esse iussus fuerit. 123	In fac. de incend. ruina, naufragio. 124	In factum de sepul. viol. 125	In fact. ex edict prætorio, ut ex prætο. 126
Rubrica de ciuilibus.	Rei vendicatio. 127	In rem confessoria. 128	In rem negatoria. 129	In rem præiu. de libertate, & seruitute. 130	Petitio hæredita tis. 131
Finium regundorum. 132	Familiæ ercifcundæ. 133	Communi diuidūdo. 134	Certi condictio generalis. 135	Certi cōdictio specialis. 136	Condictio tritica ria. 137
Condictio ob causam. 138	Condictio ob turpem causam. 139	Cōdictio sine causa. 140	Condictio indebiti. 141	Condictio furtiua. 142	Condictio ex lege 143
Ad exhibendum. 144	Ex empto. 145	Ex vendito. 146	Ex locato. 147	Ex conducto. 148	Oneris aduersi. 149
Pro socio. 150	Mandati directa, vel contraria. 151	Depositi directa, & contraria. 152	Tutelæ. 153	Commodati directa, & contraria. 154	Pignoratitia dire cta, & contraria. 155
Præscriptis verbis æstimatoria. 156	Præscript. verb. ex permutatione. 157	Præscriptis verbis, quæ in multis casibus ad. 158	In factum ex re iudicata. 159	Ex stipulatu pro dote. 160	Aquæ pluuiæ arcendæ. 161
De pastu pecoris. 162	Ex testamento. 163	Ex stipula. quæ ex verb. obli. nascitur. 164	Furti nec manifesti. 165	De tigno iniūcto. 166	Arborum furtim cæsarum. 167
Rerum amotarū. 168	De rationibus distrahendis. 169	Legis Aquiliæ. 170	In fa. de pauperie directa, & vt. 171	Iniuriarum, & l. Cornel. in tribus casibus. 172	In fac. contra ma. qui non exegit idon. cau. 173
Ingrati. 174	Certi condictio ex stip. 175	In fac. quæ oritur ex concess. infor. facta in iud. 176	Quanto minoris emptum esset. 177	Quanto pluris. 178	Ex stipul. rem pupil. sal. fore, vel adulti. 179
Ex stipu. rem ratam haberi. 180	Ex stipula. indicatum solui. 181	Ex stipulatu de dam. infe. 182	Ex stip. interp. de ope. demo. in ca. nun. no. op. 183	Ex stipu. quam interposuit usufructu. 184	Ex stipul. pro rebus, quæ vsu consu muntur. 185
Ex stipula. ut leg. vel fide. nomine caueatur. 186	Ex stipu. contra illum, qui rogatus est restituere. 187	Ex stip. de iudicio sisti. 188	Ex stip. pro rebus morbosis. 189	Ex stipu. per quam lega. vel fideicommiss. 190	Ex stipul. arrogatoria. 191

NOMENCLATVRA
ACTIONVM OMNIVM,
TAM CIVILIVM,
QVAM PRAETORIARVM,
Supradictæ elegantissimæ Arbusculæ insertarum,
AVTHORE CLARISSIMO I. V. DOCTORE IOANNE CRISPO MONTANO CIVE AQVILANO,

Nuncrecens concinnata, repurgata, & in multis auctior reddita.

QVONIAM non constructis fundamentis omne quod superædificatur, corruit, cap. cum Paulus, 1. quæstio. 1. & sicut alias ante, quam quis baptizetur, non potest sacros ordines suscipere. cap. si quis. 1. quæst. 1. cap. veniens. & c. si quis. de presby. non baptiza. Et secundum philosophum, Ignoratis principijs, necesse est ignorare quæ sequuntur ad principia, iux. l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. l. ad re mobilem. de procu. cum similibus. Et demum sicut aliàs, cum quis potest ire per uiam facilē, non debet capere difficilem: arg. not. in l. rem non nouam. C. de iudic. §. sed ne in primis, Inst. de leg. & Inst. de iustitia & iure. post prin. & iuxta ea, quæ habentur in l. 2. C. de cura. pub. libro 12. Igitur ego Io. Crispus, inter alios legentes minimus in hoc almo studio Patauino, ad utilitatem iuuenum iuri ciuili incumbentium, videns circa actiones tantam difficultatem, subtilitatemq; versari, vt res ipsa attestatur, & tantum fore Iuristis necessariam earum materiā, cum tertium caput iuris concernat, iuxta §. fin. Inst. de iure na. gentium & ciui. Conuictus deniq; à compluribus, per quandam formulam declarare terminos, & fundamenta actionum, ad hoc opusculum deueni, in quo in primis, relecta arbore Io. quæ in ueritate non habet formam arboris, nouam arborem confinxi, in qualibetq; eius cellula vnam actionem describens, ponēdo tam prætorias, quàm ciuiles, & plures addendo, vt cuique opere ipso est licitum Intueri.

Et ne in totum essem corruptor antiquitatis, iuxta l. more maiorum. ff. de iurisd. omnium iudic. & cap. ad apostolicam. extra de simo. 12. distinct. in his. cum similib. incepi, & incipiam à prætorijs: feci quoque tabulam per alphabetum, ut facilius, vnaquæque actio reperiri possit. Nec reperies in arbore nostra illam difficultatem punctorum, vt est In arbore Ioannis: nec etiam illarum literarum, quæ sola, si bene consideres, requirunt, vt ita dicam, memoriam artificialem, & fastidiunt cerebrum. In sola punctuatione sua nō habetur cognito terminorum in actionibus per leges & authoritates: & simpliciter quis eam sequendo posset erubescere, iuxta §. consideremus. in Authen. de trien. & semi & no. in l. illam. C. de col. Nec ita reperies in tractatu Sancti Blasij, quem fecit de actionibus. Nos autem in nostro opusculo persequemur cum allegationibus, & probationibus naturam cuiuslibet actionis. Primo cui competat, & aduersus quem, & mmmmm unaquæque tractabimus iuxta illas duodecim diuisiones, quas ponet gl. in §. sunt præterea Institutio. de actio. quas terminos actionum appello: & opusculum hoc baptizo hoc nomine, uidelicet Termini actionum, &c.

Capio nunc in Dei nomine, & eius gloriosæ matris Rub. quæ est signata prima actio in arbore, & inter prætorias: & deinde persequar alias: in quibus si quid inepte, & minus prouide dixero, semper me subijcio iudicio saniori, & de facili poterit uenia tribui, cum nunquam errare potius diuinum, q̄ humanū existat, ut l. 2. §. si quid. C. de vete. iu. enu.

PVBLICIANA.

¶ Hæc actio primo dicitur Publiana à publicio inuentore: vt in § aliæ. Inst de act Roma. in sing. 365. sicut alias Falcidia dicitur à Falcidio inuentore, & à Papio, & Pōpeio, lex Papia & Pompeia, ut in c. quædam etiam leg. 2. distinct.

Secundò hæc competit ex æquitate prætoria ei, qui emit bona fide à non domino, & nondum rem præscripsit aduersus possessorem. l. prima. & secunda. & l. si res ff. de Publ. & d. l. §. aliæ. Tertio est vtilis hæc actio, & non directa, secundum glossam in l. cum, qui. §. si petentis. in glos. secunda. ff. de Publ. & in eadem l. hæc actio. Tu potes adducere ista: primo quod Publiciana datur ad similitudinem rei vendicationis, vt dicta l. cum qui. §. in Publiciana. sed quod est simile, non est idem. l. quod Nerua. ff. depos. & rei vendicatio est directa: ergo, & c. licet hoc non sit firmum argumentum. Item facit aliud, quia sicut prætor non potest facere quem hæredem directo, vt in §. quos autem. Institutio. de bonorum possessione. ita nec actionem. Sed hoc etiam non est firmum. Non eundo per mendicata suffragia, quòd Publiciana sit vtilis, pondero tex. in d. §. aliæ. Inst. de act. in ver. nullam habet in rem directam actionē. Nam si Publiciana esset directa, text. sibi contradiceret. Nec ualeret, si diceres, nullam habet de iure, scilicet ciuili, cum verbum Habeat, sit præsentis temporis: vt sic etiam hodie de iure prætorio in illo casu quis non habeat directam, & sic ineuitabiliter probat quod Publiciana est vtilis, iuxta not. in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalibus. quod qualitas adiecta verbo intelligatur secundum tempus uerbi. Sed aduerte, & in hoc semper dubitaui, theoricam traditam à doct. in l. curatoris. C. de negot. gest. in l. consensu. de actio. & obligatio. & per Dyn. in capit. fina. de regul. iur. in 6 cum simi. quod vbicunque actio descendit ex verbis & mente legis, uel ex mente tantum, secūdum Bartolum ibi reprehendentem glos. actio dicitur directa, & non vtilis: sed Publiciana descendit ex verbis & mente prætoris, dicta l. prima. in principio de Public. & dicto §. aliæ. ergo sit directa. & idem esset si sequeris theoricam Bald. uel Fulg. in dicta l. curatoris. Non potest etiam dici contraria: quia nulla reperitur contraria, nisi descendat ex contractu uel quasi, in quibus alter alteri obligatur: sed in Publiciana nullus obligatur cum sit actio in rem, vt in §. omnium. Institut. de actio. Si volumus dicere quòd doct. in dicta l. curatoris. loquantur quando sumus in contractibus, vel quasi: hoc confunditur ex uerbis Bald. ibi, qui exemplificat in rei uendicatione, quæ non uenit ex contractu, nisi diceres quòd exempla non arctant regulam, iuxta §. finali Institutio. de hære. institut. quem ad hoc nuper ponderaui. Si uolumus dicere quòd Publiciana datur ex uerbis prætoris extendentis, non inuenientis, hoc non ualet: quia prætor inuenit. l. prima. in princip. de Public & dicto §. aliæ. vbi dicitur primum à Publicio proposita est. Si primus, ergo non erat ante. iuxta §. reliq. in proœmio Digestorum. Vnde putabam posse ita responderi quòd Publiciana non potest esse directa: quia sicut dicimus quod de iure ciuili datur utilis rei uendicatio illi, qui præscripsit per decem uel uiginti annos,

annos, per quod est quæsitum vtile dominium, iuxta gl. in l. 1. de Pub. & §. 1. Institut. de vsuca. nec datur directa, quia non est directò dominus eodem modo: cum Publiciana semper competat antè quàm quis sit dominus directò vel vtilitet: ergo a fortiori non potest esse directa: quia alias prætor destrueret regulas iuris, scilicet quòd nō habenti directum dominium daretur directa actio, & cōtra not. in l. nam & ipsum. ff. de leg. Et hanc puto veram solutionem huius difficultatis, super qua tamen cogitabis, quia non legi adhuc apud aliquem.

Quarto principaliter hæc actio est perpetua. Primo probatur quod est rei persecutoria, & datur post annum: vt est text. in l. in honorarijs. de actio. & oblig. Nec cunctaberis, quòd multoties reperitur quòd actiones rei persecutoriæ durant solum per annum, vt est glos. quæ alleg. plures casus in dicta l. in honorarijs. quia secundum veram solutionem ibi, quando actio rei persecutoria est pœnalis ex parte rei, durat solum per annum: ut ibi per Bartol. qui reprehendit solutionem glossæ, text. est not. ad hoc, in l. huius actionis. §. actiones. iuncta leg. nouissimè. in fina. princip. ff quod fal. tu. autho. Et eodem modo rei persecutoriæ sunt annales, quando dantur contra ius ciuile: ut est text. in dicta l. in honorarijs: Versi. sed cum rescissa. vt est in redhibitoria, quæ datur contra ius ciuile, secundum glos. & Barto. in d. l. in honorarijs. Aduerte ad hoc quia nunc debito. Dicunt enim glos. & Bartol. quod redhibitoria datur contra ius ciuile, nam uidetur falsum contractus emptionis, & uenditionis, est de iure gentium. l. ex hoc iure gentium. ff. de iustitia & iure. & probat text. cum glos. in §. & ex hoc. Institut. de iure nat. gent. vnde patet quod redhibitoria datur contra ius gentium, & non ciuile, ex quo tendit ad rescindendum contractum venditionis, qui est de iure gentium: cum Redhibere, sit facere quòd uenditor rem recipiat. l. redhibere. ff. de ædil. edic. nisi dicas, & attende, quod datur contra ius ciuile: quia impedit posse agi per venditorem contra emptorem, puta ad pretium: sed actiones sunt de iure ciuili, prout est communis opinio in dicta lege, ex iure gentium & l. 2. §. de his. de orig. iur. igitur redhibitoria dicitur dari contra ius ciuile: & ita defenso Barto. & glos. & ex hoc videor intrare illam arduam q. an actiones sint de iure gentium, vel ciuili, de qua per Dyn. Bald. Aret. & omnes, Institut. de actio. in princ. post glo. ibi in ver. quamuis. & in dicta lege, ex hoc iure. post glos. ibi & tangit glos. in lege. rerum amotarum § fin. §. rerum amotarum. glos. in l. actionem genera. §. fi. de actio. & obliga. glossam in l. placet. in glos. 1. C. de episc. & cleric. in l. quoties. C. de preci. Imper. offer. in l. fin. si contra ius uel util. pub. per Ioann. Andre. in c. quæ in ecclesiarum de constit. in Nouel. per Archi. in cap ius gentium. 1. dist. & quia venit examinanda in princ. titu. de actio. ibi reseruo, & disputabo pro contr. Et si probabo quod sint de iure gentium, glos. & Barto. in d. l. in honorarijs. indigerent alio auxilio: nisi tunc diceres quòd cum contractus uenditionis sit ualidus, & approbatus: etiam de iure ciuili, redhibitoria etiam uenit contra ius ciuile: iuxta text. Institu. de obligat. titu generali. iuncta glos. in uersi. ciuile. Barto. in leg. si C. ex quibus cau. ma. in fine legis uidetur sic intelligere.

Ad aliud autem quod dixi quod Public. est actio perpetua, adde aliud fundamentum, quia non datur contra iure possidentem, sed contra non habentes iustam cau. siue tit. ut not. Barto. in l. siue. §. si duobus. ubi etiam glos. ff. de Pub. sed quia non habet causam, siue titulum, non potest præscribere lon. tempore. l. diutina. C. de præscript. longi temp. l. si quis emptionis. C. de præscript. triginta annorum, seu præscri. lon. temp. Et contra hunc datur Publiciana, ut dixi: ergo patet quod est perpetua. Nec me mordebis quod etiam sine titulo possit procedere præscriptio, iuxta l. 4. ff. pro leg. & l. fi. in fi. ff. pro emp. nam aliquando iustissima causa sufficit, iuxta tex. in l non solum §. quod vulgo. uer. hoc amplius. ff. de vsucap. & quæ habentur in leg Celsus. eo. tit.

Quinto est transitoria ad hæredes: ut l. eum, qui. §. hæc actio de Pub. & secundum Bar. ibi datur hæredi, inspecta fide defuncti: ut uidetur etiam sentire gl. Et quod hæc act. detur hæredibus. probo ex alio fundamento. Nam actiones prætoriæ, quæ dantur post annum, dantur hæredibus: vt est text. in d. l. in honorarijs uer. honorariæ. sed Publiciana datur post annum, ergo, &c. Tertio pro hoc adduco text. not. in l. 1. §. pe. ff. de aqua quotid. & æsti. ubi si ius aquæ ducendæ concedatur fundo, ex quo dicitur concessio realis, illud ius transit in hæredem, & quemcunque alium dominium prædij, (secus si concessio fuisset personalis) sed Publiciana est actio realis: ergo datur hæredibus. Facit a contrario sensu tex. cum glos. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. vbi obligatio personali non sequitur fundum: ergo secus si realis. Sed in hæredem non datur Publiciana ut hæredem, sed tanquam contra quemlibet possessorem: sicut dicimus in rei vendicatione: vt l. si in rem, la 2. cum seq. & l. si in rem la 2. ff. de rei vendic. & quæ habent locum in rei vendicatione, habent locum in Publiciana, dicta l eum, qui. §. in Publiciana. ff. de Pub. Adde text. in dicta le. honorarijs. in uersi. item Publiciana. de actio. & oblig. Ita in simili dicitur in actione noxali, quæ detur in successores iure dominij l. penul. §. fin. ff. de noxa. Ita in simili actione ad exhibendum, quæ non datur in hæredem, nisi ex dolo defuncti hæreditas sit facta locupletior: ut l. de eo. §. fi. ff ad exhib. Quod tene menti in practica: quia si intentares libellum contra hæredem alicuius simpliciter, & non tanquam contra proximiorē, succumberes. per dictam l. si in rem, quod posset tibi facere honorem.

Sexto, est actio singularis, prout est rei vendicatio, habito fundamento quod eadem procedunt in Publiciana, quæ in rei uendicatione, dicto §. in Publiciana. Nec mordeas quòd rei vendicatio detur etiam ad uniuersitatem, ex quo uidetur quòd non sit singularis: ut l. 1. §. per hanc. et l. 2. ff. de rei vendic. nam secundum Bartol ibi rei uendicatio dicitur actio singularis, quia non datur ad uniuersitatem iuris, licet detur ad vniuersitatem corporis, puta ad gregem, d. § per hanc. & probatur ex alio: quia si esset actio uniuersalis, Iurisconsultus in d. l. 1. male diceret. dum in princ. legis dicitur: post actiones, quas de uniuersitate proposuit prętor, &c.

Septimo est actio simplex, probatur viua ratione: quia in ea alter est actor, & alter reus, & ubi cognoscitur actor a reo, non potest dici duplex, iuxta § 3. Institu. de interd. & ibi uidimus anno elapso. Habes not in l. in his tribus. ff. de iudi. & dicam in actione familiæ erciscundæ.

Octauo, non repetitur quòd infamet: ergo in dubio dicamus eam non infamare. Facit, quia in dubio pœnæ sunt molliendæ, non acerbandæ. l. interpretatione. ff. de pœnis. Adde aliud fundamentum, quia in dubijs debemus esse promptiores ad absoluendum l. Arrianus. ff. de actionib. & obligatio. Item facit aliud, quia si iura voluissent eam esse infamatoriam, dixissent: iuxta not in cap ad audientiam. de deci cum concor. in glos. allegat. Facit etiam l. in dubijs. ff. de regul. iur.

Nono, hæc actio est stricti iuris, quia non repetitur in §. actionum. Institu. de actionib. & secundum communem doctrinam, omnes actiones, quæ non reperiūtur ibi descriptæ, sunt stricti iuris, quasi contrariorum eadem sit disciplina, iuxta l. 1. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. & iur. & textus, qui non solet ad hoc allegari in l qui accusare. ff. de accusat. Et quòd sit stricti iuris, ex alio confirmo: quia est arbitraria: ut est textus in § præterea. Institu. de actio & arbitrariæ sunt stricti iuris, ut tenet glo. in dicto §. præterea. & communiter doct. sequuntur, maximè ex ratione, quia non reperiuntur in d. §. actionum.

Decimo regulariter non datur contra verum dominū. l. fi. ff. de Pub. exceptis casibus, de quibus ibi glo & plenius in d §. aliæ. ubi dicetur, sicut etiam non datur contra possidentem ex aliquo titulo l. siue autem. §. duobus. ff. de Pub licet Bar. ibi limitet quādo esset titulus procuratus in fraudem emptoris. De quo etiam per Spe. in tit. de cau. pos. & proprie. §. fi. & ibi per Ioan. Ang.

Vndecimo, ut patet, est actio prætoria. d. § aliæ. & in d. l 1. de Public. ibi dum dicit, At prætor. & ibi dum dicit. Nec desideret honorariam. & tex. iuncta glo. in l. pecuniæ §. fi de uerbo. sign.

Duodecimo, est actio realis: & sic in rem. Textus est in §. præterea. Instit. de act. & d. l. 1. de Pub.

Decimotertio, est rei persecutoria. Text. in §. sequens. Instit. de act. l. in honorarijs, de act. & oblig.

Decimoquarto, datur ad simplum, hoc est ad rem recuperandum solum, uel possessionem: ut dicto §. aliæ & dicta l. 1. in principio & de Public. Contraria non est, ut dixi sup. Post hæc omnes sciunt leg. de precio

de Pub. quòd scilicet ut competat Publiciana, nō est opus quòd sit habita fides de pretio, vt sit solutum. Nam hoc verum, quando Publiciana intentatur contra quoslibet: secus si contra dominum: quia vt competat cōtra dominū, debet esse habita fides de pretio, ſm glo. sing. in l. si a Titio. ff. de rei ven gl 2. quam ad hoc exclamat Pontanus in sing. 365 Ex quo collige vnam differentiā inter rei vendicationē & Publicianā, quia rei vēdicatio nō cōpetit nisi sit habita fides, iuxta tex. in §. venditæ. Inst. de re. diui. in l. quoties. C. de rei. ven. Quā differentiam firmat gl in d. l. de pretio. Adde secundā, quia rei uendicatio directa uel utilis semper datur post cōpletam præscriptionem, sed Publiciana ante, d. § aliæ & dict. l. primam. de Publicia. Potes etiā signare tertiam, quia rei uendicatio datur habenti dominium, Publiciana quasi domino: ut in iuribus præalleg. Adde quòd Publiciana datur ratione quasi dominij ex persona defuncti, etiam non tradita possessione. l. cum sponsus. §. is, cui. de Pub. Bart. in l. prima. §. fina. eodem titu. Et eodem modo ex persona serui potest acquiri domino. l. seruus. eodem titu. Item Publiciana competit, ubi competit vsucapiendi conditio, & econtra. l. siue autem. §. hæc actio. & l. eum, qui in princip. de Public. Et si dominus tradendo transfert dominium, ita non dominus vsucapiendi conditionem, iuxta § venditæ. Institut. de rerū diui. l. traditionibus. de pact. l. clauibus, de contrahen. empt. cum concord. ibi in glossa, singula singulis referendo licet videatur obstare text. in l. cum sponsus. §. in vectigalibus. & § si res. eodem titu. De quo dic, vt ibi per Bartol. & vide etiam quod aliquando non apprehensa possessione competit Publiciana, in l. quæcunque, in principio. eodem titulo. De libello in Publiciana dicetur in dicto § vbi glossa disputat. Institut. de actio. hæc satis sint in in Publiciana.

IN REM RESCISSORIA.

¶ Primò hæc actio competit illis qui obtinuerunt restitutionem in integrum propter captiuitatem, iuxta leg. fina. C. quibus ex causa. ma. vel propter absentiam, iuxta §. rursus. Institut. de actio. uel quia quis fuerit in vinculis, uel carceribus detentus, iuxta l. succurritur. cum duabus sequent. ff ex quibus cau. ma. quod est intelligendum, cū quis inuitus detinetur, dico in priuatis vinculis. Nam si posset exire, & non exiret, non concurritur, in fina. per text. in l. si cui. §. tamdiu. eodem. titu. Tu vide text. no. in leg non enim. & in l. ab hostibus. §. fina. eodem titu. Et quot sint genera absentiæ, uide gloss. ordinariam in l. fina. ff. de in integr. restitut. uel denique sit concessa restitutio propter quamcunque causam iustam, iuxta l. primam. ff. ex quibus cau. ma. & sic petita, & concessa in integrum restitutione, competit rescissoria, vt tenet glossa & Bartol. in dicta lege fina. C. ex quibus cau. ma. glo. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, eodem titu. Et quot modis quis dicatur absens, vide text. in l. absentem. de verbo signific. in l. præsens. ff. de procu. in. l. fi. C. de præscript. lon. tempo. & ibi gl. in ver. absentes. & glossa in ver. præsentes. in Auth. de fideiussor.

Secūdò, est prætoria, vt in §. rursus. ver. sed quod genus. Instit. de act.

Tertiò, olim durabat solum per annum, quia actiones rei persecutoriæ, etiam quæ dantur contra ius ciuile, durant anno. dicta l. in honorarijs. uer. sed cum rescissa. de actio. & obliga. Sed hodie per quadriennium, secundum glossam in l. fina. C. de tempo. in integr. restitut. in uer. finiendum. & glossam in leg fina. C. ex quibus cau. ma. Sed Bartol. ibi in versic. hoc præmisso dicit quòd istæ glossæ procedunt in iudicio rescindente: secus in iudicio rescissorio, quod non reperitur muratum: arg. l. præcipimus in fine, C. de appel. uide ibi per eum. Et de iudicio rescindente, & rescissorio, vide Barto in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in 7 colum. ff. ex quib. cau. mai.

Quartò, est actio in rem: ut dicto §. rursus, ibi, ob id suā rem esse.

Quintò, est rei persecutoria: quia est in rem. ut §. sequēs uer rei persecutoriæ. Institut. de actio. & quod sit in rem. sup dixi: & est glossa in § item Seruiana. in uer. maximè. Instit. de act.

Sextò datur in simplum, id est, ad rem recuperandū solum, vel possessionem, dicto §. rursus. & d. l. in honorariis,

Septimò, est transitoria ad hæredes, cùm detur hæredibus: arg. l. non solum. in princ. ff. de in integr. restitut. Et eodem modo contra hæredes, vt probatur. in l. cum miles. in princ ff. ex quibus cau. ma. Facit aliud, quia cum sit realis, videtur dari contra quemcunque. argum. l. socium. ff. de rei vendic. & §. 1. Institut. de act. Et tunc erit speciale in ista, quòd licet olim non daretur vltra annum, & per consequens non dicatur posse dari contra hæredes, ut est text. ad literam in d. l. in honorarijs. uersi. honorariæ. Vel dicamus quod detur ex eo, quia extorquetur ab hæredibus lucrum prouenienes ex persona defuncti. §. 1. Institut. de perpe. & temp. act. d. l. in honorarijs. uersi. ut tamen lucrum.

Octauò, non infamat, per illud idem, quod in Publiciana dixi.

Nonò, est utilis. l. fina. C. ex quibus causa. ma l. ab hostibus. ff. de cap. Et quare dicatur utilis, uide ibi Bartol. & gloss. in tertia quæstio. Et an sit proprium nomen actionis, vide ibi per eundem in secunda quæstio. Et an sit datiua uel natiua, uide in quarta quæstio. scilicet in dicta l. fina.

Decimò, est simplex, per idem quod in Publiciana circa hunc terminum dixi.

Vndecimò est singularis, per ea, quæ in Publiciana dixi.

Duodecimò an stricti iuris d. § actionum.

Decimotertiò non potest esse contraria: quia non datur ratione contractus, vel quasi; ut in §. omnium, Institut. de act. & iuxta theoricam glossa in l. ex consensu. ff. de actio. & oblig. Directa non potest esse, quia datur contra Ius ciuile dicta lege, in honorarijs. uer. sed cum rescissa. & habes glossam in dicta lege fin. ex quibus cau. mai. & glossam in dicto §. rursus in uersic. rescissa. Et addetur vnum, quod hæc actio non solum datur contra absentem, qui præscripsit rem præsentis, sed etiam absenti, si præsens rem eius prescripsit: ut dicto §. rursus. & lege prima. §. verba. ff. ex quibus caus. mai. imo plus quod etiam habeter locum, si uterque esset absens ex iusta causa, & alter alterius rem vsucepisset: ut est text. in lege fina. ff. eodem titu. & habetur in dicto §. rursus. in glossa, in versicu. in ciuitate. Sed secus esset quando uterque esset præsens: quia tunc non daretur restitutio: & per consequens rescissoria, per text. in lege, ab hostibus. §. si damni. ff. ex quibus cau. mai. Et quæ sit ratio; uide Bartol in eadem. l. § sed quod simpliciter, in 6. columna. in lib. meo. De quo in dicto §. rursus. Post hæc dominus Ioannes Baptista de sancto Blasio in arbore Ioannis vult ipsum reprehendere tanquam arborem fecerit defectiuam, quia dicit quòd debuit signare in personam rescissoriam, & rescissoriam mistam, tanquam separatas ab rem rescissoria: quia petita restitutione in actione personali in simili dicitur in personam rescissoria. Et eodem modo post petitam restitutionem in actione mista: sed nihil allegat, ubi istæ actiones distinctæ ponantur. Ego putarem quod ex quo hæc rescissoria non est proprium nomen actionis, sed quædam adiectio. prout vult glossa & Bartol. in dicta lege fin. C. ex quibus cau. ma. Et uel quòd adijciatur actioni reali, uel personali, uel mistę, semper tamen erit rescissoria, & per consequens una, licet secundum uarios terminos operetur: sicut dicimus in actione de peculio: quia uel quòd teneatur pater ex persona filij, uel dominus ex persona serui, semper dicitur de peculio. Ita in simili dicimus in definitione actionis. Nam quacunque actione agamus, semper est ius persequendi in iudicio. Vnde Ioannes posito uno exemplo, scilicet de rescissoria in rem utique comprehendi potest de rescissoria in personam, quæ operatur in actione personali: & de rescissoria, quæ operatur in actionibus mistis, secundum uarios terminos. Item uidentur resultare quotquot sunt actiones in mundo, possunt præscribi, iuxta legem, sicut. & legem. omnes C. de præscriptio triginta annorum: tot etiam essent rescissoriæ, dicendo hypothecaria rescissoria, condictio rescissoria, & sic de alijs, quod uideretur inconueniens, licet sit dare quòd omnis actio est in rem, aut mista: & hoc respectu posset addi arbori Ioannis: sed non est necesse: quia posito de una, intelligantur etiam aliæ, tamen cogita. Vide circa hoc pe. Specul. in titu. de in integr. restitut. uersic. sed scias. uersic. & sequent.

SER-

SERVIANA.

¶Hæc competit domino fundi, vel etiam domus, pro rebus inuectis, & illatis ratione pensionis: quæ res intelliguntur tacitè hypothecatæ domino domus, vel prædij: vt in §. item Seruiana. Institut. de actio. in l. certi iuris. C. loca. cum si. Quod an procedat respectu secundi conductoris, vide text. singularem, & vnicum in mundo, in l. si in lege. §. si colonus. ff. loca. quam exclamat Ponta. in singulari 486. quod incipit, inuecta. Vide tamen Barto. in dicto §. si colonus. qui aliter, quàm velit Ponta. videtur intelligere illum text. Item an procedat in habitatione gratis concessa, vide text no in lege, si gratuitam. § fina. aliàs in l. licet. ff. quibus caus. pig. tab. contra. Et ad istam habitationem gratuitam, uide text. singularem, in lege, si mercedem, § fin. ff. de act. emp. Et quæ requirantur, vt hæc actio competat, & quid operetur hæc tacita hypotheca. dicetur in dicto §. item Seruiana. & ibi vide pro nunc.

Secundo est actio prætoria, ut est text. in dicto §. item Seruiana. dum dicit: Et ipsius prætoris iurisdictione. Ad quod accedit text. Institut. de oblig. in ver prætoriæ. dum dicit quod illæ dicuntur obligationes prætoriæ, quas prætor ex sua iurisdictione constituit. Ad idem tex. in l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact.

Tertio, est actio simplex, pro batur per fundamentum in Publiciana factum circa hunc terminum.

Quartò, est singularis, & non vniuersalis. Patet cùm non detur ad vniuersitatem iurium, ut dixi etiam in Publiciana.

Quintò, est actio in rem: nam quælibet pignoris persecutio est in rem lege, pignoris. C. de pigno. l. pignoris. ff. eodem text. est in lege, eos pro hoc. C. qui po. in pig. hab. Sed quod imò sit actio personalis, videtur text. in §. fina. Inst. quibus mod. re contra ob quia oritur ex contractu, non potest dici realis. dicto §. omnium. Instit. de act. §. sequens ver earum eod. tit. Item quòd sit personalis, facit: quia oritur ex pacto, ut l. si tibi decem. §. de pignore. ff. de pact. Responde, ut per Bart. in l. pignoris. C. de pigno. & dicto § fin. Instit. quib. mo. re contr. ob Et quod sit realis, pondera text. in d. § item Seruiana. dum dicit, Experitur quis de re coloni, & clarè patet in præalleg.

Sextò, est rei persecutoria. quia cùm sit in rem, est rei persecutoria, per regulam quam tradit text. in d. §. sequẽs. vers. rei persecutoriæ. Instit. de act.

Septimò datur in simplum, cùm detur solum pro rebus coloni obligatis pro mercede ipsi locatori, ut dicto §. item Seruiana. & datur contra possidentem ad rem restituendam l. si fundus. § in uendicatione ff. de pignor.

Octauò, est stricti iuris, dicto §. actionum. ut in Publiciana.

Nonò, est perpetua: nam actiones prætoriæ rei persecutoriæ dantur post annum. & sic sunt perpetuæ. Tex est in l. in honorarijs. in princ. de actio. & obligatio. Patet etiam, quia non tollitur triennio, ut est text. in l. usucapio. C. de pign. Tertiò patet, quia durat per decem uel uiginti annos, cùm non præscribatur minori tempore. l. 1. & 2. C. aduer cre imò aliquando durat triginta annis. lege cum notissimi. C. de præscript trigin. ann. Et si diceres, quòd præallegata loquuntur in hypothecaria, non in Seruiana, respondeo quod idem est in utraque: quia Seruiana etiam dicitur hypothecaria, ut dicto §. item Seruiana. & quantum ad actionem nihil differunt, ut ibi in ver. inter pignus. Et quòd tempora seruentur in hypothecaria, & sic in Seruiana. uide glossam 2. in dicta lege cum notissimi & glossam in d. §. item Seruiana. in ver. nihil interest Et quæ sit ratio quòd per vsucapionẽ triennij non tollitur, secus autem per præscriptionem, ut sup. dixi. vide glossam, quam approbat Bar. in d. l. 1. C. si adu. cre. in glossa magna.

Decimò non infamat, per ea, quæ in Publiciana.

Vndecimò est actio directa: quia descendit ex uerbis, & mente prætoris, iuxta ea, quæ latè dixi in Publiciana: nec est quod repugnet quòd debeat dici utilis. Vel aliter, benè uerum est, quòd potest dici utilis, quia sine solennitate proponitur, secundum glossam in l. prima. C. de preca. & Salicet. inter. Item etiam posset dici utilis ex eo quòd esset uendita, iuxta legem fin. C. de hæred. uel acti uend.

Duodecimò, non est contraria, cum non ueniat ex contractu, per dicta in Publiciana.

Decimotertiò est transitoria ad hæredes: quod potest primò probari per regulam leg. primæ. C. ut actio. ab hæred. & contra hære. lege fin C. de contrahen. & committ. stipul. Secundò, quia rei persecutoriæ, quæ dantur post annum, dantur hæredibus, & in hæredes d. l. in honorarijs. de actio. & oblig. Sed hæc est huiusmodi, per sup. allegata: ergo benè verum est, quod non datur contra hæredes, ut hæredes, sed in quoslibet possessores, ut est in alijs actionibus realibus, per dictam legem, si fundus. §. in uendicatione. ff. de pignor.

QVASI SERVIANA.

¶Hæc actio competit cuicunque creditori, qui prætendit habere aliquod ius in bonis sui debitoris. prætendens quod sibi sint obligata: de qua habetur in § item Seruiana. Institut. de actio & datur non solum contra dominum, sed contra quoscunq; possessores rerum obligatarum lege, si fundus. §. uendicatione. & lege pignoris persecutio. ff. de pignor. Et an indistinctè possit intentari contra tertios possessores, dicetur in dicto §. item Seruiana. Et habetur in authen. hoc si debitor. C. de pig.

Secundo, quod sit prætoria, probatur in dicto §. item Seruiana. Tertiò, quod sit in rem, probatur per ea, quæ dixi supra in Seruiana. Quartò, quod sit rei persecutoria, eodem modo, ut in Seruiana Quinto, datur in simplum, ut etiam in Seruiana dixi. Sexto est stricti iuris, dicto §. actionum. Septimò non infamat, per dicta in Publiciana. Octauò est directa, per eadem, quæ in Seruiana dixi. Nonò, est singularis, ut etiam in Seruiana Decimò, est simplex, per dicta in Publiciana. Vndecimò, non est contraria, cũ nomen creditoris non descendat à debitore, iuxta glossam in dicta lege consensu. de actio. & obligat. Duodecimò, datur hæredibus, & contra hæredes eodem modo quo in Seruiana. Decimotertiò, est perpetua per dicta in Seruiana & ibi uide.

VTILIS IN REM.

¶Quæ datur superficiario. Hæc competit illi, qui cecidit à possessione superficiei hoc modo: Quis conduxit solũ, vel aream ad non modicum tempus, scilicet ad decennium, ut inf. dicam, si ædificet in solo, uel area, & ponat superficiem, si cadat à possessione illius superficiei, habet utilem hanc actionem in rem. Ita habes tex. in lege prima §. quod autem. uers. sanè ff. de superfi sicut etiam emphyteuta. uel habens fundum uectigalem habet utilem in rem. contra quemcunque possessorem. lege prima, in fine. ff. si ager uectigal. uel emphyteur petatur. Et quòd superficiario detur hæc utilis actio, habes tex. ad literam in lege, tutor. § fina. ff. de pignor. actio. & de hac habetur etiam in lege, si cum uenditor. in princ de eui. Et habes text. in l. superficiario. cum l seq ff. de rei uendi. Et quòd superficiario detur utilis actio in rem, est text. melior de mundo, in l. in prouinciali. §. pen. ff. de no. ope. nun.

Et aduerte: ego dixi quòd datur ei, qui conduxit ad non modicum tempus: nam si ad tempus modicum conduceret, tunc haberet ex conducto actionem: si emisset ex empto. lege prima §. 1. ff. de superfic. Et istud non modicum tempus intelligitur decem ann secundum Bartol. in dicto §. quod autem. & glossa in lege fina ff. si ag. uect. uel emphy. pet. & per Cano. in cap. 1. de rebus eccle. non alien.

Secundò, est prætoria. dicta l in prouinciali. §. pen. ff. de no. operis nuntia & l Prætor. ff de rei uend. cum simi. Sed quòd imò sit ciuilis, arguitur: quia illa eadem actio, quæ datur superficiario, uidetur dari emphyteuticario, & econtra. dicta lege prima § qui in perpetuum. si ager uectigal sed contractus emphyteuticus est de iure ciuili, ut habes glossam in l ex hoc iuregentium. de iustitia & iure. in §. ius autem. Institut. de iure naturali. & habetur in lege prima C de iure emphy. in § adeò. Institu de loca & condu. quia fuit inductum à Zenone Imperatore, dicto §. adeo, & constitutiones Principum sunt de iure ciuili. l. ius ciuile ff de insti. & iure. ergo eodem modo actio dicatur ciuilis. Sed responde quod hoc non stringit: quia potest esse quòd contractus sit de uno iure, & actio de alio. Patet, quia contractus emptionis, & locationis sunt de iure gentium, dicta lege ex hoc iuregentium. & tamen actio ex eo est ciuilis, ut lege prima

 §. 1. ff. de

§.1.ff.de superfic. Et idem est in alijs, secundum communiorem opinionem in dicta lege, ex hoc iurec.ut tetigi in Publiciana. & uide pro hoc glos.in lege secunda.ff.de hæred.pet.

Tertiò. est in rem, & sic realis, ut patet in dicta le.1.§.peti. Quarto, est rei persecutoria, per text.in §.sequens Institut.de act. & dixi suprà in alijs. Quinto, est utilis, & nõ directa, ut patet in dicta l.in prouinciali.§.penul. Sed obstat illud, quod uidetur descendere ex uerbis, & mente Prætoris: tamen dic quòd Prætor non potest dare directã non habenti directum dominium: ut dixi in Publiciana. Sextò, est singularis, per ea, quæ dixi in Publiciana. Septimo, non infamat, ut in Publiciana. Octauo, datur in simplum, ut etiam in alijs diximus. Nono, uidetur transitoria ab hæredes: per d l.primam. C.ut actio. ab hæred. & contra hæred. Et facit, quia si actiones ex maleficijs regulariter dantur hæredibus.§.non autem. Institut. de perpe.& tempo.actio.à fortiori ista: iuxta Authen.multo magis.C.de sacrosanc eccles.§ longè magis. Institut.de leg. Contra hæredes autem post dici quod non detur, uti hæredes, sed uti possessores, cum detur contra quemcunque possessorem le.1.in fi.si ager uectigal.uel emphyteu pet. sicut dixi in Publiciana. Decimo, est simplex, quia datur ad auocãdum possessionem, & apparet de actore & reo. d l.1.in fi si ag.uectigal.d.l.in prouinciali. §. penult. Sed quod imò sit duplex, uidetur text.in lege prima.§.proponitur.[& ibi glossa ff de superfic. ubi dicit text. quod est duplex, & glossa tenet in §.penult. Institu.de interd. Dico sic, quod aliud est interdictum de superficiebus, quod datur superficiario, quando prohiberetur frui. Alia est actio, de qua nunc loquimur, quæ datur à Prætore, quando quis est deiectus à possessione superficiei, & ita intelligerem illum text.& l 1.in princ.& §.quod autem. de superfic. licet hoc non declarent. Vel dic quando est facta conductio ad modicum tempus: tunc detur interdictum illi, qui impeditur frui, uel à domino, uel ab alio: ut d.l.1. §.1.uersic.sed longè utile. Et ita uidetur text.in d.l.1.§. quod autem. quod tene mẽti in practica, & maximè pro libello faciendo in hac materia. quæ est subtilis, & incognita multis. Vndecimo, non est contraria, per fundamẽtum, quod in proxima præcedenti dixi. Duodecimo, est stricti iuri: quia non reperitur in §.actionum. vt suprà dixi in Publiciana. Decimotertiò, uidetur quod sit ppetua, maxime cum sit rei persecutoria, per d.l.in honorarijs. de actio. & oblig. quia quæ rei persecutionem continent etiam cum sint prætoriæ, dantur post annum, & per consequens sunt perpetuæ, per regulam illius legis.

VTILIS QVAE DATVR metum passo.

¶Hæc actio datur illi, qui per metum, qui caderet in constantem uirum, coactus fuit tradere rem suam ipsi metum inferenti, ad rem recuperandam, de qua loquitur titulus ff.& C.quod met.cau. Et ex quo coacta uoluntas, uoluntas est l.si mulier.§.penul.ff.quod met.cau. per hoc tradendo mero iure transfertur dominium, iuxta l. traditionibus.C.de pact.§.per traditionem.Institut.de re. diui iuxta no.in l.tertia.C.quod met.cau. per hoc non potest dari rei vendicatio l.in rem ff.de rei vendi. Et quod debeat esse metus, qui cadat in constantem uirum, est text.in l.metum. la 2.ff quod met. cau.in l.interpositas. versic.nec tamen.C.de transact. Et in l.metum.C.eod. Et quod metus non excludat omnino uoluntatem metum passi, est text. pulcherrimus in cap. sacris, quod me. cau. Et aduertatis, quia consideratur tripliciter, uidelicet utilis in rem.ubi quis metum est passus in actione, quæ dabatur in rem utilis in persona. ubi est dare quod prima actio ad idem extendatur, & sic utilis mista, quando prima actio erat mista, prout etiam dixi in rescissoria: nec per hoc est necesse multiplicare numerum actionum, & inueni quod hic sanctus Blasius protestatur quod facit solum ad meliorem intellectum, & faciliorem, iuxta §. sed ne in primis. Instit. de leg. Et hæc actio datur ex edicto prætoris.ſ.utilis in rem.d.l.3.C quod me.cau. & secũdum glo.ibi datur etiam actio personalis quod met. cau. & ex e.metus per text.in l.metum.§.sed quod prætor. & §.licet.& §.uolenti.ff.eodem tit. Et approbat Bart. quod intelligas ut per eum.

Secundo est prætoria, cum detur ex edicto prætoris.d.l.3.& l.metum. §.animaduertendum. & §. sed licet. & §.sed quod prætor.& l.isti quidem.§.fin & l.1.ff.eodem titu.cum similibus. Tertio, est in rem, & sic realis. d.l.3. C.quod metus cau. Nec mordebis quod etiam detur personalis in rem scripta, ut suprà dixi, quæ differt ab hac utili, ut ibi per Bartol.in uersic. circa hoc quæritur, & ibi uide per eum in l.metum. §. uolenti. ff. eodem titu. ubi etiam bona glossa. Et de personali in rem scripta loquitur text.in §.præterea.in uersic.in personam. Institut.de actio & dicta l.metum.§.cum autem.& in §.item actio. Institut. de actio. uide in dictis iuribus. Quarto, quod sit rei persecutoria, dic ut in alijs supra, per dictum §.sequens.

Quinto datur in simplum, cum tantum per eam rem persequimur. d.l.3. & l.metum.§.Iulianus. & §. ex hoc edicto. ff. eodem. Sed quod imo detur ad quadruplum, uidetur text.in l.si cum exceptione.§.1.uersic.quadrupla bitur, & §.sed & si quis.& §.quatenus.ff.eodem. Sed respondeo planè, & ita intelligo, quod natura huius actionis est, ut detur in simplum: sed si expectatur sententia, & quis non vult iussu Iudicis rem restituere, potest tunc in quadruplum fieri condemnatio. Et ita loquuntur præallegata. Et quòd ita sit, est text.in dicto §.item actio. Instit.de actio.& est text.in d.l.si cum exceptione.§.in hac actione.in fi.ff.quod met.cau.

Sexto hæc actio est arbitraria, ut est text. in §. præterea.Instit.de act. Septimo est stricti iuris.d.§ actionum & etiam cum sit arbitraria. Octauo, potest dici quod sit perpetua, cum cõtineat rei persecutionem.d.l.in honorarijs, facit etiam text.in l.si mulier.§.1.ff.quod met.cau ubi dicit text. quod prætor nullo tempore habet ratum: quasi velit quod hæc actio non tollatur tempore: non, prout vult ibi glossa tollitur per decem uel uiginti annos: uide in d l.3.C.eodem. Nono non infamat, per fundamenta, quæ dixi in Publiciana.

Decimo transit ad hæredes, per text.in l si cum exceptione.§. post annum. in fi.ff.quod met.cau Et uidetur ibi Iurisconsultus assignare rationem ex eo quod est rei persecutoria, quæ ratio secundum glos. ibi non est sufficiens, quia potest esse, quod aliqua actio sit rei persecutoria, & tamen non detur hæredibus, ut ibi glos. quod etiam sequitur Bart. dicens, quod illa est bona ratio, qua sublata, tollitur dictum, & qua posita, ponitur, ut l.si non remunerandi.ff.manda. Et quod detur hæredibus hæc actio.est tex.clarus in l.quod dicimus. §. hæc actio. ff.quod met.cau.ubi etiam reddit text.rationem, vt in d. §.post annum. Pro qua ratione tuenda potes dicere, qđ satis est bona, & sufficiens, si ista regula, quæ in hoc non claudicat, scilicet in actione, &c.

Contra hæredes potest dici quod detur, non ut in hæredes, sed ut in quoslibet possessores: ex quo est dictum sup.quod datur contra quemlibet possidentem, & in alijs dixi. Sed intellige sanè hoc, licet quando non peruenit aliquid ad hæredem: quia tunc daretur in hæredes, & in alios successores hæredis, per text. in d § hæc actio.in fi & l.uideamus in princ.eo.tit. Et licet res fuerit consumpta penes primum hæredem, non per hoc liberantur eius hæredes: quia sufficit semel peruenisse ad unum & actionem competijsse. Et secundum Barto.ibi text. singularis, per quem ipse determinat quæst. contigibilem tempore mortalitatis, quod si primus hæres sciens hæreditatem sibi delatam, moriatur intra annum, transmittit ius deliberandi, iuxta l. cum antiquioribus. C.de iure delib.quod si eius hæres moriatur ignorans intra annum, & sic secundus hæres ipsi transmittit: quia cum illud ius semel cœpit esse hæreditarium, transit ad quemcunque uadit hæreditas, per text.ad hoc singularẽ in dicta l.uideamus. in princ ff.quod met.cau. Ad quod etiam accedit text.in l.item uidendum.in fi.ff.de pet.hæred. Vide Bartol. in dicta lege, quod diximus. §. hæc actio. siue §.in hæredem. licet sit uersiculus, & plenius uide eundem Barto. ad hanc quæstionem, & ad multa alia in materia iuris deliberandi, in lege, qui duos. ff.de rebus dub.

Vndecimo potest dici, quod sic utilis, & non directa ex ratione: quia est translatum dominium per traditionem, licet coactam, tamen cum aliqua uoluntate: cum, ut dixi in primo termino, coacta uoluntas, uoluntas est. dicta lege, si mulier. § finali & per traditionem solet transferri dominium, dicta lege tradi-

traditionibus. Et sic non potest dici, quod competat dicta in rem, cum non insit dominium directum, ut dixi in Publiciana. Et quod sit utilis, tenet glo. & omnes in d.l.3. C. quod met.cau. Sed uidetur obstare, quia datur ex mente Prætoris, & uerbis. Tamen responde, ut dixi in Publiciana, & in proxima præcedenti. Sed stricte ad hoc uidetur obstare tex in l.nemo.ff. de in integ.restitu in l.non uidetur.ff. de acquiren. poss. ubi quis non intelligitur exclusus à dominio, uel possessione, cum prætor sibi polliceatur restitutionem: sed ita est in hac actione: ut l.prima, in prin. ff.quod met.cau. ergo non est translatum dominium: & per consequens potest esse actio directa. Sed responde clarè, vt intelligit glo. in dicta l.non uidetur quod quis tradendo per metum remanet ficto modo dominus, quia uerè transtulit. Quod probat tex. ibi, dum dicit, uidetur, quæ est dictio impropria, iuxta l.naturaliter.ff. de acq.poss. Sicut in simili mulier constante matrimonio fingitur domina rerum dotalium, iuxta l.in rebus.C. de iure dot. & tamen maritus est uere dominus. l. doce ancillam.C. de rei uen. & per illud fictum dominium potest præscribi contra ipsum metum passum, prout tenet glo. in d.l. nemo, quod tene menti ad d.l.tertiam.C. quod met.cau. Et hoc potest tibi facere honorem in statutis loquentibus de dominio, uel possessione, quia non habere locum in dominio, uel possessione, quę quis fingitur habere cum competat sibi restitutio in integrum, per d.l.nemo prout etiam ibi dicit Bar. Quod tene menti perpetuo.

Duodecimo, non est contraria, per ea, quę dixi in proximis pręcedentibus. Decimotertio, est actio singularis, per fundamenta in Publiciana dicta. Decimoquarto, est simplex, per idem etiam quod in Publiciana dixi.

BONORVM POSSESSORIA hæreditatis petitio.

¶ Hęc actio datur illi, qui uolens succedere de iure prętorio, uel cum non posset de iure ciuili, agnouit bonorum possessionem ex testamento, uel ab intestato, iuxta l.finalē, C. qui admit. ad bonor. posses. per totum. Institu. de bono. posses. Et potest intentari cōtra illum, qui teneret bona hęreditaria, uel pro hęrede, uel pro possessore: sicut dicitur in petitione hæreditatis: cum tantum quis consequatur per hanc de iure prætorio, quantum per petitionem hæreditatis de iure ciuili. l.secunda.ff. de bon. poss. hære. pe. & ibi vide. Secundo, est actio prætoria d l.1. & ij ff. eodem titu. & probatur in l.prima, in princip.ff de rei vend. Tertio potest dici, quod hæc actio sit mista, sicut dicemus in petitione hæreditatis, habita æquiparatione d.l. ij. iuncta l.hæreditatis.C. de pet.hære.l. sed & si le.§. petitio.ff.eo.tit. vbi uidetur probari, quod petitio hæreditatis sit mista: quod dic vt ibi habetur. Quarto patet, quod est actio in rem, & sic realis considerato primo sic, est mista, secundo, quia petitio hæreditatis est in rem. d.§. petitio. & probatur in d.l.1. in princip. de rei vend. dum dicit, singularum rerum, ut si dicat hanc esse actionem realem, vniuersalem, illam singularem. Et quod petitio hæreditatis, & bonorum possessoria hæreditatis petitio æquiparantur, est tex. quem tene menti in l.item ueniunt, in fine.ff. de pet.hæred. Quinto, est rei persecutoria, cum sit in rem. d. §.seq. Inst. de act. Sexto, datur in simplum: quia per eam petimus tantum res hæreditarias, vt in iurib. sup. allegat. Et habetis tex. in l.si scrip.C. de pet.hæred. Septimo, cum assimiletur petitioni hæreditatis per d.l. item ueniunt. in fi. & cum tantum persequamur, quantum per petitionem hæred. d.l.ij. de bon.poss. hæt.pet. Et sicut petitio hæreditatis est bonæ fidei, vt est tex. in l.fi.C. de pet.hæt. in §.act. Inst. de act. eod modo dicamus in ista, vt sit bonæ fidei, ꝙ tamen non firmo, sed relinquo cogitandum, ex eo quod non repetitur in d.§. act. Octauo, non infamat, per ea, quæ dixi in Publiciana. Nono, potest dici, quod sit perpetua, sicut petitio hæreditatis, quæ non tollitur præscriptione longi temporis, iuxta l.hæred.C. de pet.hær.l. licet.C. de iure delib. cum scilicet maiori tempore tolli possit, iuxta l.sicut. & l.omnes.C. de præscr. triginta anno. Et quod non tollatur longo tempore, est tex. in l.hæt.C. in quibus cau.cess long.temp.præscr. Et patet ex alio, cum non detur contra titulo possidentem, d.l. hæredi. Et quæ sit ratio, quod non detur contra possidentem titulo, vide glo. in dicta l.hæredi. & gl. & ibi melius Barto. in l.hæreditatis.C. de petitio.hæredita. licet prima facie videatur ad hoc obstare text. in l.nec vllam.C. de petitione hæredita. sed ibi titulus habetur pro non titulo: dic vt dictis iuribus: licet quibusdam casibus non procedat: ut habetur in l.fin. in uersiculo, si enim uel ex parte.C. de edi.diui Adria.tollen. & habetur per glo. in dicta l.hæreditatem. & uide etiam ad hæc.l. Neratius.ff. de petitio. hæredita. Decimo, est transitoria ad hæredes.l. ueluti.ff de petitio.hæredita. & eodem modo datur in hæredes, si possident l. etiam si putauit.§. hæredem.ff. de petitio. hæredita. cum simílib. Vndecimo, est simplex, per dicta in Publiciana. Duodecimo, potest dici, quod sit utilis, cum prætor non possit facere quem directo hæredem, iuxta §.quos autem. Instit. de bono. possess. licet posset dici, quod ex quo uenit ex uerbis, & mente prætoris, debeat dici directa, ut in Publiciana dixi. Decimotertio, non est contraria: quia non ex contractu, &c. ut in alijs dixi. Decimoquarto, est uniuersalis, non singularis, cum detur pro hęreditate, quæ est quoddam uniuersale: probatur in l.prima, de petitio.hæredita. Et quod sit uniuersalis, est tex. apertus in l.prima, in principio.ff. de rei uendi. ibi, de uniuersitate proposuit prætor, &c. Et si diceres, omnia prædicta intra loquuntur in petitione hæreditatis, potest dici, quod idem est effectus in hac dicta l.secunda. de bon.poss. hære.pet. & dicta l.item ueniunt. in fine.ff. de petitio.hæredita. cum similibus.

FIDEICOMMISSARIA hæreditatis petitio.

¶ Primo, hæc actio competit fideicommissario uniuersali, cui hæreditas esset tantum uerbo, & non realiter restituta: quia si aliquis possideret res hæreditarias, posset conueniri hac actione: prout est text. in l.prima, iuncta gl. prima, & ibi Bart ff. de fideicommiss. hære. pet. Sed ultra hoc potest plus dici, quod detur hæc actio, non solum quando restitutio est facta solo uerbo, sed etiam quando realiter. Et pro hoc aduertas, quia text. in l.1. de fideicommiss. hære.pe. loquitur simpliciter, ut hæc actio detur, scilicet his, quibus restituitur hæreditas: & uerbum Restituere, comprehendi, & uerbalem, & realem restitutionem. l.restit. in principio, & l.facta. in prin. ad Trebel. ergo d.l.1. non debet restringi ad restitutionem uerbalem solum. Et ita uidetur sentire gl. in d.l.facta. in gl secunda, dum primo exponit illum text. in omni restitu. Et postea in gl.3. dicit, quod post restitutionem fideicommissarius habet fideicō missariam hæreditatis petitionem. nec se glo. ibi restringit magis ad uerbalem, quam realem: & sic gl. in d.l.1. uidetur contrariari cum gl. in d.l. facta. Vnde clare intelligendo primo teneo (ut supra dixi) quod gl. & Bar. in d.l.1. de fideicom.hær.pet. dicant ueritatem: & quod hæc actio detur solum cum uerbo est restituta hæreditas, & etiam ut infra concludam. Sed durum uidetur respondere ad ea, quæ ego allegaui: & putabam posse dici, & intelligi, ut supra, ut glo. in d.l fac. debeat ad singula referri. Vel, & secundo, quod in dicta l. facta non fuit re ipsa restituta hæreditas: quod patet, dum dicit, quod fideicommissarius non fuit nactus possessionem: quia quando re restituitur, intelligitur, quod fideicommissarius possideat: ut est text. in d.l.facta. in princ. Cogitabis, quia obstat text in l.cum hęr.ff. de acqu.poss. Et concludo, ut sentit glo & Barto. in l.2 de fideicom hęr. pet restitutionē ex senatusconsulto transeunt omnes actiones, quę competebant hęredi, in tantum quod posset intentare utilem petitionem hęreditate in his rebus, quę possiderent ab alio, nec adhuc ad ipsum peruenissent. Et quia passus est subtilis, adhuc uereor per te in d.l. facta. in princ. ubi acta restitutione etiā uerbali, transit dominium omnium bonorum in fideicō missarium: ergo sequitur, quod possit habere rei uendicationem, per tex. in l in rem in princ. de rei uen. Ex quo resultat aliud contrariū, quod cum fideicommissarius hēt ciuilem actionem. §. rei uendica non est opus actione prętoria, per tex. in l.j.§ merito. ff de sub. Et tanto magis hoc urget ꝙ procedit ēt qn̄ aliqua res nunquam peruenisset ad fideicommissariū. Post oēs putabam in his posse dici sic, ꝙ sicut datur petitio hęreditatis ēt post translatū dn̄ium in hęrede p additionē, iuxta l.cum hęr. in prin ff. de acqu. pos. & tamen posset habere rei uendicationem, ita de iure prętorio fideicommissario detur actiō, ēt quod habeat dn̄ium: & sic rei uendicatio ex intrinseca rōne: quia petitio hēditatis est actio uniuersalis: sed rei uend. est singularis: ut patet in d.l.1. de rei uen. Sed rei uēdicatio ad hęreditatem, & sic ad uniuersitatē iuris, non potest competere, l.uendicatio. & l.1.§. per hanc. e.l.ij. de rei uendi. ergo necessario

ecessario sit opus hac actione. Vnde fideicommissarius ad res uniuersales non potest habere rei vendicationē, esto, quod sit dominus: non petitionem hæreditatis, quia non est hæres directo: nō vtilem ex persona sua: agitur prætor, vt ex persona sua ad res vniuersales agere posset, dedit hanc actionem, & ita intelligo. Ex quibus in puncto iuris elicio conclusionem, scilicet actionem competere fideicommissario, etiam quod te, & verbo esset sibi restituta hæreditas, ad persequendas res hæreditarias contra poss. Et licet hoc videatur glo. & Barto. per id, quod dixi supra in principio, tamen ipsos intelligas, quando in totū re ipsa fuit hæreditas restituta. Hæc conclusio loquitur, quando aliqua res deficiebat: quia fideicommissarius contra possessores habet hanc actionem. Et hoc sentit glo. & Barto. in l. nec interest ff. eodem, de fidicom. hæred. pet. Et ita firmiter intelligo illos terminos, & videbis qualiter ruminati sint.

Secundo, est prætoria, vt probatur in l. prima, in principio ff. de rei uendicar. & tenet glo. in l. secunda, de fideicommiss. hæredita. per & ibi Barto. licet uideatur obstare, eo, quod uenit ex senatusconsulto, & per consequens de iure ciuili, iuxta l. ius ciuile. In secunda, ff. de iustit. & iure. Sed intellige, ut ibi per glo. & Barto. Tertio, quod detur in simplum, probatur per fundamenta, quæ dixi in præcedenti: & ter enta æquiparatione dictæ l. secundæ, ut ibi dixi. Quarto, an sit bonæ fidei: dic ut in præcedenti dixi. Quinto, quod sit perpetua, dic ut in superiori. Sexto, quod sit trāsitoria ad hæredes, est tex. in l. finali, uersiculo, an ei, de fideicommiss. hæred. pe. In hæredem autem an detur: dic ut in superiori facta æquiparatione dicta l. secūda. Septimo, quod non infamet, dic ut in superioribus. Octauo, quod sit utilis, dic ut in superiori. Nono, quod sit uniuersalis, probatur ut in superiori per dictam l. primam, in principio ff. de rei uendi. Decimo, quod sit simplex, dic ut in alijs dixi. Vndecimo, est realis, etiam per dicta in superiori proxima, potest etiam dici mista, ut ibidem dixi. Duodecimo, an sit persecutoria, dic ut in præcedenti. Decimotertio, quod non sit contraria, eodem modo, & ut in Publiciana dixi.

PRAEIVDICIALIS IN
rem de libertinitate.

¶ Et quia sunt plures præiudiciales, ut in §. præiudiciales. Institutio. de actio. Primo est sciendum, quare dicantur præiudiciales: & secundum quosdam ex eo ita appellatur, quod in modum exceptionis opponuntur, hinc est quod in rubr ff. de exceptio. dicitur, & præiudicijs. uidetur probare in l. generaliter ff. eodem, de exceptio. cum intendens aliquod præiudicium, ut in seruiture, uel libertate, sustineat partes actoris sicut diximus in alijs exceptionibus. l. prima ff. eodem. Sed hoc non uidetur uerum quia non dicerentur actiones, sed exceptiones, & contra tex. in dicto § præiudiciales, dum dicit, in rem actiones. Licet posset dici, quod ibi sit uerbum. Videntur, quod denotat improprietatem, iuxta l. naturaliter, de acquirenda possessio. sed multoties est expressum ueritatis: ut l. seruum filij. § si quis rem. ff. de lega. primo. Aliquando importat sententiam: ut, ita mihi uidetur, ut in cap. præterea requisiti de appellatio. nisi quis diceret, quod hoc procedit, quando uerbum Videtur, refertur ad personam: secus quando ad rem. dicto § præiudiciales. Sed respondeo aliter, nouerit ponderans tex. in dicto §. præiudiciales, dum dicit, quales sunt: & sic loquitur propriè: alias Imperator esset sibi contrarius. Vnde conclude quod præiudiciales sunt actiones, non exceptiones. Ad primum argumentum adductum in contrarium, responde secundum ea, quæ habentur in l. fundum Titianum. ff. de exce. Et dicas appellari præiudiciales, eo quia si concurrant cum alia exceptione, præiudicant illi: quoniam non pronunciatur super illa quousque in præiudiciali pronuntiatum sit ut habetur in l. ordina. ff. de li. cau. & in l. seruum quoq; de procuratorib. Vel & secundo, possunt dici præiudiciales, quia in ipsis tractatur de magno præiudicio, uidelicet de statu libertatis, qui est inæstimabilis l. liberras. ff. de re. iud §. sed cum libertas Institu. ex quibus cau ma. non licet. sicut etiam patria potestas. l. filiusfamil. §. secundum uulgarem de leg. r. Sed uide Bart. in l. siue contra. uer. dic ergo. ff. de li ag & gl. in d. §. præiudiciales. Quæ autem ex his præiudicialibus sit de iure ciuili, & quomodo, dicetur post gl. pen. in d §. præiudiciales. Et respondeo ad hanc præiudicialem in rem de libertinitate, primo est dicendū, quod competit, quando quis dicit aliquem esse libertum suum, qui tamen dicit se ingenuum, uel contra, cum quis dicit se ingenuum, cum alius dicat eum esse libertum. de hoc in d. §. præiudiciales. Sed quid in abbate contra monachum, & in multis alijs, uide gl. sing. in l. 1. §. per hanc. in uer. uend. care ff. de rei uend.

Secundo, est actio prætoria. d. §. præiudic. uer. cæteræ. Tertio, est actio singularis: quod patet ex prædictis: & probatur in dicta l. prima. §. per hanc. ff. de rei uend. Quarto, est stricti iuris d. §. act. Quinto, datur in simplum, cum reuocetur, uel petatur quis in libertatem. d. §. præiudiciales. Sexto, est rei persecutoria, cum sit in rem. dicto §. sequens, de actio. Septimo, est in rem, dicto §. præiudiciales. sed immo uidetur, quod sit in personam, cum persona sit quæ petitur. Potest dici quod licet petatur persona, tamen cum non ueniat ex contractu, uel quasi, dicatur in rem dicto §. omnium, & d. dicto § sequens. uer. earum. Insti. de act. Octauo, potest dici, quod sit perpetua, cum contineat rei persecutionem, dicta l. in honorarijs de act. & obl. & dicta l. si cum exceptione. § post annum. ff. quod me cau Nono est transitoria ad hæredes per dictū § post annum. uersi. ideo autem, & etiam quia iura patronatus transeunt ad hæredes. l. uenia. in princip. ff. de in ius uocan. l. penult. C. de libe & eor. li. Quod tamen est intelligendum secundum distinctionem traditam in materia operarum. de qua uide late Barto. in l. si non sortem § libertus. de cond. indeb. Et non solum hæredibus patroni, sed hæredibus etiam liberti: vt l. hæres. ff. de obsequ a lib. pa. præst. Quod intellige quantum ad bona: sed quantum ad ius liberti nitatis, secus sit. An detur in hæredes quo ad bona potest dici, quod sic: secus quando tenderet ad reuerentiam, cum sit mortuus libertus. Quod secus est ex parte patroni defuncti. Vide in iuribus præallegatis. Decimo, potest dici, quod non infamet, cum non reperiatur ut in alijs dixi. Vndecimo, potest dici, quod sit vtilis: quia non intenditur ratione dominij, iuxta ea, quæ in Publiciana dicta sunt, licet posset quis dicere, quod sit directa ex quo uenit ex mente, & uerbis prætoris. In quibus tute met cogita & responde. Duodecimo, non est contraria proba, ut in alijs supra dixi Decimotertio, est simplex per fundamentum in Pub. adductum.

PRAEIVDICIALIS IN REM
de patru agnoscendo.

¶ Hæc competit illi qui dicit aliquem esse filium suum, & petit ab ipso omnia, quæ a filio quis consequi debet, uel contra potest competere illi, qui dicit se esse filium alicuius, & petit ab eo omnia, quæ a patre consequi posset. de qua est tex. in §. præiudiciales. Instit. de act. & ibi glo. magna, circa princ. Et hoc quando quis diceret se esse in quasi possessione, quod non sit filius, uel quod dicit se esse in quasi possessione, quod non sit pater: & quando habeat locum rei uendicatio, & quando ista præiudicialis, & quando officium iudicis, uide glo. in d. l. 1. §. per hanc. in uer. uendic. ff. de rei uen. & ibi doct. in quo differat præiudicialis à rei uendicatione, uide Bar. in l. siue contraria. uer quæro in quo differt. ff. de li. agno. uide pro hac in dictis iuribus.

Secundo, non infamat, per idem quod in Publiciana dixi. Tertio, est prætoria, ut probatur in d § præiudiciales. Quarto, est realis: & proba, ut in proxime præcedenti dixi. Quinto, est rei persecutoria, eodem modo. Sexto, est in simplum eodem modo. Septimo, est stricti iuris, eodem modo. Octauo, est perpetua, eodem modo Nono, non potest dici, quod sit transitoria ad hæredes, ut probat tex. in l siue contra. uer. illud tenendum. ff. de lib. ag. Et potest esse ratio, quia mortuo altero ex his, qui sibi coniunguntur iure patriæ potestatis, expirat, secundum Barto. ibi. circa fi. & facit. l. prima, & fin. C. si reus, uel accu. mor. fu. & morte soluitur patria potestas, & etiam filiatio, cum mors omnia soluat. §. deinceps in Auth. de nup. licet quantum ad bona posset fortè dubitari, quæ peruenissent ad alterum ipsorum, etiam iure suitatis, iuxta d l. 1. & fin. & per totū. C. si pen app. mors inter. Decimo, est singularis, ut in superiori. Vndecimo, est utilis, ut proximè dixi. Duodecimo, nō est contraria, ut patet per dicta in alijs Decimotertio, est simplex, ut patet.

PAVLIANA.

¶ Circa hanc, & alias reuocatorias, primo est sciendum, quod multi uoluerunt has actiones esse interdicta reuocatoria: quod non uidetur uerum, ut potest deprehendi in lib.

in lib. de interpic. ubi non reperitur de istis reuocatorijs. Bene uerum est quod ex edicto prætoris dantur, ut infra apparebit.& est tex.in l.prima,versi. necessario. ff.de his, quæ in fraud. cred. Secundo, est sciendum, quod sunt opi.an vna sit in factum actio pro his alienatis in fraudem, cui adijciantur ista nomina,Pauliana,Fauiana,&c. Et de hoc est gl.in l.1.in ver.actio.ff.quæ in frau.cred.glo. in l. hac in factum. eodem tit. & glo. plenior, in l. secunda,in glo.secunda.ff.si quid in frau.pa.& gl.plenissima,in §. itē si quis in fraud.in ver.petere.Inst.de actio.& fortè via disputandi posset teneri, quod vna sit actio in factum, cui adijciantur dicta nomina. Et ipsam reuocentur non solum incorporalia, sed etiam corporalia, per d. l. hac in factum, & videtur text. in l. ait prætor. §. si debitorem meum &§.annus,& §.seq.ff. quæ in frau.cred.Sed communiter seq.docto.glo.in d.l.2.ff.si quid in frau. pa.& ibi vide Batt.Remanet igitur per viam euidentiæ secundum communem opi. quod Pauliana, Caluisiana, Fauiana,& actio in factū,sunt quatuor actiones reuocatoriæ, de per se:vt seq. etiam Ioann.in arbore sua:licet domini Vltram. discord.vt refert Barto.in d.l.hac in factum,& vid.eos sequi.Sed dic,ut d.l.2.ff.si quid in frau.pa.

His præmissis primo hæc actio habet locum, quando debitor alienauit aliqua bona sua mobilia, uel immobilia in fraudem creditorum suorum. Nam creditores per hanc Paulianam actionem reuocare possunt dictam alienationem, ac si non esset facta: de qua habetur in d.§. item si quis in frau. & in l.videamus la 2. in §. Fauiana. ff.de vsu.cum simil.Secundo,est prætoria, cum connumeretur inter prætorias,incipiendo à §.aliæ. Instit.de act.vsque ad § item si quis in fraudem, & probatur in d. l. videamus.§.in Fauiana.ver.nam prætor.l. 1.& l.ait prætor. § hæc actio ff.quæ in frau.cred. cum simi.Tertio,uidetur quòd sit actio directa,quia datur ex mente, & verbis edi. d.l.prima,in princ.ff. quæ in frau. credi. Sed quod immo sit utilis,videtur tex.in l qui autem,§. item si necessarius. ff.eo.& l.si pignus.l. ait prætor. ff. si quid in fraudem, eo. ti. Ad §.item si quis,primo responde,vt ibi per glo.in ver. vtilem,quæ sentit,quod hæc actio sit directa, & idem sentit glo.in l ait prætor.in prin.in uer competere.eo.tit Sed difficile uidetur respondere ad l.si pignus,& §.item si necessarius,propter tex.in l.prima,in fi. cum l. sequen. quæ uenit continuatiuè,eodem titulo, nisi ad l. pignus. dicamus,quod ibi ideo est,quod datur utilis, quia uidetur sapere donationem illa remissio inter uirum,& vxorem,licet in veritate non sit donatio,&c. Ad §. item si necessarius,potest dici, quod ibi sit eo, quia fraus sumpsit initiū ex persona defuncti,& executa est per hære. Vel dicamus, quod aliquando sit utilis,licet de sui natura sit directa,vt in pluribus uidebis,tamen cogita. Quarto uidetur,quod sit actio personalis,per tex. in l. qui à debitore, & quæ ibi per Barto ff.quæ in frau.cred.vbi Barto.dicit,quod quando in personalibus actionibus quis conuenitur ratione doli,pretium succedit loco rei, per illum textum ubi,qui scienter emit,tenetur reuocatoria, & sic actione personali, in qua ratione doli pretium uenit loco rei. Et quod sit personalis,facit:quia cum sit reuocatoria,prout Fauiana, sit personalis,per tex.in l prima,§.hæc actio. ff.si quid in frau.pa.1. Sed quod immo sit realis,videtur,quia connumeratur inter reales,à § 1. cum pluribus sequen. usque ad §.in personam.Institu.de actio.Item cum sit persecutoria,uidetur etiam realis,cum actiones in rem sint persecutoriæ.§.sequens.Instit.eo.Nisi dicamus,quòd ex eo quod excedit personam naturalium; cōnumeratur inter reales, quod pater, ubi datur contra quemlibet, qui accepit ab eo,qui alienauit in fraudem:ut ait prætor. & hæc actio.ff. quæ in frau.cred. Cogita Quinto, est rei persecutoria per tex.in l.si fraud.§.si a socero in ver. quia hæc actio. & l. ait prætor.§.per hanc.ff. quę in frau.cre.Sexto, est in simplum,ut iuribus proximè allegatis: licet quando res non reperitur possit fraudator poni in carcerem, & uideatur esse quæstio pœnalis,secundum magis communem intellectum,secundum Bar.in l.fi.§ si ff.quæ in frau. cred. Septimo,est stricti iuris,cum non reperiatur in §.actionum, ut alijs dixi. Octauo,est temporalis,& non perpetua,cum dutur per annum vtilem.l.ait prætor. in principio.& § annus.& l.qui autem.§.fi.ff.quæ in frau.cred in fin. C.de reuo. hic,quæ in fraud l. 1. in prin.ff.eo.licet in eo,quod ad fraudantem peruenit, detur etiam post annum, d. l. ait prætor.§.hæc actio.& glo.in d.§.fina.in uer,annum, Sed quod imo hæc actio detur post annum, uidetur tex. l. in honorarijs.in prin.de actio.& oblig.quia cum sit persecutoria, vt supra est probatum, vtiq; dicitur debere dari post annum per illum text. De quo dic, ut ibi per glo. melius Barto.Nono est transitoria ad hæredes.l.ait prætor.§.fi.ff. quæ in frau.cre.& eodem modo datur contra hæredes de eo,quod ad ipsos peruenit.l.Cass.ff. eodem titu. Decimò, est actio simplex, quod proba,vt in alijs, maximè in Publicia. Duodecimo, est actio singularis, per iura allegata in quinto termino,eum simil. Sed quod immo sit uniuersalis,uidetur tex.in l qui autem §.si seruum.ff. eo. Nisi dicas.quod ibi procedit per uiam accessoriam, & in consequentiam,quod reuocetur hæreditas,ut etiam sentit glo. at.l.cum principal.ff.de regu.iu. Duodecimo,non est contraria, per dicta in Publiciana. Decimotertio, putarem quod non infamet,per fundamentum sæpe in alijs dictū, & in Publiciana dixi,sed cogita.

FAVIANA.

¶Primò,hæc competit patrono contra possessores bonorum, quæ fuerunt alienata per libertum in fraudem legitimę debitæ ipsi patrono: de qua legitima habetur in §. sed nostra.Inst.de succes.liber.De hac actione habetur in l.1.in prin.ff.si quid in frau.pa.& in ead.l. §. item Papin. in l.uideamus.§.in Fauiana ff.de usur. in l.si patronus. §. patronum,in l.tenetur,& in l.si libertus.in l.ergo,& l. nō videtur,ff.si quid in frau.pat.cum similib.Secundo, est simplex,ut in alijs dictum est.Tertio,est prætoria.d.l.si patronus.§ patronum,& d.l.j in fi.prin.& l.uideamus.§. in Fauiana.ff.de vsur.cum sim.Quarto,est actio in personam l. j.§.hæc actio.ff.si quid in frau.pat.prout etiam dixi in Pauliana. licet uideatur realis, ut etiam ibi dixi. Quinto, est rei persecutoria.Tex.est clarus in l.si patronus.§ hęc actio. ff.eo.& l.tenetur.§.in actione. eo. tit.cum sim. Sexto, datur in simplum, cum reuocet tantum in fraudem alienata:ut l.1.in prin.& l.quodcunque.eo.tit. licet, si non restituatur,possit actor iurare in litem:ut d.l. tenetur. §. in actione.Septimo,est actio perpetua, per tex.clarum in l. si patronus.§.hæc actio. eod.tit. licet assignet ibi rationem generalem lex,cum sit rei persecutoria, ut pluries allegani tex.in § sequens.ver.earum .Inst.de act.& d.l.in honorarijs in prin.de verb.obli.Octauo,est stricti iuris,vt patet in d.§.actionum. Nono, datur hæredibus,& contra hæredes per tex clarum in d.l.j.§ hæc actio ff.eo.Decimo,non puto eam infamare,per dicta in Pub.Vndecimo,quod sit directa,eo modo probo quo in superiori,per tex.in d l. 1. in prin.cum conc.quæ dixi supra in primo termino Duodecimo,est singularis per ea, quæ dixi supra in quinto, & sexto fundamentis.licet posset dici, quod sit uniuersalis, ex quo petitur legitima: & sic uidetur peti quid vniuersale,iuxta l.licet minimam.ff.de pet.hæred.vnde cogita.Decimotertio,non est contraria:ut in pluribus dici,&c.

CALVISIANA.

¶ Hæc competit generaliter tam patrono in bonis liberti alienatis in fraudem, q̄ cuique creditori in bonis debitoris,sicut Pauliana,prout dicit glo. notab.in §. item si quis in fraudem.in ver petere.Instit.de act. Et potest intentari in casibus,quibus etiam Fauiana,& Pauliana,& potuit introduci ex eo,quod interfit habere plures actiones.l cum filius.§.varij.ff.de leg 2. etiam si nullum interesse habere mus intentare magis unam actionem, quam aliam, ut refert sanctus Blasius,dicens de hoc esse glo.singularem,in §.sic itaq;.in ver.odio Institu.de actio. De hac Caluisiana habetur per Bar.in l.hac in factum.ff.quæ in frau cred.in l.in Fauiana & l.si patronus.§.plures. & in l.si.ff.si quad. pau fe.di.ubi pulchrè tex.cum simi.In alijs terminis dicerem breuiter,quòd cum datur patrono,eadem.in hac dicenda esse,quæ de Fauiana dixi.Si uero intentaretur à creditore,eadem,quæ in Pauliana diximus.

IN FACTVM REuocatoria.

¶ Primo, hæc secundum communem opinionem competit vnicuiq; tam creditori, quam patrono dummodo ad reuocandum incorporalia,per text. in l hac in factum ff. quæ in frau.cre.& vt dixi in euidentialibus,sup.ad istas reuocatorias: licet sint opin.an una sit in factum reuocatoriā.Et illę sunt adiectiones,s.Pauliana,Fauiana,&c.tamē,

ut ibi

ut ibi dixi, secundum magis. communem opi. hæc in factum ab illis differt, ut iam dixi. Secundo, est prætoria, ut l. ait prætor § annus & §. sequenti. & si debitorē. & l. hac in factum. ff quæ in frau. cre. In alijs terminis dicerem, vt in Pauliana est dictum: tamen cogitabis, licet cadat in dubio, quod qñ competit patrono, idem sit, quod in Fauiana: & qñ creditori, idem, quod in Pauliana, ut dixi in Caluisiana. Tamen crederem, quod procedat à pari cum Pauliana, per tuta, quæ super ipsa allegaui Tamen cogita.

REDHIBITORIA.

¶Hæc competit, quando quis emit aliquam rem, quæ habet vitium latens, quod vitium ignorabat emptor: cum si sciuisset, forte nullo modo emisset: vnde emptor potest per hanc cogere venditorem ad recipiendam rem, & restituendum precium: ut l. 1. in si princ. & l. redhibere ff. de ædil. edic & competit, siue sit mancipium morbosum, siue iumentum, siue fundus propter herbam pestiferam, d. l. 1. in princ. l. si prædium. C. ędi. act. l. etiam in fundo. ff eo. & sic tam in rebus stabilibus, quàm mobilibus, & se mouentibus, d. l. j. in princ. De hac habetur in d. l. j in princ & in glo. in uer. aiunt. & in l. redhibitoria. eo. tit Et quod differat hæc à quanto minoris, & ab actione in factum, apparebit in duabus proximis sequentibus. Secundo, cum sit ædilitia, per tex. in l. 1. ff. de ædi. edi. in l si tamen. § in ædilitijs. §. ædilitiæ. eo. titu. & C. eod. tit. in rubr. infertur etiam quod sit prætoria, per text. in §. proponebatur. Insti. de iu. natu. gen. & ciu. Et quod istæ ædilitię sint pretorię, est tex. in §. Prætoriæ. Instit. de diuisi. stipu cum sim. Tertio, uidetur actio temporalis, & non perpetua: patet, quia durat per sex menses: ut l. sciendum: §. fin & l ædiles aiunt. in si. princ. & l. uenditor in si. & l. cum sex. ff. de ædil. edic. in l. 2. C. eo. tit. Et an sint utiles isti sex menses, & à quo tempore incipiant currere, uide glo. in d. l. sciendum. §. fin. in uer sicu. currit. & dicta l. cum sex. & in locis superius allega. bene uerum est, quod si conueniat, quòd res possit redhiberi, si emptori displiceat, isto casu sine præfinitione temporis habet emptor sexaginta dies ad declarandum suam uoluntatem. Text. est reputatus ab omnibus singularis in l. quod si nolit. §. si quid ita uenierit. de ędi. edicto. quod etiam tangit sanctus Blasius hic. Quarto, est stricti iuris, di cto §. actionum. Quinto, datur in simplum, hoc est, ad recipiendum precium, & ut res restituatur. l. cum autem §. Iulianus. ff. de ædi. & d. §. sequens. uersicu. caterum in l. redhibitoria. de ædi. edic. Licet aliquando fiat condemnatio in duplum, s. quando venditor non restitueret pretiū. d. l redhibitoria & est gl. in §. sequens. in uersic. ferre. Instit. de actio. Sexto, uidetur, quod sit rei persecutoria hoc modo, quia uenit ex contractu, l. cum autem, §. si seruus, ff. de ædi. edic. Sed quæ descendunt ex contractu, sunt rei persecutoriæ regulariter. §. sequens uersic. cæterum. Institu de act. igitur, licet uideatur obstare, quia sit temporalis, intra sex menses, non uidetur persecutoria, per text. in l. in honorarijs. in prin. de act. & oblig. Sed dic, ut ibi per gl. & Barto. quia fallit in redhibitoria, ex quo resultat aliud fundamentum. quod sit persecutoria. quia cum exceptio debeat esse de regu. l. nam quod liquidē. ff. de pe. leg. cum si. & cum d. l. honorarijs. detur reg. quod act. persecut. dentur post annum, quia fallit in redhib. ut dixi, seq. quòd redib sit persecu. ut excep sit de regula. Septimò, est transit. ad hæred. l. si tamen. §. ædilit. & l. sciendum. §. deinde. §. pollicentur. ff. de ædi. edic Et accedat ratio: quia cum in edic. subdantur verba. & ad quem ea res pertinet: intelligitur de hæred l. sciend. §. fi. de verb. sig. glo. in dicto. §. de inde. in ver. successoribus. Sed in hac reg. est uerb. ad quem ea res pertinet: ut l. 1. §. quod si mancip. eo. tit. ergo, &c. in hæredes etiam datur: ut d. §. ædilitię. & l. cum autem. §. hæ act. eo. tit. immo etiam aliquando in fideiu. datur. l. latius. eo. tit cum sim. Octauo, uidetur, quod sit actio perso nalis: ut probatur in l. 1. ibi, uenditorem conueniri, & l. si prædium ibi, aduersus uenditorem. C. de ædi. act. in l. 1. §. causa. ibi, teneri debere. cum sim. Ex quo sequitur, quod sit personalis, per l. act. genera. uer. in personam. de act. & obli. cum similib. Nono, non infamat, per ea, quæ dixi in Pub. Decimo, quod sit directa, uidetur, cum descendat ex uerb. & mente prætoris, & ubi repugnat: ut patet in præallegatis, maximè in d. l. 1. in prin. de ædil. edic cum similib. Vndecimo, quod sit singularis, patet ex præallegatis. Duodecimo, non est contraria: quia non conuenit: ex contractu, ut nomen vnius contrahentis descendat ab alio, iuxta illam gl. in l. consensu. ff. de act. & obli. Decimotertio, est simplex: ut patet, cum actori, & reo manifestetur, iuxta dicta in Publiciana.

QVANTO MINORIS.

¶ Primo, hæc actio competit ei, qui emit rem habentem latens uitium, propter quod res non tantum ualet, quantum emptor soluit, contra uenditorem, ut restituat illud quod plus fuit solutum vltra ualorem communem: & sic datur hæc actio, ubi minoris res communiter valet. Sed in hoc est aduertendum, quia, secundum communem opinionem, in l. Iulianus. in princ. de act. empti. reperitur quædam alia actio quanto minoris, quæ competit ubi emptor minoris emisset, si uitium sciuisset. De hoc est gl. mag. in d. l. Iulianus. in §. item furem. uer. item quid differt. item etiam secunda est ciuilis, prima prætoria ut ibi glo. In quo autem differat una ab altera, dic etiam ut ibi per gl & doc. Et licet Petrus, & Cyn. in l 2. in fi C. de ædi. act. teneant, quod una sit tantum quanto minoris, & plura adducant, quæ recitat sanctus Blasius hic, ad quæ ipse respondet: & sic in fi. tenet quod sit verior de iure illa opinio Petri. & Cyni: licet communis opinio sit cum glo. in d. l. Iul. secundum Bart. & Pau. de Cast. & alios. & per glo. in l. si is qui. §. 1. ff. de excep. rei iudi. uide per sanctum Blasium hic, & per docto. in præallegatis iuribus; quia cum sit antiqua, & trita quæstio, eam non refero, vt citius ad alia utiliora, & subtiliora ueniam. Secundo, quòd sit simplex, dic ut in alijs dixi. Tertio, quod sit singularis, eodem modo. Quarto, quod sit directa, dic ut in præcedenti, & eodem modo, quod contrario. Sexto, datur hæredibus, & contra hæredes, per allegata in redhibitoria. Septimo, non est perpetua, sed annalis: ut d. l. sciendum. §. fina. l. ædiles aiunt, de ædi edi. & l 2. C. de ædi. act. licet aliqñ detur intra sex menses, quando. s. venditor non cauet de uitijs, &c. cum etiam tunc redhibitoria detur intra duos menses: ut est tex. cum gl. in l. si uenditor. ff. de ædi. edic. Facit tex. in l quod si nolit. § si quid ita eodem tit. Octauo, non infamat, ut in alijs dixi. Nono est stricti iuris d. §. actionum. Decimo, datur in simplum. ut in redhibitoriis & probatur in l. si is, qui. §. j de exce rei. cum simi. Vndecimo, quod sit rei persecutoria, dic ut in redhibitoria. Duodecimo, sit personalis, eodem modo. Tertiodecimo, quod sit etiā prætoria. per eadē leges de quibus in præcedenti.

IN FACTVM AEDILITIA.

¶Vel redhibitoria.

Hæc competit emptori contra uenditorem, qui recipit rem uenditam, & restituit pretium: quia per hanc emptor potest pretium recuperare, vel quod res fuerit in iure, uel extra ius redhibita, non solum ipsi emptori ad pretium, ut dixi, competit, sed contra, etiam ipsi vēditori, si aliquis accessit illi rei venditæ quousq; fuit apud emptorem. De hoc est tex. cum gl. in l. quod si nolit. §. in factum. & §. illud planè. & §. restitui. ff. de ædi. edic. licet ad iustum pretium habeat ēt emptor actionem ex empto, & uendito, ad tales accessiones ex uendito secundum gl. in d § restitui. in uer. per actionem. & est text. in gloss. in l. cum autem. in fi. prin. ff. eo tit. Quod dic, ut ibi habetur. Et de huiusmodi accessionibus uide iu ea. l. §. fin. cum sim. Et ex his pōt deprehendi, quod differat hoc factum ab alijs duabus supra proximis. Secundo, quod sit simplex, item quod singularis, item quod directa, item quod non infamet, item quod non contraria: dic ut in præcedentibus. Et eodem modo, quod sit prætoria, quod personalis, quòd rei persecutoria, quod stricti iuris item quod detur in simplum, & probatur etiam in l. quod si nolit. §. in factum. & per glo. in l. ædiles aiunt. in princ. de ædi edi. Item quod non sit perpetua, sed temporalis, cum detur intra sexaginta dies, ut vult glo. in d. l. ædiles aiunt. in prin. in uer. facturus. uide apud leges in præcedentibus allegatas.

EXERCITORIA.

¶ Scias, quod fuerunt opin. an istud cum pluribus alijs sit proprium nomen actionis, uel sit quædam adiectio, ut recitat glo. Inst. quod cum eo. § pen in uer. senatus. circa si glo. in §. actiones autem, de peculio. in gl. 3. Instit. de

de act. in l. 3. ff. de poen. Communis conclusio est, quòd sit adiectio: licet in disputando posset teneri contrarium: quod tamen cum non sit multæ utilitatis, non tango. Quantum ad terminos nostros hæc actio exercitoria primo competit secundum Azo. in Summa, eodem titu. contrahentibus cum magistro nauis contra exercitorem nauis, qui magistrum naui præposuit. Ita probatur in l. prima, in princip. ff. de exerci. & dicit etiam gl. in §. actiones autem de peculio. in ver. ipso iure. Institu. de actio. licet sanctus Blasius hic dicat, quod datur contra magistrum ratione contractus facti cum exercitore: qui, secundum eum, gubernat nauim: quod tamen est falsum, per tex. quem ipse allegat in d. l. prima. §. magistrum. & §. cuius autem. & §. non autem. ver. imo quærit. Ofilius. & §. quod si plures, cum sim. ff. de exerc. Cum exercitor dicatur, qui est dominus nauis, vel quòd sit sua, vel ab alio habeat conductam, & ad ipsum pertineant obuentiones, ut d. l. prima. §. exercitorem. & in §. ex contrario. & est clarum vt patet per totum titulum. Et miror, quòd tantus doctor in hoc æquiuocauerit: sed forte est corruptus. Adde quòd pro hoc etiam est tex. apertus in §. eadem ratione. versi. exercitoria & ver. ideo autem. Institut. quod cum eo. qui in alie. potest. Secundo, est prætoria: vt est tex. in dicto §. eadem ratione. & in l. prima. §. non autem. ff. de exerc. cum simi. Tertio, est actio personalis: quia uenit ex obligatione, quæ est ex contractu, d. l. prima, in princip. ff. de exerc. dum dicit. Necessitas contrahendi cum magistro, &c. Quarto, quod sit rei persecutoria, patet, cum descendat ex contractu, vt supra per tex. in §. sequens. ver. earum. Institu. de actio. Quinto, quod detur in simplum, probatur cum ueniat ex contractu, per tex. notab. in §. omnes autem. Institu. de actio. Sexto, quod sit stricti iuris patet in d. §. actionum. Septimo, quod si perpetua, est tex. in l. si tamen §. fina. ff. de exercito. Octauo datur hæredibus, & contra hæredes: ut est tex. in d. l. si tamen. §. fina. & ibi glo. not. & est tex. qui etiam probat in l. nouissimè. ff. de instit. gl. in d. §. eadem ratione. in ver. exercitoria. Institu. quod cum eo. Nono, quod non infamat, dic vt in Publiciana. Decimo, quod sit directa, probatur, cum detur ex verbis, & mente prætoris. dicta l. prima, in prin. ff. de exerci. Vndecimo, non est contraria per theoricam glo. in d. l. ex consensu. de actio. & obliga. Duodecimo, quod sit singularis, dic ut in alijs. Tertiodecimo quod sit simplex, eodem modo.

INSTITORIA.

¶ Primo hæc actio competit tam ei, qui contraxit cum aliquo proposito alium alicui negotiationi, puta vino vendendo, vel cuilibet alteri negotiationi in terra, quàm cõtra illũ, qui talem institorem præposuit: vt per Azo. in Sum. C. eod. & l. prima, & per totum ff. de institu. & l. tertia, & l. quicunque, in princip. & §. idem si institorem. ff. eodem. Et intellige sanè, quod ita demum obligatur, qui proposuit institorem, si contractus est super negotiatione, in qua est præpositus, & quod ad illam pertineat, non si ad aliam d. l. quicunque § non tamen. prout etiam contingit in exercitoria. l. prima. §. non autem. ff. de exercit. De hac etiam per glo. in § actiones autem de peculio. Institu. de actio. & d. §. eadem ratione. Institu quod cum eodem. Et in his obligatur dominus in solidum: quia eius iussu uidetur contractum, per textum in §. si igitur Institutio. eodem titulo facit text. in l. si quia mancipijs, in fine princip. ff. de instito. Secundo, quod sit simplex: dic ut in alijs dixi: & eodem modo, quod sit singularis. Item non est contraria, ut dixi in præcedenti. Quinto, est directa, quæ venit ex verbis, & mente prætoris, dicta l. prima. ff. de instito. licet in aliquibus casibus competat utilis: ut l habeat. in fine princip. & l. si cum villico. & l in eum in princip. ff. de instito. sed uide tu ibidem per glo. & docto. plenius. Item non infamat, ut in alijs dixi. Septimo, est stricti iuris, ut dicto §. actionum. Octauo, quod detur hæredibus, & contra hæredes, est text. in l. nouissimè. ff. de instito. licet etiam contra præponentem talem institorem possit competere redhibitoria. dicta l. si quis mancipijs. in principio. de instito. Nono, est perpetua, vt dicta l. nouissimè. Decimo, est simplum, vt dixi in superiori proxima. Vndecimo, est rei persecutoria, cum veniat ex contractu, per dictum §. sequens. Institu. de actio. & per illum met textum probat, quod sit rei persecutoria, cum veniat ex contractu, ut patet. Vltimo, quod sit prætoria, patet per ea, quæ in superiora proxime dixi.

TRIBVTORIA.

¶ Hæc competit illis, qui contrahunt cum seruo, vel filiofamilias alicuius, contra dominum eius vel patrem, quando dicti scilicet seruus, vel filius in mercibus peculiaribus contrahunt, scientibus domino, uel patre, & non contradicentibus: ut habetur in l. prima, in prin. & vsque ad §. potestatis. ff. de tribu. Et eodem modo in his, qui seruirent nobis bona fide, esto quod sint liberi homines. vel serui alieni, vel etiam seruus vsufructuarius, dummodo meæ, super qua cõtrahunt, sint domini, vt habetur in dicta l. prima §. fin. & l. sequenti. & etiam in seruo communi, ut l. etiam. eodem titu. De hac etiam habetur in §. introduxit, Institut. quod cũ eo. & per glo. dicto §. actiones autem de peculio. Institu. de actio. & licet in actione de peculio soleat deduci, quod domino, vel patri debetur: ut l. sed si damnum. §. primo, cum sequen. ff. de pecul. tamen in hac actione secus est: quia pater, uel dominus non sunt melioris conditionis, quam alij creditores, cum uocentur insimul ad tributum: vt habetur in dicto §. introduxit. & per glo. in dicto §. actiones autem. uide in dictis iuribus. Et quod sit prætoria, probatur in dicto §. introduxit. Et quod sit in personam, dic, vt in duabus præcedentibus. Item quod simplex, singularis, & directa, eodem modo. Sexto, quod detur in simplum, probatur in l. illud. §. si cuius ff de tributoria. Septimo, quòd non infamet, dic vt in alijs. Octauo, quod detur hæredibus, & in hæredes, probatur in dicta l. illud. §. finali. Nono, quod sit perpetua, probatur in eodem §. finali, dicta l. illud. quod stricti iuris patet in dicto §. actionum. Vndecimo, quod sit persecutoria, probatur in l. quia uero. & dicta l. illud. §. si cuius. ff de tribus. Duodecimo, quod in personam: dic ut in duabus præcedentibus. Vltimo, quod non contraria, eodem modo.

QVOD IVSSV.

¶ Primo hæc actio competit illi, qui contrahit cum seruo, vel filiofamilias, qui habuerunt iussum à domino, vel à patre: quia dominus, vel pater pro tali contractu possunt in solidum conueniri. Tex. est in § si igitur. Institu. quod cum eo. l. prima, & per totum. ff. quod iussu. Et hic iussus potest fieri, siue uerbis iubeatur, siue per epistolam, vel nuntium, siue ad unum contractum, siue generaliter ad omnes. Tex. est in d. l. prima. §. iussum. Item datur hæc actio, licet iussus non interueniat, quando pater, vel dominus se subscribunt chirographo: quia per hoc uidentur consentire, uel iubere. d. l. prima, §. sed & si serui. Plus etiam quod per ratihabitionem pater, uel dominus possunt obligari. d. l. prima. §. si ratum. Et istud iussum potest renocari reintegra, sicut mandatum. d. l. 1. §. sed ego quæro. Et per hanc actionem pater, vel dominus in solidum conueniuntur, d. l. prima, in princi. & dicto §. primo. Institut. quod cum eo. Et de hac etiam habetur per glo. in d. §. actiones autem. Instit. de actio. Secundo, quod sit actio prætoria, est tex. in d. §. 1. Institu. quod cum eo. Tertio, quod sit rei persecutoria, probatur, cum ueniat ex contractu, per d. l. prima, in princ. ff quod iussu. & Instit. de actio §. sequens. Quarto, quod sit actio in personam. probatur, ut dixi in præcedentibus, cum ueniat ex contractu. §. omnium. & sequens. Institut. de actio. Quinto, quod detur in simplum, primo arguitur, cum ueniat ex contractu, per § omnes Instit. de act. Item ex alio. quia cum assimiletur mandato. d. l. 1. § sed ego quæro ff. quod iussu. & actio mandati detur in simplum. d. § omnes. Insti. de act. ergo & ista, cum de similibus ad similia decidere liceat, iuxta l. non possunt. cum vulgaribus ff. de leg. Sexto uidetur perpetua primo arguendo, quia rei persecutoria, per regu. in honorarijs. de act. & oblig. Item facit sicut institoria, vel tributoria dantur perpetuo, ut supra in eis dixi per l. nouissimè. de inst. & l. illud. in fi. de tribut. Et illæ actiones uidentur similes: quia sicut in illis per seruum, uel filium quæritur commodum patri, uel domino. l. 1. in princ. de instit. ita in hac. Septimo est stricti iuris, cum non reperiatur in d. §. actionum. Item non est contraria, per dicta in alijs. Nono uidetur dari hæredibus, vt in hæredes, primo facit, quod proximè dixi de d. l. illud. in fine, & dicta l. nouissimè. Item facit reg. l. primæ, C. ut actio. ab hæred. & con. hæred. Item ex alio, quia cum ueniat ex contractu. dicta l. prima, quod iussu. utique uidetur dari hæredibus, & in hæredes. per l. ex contractibus. ff. de actio. & obligation. Item quod non

infamet,

infamet,& quod sit directa. Duodecimo,quod singularis, & Vltimo quod simplex:dic vt in alijs præcedentibus,cum similibus.

DE IN REM VERSO.

¶Hæc actio competit ex contractu,vel quasi, celebrato per filium,vel seruum ipsi contrahenti contra patrem, vel dominum,quando res est conuersa in eorum patris, vel domini vtilitatem, etiam dato quòd nihil in peculio habeat seruus, uel filius: ut habetur in §. præterea. Institutio. quod cum eo.in lege prima,in principio.ff. de in rem uerso. &,ut ibidem dicitur, uidetur contractum cum domino,uel patre. Nec ista est eadem cum illa de peculio: quia potest dari quod cessat actio de peculio, & tamen habeat locum actio de in rem uerso,dicta l.prima in fi.princip. eodem titulo.Et etiam,quia altera perpetua,& altera annalis,ut infra dicetur.Et licet præcedens,ut dixi, detur in solidum tamen ista datur quatenus est uersum in utilitatem patris, uel domini,dicto §.præterea.& si non est uersum,quatenus est in peculio. Nam est sciendum, quod edictum de peculio,est triplex: quia potest referri ad merum peculium, & tunc dicit ut de peculio. Potest etiam esse uersum in utilitatem,& tunc dicitur de in rem uerso Potest,& tertio inter uenisse iussus,& tunc dicitur quod iussu. & hæc probantur in l prima.§.est autem. ff. de pecul.sed aliter & aliter ut in discursu apparet.

Secundo,quod sit simplex,patet,quia cognoscitur actor à reo. Item quòd singularis,patet,cum non detur pro vniuersitate, dico, iurium. Quarto,quòd non contraria,paret ex dictis in gl in dicta le.ex consensu de actio. & obligatio. Quinto,est directa,cum ueniat ex uerbis, & mente prætoris,dicta l.prima,in princip.& dicto §. præterea. & dicta. l. prima.§ est autem.ff.de pecul.licet quandoque utilis: ut l. patet. in princip.l.si in fi.ff.de in rem uerso. Sexto,non infamat,per dicta in alijs. Item quòd detur hæredibus,& contra,probatur per ea,quæ in præcedenti dixi. Octauo, quòd sit perpetua,probatur lege prima,circa fi. principio.ff.de in rem uerso.licet uideatur obstare text. in l. si seruus. §. cum Sticho.ff.de in rem uerso.Sed intelligas vt ibi declaratur per glos. & doct. Item quod sit stricti iuris, patet in dicto §. actionum. Decimo,quòd detur in simplum,argnas,cum veniat ex contractu,iuxta d.§.omnes. Institutio.de actio. Vndecimo,quod sit rei persecutoria,probatur in §. sequens. Institutio.eodem titulo. Duodecimo,quòd sit in personam,patet ex dictis in præcedenti,& eum detur ex contractu:vt dicta l. prima, in principio de in rem verso. Vltimo,quòd sit prætoria,est text. in dicto §. præterea. Institut. quod cum eo.& dicta l.prima,in princip.ff.de pecul.

DE PECVLIO.

¶Hæc competit contrahentibus cum filijsfamilias, vel seruis habentibus peculium ab eorum patribus, vel dominis. De hac habetur in lege prima in fi.ff.quod cum eo.in lege prima.§.verba.& per totum.ff. de pecul. & in §. præterea. Institutio.quod cum eo. & melius in §. actiones autem.de peculio. Institutio.de actio. &,vt etiam tangit sanctus Blasius hic,intelligitur de peculio profectitio,vel etiam aduentitio,quando pater remisit vsumfructum,& administrationem:vt expressè dicit Bartolus.in lege,si finita.§.si de vectigalibus.in fi. ff.de dam. infect. iuxta ea,quę habentur in l. penultima. C qui bon ced poss.secundum eum. Et in hac actione,quando fit condemnatio prius deducitur,quod debetur domino, vel patri, vel alijs, qui in eorum potestate sunt,vt habetur in §.cum autem.Inst.quod cum eo.in l.sed si damnum.ff.de pecul.eum simil.Item ꝙ non infamet,ꝙ sit directa,ꝙ singularis,& simplex,vt dixi in superiori,& sic etiam quod non sit contraria. Septimo, videtur quod debeat dari hæredibus:nam cum pœnales regulariter dentur hæredibus,vt in §.non omnes.Institutio perp.& temp.act. à fortiori ista,&c.Item est aliud fundamentum,cum detur ex contractu,per dictam legem ex contractibus.de actio.& obligatio.& dicta l.in honorarijs.In hæredes etiam datur. l.& ancillarum § constat.& l quæsitum. §. si cum hærede. ff.de pecul.& dicta lege,ex contractibus. de actio.& obligatio.Octauo est prætoria:per text.in dicto,§.actiones autem de peculio.Institutio.de actio. l.prima. in principio ff. de pecu.Nono,est in personam:ut probatur in §. in personam. Institutio.de actio.& etiam quia venit ex contractu, vt in pluribus dictum est.Decimo, est rei persecutoria: patet, quia venit ex contractu:ut in l.prima.§.uerba.ff.de pecu.in gendo §.seq.Institutio.de actio.Vndecimo,est in simplum, per dicto §.omnes.Institutio.de actio.ex quo venit ex contractu,ut est dictum:nunc bene uerum est, quod aliquando pater vel dominus potest teneri de peculio de eo, quod ad eos peruenit,& in quantum locupletati sunt, scilicet ex ex maleficio serui,uel filij:ut habetur in l.licet.§.ex furtiua. ff. de pecu. Duodecimo, est stricti iuris;per dicto §. actionum. Institutio. de actio. ut pluries dixi. Vltimò, uidetur quòd sit perpetua,primo ex eo, quod est rei persecutoria,ut supra per reg.dict.l.in honorarijs.de actio.& obligatio.Sed hoc videtur contra id quod supra dixi in primo termino proximè præcedenti,ubi dixi hanc esse annalem,& in hoc differre ab actione de in rem verso. Sed intellige hoc modo,quòd est perpetua,quousque filius,uel seruus sunt in potestate.Sed si exirent potestatem per emancipationem,manumissionem, uel aliter, tunc est annalis. Et iste est text. mag.in l.tandiu.ff.quando de pecu. actio est anna.in l.cum post mortem.eodem titulo.Item intellige quòd si uiuente filio competebat aliqua actio temporalis, puta redhibitoria,quæ durat sex mensibus,ut super ea dixi, tantum durat post mortem filij,uel serui, quantum tempus superetat.Ita intelligit glo.text.in dic. lege.cum post mortem. ver. ideo. per textum in l.sed & si per prætorem.§.quoties. ff. ex quibus cau.maio.in integrum restit.in l. Inius Diophantus. de minori.in quibus uide,& cogita,&c.

DE CONSTITVTA PECVNIA.

¶Hæc competit aduersus eum, qui constituit se soluturum pro se,uel pro alio nudo pacto illud, quòd erat debitum ciuiliter,& naturaliter,uel naturaliter tantum, vt habetur in l.prima.§.debitum ff.de constitu.pecu.Secus quando esset ciuiliter tantum debitum: quia tunc non posset deduci in constitutum,ut not.in dicto §.debitum.& l.tertia.§.si quis autem,eodem titulo,licet secus sit in fideiussore,qui etiam pro ciuili sola potest intercedere.l. prima de fideiuss. & Institutio. eodem, in principio. Et ratio differentiæ ponitur per Barto.in dicta lege prima, licet alias ex pacto nudo regulariter non agatur.l.iuris gentium.§. igitur nuda. ff. de pact.tamen cum quis tenetur ex pacto nudo, & posteà ille constituat se soluturum alio pacto nudo, potest agi. dicto § debitum.& refert sanctus Blasius hic,& sic duo pacta nuda magis operantur Et ad hoc facit glos. sing. in lege cum scimus.C.de agri & censi.lib. 11.de confessione geminata quæ magis operatur, licet doc. ut sentit Bartol. dicta lege prima de constit.pecu.dicant quod ex constitutione de soluendo faciat prætor oriri ciuilem: quia si oriretur altera naturalis,sequeretur quod duæ fœminæ sine masculo operarentur ad generandum actionem, cum naturalis habeatur ut mater,& ciuilis ut pater, iuxta legem,licet.§. ea obligatio.ff. de procur. & ea,quæ habentur in l. iuris gentium. §. quinimo. ff de pact. cum simil. de quo late per do. meum do.Bald. de Bartolinis de Perusio in repet.rub. ff. de uerb. oblig. in 20. coll. & seq. Et quis sit fideiussor, constitutor, sponsor,expromissor, & mandator, uide glos. sing.in Auten. de fideiuss. in princ. Et de hac actione habetur in toto titu ff.de constitu.pecu.& in §.de constituta. Institutio. de actio.Et nota quod ita demum tenet constitutio,si personaliter fuit concepta:secus si impersonaliter,ut in l. secunda.de constitu.pecu. Secundo,quòd sit prætoria, probatur in dicto § in personam. & etiam quia uenit ex contractu, ut dixi in alijs. Item quòd rei persecutoria, patet, cum sit ex contractu,per dictum.§.omnes.Institutio.de acti. Item quòd sit in simplum,probatur in lege. quod si maritus. in principio.de constitu.pecu.in l. hactenus. §. si quis. cum l. seq.eod.titu.Adde text.rotundum in l. item illa uerba. §. bene.eodem titu. Sexto,quòd sit stricti iuris,dic,ut d. §. actionum.Septimo,quod detur hæredibus,probatur in l.receptitia.uer.sed & hæredibus.C.de constitu. pecu. & quòd contra hæredes,probatur ibidem, & in lege prima, C. eodem titu.Octauo,quòd sit perpetua, probatur in dicta lege receptitia.uerb. annorum metis. Item quòd non infamet, dic ut in alijs.Decimo,quòd sit directa,potest probari,cum ueniat ex uerbis,& mente prætoris.l.1.§.ait prætor. & le. si duo.§.ait prætor. ff. de constituta pecun. Benè uerum est, quòd quandoque reperitur utilis, ut lege, eum, qui §. si actori.eodem titulo, Vndecimo, quòd non contraria, dic vt

vt per glos.in d l.ex consensu.ff.de actio.& oblig.Duodecimo, quòd sit singularis,& vltimo quod sit simplex, dic vt in praecedentibus,

VTILIS EX EA CAVSA QVAE ex confessione est, & dicitur interrogatoria.

¶ Haec actio secundum Ros.in libel. suis, quem punctaliter refert Sanctus Blasius hic, datur quotiescunque post litem contestatam reus conuentus in iudicio confitetur coram iudice sedente pro tribunali se esse debitorem illius,qui agebat contra ipsum reum ex aliqua causa. Et de hac actione habetur in lege,proinde.la 2.§.si procurator ff.ad legem Aquil.& secundum Ros. in dictis libellis:licet text.dicto §.si procurator. dicat quod dicatur vtilis confessoria,tamen nō est verum quòd dicatur confessoria, sed debet exponi vtilis ex confessione. Et ita sequitur Sanctus Blasius hic meus recitator Ros. & videtur facere, quia confessoria datur illi, qui asserit sibi deberi seruitutem: vt in § aequè.Institutio.de actionib.& l.2.ff.si ser.vend. Sed aduerte,quia in hoc reperi Ludou.Roman.in sing.23. incip. ex confessione, qui dicit esse text.sing.in dicta l.proinde.§. si procurator.quod actio descendens ex confessione iudiciali dicitur vtilis confessoria: & ita trāsit.quod credo verius esse,per illum textum qui multum cauillatur, secundum expositionem Ros.& ad cōtrarium adductum,quòd confessoria sit illa, quae datur prò seruitute tuenda,illud non obstat,imo vrget contra:quia illa dicitur confessoria, nec adijciatur vtilis: & sic penitus sunt diuersae facit etiam allusio ipsius,vt cum detur ex confessione,dicatur confessoria, iuxta text.in §.est & aliud.Institut.de dona.in l.2.§ appellata.ff.si cert pet.cum si. Et vt etiam dicit Sanctus Blasius, hic,propterea ponderatur quòd confessio sit facta in iudicio in istis terminis: quia extra iudicium non pateret actionem, licet per ipsam posset debitum probari,per text. no.in l.Publia.§. Lucius. & §.fina.ff. depo. Ita etiam sentit Roman.in loco praealle. Item fuit etiam ponderatum,post litem contestatam,quia si fiat cōfessio ad interrogatoria quae fierent ad praeparationem iudicij,ex illa non oritur actio,iuxta l.primam, & per totum. ff.de interro. act.secundum Ros.ubi supra. Secundo,quod sit praetoria, videtur posse probari in l.2. de interro.act.cum quis confiteatur mediante interrogatione,iuxta l.voluit & l.de aetate.§. qui interrogatur. & l.si quis.eod.titu. In alijs vndecim terminis iudicate ipsam eius naturae esse, cuius erat actio contra ipsum confitentem intentata, si in personam,vel in rem, &c. argum.text.in l. cum post mortem,& quod ibi notatur.ff. quando actio de pe. est annalis cum similibus. Et facient ea, quae dicentur in proximè sequenti actione, &c.

VTILIS EX EA CAVSA, QVA iuratur,quae dicetur iuratoria.

¶ Primo est aduertendum. quòd haec actio iuratoria potest considerari tripliciter. Primo, quando iuratur super actione personali. Secundo, quando iuratur super actione reali. Tertio, quando iuratur super actione mista. & hoc modo separatim eas ponit Sanctus Blasius hic. Sed ut dixi supra in actione rescissoria, per hoc non esse necesse multiplicare: quia in effectu vna est iuratoria, licet aliquando desetuit actioni personali,aliquando reali, aliquando mistae:& propterea Io.in arbore sua non aliter diuisit Vnde cum iuratur adiecta causa aduersario differente quod res est sua,tūc dicitur in rem:ut l.si duo §.Iulianus.ff. de iureiuran. & l.nā & postea.§.fin.eod tit.& §.si quis postulante. Institutio de actio.Cum uero iuratur quod debes mihi centum: si adijcitur forma,& causa, puta quia uendidi domum,&c.tunc datur ex empto,uel uendito ad rem tradendam, uel pretium: ut habetur in l.si duo.§.si quis.ff de iureiurando. Si uero non adiecta forma,uel causa iuretur, tunc ex iuramento datur actio in factum,ut habetur in l.actori.C.de rebus credi. & iureiuran. & istis casibus dicetur iuratoria in personam. Cum uero iuratur super actionibus mistis, puta finium regundorum:ut,iuro quòd fines sunt tales in agro,&c.& sic dicetur iuratoria mista, & sic potest esse rei persecutoria.uel poenae.uel mista,prout est causa, super qua iuratur:puta in causa furti,rapinae,&c. Et sic iudicabitur stricti iuris, vel nō, infamet uel non,quòd detur haeredibus, uel non, & sic de alijs terminis, prout habetur in l. nam postea.§. iureiurando, & §. si damnetur. & §.si is,qui. de iureiurando. Et ex his etiam confirmantur dicta in praecedenti actione, ut iudicetur secundum naturam illius actionis, & causae, super qua quis fuit in iure confessus: & in his etiam tu uidebis & considerabis. Et quòd haec iuratoria sit praetoria, probatur in l.ait praetor,in princ.ff. de iureiuran.&c.

NEGOTIORVM GESTORVM.

¶ Vt infra dicitur, haec actio consideratur multipliciter. Et primo quantum ad actionem negotiorum gestorum directam, dic competit illi cuius negotia gesta sunt ab aliquo sine mandato,ipso domino absente: quia,cum reuertitur, potest conuenire hac actione dictum gestorem, ut reddat rationem administrationis. De hac habetur in §.1. & §.sicut.Institutio. de obligatio. quae ex quasi contra.nascun.in l.secunda ff.de negotijs gestis, quam multum no secundū Barto.quia ponit formam libelli super hac actione. Est & alia actio negotiorum gestorum contraria, quae competit ipsi gestori, qui se inmiscuit negotijs aduersus dominum negotiorum,si aliquid de suo impendit necessario, uel utiliter,ad illud scilicet repetendum, ut habetur in dicta l.secūda in fi.& d.§.sicut. Et qualiter distinguantur directa, & contraria,ponit glos.& Bart.in l.consensu.ff. de actio.& obli.& plenius Bar.& alij in l.curatoris.C. de nego. gest.Item secundum glos.in d.l.curatoris. quam sequitur Sanctus Blasius hic.

Tertio modo consideratur actio negotiorum, uidelicet quòd dicatur utilis directa, quae competat domino, cuius negotia gesta sunt ab aliquo, qui ex necessitate officij gerebat: ut in tutore, & curatore, &c. Et de hac uolunt doct.quòd loquatur text. in d.l. curatoris. Quarto modo consideratur,& dicitur actio negotiorum gestorum utilis utiliter, quae competit illi, qui ex necessitate officij gessit, si aliquid impendit, &c. Et ratio est in istis duabus ultimis, quia deficiunt uerba, & mens legis; quia edictum de negotijs gestis loquitur in gerente sponte, non coacte, item in gerente alterius negotia, non sua. Ita intelligit glos. in dicta l. curatoris. Et dantur istae utiles ex extensione Iurisconsulti, ut etiam de his habetur per gloss. & Bartol. in l.actio. ff. de negotijs gestis. Sed est aduertendum quod secundum Bartol. Vltramon. tenent contra: & quòd distinctio glos in dicta lege, curatoris. circa Nomina, & Aduerbia non est bona, nec lege probatur: & ita etiam tenet ibi Barto. per text. ubi dicit esse casum in l.electio.§. item ex pluribus.ff. de noxa. ubi si non potest habere locum actio directa noxalis, datur praetoria. Tu adde text.in l. plurium. in princip. eod.titu. Item, & melius, & si diceretur utilis directa, pro ut dicit glos.illa scilicet actio, quae datur domino aduersus gestorem ex necessitate, dixisset tex.in d.l. curatoris. qui tamen solum dicit utili actione argum.no.in c.ad audientiam, de deci.& hoc stringit.

Sed aduertite, ne erretis: quia imò uidetur quod etiam contra gerentem ex necessitate detur directa actio negotiorum gestorum, per text in l.3.§. curatori.& § hac ratione.ff.de neg.gest. vbi cum text. non dicat vtili, vel directa, sed simpliciter actione negotiorum gestorum,& verba sunt intelligenda in potiori significato, iuxta legem primam,§. 1.si ager vec.vel emphy.pe. & etiam quia text generaliter sunt intelligendi,iuxta legem primam, §. generaliter.ff. de leg.praest. Item uidetur obstare totus titu. de administ.tut. cum detur actio tutelę, de qua in Spe. in l ita autem.§. si quis.cum seq. de administ.tu.§. tutores. Institu. de oblig. quae ex quasi contra. Et hoc sequendo, si uelles respondere ad d.l. curatoris. C. de negotijs gest.prima facie posset dici quod ad id conueniabantur hęredes illius, qui gessit:& uerba edicti loquuntur, quando conuenitur gerens. Sed non eundo per ambages, pręallegata non obstant:quia secundum Bartol.in d §. hac actione. debet ibi intelligi de utili actione,ut sic concordet cum d l. curatoris. Et ratio est, quia uerba edicti loquuntur in sponte gerente alteriūs negotia:sed cum quis gerit ex necessitate, dicuntur negotia propria,saltem cura,& solicitudine:argu.l. si pupilli § item quęritur.ff. de nego.gest.Et ad titu.de admi.tu scilicet quod detur actio tutelae; responde ut per Bartol. in dicto §. hac actione. Et responsio suprà data ad leg.curatoris est falsa. Primo, quia ibi est dictio, Etiam,quae est implicatiua, quasi det intelligere quod & curator, & eius haeredes teneantur utili actione.Item ex alio non est bona, quia actio

negotiorum

negotiorum gestorum datur in hæredes, vt infra dicam: quod non esset, casu quo alia daretur in gestorem, & alia in hæredes. Concludo ergo cum Barto. in dicta l. curatoris. & cum Vltram. quod actio competens contra gestorem ex necessitate, & quæ datur ipsi gestori aduersus dominum, semper dicatur utilis, nec sit opus addere directo uel vtiliter, contra glo. in dicta l. curatoris. quam sequitur sanctus Blasius hic, & male, cum reuerentia. Et vultra arg. quod feci supra vltra Barto. non allego text. ubi est casus in terminis in l. actio. quæ est l. ante. ff. de nego. gest. ibi dum dicitur Nec refert an directa quis, an vtili actione agat, vel conueniatur. Et sic vel quod agat gestor ex necessitate aduersus dominum, vel quod conueniatur, semper dicitur vtilis actio, nec additur directo, vel vtiliter. Bene insurgit ibi dubium, quia uidetur innui, quod quando est gestum sponte, ab vtraque parte dicatur directa: quod esset contra ea, quæ supra dixi; nisi dicas, quod ibi nomen Directa, solum debeat referri ad uerbum Agat, non ad uerbum Conueniatur: & sic singula singulis referantur: argumen. l. certè. §. is, qui. ff. de preca. & l. communi diuidundo. §. neque ff. communi diuidundo, & quæ dixi per dictum §. hac actione. dicta. l. tertia. ff. de nego. gest. Tu subtilius cogitabis. Ego ita intelligo pro nunc istam materiam, licet sanctus Blasius transeat tribus uerbis, & de una, quæ ut dixi supra considerat tripliciter, non residendo, scilicet cum glo. dicta. l. curatoris. ipse fecit quatuor actiones.

Secundo, quod sit prætoria, probatur in l. prima, in principio, ibi: ibi edictum, & l. tertia, in principio. ff. de negot. gestis, licet uideatur obstare tex. in l. aduersus. C. eodem titulo, dum dicit, ciuiliter consiste. Sed intellige, ut ibi per glo. & docto. Tertio, quod sit actio in personam, potest probari, quia descendit ex quasi contractu. dicto §. igitur. Institutio. de obligat. quæ ex quasi contractu, & ex contractu, & quasi descendentes, sunt in personam, iuxta §. omnium. Insti. de actio. & ibi glo. in uer. modis. & iuxta. §. sequens. Institutio. eodem titu. Sed est text. expressus pro hoc in l. penultima. C. de nego gest. Item, quod sit rei persecutoria, probatur in dicto § sequens. versicu. earum. Institutio. de actio. Quinto, quod detur in simplum, probatur in §. omnes. Institut. de actio. Et facit, quia datur in id, quod abest ex patrimonio. l. secunda. in fine. ff. de nego gest. Item facit, cum sit rei persecutoria, per l. in honorarijs, uersicu. ille autem. de actio. & obligatio. Sexto, quod sit bonæ fidei, est text. in §. actionum. Institutio. de actio. Item est perpetua, cum duret triginta annis, ut est text iuncta glo. & ibi omnes in l. aduersus. C. de nego. gest. Octauo, datur hæredibus, & in hæredes. l. tertia. §. hæc actio. ff. de neg. gest l. curatoris. C. eodem titulo. Nono, quod sit singularis etiam quod sit simplex, dic ut in præcedentibus. Vndecimo, non infamat. cum nõ reperiatur, ut in Publiciana dixi, & uidetur Probari in l. actionibus iuncta l. prima, § qui pro socio. ff de nego. gestis, ubi exprimuntur actiones, quæ infamant, inter quas non est ista: ergo, &c. argum. l. cum prætor ff. de iud. & l. maritus. C. de procurato. Duodecimo, quod sit directa, & vltimo sit contraria, per latè dict. supra in primis eius terminis, & est tex. in dicto § igitur. Institu de obliga. quæ ex quasi contractu, & dicta l. actio. de neg gest. Et etiam utilis, ut dixi & iu dicta l. actio. Et de hac satis, &c.

PRO TVTELAE DIRECTA.
& contraria.

¶Primo, est aduertendum, quod ista actio consideratur dupliciter. Vno modo dicitur directa. Alio modo dicitur contraria. Directa actio pro tutelæ competit pupillo, vel minori contra illum, qui gessit negotia eorum tanquam tutor, uel curator singula singulis referendo hoc modo: uel quod sciret se non esse tutorem, uel curatorem. tamen fingebat se esse: uel quod ignoret, putans se esse, ad reddendum administrationis rationem, & ad interesse pupilli, vel minoris, &c. habetur in l. prima. in princip. & §. pro tutore. & per totum. ff. de eo, qui pro tut. uel cura. nego. gest. Contraria pro tutelæ datur ipsis gerentibus se pro tutore, uel curatore, cũ uerè non essent aduersus pupillum, uel minorem, si aliquid necessario, uel utiliter de suo impenderint in rebus pupilli, uel minoris: & de hac habetur in l. fina. eodem titulo. Et pro cognitione terminorum aduertatis, quia sanctus Blasius, qui studet multiplicare numerum actionum, post has duas reliquit unum circulum, uidelicet actionem tutelæ contrariam, quæ longè differt actione protutelæ contraria. Tutelæ namque contraria competit uero tutori aduersus pupillum, si aliquid impendit: & sic curatori aduersus minorem. Contraria uero protutelæ datur ei, qui se fingebat, ut dixi, uel putabat se esse, ubi non erat, & de contraria tutelæ habetur in l. prima. & per totum. ff. de contra. actio. tu. qua infra statum dicam.

Secundo, hæc actio protutelæ est prætoria, ut est text. in l. prima. in princip. ff. de eo, qui pro tuto. Tertio, quod in simplum, probatur in dicto §. pro tutore. Quarto, est rei persecutoria, ut in dicta l. prima §. protutelæ. ff. de eo, qui pro tuto. Quinto, est in personam, cum ueniat ex contractu, ut dixi in præcedenti proxima. Sexto, quod sit stricti iuris, videtur innui: quia non repetiatur in §. actionum. Instit. de act. vt in alijs pluries dictum fuit. Nam in dicto §. actionum. licet sit actio tutelæ, tamen non reperitur ibi actio protutelæ. Sed quod sit bonæ fidei, uidetur tenere glo. in dicto §. actionum. in uerli. tutelæ. dicit in numero plurali, quod istæ actiones cum repetiantur contrariæ, & directæ, in dubio omnes debent iudicari bonæ fidei. Item ex alio fundamento: quia in actionibus stricti iuris non ueniunt vsuræ absque stipulatione: sed in actionibus bonæ fidei ueniunt à tempore motæ. ut habetur in l. quamuis. C. de vsur. Sed in actione vsuræ ueniunt absque stipulatione, vt dicta l. prima. §. protutelæ. ff. de eo, qui pro tuto. uel cura. neg. Et facit text. in l. quod ergo. §. contrarium de contra. actio. tu. Breuiter Ioann. de Cremo. in arbore sua tenet, quod istæ duæ actiones, directæ scilicet, & contraria protutelæ, sint stricti iuris, per rationem, quia non repetiuntur in § actionum. Quem sequitur Dyn in l. prima in principio. ff. de eo, qui pro tuto. vt refert ibi Nic. de Neapo. & sequitur. Item tenet Dyn. Io. Fab & Ioan. Plaz. & Nic. de Nea. in dicto §. actionum. in glos. in uer. tutelæ. licet Ate ibi referat Dyn. tenere contrarium: & Barto. in l. prima ff. de eo, qui protute. quod tamen non reperi. Concludo igitur, quod hæc actio protutelæ, tam directa, quam contraria, sint stricti iuris. Et ad glos. in §. actionum, potest dici, quod loquitur in actione tutelæ. Ad aliud fundamentum, quod usuræ ueniant, &c. respondet Nico. de Neapo. in dicta l. prima. ff. de eo, qui pro tute. quia non inconuenit, quod sint stricti iuris, & in aliquo habeant naturam bonæ fidei, ut etiam est in actione ex testamento: ut l. Titia §. usuras. de lega. secundo, iuncta l. alias. ff. de in li. iuran. V de etiam dom. Ias. præceptorem meum in dicto §. actionum in glos. præallegata.

Septimo, quod sit perpetua, arguitur, cum sit rei persecutoria per regu. l. in honorarijs. de actio. & obligatio. Item, quod non infamet, uidetur posse probari, prout est dictum in alijs cum non reperiatur expresse cautum. Sed in contrarium tenuit text in §. in quibusdam Instit. de pœna teme. liti. ubi dicit, quod damnati iudicio tutelæ infamantur, loquendo solum de directa actione tutelæ, cum contrariæ non infament. Et uidetur sentire glo. in dicto §. ex quibusdam. ergo idem sit in directa protutelæ. Præterea, si infamatur uerus tutor, a fortiori ille, qui falsò gerit se pro tutore, argumento authen. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Posset dici, quod non infamet quia ibi text. loquitur de actione tutelæ, non autem protutelæ. Item pœnæ sunt in dubio molliendæ. l. interpretatione. de pœn. & facit l. Arrianus. d. a. t o & obligatio. Item ex alio, si non iudicamus ipsam bonæ fidei, ubi est fauor, qui solet extendi, iuxta l. cum quidam de l b. & posth. & c. odia. de regu. iur. in 6. a fortiori, non debemus dicere in dubio, quod infamet ubi est odium dictis iuribus allegatis: & per consequens, quod non comprehendatur dicto §. ex quibusdam. cogitabis. Nono, quod detur hæredibus, & in hæredes, probatur ex eo, quod est rei persecutoria. per dictam l. honorarijs. facit regu. l prima. C. ut actio. ab hæred & contra hære. & §. non autem. Instit. de perpe. & temp. actio. cum etiam pœnales dentur, ut ibi regulariter. Decimo, quod sit simplex, dic ut in alijs dixi. Et eodem modo, quod sit singularis. Duodecimo, quod sit directa, iam est probatum in primo termino. Et hoc quantum ad directam protutelæ. Vltimo, quod sit contraria, patet etiam in primo termino: & hoc quantum ad contrariam.

CONTRARIA TVTELAE.

¶Istam dereliquit sanctus Blasius ut dixi in proxima præcedenti, & competit uero tutori aduersus pupillum, si aliquid necessario, uel utiliter impendit, ad repetendum illud a pupillo. De hac loquitur text in l prima. & per totum. ff. de contra. & util. actio. tut. Et idem est in curatore, d.

te.d.l.1.§.hæc actio. & tunc demum competit, si scilicet est finitum officiũ.d.l.1.§.finito. Secundo, ꝙ sit simplex Item quod singularis, dic ut in præcedẽti. Quarto, quòd non infamet, probat expresse tex. in §.ex quibusdã. Inst. de pœna teme. litigantium l.furti.§.fin.ff.de infa. Quinto, est prætoria, ut d.l.j.in princ.ff.de contraria. & vti act. tut. licet directa actio tutelæ sit ciuilis, ut dicemus, quando erimus in actionibus ciuilibus. Nec obstat tex.in d.l j. in prin.in vet.ciuiliter. quia loquitur quantum ad obligationem, quæ contrahitur ex gestis a tutore. Sextò, ꝙ sit contraria, patet ad nomen, & dixi in primo termino, & sic est manifestum quod non sit directa, cùm, ut dixi, illa sit ciuilis. Octauò, uidetur in personam, cũ veniat ex quasi contractu.§.tutores. Instit.de oblig. quæ ex quasi contra. ut etiam dixi in præcedentibus. Nonò, est rei persecutoria, vt probatur in d.l.1.in fine prin.de contra.& uti.ac. tu. Decimò, quod detur in simplum, probatur in eo prin. l.1.§.quod ergo, & §.in hoc iudicio. Vndecimò, uidetur quod sit stricti iuris, ex eo quia non reperitur in §. actionum. Et ita tenet Dyn. ut refert Nico. de Neapo. in l.j.in princ.ff.de eo, qui pro tut. tñ glo.in §.actionum.in vet.tutelæ. Inst.de actio.tenet cõtrarium, scilicet quod t bonæ fidei: quam approbat Dyn. ut refert ibi do. Ias. do. meus, & sequitur Ioan. Faber, & dom. Pet. de Bellaper. & Nico. de Neap. & etiam Are. & ultra rationem glo. quam Dyn. dicit esse debilem, facit, quia in iudicijs est seruãda æqualitas, per l.si cum dies.§.penul.ff.de arbi. facit etiam gl. ad hoc in d.§.actionum. in uer. pignoratitia. quæ idem vult de pignoratitia contraria, &c. & Ioan. Faber mouit dubiũ quare Imperator non fecit mentionem de contrarijs, pro ut dixi ex locato, & conducto, &c. quæ habito respectu de locatore ad conductorem, uidentur ut directa, & contraria, & e.uide per do. Iaso. ibi. Duodecimò, quod sit perpetua, dic ut in superiori, cum sit rei persecutoria. Et est tex. apertus in l.quod ergo.§.fina.de contra. & uti.actio. tut. & facit, quia etiam directa actio tutelæ est perpetua, ut l.tutores.C.eo.tit. & in iudicijs est seruanda æqualitas, ut suprà dixi. Vltimò, datur hæredibus, & in hæredes. d.l. quod ergo.§.fi.de contra.& uti.actio.tu.

DEPOSITI IN QVATVOR casibus directa, & contraria.

¶Primò est aduertendum quod actio depositi regulariter est ciuilis, vt uidebimus infrà inter ciuiles actiones: sed in quatuor casibus prætor dedit actionem depositi, scilicet quando metu tumultus, & incendij, ruinę, aut naufragij aliquis deposuit rem suam penes alium, & sic depositum descendit potius ex necessitate, quàm ex uoluntate. Vnde in istis casibus datur ipsi deponẽti directa actio depositi, quæ principio inest in simplum: idest, datur ad rẽ depositam solum, sed ex inficiatione, & perfidia depositarij erescit, & datur in duplum. De hac actione habetur in l j.cũm duabus sequen.ff.deposi. & ibi gl.in uet.in duplum. Et est tex.cum glo.in §.in duplum Inst.de actio.& §.sequens.uer.planè.cod.tit. Et hoc quod detur, scilicet in duplum, intelligitur intra annum, non autem post, ut habetur in §.sed furti quidem.& §.at illæ. Instit.eod. Et ratio differentiæ, quare in deposito ex uoluntate semper detur in simplum, & in hac secus, est, quia hic nõ potuit ita deliberare, & prouidere apud quem deponeret, ut dicit glo.in dicto uer.planè.& in uer.dolo.& l.prima,§.meritò.ff.depo. Et sic consideratur ista actio directa ex parte deponentis.

Item & secundò consideratur contraria ex parte depositarij, si aliquid impendit necessariò, uel utiliter in re deposita: prout etiam dixi in alijs præcedentibus, quòd reperiuntur directæ, & contrariæ. Et propterea, tu iuuenis, aduertas ad rubricam.ff.depo. dum dicit, uel contra: quasi dicat, & de directa actione depositi, & contraria. Et de cõtraria actione depos. est tex.in l.ei, apud quem. in princi. ff.deposi. licet etiam possit loqui de alia cõtraria ciuili, & uide tex.in l.quod tumultus eod tit. Secundò, ꝙ sit prætoria, probatur.in l §.1.& d.§.sequens.uersi.planè. Instit. de actio. Tertiò, quod sit in personam, ibnuitur, cum ueniat ex quasi contractu, ut est dictum in præcedentibus. Quartò, est rei persecutoria regulariter, sed ex inficiatione crescit, & est pœnę persecutoria, cum detur in duplum.d. §.in duplum.cum alijs, quæ alle.& uide posset dici mista ut d.§.sequens, versi.planè, in fi. Quinto, datur in simplũ, & quandoque in duplum, ut dixi sup.in primo termino. Sextò, quod sit bonæ fidei, patet, quia reperitur in §.actionum. Inst. de actio. Septimò, potest esse perpetua, & annalis, secundum uarios terminos, ut dixi sup. in primo termino, & habetur in d.l.quod tumultus. ff.deposi. Octauò, datur hæredibus & in hæredes, secundum tamen uarios terminos, vt habetur etiam in d.l.quod tumultus Nono, est infamatoria, ut in §.ex quibusdam. Inst.de pœna teme.liti. Intellige de directa actione, cùm contraria nõ infamet, ut eo.§.sicut in alijs contrarijs. Decimò, quod sit directa, patet sup.in primo termino, habendo respectum ad directum. Vndecimò, quod contraria, patet eodem modo. Item est singularis per dicta in Publiciana. Vltimò est simplex, per ibi dicta.

VIAE REIECTAE.

¶Primò est sciendum, quod sunt opi. an ista sit proprium nomẽ actionis, uel sit adiectio ad actionem in factũ, quę datur ex illo edicto de uia pub. & gl in l.si in agrum.ff.de uia pub. & itine pub. tesi. uidetur tenere eũ Ioanne, & sic ꝙ non sit proprium actionis nomen, sed propter uiã reiectam detur actio in factum, uel utilis actio legis Aquilię, quod patet, dum gl. ibi subdit, ut quidam. Ita sequit Bar. ibi: sed Io. Cremo. in arbore, vult quod sit propriũ nomẽ actionis: ex quo uidetur redargui una opi. sancti Blasij, q̃ tenet in 1.q.tractatus, ubi dicit quod Io. Cremo. qui fecit arborem, fuit ille, de quo Accur. sæpissimè in gl. suis mentionem facit. Nam hoc non uidetur uerum, quia Io. Crẽ. in arbore tenet quod ista actio habeat propriũ nomen de per se, & tamen Io. glossator tenet cõtra.in d.l.si in agrũ in gl.1. nec est dicendum quod ita in hoc fuit sibi contrarius. cogitabis. Nam si in d.l.si in agrum. ita resupinè fuisset sibi contrarius. poteris uidere. Bene uerum est ꝙ gl. in cle.fi.de testi. uidetur innuere cum dicto sancti Blasij: nisi dicamus quod Io. in hoc fuit contrarius. cogitabis. Quantum tamen ad hanc actionem, tex.in d.l.si in agrũ. uidetur uelle quod sit proprium nomẽ, dum dicit. uiæ reiectę actio dabitur. ut etiam dicitur l.qui ac. ut l.sed & si.§.iniuriam.ff.ad l.Aquil. & in fine facit, quia aliàs Genitiuus solet importare de per se, iuxta no.in rubrica de noui op. nun. Posset bene esse quod hodie sit loco adiectionis, cũ loco cuiuslibet interdicti detur actio in factum, ut in §. fi. Inst.de interd. Et latè dicetur in materia interdictorũ. Et quod sit propriũ nomen, facit, quia datur quanti actoris interest. d. l. si in argum. vt etiam dicitur in illo interdicto de via publica, quod detur quanti interest: vt habetur in l prima. §.fina eodem tit. Et posset fortè attentari quod illud interdictũ de via publica, non differat ab actione, ex eo quod reficiẽdo quis uiam publicam, si reijcit in fundum alterius. Sed istud est in capite edicti, quia debet seruare ille, qui reficit ueterem altitudinem: dicta lege prima, in prin. versi. viam. Sed cogitabitis: pro nunc non recedo ab opinione antiquorum, & maiorum, &c.

Et redeundo ad terminos huius actionis, est sciendum quod competit illi, in cuius fundo via publica est reiecta ab alio, qui reficiebat, fortè gratia dilatandi fundum suũ, & datur quanti interest domini fundi. Ita habetur in dicta l.si in arg.ff.de via pub. & iti.pub.refic. Secundò, quòd sit simplex. patet, cum cognoscatur actor à reo, ut dixi in Publiciana. Et eodem modo quòd sit singularis. Quartò, quod sit directa, probatur, quia ex uerbis, & mente prætoris, dicta lege, si in arg. Quintò non est contraria, iuxta gl. in dicta lege, consensu. ff. de actio & obliga. Sextò, quod non infamet, patet cum non sit expressum, ut in pluribus dixi. Septimò quod detur hæredibus, & in hæredes, potest probari, per §.non autem. Inst de perpe. & tempo. actio. in fi. & ex his, quæ habentur in dicta l.si in arg.§.fi. Octauò probatur, ex quo est rei persecutoria, per reg. l.in honorarijs. de actio. & obl. Et nonò, quòd sit rei persecutoria, probari potest, cum detur ex quasi maleficio, sicut dicimus in his, quæ dantur ex quasi contractu, & contractu: ut in §.sequens ver earum. Inst. de actio. & dixi in pluribus præcedentibus. Decimò, quod sit stricti iuris, patet, cum non reperiatur in §.actionum Vndecimo, quod detur in simplum, potest probari. cum detur ad interesse: vt dixi per no.in lege, si in arg. Duodecimò, quod sit in personam, potest argui, cùm sit ex quasi maleficio, per dictum §.sequens, &c. Vltimò, quod sit prætoria, potest probari in d.l.1.in prin.ff.de via publ. & itine. publ. tesi. &c.

QVOD METVS CAVSA.

¶Ante omnia sciendum est quod hæc actio, Quod metus causa personalis, differt ab utili actione in rem, quæ dat

Inst, X metum

metum passo, de qua suprà est visum, vt potest colligi ex dictis per glo.& doct.in l.metum.§.volenti ff.quod met. cau. Nam secundum primam lec.ibi, vtilis in rem, quę datur metum passo, habet locum, quando metus intercessit super incorporalibus:sed ista. Quod metus causa personalis, quando super corporalibus. Sed secundum lec.Ioan. differūt, scilicet. Quod actio quod metus causa, procedat vnà cum vtili in rem, ut in corporalibus vtraq; procedat, sed super incorporalibus solùm, Quod metus causa. Sed secundum tertiam lect. quæ fuit Azo. quam sequitur Bartol. per l. si mulier. §. fina. ff quod met. cau. ista actio personalis, Quod metus causa, datur vbicunque datur utilis in rem, ut scilicet si per metum fuit translatum dominū alicuius rei, vel quis per metum fuit ab actione liberatus, datur. Quod metus causa, ut quis restituatur in pristinum statum, & quasi reincidit in lec. Ioa ut scilicet ista. Quod metus causa personalis detur etiam ubi datur utilis in rē scilicet circa corporalia. Sed additur illud, quia nunc est, vtilis ista, Quod metus causa, vbi prius erat directa. Ita colligitur ex opin. Azo. secundum verba Bar. si benè ponderabis in d.§. uolenti uer. tertia lec. & ita dicit glo. mag. dū dicit: Ideo dic secundum Azo. quod etiam prima personalis datur utilis, &c. Et ex his habes primum terminum, scilicet cui competat, & quando, hæc actio.

Et pro plena intelligentia vltra ea, quæ dixi suprà in utili in rem. quæ datur metum passo, adde quòd debes scire ratione metus esse prodita tria remedia, scilicet utilis in rem, quando sumus in corporalibus, ut in alienatione alicuius rei utilis in personam, tam in corporalibus, quàm in incorporalibus: item datur exceptio metus, puta quando quis promisit numerare pecuniam, & numeratio non fuit secuta: quia datur illi, qui promisit, exceptio metus, & datur negotio nondum perfecto: licet aliquando detur etiam negotio perfecto: puta, si res, quam dederam per metum, redit ad me, & ego cōueniar: quia excipiam de metu. De utili in rem, & de utili in personam, habetur in iuribus præall. De hac exceptione est tex. cum glo. in d. l. metum. §. sed quod prætor. uer. siue imperfecta. ff. quod me cau. Et uide quæ alleg. suprà in utili in rem, quæ datur metum passo, & adde hic d. ℓta Secundo, quod sit prętoria, est tex. in l. j. in prin. ff. quod met. cau. & per alia iura, quæ allegaui in utili in rem ubi uide.

Tertiò est in personam, ut in §. præterea quasdam. in ver. in personam. Instit. de act. Est benè uerum, quod est scripta in rem, & sic datur contra omnes, ad quos peruenit commodum ex metu, ut est tex. in l. metum §. cùm autem. ff. quod me. cau. in l. si cum exceptione. §. in hac. eod tit glo. in dicto §. cùm autem. Et sic patet, quod datur contra tertium possessorem Hinc Bar. in l. 3. C eo. ti. versi. circa hoc quæritur. & ver. sed ego, post glo. mag ibi reuocat in dubium, unde nascatur hæc actio personalis in rem scripta, & pertransit, quod nascatur ex uarijs figuris causarum, quasi contrahatur quædam obligatio ex sola rei peruentione, & propterea hæc actio sit in rem scripta, & detur etiam contra tertium possessorem: utilis uero in rem detur, eo quia quis possidebat, reg. l. de eo. §. fin. ff ad exhib. sicut alias in actione ad exhibendum, quę est personalis. & in rem scripta, ut l. 3. §. est autem. & si ff. ad exhib. sic etiam in pluribus interdictis l. 1. §. pen. ff. de interdi. & infrà suis locis ostendemus.

Quartò, potest dici quod sit rei persecutoria, ex eo quod est in rem scripta, ut dixi supra in utili in rem, & iuxta. l. 3. & 4 C. quod me. cau Et aliquando est pœnæ persecutoria, & facit, cùm detur contra quemlibet possidentem. l. metum. §. si ff. eo. & uide tex. in l. quod diximus § hæc actio. ff. eod. tit. Quintò datur in simplum regulariter: sed res, si non restituitur, in quadruplum intra annum utilē, & post annum in simplum. d. l. 4 & l. si cum exceptione. §. 1. & seq §. in hac. in fine, & §. hæc autem actio. ff. eo. cū his, quæ allegaui suprà in utili in rem. Ad istum terminū uide etiam in §. quadrupli. & §. item actio. Instit. de act. Sextò quòd sit stricti iuris, patet, cum non reperiatur in § actionum Septimò, est arbitraria, ut in §. præterea quasdam. Instit. de actio. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met cau cū simil. Octauo, potest dici quòd si perpetua ex eo quòd est personalis, & personales durāt per triginta annos l. penul. uer quas oēs. C. de const. pecu.

Sed est aduertendum, quia secundum glo. in dicta l. 3. C. quod met. cau. in uer. munitus. quam dicit Bar. no. licet ista actio sit personalis, non tamen durat triginta annis, contra dictam l. pen. sed solum viginti. Et ratio est, secundum glo præalleg & etiam Bar. quia cum hæc actio sit in rem scripta, & sic excedat suos terminos, cùm detur contra quemlibet possidētem, ut suprà est dictum, excedit etiam a suis terminis. ar. l. fina. in fine. C. de edi. diui Adri. tol. & per consequens non durat, sicut aliæ personales. ut de ibi Item hoc intellige quantùm ad rei persecutionem, & sic ad simplum: quia ad quadruplum non durat nisi per annum, ut suprà dixi.

Nonò, datur hæredibus, & alijs successoribus, ut dixi in utili in rem l. quod diximus. § hæc actio. ff. quod me. cau. Vide quæ dixi in utili in rem circa hunc terminum. In hęredes datur in id, quod ad eos peruenit. dicto § quod diximus. Decimò, non infamat, per ea, quę in Publiciana, & alijs dixi. Et ita firmat glo. in l. si cum exceptione. § cum, qui. ff quod met. cau. licet Pla dixerat contrarium, ex eo quod admittat secum aliam actionem de dolo, & etiam descendat ex causa famosa: sed non obstat, sicut aliàs est in interdictis. l. neque ff. de ui, & ui arma. Item aliàs in cōdictionibus. l. cessar. ff. de actio. & obligat. & ita sequitur Barto. in dicto. §. cum, qui. Vndecimò, quòd sit utilis, patet ex dictis in primo fundamento. Item non contraria per dicta in præcedenti. Item est singularis, & simplex, ut clarè patet.

DE DOLO MALO.

¶Hæc competit illi, qui recipit damnum dolo malo alicuius: uel si quis aduersus ipsum dolosè uersetur consulendo, uel quid simile dolo faciendo: tunc si nō superest ei aliqua actio, qua possit experiri, datur sibi hæc de dolo. Ita probatur in l. 1. §. primo, & per totum. ff de dolo Item est aduertendum, quod datur cum causæ cognitione: nec potest dari pro modica quantitate, sed debet excedi summa duorum aureorum, ut l si oleum §. si & l sequen cum prin. l. non debet. ff. de dolo habetur in §. gallinarū. Inst. de rer. diui. Nec etiam datur cōtra quasdam personas, de quibus habetur in d. l. nō debet. Sed eo casu eius loco datur in factum actio, quæ uerbis temperatur, cùm dēat fieri mentio bonæ fidei, ut uidetur transire Bart. post Vltramon in dicta l non debet. & Cyn. in l. si superstite. C. eod. tit Et ut etiam dicit sanctus Blasius hic, est multum aduertendum super quo contractu interuenerit dolus, aut in contractu bonæ fidei. aut stricti iuris: de quo habetur in l. & eleganter. per gl. & omnes, eod. tit. in l. si quis cùm aliter de verb. oblig. maximè per repetentes. Ibi addit etiā unum uerbum quod dolus debet esse tali, qui cadat in constantem uirum: aliàs adscriberetur leuitati, & fatuitati potius, quàm dolo per ea, quæ habentur per Inno. in c. cùm dilectus ff. de his, quæ ui metusve cau. & ibi etiam per do. Abb. & dicit esse menti tenendum pro articulis faciendis in hac actione. ita sanctus Blasius.

Aduerte circa hoc, quia si est uerum, est multum no. & potest dupliciter intelligi, scilicet quod dolus adhibeatur à cōstante uiro, ut teneatur de dolo: uel quod dolus adhibeatur contra constantem uirum: aliàs dolosus non teneatur de dolo. Intelligendo primo modo credo, quod non sit uerum. Primò per bonum simile: quia in actione, Quod metus causa, Iuriconsultus interpretatur de metu, qui cadat in constantissimum uirum, ut suprà diximus. & l. metum. 1. & 2 ff quod met. cau. quasi non contentus de simplici metu. Sed in hac actione de dolo non fuit aliter dictum: igitur arg cap. ad audiētiam, cum simi. de deci. Itē & fortius, si hoc esset uerum, sequeretur quod pupillus esset constans uir: cùm pupillus possit committere dolū, & teneri de dolo, per l. harum. §. item in causæ uer. ego arbitror. ff. de dolo. Pupillus autem est infirmi consilij, & captionibus potius suppositus. l. j. cum simi ff. de minor. ergo, &c. Item restringeretur diffinitio doli, ut nō intelligatur in persona pupilli & similium personarum, cōtra l. j. §. dolum. ff de dolo. Et per hoc primo modo non potest stare, primo per tertium fundamentum suprà ad ductū. Item sequeretur, quòd quis ex suo dolo præmiū reportaret, contra l. fin. in fine. C. si cer. pet. Sed fortè uoluerunt ita intelligere, quòd ex quo minoribus non potest dari actio de dolo, ex quo est famosa, & datur in subsidium, ubi alia non datur. d. l. prima. §. uerba. ibi, alia actio non erit, & cum minoribus detur in integrū restitutio, si sunt decepti. l. prima, & l. diuus §. nec intra has. ff. de in integ. resti. & l. prima. § idem Pomponius ff de dolo. corollariè sequitur quòd actio de dolo non possit competere in cōstantibus,

stantibus, & sic minoribus, cùm requiratur quòd dolus cadat in constantem virum. Ita credo quod possit bene se ita intelligere sanctus Blasius, licet verba sua non ostendat hunc spiritum. Et ad cap cum dilectus. respondet plenè quod nihil facit, quia non videntur decepti, qui meliorē vitam elegerunt: vt dicit ibi gl. fina. Et etiam ex alio, quia ibi sumus in spiritualibus, in quibus cum etiam non habeat locum in integrum restitutio, a fortiori nō habeat locū actio de dolo, quæ est famosa: cum facilius concedatur restitutio, quam actio de dolo, per l. diuus. §. nec intra has. & d §. idem Pomponius. Ita ego intelligerē pro nūc istos terminos, in quibus tu cogitabis, quia nō legi apud alios.

Secundò, hæc actio est prætoria: vt ff. de dolo. l. j. in princ & §. ait prætor. & l. si oleum. §. fina. & l. item exigit prætor. ff. eodem tit. Tertiò est in personam: vt § præterea. versic. in personam. Instit. de actio. cum simi. Quarto potest dici quod sit rei persecutoria: quia datur in id, quod ad aliquem peruenit. l. sed si ex dolo. §. item si quid. & l. si plures. §. hæc actio. ff. de dolo, cum simil. Aliquando autem est pœnæ persecutoria, cùm possit iurari in litem, & ex contumacia reus cōdemnari quanti iuratum est, vel iudicis arbitrio: vt le. arbitrio, §. primo. ff. eodem. Quintò, ꝙ detur in simplum, patet in dicto. §. hæc actio. & dicto. §. item si quidem. Sextò, quòd sit stricti iuris, probatur ex §. actionum. Insti. de actio. Septimo, non est perpetua, sed durat tantum per duos annos connumerandos a die commissi doli continuos, ut habetur in l. si & uide. C. de dolo. Et in hoc sunt correcta iura antiqua: vt l. 3. ubi uide. C. eodem tit. Octauò potest dici quod detur hæredibus, per §. non autem. Insti. de perpe. & temp. act. in l. hæredibus ff. de dolo. In hæredes datur de eo, quod ad eos peruenit dicta l. hæredibus. & l. si plures. §. hæc actio. & l. in hæredem. ff. eodem tit. cum simi. Nono, est actio famosa l. prima, §. prætor ait ff. de dolo. dicto §. ex quibusdam. Inst. de pœ. teme lit. Decimo, quod sit directa, patet, quia ex verbis, & mente prætoris, & iuribus in secundo termino allegatis. Item non est contraria, ut in præcedentib. dixi. Item quod sit singularis, & etiam simplex, patet manifeste. Addo & decimoquarto ꝙ est arbitraria, in dicta l. arbitrio. §. 1. ff. de dolo. Instit. de actio. in § præterea. cum simil. &c.

FVRTI MANIFESTI.

¶ Primò est sciendum quod hæc actio competit illi, cuius interest furtum illud manifestum non esse factum: & de hac habetur in §. furti autem actio. Instit. de oblig quæ ex deli. nascū. cum simi. Nec refert an ille apud quem res est subtracta, sed dominus, uel non, dūmodo eius intersit: vt dicto §. furti. & § fina. Instit. ui bon. rapt. Et fur manifestus dicitur, qui facto furto antè, quàm ad locum destinatum rē perferat, deprehenditur in publico, vel priuato loco, siue a domino, siue a quocunque: ut habetur in l. 3 4 & 5. ff. de fur. Immo plus, quod si dum fur fugit, abiciat furtum, etiam erit fur manifestus: ut est tex. in l. si quis in seruitute. §. sed Cels. ff. de fur. Habetur etiam in §. manifestus. Inst. de obl. quæ ex delic. nascun. & l. vulgaris ff. eod. & in cap. vulgaris de pœnit. dist. prima. Et si aliquis caperet furem, non posset ipsum retinere vltra viginti horas, iuxta ea, quæ habentur in lege, capite quinto. ff. de adul. alias quis incideret, in pœnam priuati carceris, de qua in l. prima, C. de pri. carce. Etiam dato quod laicus caperet furem, ut per Barto. in dicta l. si quis in seruitute. & per Bal. in cap. cum non ab homine. de iud. refert sanctus Blasius hic. Est etiam aduertēdum, quod pœna furti manifesti est in quadruplum, in quo non continetur rei persecutio, cū absque quadruplo ad rem ipsam possit agi condictione furtiua, uel rei uendicatione: condictione furtiua aduersus furem, uel eius hæredem, rei uendicatione aduersus quemcunque possessorem: ut habetur in §. fina. Inst. de obli. quę ex deli. nas. Et quod in quadruplo non insit rei persecutio, probatur in dicto §. fina. dum dicit, ad pœnæ tantum persecutionem. & probatur in §. sic itaque, ibi: vt extra pœnam. &c. Inst. de act. Et quod agatur ad quadruplum, intelligitur intra annum: post annum uero datur in simplū. In eo autem quod dixisti, quod potest dari condictio furtiua, & rei vendicatio, est intelligendum, si quis sit dominus. Si autem non sit dominus, quod remedium habeat, vide Bar. in l. manifestissimi. C. de fur. per Ang. Are. in d. §. fi. Inst. de obli. quæ ex deli. nascun.

Item est ulterius sciendū quod ista actio, quæ datur in quadruplum, & aliæ: ut supra cùm sint ciuiles, per d. §. fi. dicta causa esset agitanda coram iudice causarum ciuiliū: sicut alias causæ criminales non agitantur coram iudice ciuilium, ut habetur in l. solemus §. latrunculator ff. de iud. cum simi. licet in contrarium uideatur tex. in l. ex eo. C. de agen. iure lib. 12. Item etiam posset agi criminaliter, vt habetur in l. fi. ff. de fur.

Sed in hoc est etiam pro iuuenib aduertendum, an scilicet pro furto quis de iure possit suspendi: & in hoc non reperies multa iura De iure Digestorum reperitur tex qui facit mentionem de pœna furcarum, in l. capitalium. § famosos. ff. de pœ. qui tamen duobus modis intelligitur, ut infra dicam. De iure nouo est tex. in Authen. sed nouo iure & in corpore unde sumitur. C. de seruis fugitiuis, qui dicit quod pro furto quis non moritur. Est & alius tex. magis nouus in §. si quis quinque solidos. in Auth. de pa. teuen. in 10. collatio. Sed secundum Barto. in d. §. famosos. secundum unam lecturam. quādo est fur famosus, qui de iure Digestorum potest suspendi, per illum textum: secus, quando non est famosus, & ita loquitur tex. in dicta authen. sed nouo iure & tex in l. fina. ff. de fur. Sed de iure nouissimo ultra quinque ducatos quis potest suspendi: alias fustigabitur. Ita loquitur tex. in d. §. si quis quinque. Et ita etiam firmat glo. in §. iniuria. in tit. de pa. iur. fir. licet quidam per illum tex. velint in hoc esse reuersum ad leges antiquas: prout refert Barto. in d. §. famosos. qui tandem tenet illam glo. in puncto iuris: licet per viam statutorum dicatur esse prouisum in qualibet ciuitate. Quis autem dicatur famosus latro. uide glo & Doct. in d. §. sed nouo iure. Vide etiam in materia vnum mirabile dictum Barto. in l. si dominiū. ff. de fur. quod scilicet ex mutatione territorii noua nascitur actio furti ad uindictam publicam, & dicūtur furta multiplicari, per quod multi suspendunt: ut refert Ang. quem uide in §. 1. in 1. col. Inst. de oblig. quæ ex deli. nascun.

Secundo, quod sit prætoria, est tex. in §. furti autem. Instit. de perpe. & tempo. act. cum simil. Tertiò, quod sit in personam, patet cum veniat ex delicto, prout dixi in his, quæ ueniunt ex contractu. per dictum §. sequens. Insti. de actio. Quarto, quod sit rei persecutoria, satis patet ex dictis supra in primo eius termino. Quinto, quod detur in quadruplum. superius dixi, & allegaui. Sexto, quod sit stricti iuris, patet in dicto §. actionum. Septimo quod sit perpetua, uel temporalis, patet ex allegatis in termino 5. Octauò, quod detur hæredibus, probatum in §. non autem. Inst. de perpe. & temp act. §. pœnales. In hæredes non, nisi de eo, quod ad eos peruenit: per dicta in alijs, &c. Nono, qđ infamet, probatur in l. furti ff. de infam. in §. ex quibusdam. Inst. de pœna. teme. liti. cum sim. Decimo, ꝙ directa, patet, quia ex uerbis, & mente. Vndecimo, qđ non contraria clarū est. Itē ꝙ singularis, & simplex, planè intelligas, &c.

FVRTI ADVERSVS NAVTAS, caupones, stabularios.

¶ Antè quàm uadam ulterius, primo est aduertendum, quod Ioan. in arbore sua posuit istam actionem furti aduersus nautas. &c. Deinde in duobus alijs circulis posuit duas actiones in factum. Vna est in simplum aduersus caupones, &c. Alia in duplum: & ambæ dicuntur in factum. Et licet sanctus Blasius statim post illam furti subdat illas duas, tū nos sequemur ordinē arboris Ioān. & de illis, suis locis dicemus. Ad hanc dicas ꝙ competit illi, cui factū fuit furtum in caupona, naui, uel stabulo alterius per suos famulos, quorū opera dicti nautæ, scilicet caupones, vel stabularij utuntur, uel etiam ꝙ consilio cauponum, nautarū, & stabuliorū, furtum fit factum. Et hæc actio datur in duplum. & de his est tex. in l. prima, in princ. & § nauigādi. ff. fur aduer. nau. cau. sta. Et est in electione ipsius, qui rē amisit, an velit agere hac actione prætoria contra exercitorem nauis, an uero cōntra furem furti, & sic actione ciuili, dicto § nauigandi. in fine. Et secundum Barto. in rubr. ff. eodem tit. referendo Dyn. & Rofr. in libellis suis, ista actio appellatur in factum aduer. nau. caup. &c. Nec est actio furti manifesti, vel non, prout quidam dicunt. Et ultra Bart. hoc probatur in dicto §. nauigandi. in fine iuncta glo. in uer. experiri. Quæ autē sit differentia inter hanc actionem, & illam, de qua in tit. nau. caup. stabul. glo. in rubr. ff. eodem tit. & in rub. fur. aduer. nau. & etiam colligitur ex glo. in l licet. §. in factum. ff. nau. cau. ponit plures

differentias. Quæ autem sint bonæ, & quæ non, vide Bart.in dicta rub.ff fur.aduer.nau. Ad illud autem, quod dixi, quod hæc actio datur in duplum, est aduertendum: quia licet glo.in dicta rubr. ff.nau.cau. dicat quod in hoc duplo insit rei persecutio, tamen secundum Bart.in dicta rub.vult dic.re contrarium, vt scilicet in hoc duplo non in sit rei persecutio, sed totum sit pœna. Et quod sit actio in factum. probat tex.optimus in materia ista in §. itē exercitor. Instit.de obliga. quæ ex quasi delic.nascun.in l.fina. § hæc actio.ff.nau cau.stab. Reliqua pro terminis vide in locis præalleg. & dicetur, cū erimus circa illas duas actiones in factum, de quibus suprà mentionem habui.

Secundò, quod sit prætoria, est tex in dicta l.nauigādi. in duobus locis, ibi, ex edicto prætoris & ibi, iure honorario.& l.fina.§ hæc iudicia. ff.nau.cau. Tertio, quod sit in personam, probatur, cùm veniat ex quasi delicto.dicto §. fi.Inst de obli.quæ ex quasi deli. Quarto, quod sit rei persecutoria, probatur in dicta l. 1. Et est etiam pœnæ persecutoria, ut ibidem. Quintò, quod sit in duplum, probaui suprà in primo termino. Sextò, quod sit stricti iuris, patet in dicto §.actionum. Septimò potest dici quod sit perpetua quantum ad rei persecutionem, & annalis sit quātum ad pœnam, per ea, quæ habentur in l.in honorarijs. de act.& obliga. Et satis patet ex his, quæ dixi in proxima præcedēti. Vide tex. in dicta l finali. hæc iudicia. Octauo, quod detur hæredibus, patet ex tex.in dicto § fin. Instit.de obl. quæ ex deli.nascun. Sed contra hæredes non datur. dicta l.fina § hæc iudicia. uersi.in hæredem. nisi dicamus quod teneantur de eo, quod ad eos peruenit, prout dicitur in multis pœnalibus, vt in § penul. Inst.de perpe. & tempo. actio. Nono, non infamat, per dicta in Publiciana. Itē est directa, per dicta in præcedenti. Item non est contraria, eodem modo. Item est simplex, & singularis, ut in præcedenti, &c.

SERVI CORRVPTI.

¶Hæc competit domino serui aduersus illum, qui suo cōsilio, & persuasionibus seruum talem corrupit, uel quod hortatus sit eum ad furtum faciendum, vel quod simile delictum, uel cum deteriorem fecerit animo, & moribus, puta contumacem domino, luxuriosum, & sic de similibus: prout hæc omnia probantur in l. 1. & sequē ff de ser. corr. in l.si quis persuaserit C.eod.§. vnde. Instit. de act.& obli.quæ ex delict.nascun. & §.in duplum. in uersi.item serui.Inst de act Et datus in duplum, ut in dictis iuribus. Bene uerum est, quod in duplo inest simplum, cùm nō sit totum pœna. Tex.est in l. ut tantum.§.in hac. ff. de ser. corru.glo.in l.j.in prin.uer.in duplum.eod.tit.

Et est aduertendum, quod habet locum in seruis corruptis solum: quia si corrumperetur filiusfamiliæ, tunc non habet locum hæc actio, sed succedit vtilis actio, & respectu interesse potest deferri iuramentum in litem, reseruata taxatione iudici, vt est tex. & ibi bona glo. & doct.in d.l.vt tantum.§.1. ff eod.

Secundo, quod sit simplex. Item quod singularis. Item quod nō contraria, sunt termini manifesti, per sæpe dicta in præcedentibus. Quinto, quod sit prætoria, est tex.in l.1. in prin. ff.de ser.corru cum simi. Sexto, quod sit in personam, probatur, cùm sit ex delicto et dixi in pluribus aliis. Et quod sit ex delicto, est tex.in l. in hoc iudicio. ff.de ser. corrup. Septimo, quod sit rei persecutoria quātum ad rē, patet ex infrà dicendis. Octauò datur in duplum: vt l. dolo.§ hæc actio.1.& l.si quis.§.fina.& l.ut tantum.§.in hac. ff.de ser.cor.uersic.item serui. Instit.de actio. intelligendo sanè quod insit rei persecutio, vt dixi in primo termino. Et ex hoc arguitur quod sit etiam persecutoria. Nono, est stricti iuris dicto §.actionum. Item est perpetua, & non temporalis: vt est tex.in l.hæc actio.ff. de ser.cor. Intellige sanè quantū ad rem persequēdam: aliàs est annalis, per reg. l.in honorarijs.de actio.& oblig. cogitabis. Vndecimo, datur hæredibus: vt dicto §.hæc actio. In hæredes nō datur ex eo quod pœnalis, per illum tex.nisi saltem de eo, quod ad eos peruenit, ut in præcedenti dixi. Item non infamat, per dicta in Publiciana. Vltimo est directa, cùm ueniat ex verbis, & mente prætoris, vt latè dixi in Publiciana, licet reperiatur quandoque utilis, ut in usufructuario, cui datur utilis.si sit corruptus seruus, in quo usumfructum habet, l.si quis seruum §.si in seruo. ff.de ser.cor.

VI BONORVM RAPTORVM.

¶Hæc actio competit illi, cuius bona per vim ablatiuam rapta, & ablata sunt, dummodo sint mobilia, quæ asportari possint, vt habetur in toto tit.ff.ui bon. rap.& Inst.e.per glo.in l.j.C.de his, quæ vi, metusve cau. Et intra annū datur in quadruplum, in quo inest rei persecutio, post annū in simplum. Inst.eod.tit.in princ.& in l.2.in princ. & §.in hac actione.ff.eod.tit.

Quot autem sint genera violentiarum, uide gl.in dicta l.j.C.quod metus causa, & glo.in l.extat. ff.eo.tit. Et dato casu quod aliquis ex loco, ubi nullus erat, rem abstulisset, an teneatur furti, uel ui bonorum raptorum, uide quæ habentur in l.si quis ex domo.ff.de fur. per Barto.in l.j.ff.ui bo.rap. Vide etiam sanctum Blasium hic, qui refert, & sequitur.

Secundò, quod sit prætoria, est tex in d.l.2.in prin ff.ui bon.rap. Insti.eo.in prin. Tertio, quod in personam patet, cùm ueniat ex maleficio, ut in pluribus aliis dixi. Quarto, ꝙ sit rei persecutoria quantum ad rem, patet cum post annum detur in simplū, vt in iuribus allega. in primo termino, licet intra annū sit pœnæ persecutoria. Item quod detur in simplum, & in quadruplum, secundum uarios terminos, iam est declaratum. Item quod sit stricti iuris, patet in dicto §.actionum. Item quod sit perpetua quantū ad ipsam rem, patet, ut suprà, licet quantum ad pœnam annalis. Octauo, datur hæredibus, tex.est in l. 2.§. si qui in eip.hæc actio.ff.ui bon.rap. Contra hæredes non datur, ut ibi habetur. Sed an detur pro eo saltem, in quo essent facti locupletiores, uide tex.in uer.an tamen. cum glo.& doct. & cætera. Nonò, est infamatoria.l.j.ff de infa. §.ex quibusdam Instit.de pœna teme.litig. Decimò, est directa: quia ex uerbis, & mente, ut suprà dixi in alijs. Sed aduerte, quia glo.Inst.ui bon.rap.in prin.in uer.utilis. uidetur tenere, ꝙ ita demum hæc actio sit directa, si plures raptæ sunt: sed si una tantùm, sit utilis. Ita uidetur transire glo. in 2. oppo. iuxta theoricam traditam ad l. qui filium.§.Sabini, post glo.ibi ff ad Trebel. Ange. Are in §. responsa prudentum. Instit.de iu.nat.gen.& ciui. Sed ille tex. Inst ut bon.rap.in princ.dum dicit quod actio utilis est, etiam si quis unam rem minimam rapuerit, innuit contrarium: nimmo si hoc esset uerum, sequeretur quod semper hæc actio esse utilis, per dictionem Etiam, ibi positam, quæ implicat: quasi dicat, non solum si plures res raptæ sunt, est utilis actio ut bonorum raptorum, sed etiam quando una solum. Vnde melior uidetur prima opi.gl.ibi dicentis, vtilis est, idest, efficax. Vel potest dici, utilis est: idest, prodest: quasi possit intentari hæc actio non solum pluribus rebus raptis, sed etiam una. Vndecimò, non est contraria per dicta in alijs. Item est singularis. Vltimò est simplex, per dicta in Publiciana, &c.

INIVRIARVM QVAE NON descendit ex lege Cornelia.

¶Primò est sciendum, quod actio iniuriarum reperitur duplici iure introducta, scilicet prætorio, & ciuili. Et hinc est quod altera dicitur prætoria, quam nunc tangam: Altera ciuilis, de qua dicemus inter ciuiles. Pro nūc breuiter scias quod hæc, quæ est prætoria, cōpetit extra tres casus in quibus competit ciuilis: de quibus est tex.in l.lex Cornelia. in prin.ff.de iniu.in §.sed lex Cornelia. Inst.eo.tit.& ibi gl.in vet.introduxit. scilicet cum quis fuit pulsatus, vel verberatus, vel quis per vim intrauit eius domum. In alijs casibus competit hæc iniuriarum prætoria, puta quod alicui iniuriosè sit dictum conuicium, uel quid simile: vt habetur in l.si non conuicij. C. de iniu.in l.prætor. in principio, ff. eodem, in l item apud Labeonem. § ait prætor. eodem titu. Et in hac actione fit æstimatio per iuramentum actoris, secundum suam æstimationem, & taxationem iudicis, secundum glossam in l.iniuriarum æstimatio. ff. de iniu.in l.lex Corne.in principio, eodem titulo, & gloss.in §. sed lex. & §.pœnæ.Instit. eodem. quod aliter procedit in actione ciuili, vbi iudex æstimat, vt dicitur in locis præalleg.licet Barto. in dicta l. iniuriarum æstimatio. post Azo.in Sum. C.eod.tit.dicat ueriorem esse opin. quod non differant in hoc prætoria, & ciuilis, per l.sed si unus.§.seruus meus.& l.item apud Labeonem.§.quod ait prætor. ff. eo.de quo ibi vide, & in d.l.si non conuicij. C.eo. & adde quæ dicam in actione ciuili iniuriarum ad utriusque declarationem.

Secundò, ꝙ sit prætoria, patet in iuribus præal.cum simil. Tertiò, quod sit in personam, probatur, cum veniat ex delicto: vt in multis dixi. Quarto est pœnæ persecutoria, cū detur solū ad vindictā, non ad aliquid, quod de patrimonio absit. Ita probatur in l.prætor.§.1.uer.quæ ergo.el 1.in

d.ff.de

fi.ff.de iniu.dum dicit,ut vendicetur,non ut damnum sarciatur. Item potest dici quòd detur in simplum,hoc est, ad id,quod in æstimatione deductum secuta iudicis taxatione, nec reperitur prius simplum, cui posset addi duplum,uel quadruplum.Sexto.est stricti iuris:vt d.§.actionum Item non est perpetua, sed durat anno:vt l.si non conuicij §.C.de iniu. Qualis autem sit iste annus utilis, an continuus:dic ut ibi, & vide in §.pœna. Inst.eo. Item non est transitoria ad hæredes,cum non detur hęredibus, uel contra l.iniuriarum.in prin.ff eo. Et ratio est,quia non dicitur in bonis nostris ante litis contestationem. l. iniuriarum actio.ff.eo.vide tex.& gl.in §.nos omnes. versi.sed hæredibus.Inst.de perpe.& temp.act.Item infamat.l.j.ff. de iusa.§.ex quibusdam. Instit.de pœna teme.l.iti.l.1.§. prætor.in prin.ibi,qui famosam actionem.ff de iniu. Decimò,quod sit directa,patet,quia ex uerbis & mente. Et quòd non contraria , & quod singularis, & ultimò ꝙ sit simplex,sunt termini manifesti, per latè dicta in alijs maximè in Publiciana.

IN FACTVM SVBSIDIARIA LEGIS Aquiliæ.

¶Primò est sciendum,quòd hæc actio habet locum, quando alicui est datum damnum, uel iniuria de non corpore in non corpus: vt ponitur exemplum in §.fina Institu.ad leg.Aqui.tunc,quia non potest habere locum directa,nec vtilis actis legis Aquiliæ, prætor supplet hanc in factum actionem : ut est text.no.in l.quia actionum.ff.de præscr. uer. quod dic, ut in §.nn Et plenè declarabitur,cum erimus in directa actione legis Aquiliæ , quæ est ciuilis. Secundo,quod sit prætoria ex text.in d §. quia actionum. ff. de præsc.uer.& d.§.fin cum si. Et quod in personam,patet etiam,cum descendat ex delicto : ut in præcedenti, & pluribus alijs dixi.In alijs decem terminis dicas,ut latè dicam in directa actione legis Aquiliæ inter ciuiles: & tu ipse interim potes inuestigare.&c.

IN FACTVM, LOCO CVIVSlibet interdicti.

¶Antè,quàm descendam ad terminos interdictorum,plura principalia præmittenda duxi ad euidentiam . quibus uisis,quàm facilima tibi erunt interdicta. Primum igitur est,quod hodie loco cuiuslibet interdicti est prodita utilis actio in factum:ut habetur in §.fina. Instit.de interd.& l. incerti.& l.fina.C.eod.;Sed aduerte quod licet hodie non proponantur interdicta cum illa solennitate,qua olim,tamen extra ordinem possent proponi:ut d.l.incerti . Et ita sentit glo.in l.1.§.restituendæ. ff.uti poss.in glo.in ver.per actionem.

Secundò præmitto, ꝙ sunt plura genera actionis in factum:ut in glo.not.in dicto §.fina. in rub. ff.de præscript. verb.& l.quoties.eo.tit.ubi uide. Tertiò,quod licet plures reperiantur diuisiones interdictorum,ut in toto tit. Insti. de interd.tñ ego recollegi plures alias, ut infra patebit:& profiteor apud neminem legisse. Prima igitur diuisio interdictorum fit, quòd quædam dantur respectu diuinarũ rerum,quædam respectu humanarum. Ista diuisio probatur in l.1.in uer.sciendum.ff.de interd.Respectu rerum diuinarum interdicta sunt,ne quid in loco sacro,de mor,infe.de sepul. ædi. Respectu humanarum sunt omnia alia . Secunda diuisio,quæ potest dici respectu effectus,est,quia quædam dicuntur exhibitoria, quædam restitutoria,quædam prohibitoria,& quædam mista . Hæc diuisio probatur in l.1.§ interdictorum autem.ff.de interd. Et exhibitoria sunt de lib.ho.exhi.de libe exhi.Instit.de interd. §.exhibitoria. Prohibitoria,ne quid in loco pub.& de mor.infe.§.prohibitoria.Instit.eod. Restitutoria, ut interdictum de ui,& ui arm.quo.bon.& sim. Mista sunt,ne uis fiat ei. de lib. exhi. Nam primo prohibet prætor inferri uim possessori,& amissam cogit restituere.l.pen. §.cum prætor.§. ne uis fiat ei.l.1.§.interdictorum de interd.Sed aduerte,si huic diuisioni posset addi quintum membrum, ut quædã interdicta dicantur deductoria, ut interdictum de lib.dedu.per text.in l.3.§ primo,& sequen. ff.de liber.exhiben. licet hoc membrum non posuerit Iurisconsultus , dicam super eo.

Tertia diuisio est respectu temporis.pro quo dantur interdicta : quia quædam dantur in tempus præsens , quædam in tempus præteritum. Ista probantur in l. j.§.interdictorum quædam.ff.de interd.In præsens tempus dãtur vti possidetis . & vtrobi. quia ille , qui reperitur possessor tempore litis contestationis, ille vincit, dũmodo non ui, non clam,non precario possideat. Ita habes in §. hodie. Insti.de interd.in l.prima,in fi. ff. vtrobi. In tempus præteritum dantur:vt ff.de iti.actuque priua.de aqua quot.& æstiua, l.1.

Quarta diuisio fit respectu temporis, intra quod dantur interdicta:quia quædam sunt annalia, quędam perpetua.Ista probantur in d.l.j.§.fina.ff.de inted. Et annalia sunt,vt interdictum unde vi. l.j.in prin.de vi & ui arma. Perpetua,ut de tab.exhi.l.3.§.fi.ff.de tab. exhi cum sim. Et adde distinctiunculam,quòd aut sunt interdicta, quæ continẽt rei persecutionem:& tunc dantur perpetuò,nisi sint ex maleficio. Si verò non continent rei persecutionem,terminantur anno,nisi de eo,quod peruenit ad hæredem.Vide in l.in honorarijs.de act. & obl.in l.2.in prin. ff.de vi,& ui ar.in §.non autem omnes. Inst.de perpe. & temp. act. cum simi.

Quinta diuisio respectu personarum , quibus competunt : quia quædam simplicia , & quædam duplicia . Ista probatur in l.2.in prin.ff de interd.Simplicia sunt,vt exhibitoria,& restituto.interdicta: hoc est. vbi cognoscitur actor à reo.Duplicia,prout est interdictum uti poss.& vtrobi.vbi non cognoscitur actor a reo:ut habetur in §.tertia. Inst.de interd.d.l.2.in prin. eo.tit.

Sexta diuisio respectu causæ, pro qua competunt quædam hominum causa,quædam causa diuini iuris.Ista probatur in l.2.§.interdicta autem. ff. de interd. Hominum causa omnia interdicta competunt , excepto ne quid in loco sac.de mor. infe & de sepul. ædi. nec ista est eadem cum prima, quia ista dicitur respectu causæ , illa respectu pertinentiæ, licet uideatur eadem .

Septima diuisio potest dici respectu causæ,quam continent:quædam enim continent causam proprietatis, quædam quasi proprietatis. Ista probatur in d.l 2.§.quædam interdicta.ff.eo.causam proprietatis continet interdictum de iti.actuque priu. Quasi proprietatis verò, ut ne quid in loco sac.cum res sacræ sint in nullius bonis.§.nullus.Inst. de re. diu.

Octaua diuisio est respectu possessionis:quædam sunt adipiscendæ possessionis,quędam recuperandæ,quędam retinendæ.Ista probatur in d.l.2.§ hæc autem.& §.adipiscendæ.Inst.eo.Adipiscendæ autem sunt,vt quorũ bonorum.& Saluianum interdictum,Recuperandæ,de ui & vi ar Retinendæ,ut vtrobi,& uti pos.vt §.adipiscendæ.§.recuperandæ.§ retinendæ.Inst.eo.

Nona est diuisio respectu vtilitatis , & iuris: quædam enim ad publicam utilitatem sunt,quædam iuris sui tuendi causa,quædam officij causa,& quædam rei familiaris. Ista probatur in d. l. 2. §.hominum causa . Ad publicam utilitatem,ut interdictum de uia pub. vt in flumi.pub.de cloa.& iti.pu.Iuris sui tuendi,ut de li.exh.Officij causa,vt de li.ho.exh.cùm homo homini officium debeat.l.seruus ea.in fi.ff.de ser.expor. Obsequium est inter patronum,& libertum.l.obsequij. C.de neg. ge.Pietas inter patrem & filium l.2.C.eo.tit.vide gl in d.l.obsequij.Causa rei familiaris sunt, ut de iti. actuq; priu.vti pos.unde ui,quo.bo.& quo. leg. & si.& habes diuisiones ad interdicta : nec ita aliter reperies.

Quarto,ad euidentiã habes scire quot sint regulę affirmatiuę interdictorũ.Et prima est,ꝙ oĩa interdicta sunt psonalia.l.1.§ pe.ff.de interd.licet in rẽ scripta sint. Et aduerte,quia qñ actio dirigiť in personam,præsupponit quẽ obligatum:sed qñ in rem quis non est obligatus.licet moueať controuersia super re:ut probatur in §.oĩum.Inst.de act. Secunda regula, ꝙ in oĩb.interdictis hĩ rõ fructuũ a die lit contest.& non ante,l.interdicta.ff de interd. licet fallat in interdicto de ui, & ui ar.in quo ueniũt fructus à die expulsionis; ut l. 1. in prin.& §.ex die.ff.de ui & ui ar. Tertia regula ꝙ loco cuiuslibet interdicti hodie dať in factum:vt in d §.fi.Inst.de interd.l.incerti.& l.si.D.eo.ti.de quo ẽt tetigi sup.in 1.euidentali ad interdicta. Quarta regula,quòd interdicta,quæ sunt annalia, fiunt perpetua de eo,quod peruenit ad eũ,cum quo agitur.l.pe.ff.de interd. Quinta regula,ꝙ interdicta,quę sunt annalia ad agendũ, sunt perpetua ad excipiendum.l.licet.C.de exce.Sexta,ut quæstio de possessione procedat per interdicta, cum ipsa sint de possessione. l.incerti.C.de inter.& l.si.C.quo.bo. Septima, qđ ubi cõcurrit petitoriũ & possessorium,prius agitatur possessorium.l.incerti.C.de interd latè per Ba.& omnes in l naturaliter.§.nihil commune ff de acq.poss. cum sim.Octaua,quod petitorium,& possessoriũ debent

intentati coram eodem iudice, vt l. nulli. in fine. C. de iud. cum simi. Nona, quod omne interdictum potest vtiliter proponi deficietib. directis verbis, vt probatur in l. 1. C. de interd. cum detur ibi utile interd. de arb. caed. casu quo radices arboris noceant domui alterius. & sic non rami, iuxta verba edicti.

Quinto & vltimò, ad euidétiam interdictorum praemitto quod sunt plures aliae regulae negatiuae. Prima est, quod nullum interdictum infamat, vt l. neque. ff. de vi, & ui ar. quod tene menti pro uno termino ad omnia interdicta. Secúda, ꝙ nullum interdictum redditur solenniter. d. l fi. Inst. de interd. & l. incerti. C. eo. Tertia, quod in nullo interdicto habetur ratio fructuum ante lit cont. nisi in interdicto unde ui, ut dixi in secunda regula affirmatiua supra. Quarta, nullum interdictum potest reddi inter non subiectos. l. 2. C de interd. facit tex. in l. extra territorium. ff. de iur. omn. iud. Quinta, nullum interdictum redditur poena litet, nisi descendat ex maleficio. l si ff de inter. Et sic habes regulas interdictorum tam affirmatiuas quàm negatiuas, de quibus habes gl. magistram in l. antepe. ff de inter. aliam in l. incerti. C. eo. tit Et hoc tene menti: quia non reperies alibi istos terminos ita declaratos.

His igitur praemissis ad laudem Dei, & matris eius, prosequendo arborem, intro nunc interdicta, &c.

IN FACTVM DE MORTVO inferendo.

¶Et cum sit clarum, vt dixi in primo euidentiali, quod hodie loco cuiuslibet interdicti datur actio in factum. Pro primo termino est sciendum, quod dicta actio loco huius interdicti competit ei, qui vult sepelire cadauer in aliquo loco, in quo habet ius sepeliendi, contra eum, qui prohiberet ipsum mortuum inferre, ut desinat prohibere. Et eodē modo si prohiberetur quis portare ea, quae sūt necessaria ad sepeliendum. De hoc est tex. in l. 1. in prin. & § aedificare. ff. de mor. inf. Et hoc interdictum est prohibitorium d. l. 1. §. hoc interdictum Secundo, quod sit praetorium: probatur in l. 1. in prin. eo. Tertio, est in personā: quod patet, cum omnia interdicta sint in personam, licet in rem scripta. l. 1. §. fi. ff de inter. cum si. Quarto potest dici ꝙ sit rei persecutorium, cum prosequatur ius inferendi in locum. d. l. 1 de mor. infe. l. liberum. ibi, quanti eius interfuit. de rel. & sump. fun. Item ꝙ sit stricti iuris, probatur in § actionum. Item quod perpetuum, patet, cum est rei persecutorium, per l. in honorarijs. de actio. & obl. Item datur haeredibus, ex quo est rei persecutorium, per dictam l. honorarijs. In haeredes non, cum ueniat ex delicto, per l. 1. C. ne ex del. defun. Item non infamat, ut fuit dictum in prima regula negatiua ad omnia interdicta, per l. neque. ff. de ui, & ui ar. Item est directum ex fundamento, quia ex uerbis, & mente Non est contrarium, quia non ex contractu, ut dixi in Publiciana, & in alijs, & etiam iuxta gl in d. l. consensu. ff de act. & obl. Item est singulare, ut patet. Vltimò, & sic Decimotertiò est simplex, eodem modo.

IN FACTVM, DE SEPVLchro aedificando.

¶Pro hoc interdicto est sciendum, quod datur illi, qui prohibetur ędificare sepulchrum in loco suo, vt desistat à prohibendo: vt ét si impediret portare caementa, vel reformare sepulchrum iam aedificatum, ut de his omnibus est tex. in l. 1. §. hoc facere. & §. aedificare. ff. de mor. inf. & sepul. aedifi. & est prohibitorium, ut etiam superius. Et quod sit praetorium est text. in d. l. ait praetor. Et in omnibus alijs fundamentis idem putarem dicendum, ut in proxi. praecedenti. tamen cogita, &c.

IN FACTVM QVID IN LOCO SACRO.

¶Hoc interdictum habet locum cōtra eum, qui uellet aliquid facere, vel immittere in loco sacro, cum in eo nō possit aliquid aedificari, vel immitti, pp deformitatem, uel incommodum: ut est tex. in l. 1. 2 & 3. ff. ne quid in loco sac. Et dicit S. Blasius, quod habet locum ante, q̄ aliquid factū sit: quod uerum est, si loquimur de capite prohibitorio: secus si de capite restitutorio, ut ī. proximé dicam. Et in his terminis pone, ꝙ aliquis vult facere depingi crucifixum in ecclesia, vel alium sanctum, quid dicendum? R̄n. ꝙ non prohibetur, quia interdictum debet intelligi de his, quae tendūt ad incommodum, & deformitatem, non in alijs. Ita probat text. in l. 1 §. quod ait. ff. ne quid in loco sac. & ibi expresse hanc quaest. decidit Bat. Et hoc interdicto quilibet de populo agere posset, vt etiam Bart. arg. l. si quis in hoc. C. de episc & cle. l. 2. § hoc interdictum. ff. ne quid in loco publ. Item scias, ꝙ cum muri ciuitatis Romanae sint sacri, ꝙ quis non posset superaedificare. Et eodem modo in muris omnium ciuitatum, pp incendia, & similia. Ita probat tex. in l 3. ne quid in loco sac. nisi princeps permitteret, ut ibi dicit Bat. Et tene menti, quia uidi multoties superaedificari in muris ciuitatum, vel castrorum. Secundo, quod sit praetorium, probat tex. in l. 1. in prin. ff. eo. Tertio, credo, ꝙ sit perpetuum, & non annale: sicut interdictum de via publica, vt in l. 2. §. hoc interdictum. antepen. ff. ne qd in loco pub. licet actiones populares soleant esse annales. ut l. fi. de pop. actio. Et hoc sit speciale fauore publicae utilitatis, & etiam rerum sacrarum, iuxta gl. in d. l. hoc interdictum. In alijs fundamentis dicerem ut in praecedenti.

IN FACTVM, ET QVOD FACTVM immissumve tollatur.

¶Vt etiam tetigi in praecedenti, quia interdictum ne quid in loco sac. habet caput restitutorium, s. postquam aliquid est factum, non solum ante uidelicet ꝙ si aliquid sit factū in loco sac: per hoc interdictū cogitur illud tollere. Et hoc est, quod Ioan in arbore sua posuit hic duo in separatis cellulis, licet in effectu posset dici unum interdictum, habens duo capita, alterum prohibitorium, alterum restitutoriū. Et dato casu, quod quis nō faceret aliquid in loco sac sed in loco religioso, & sic praeter mentem, vel melius praeter verba interdicti, tunc crederem ꝙ haberet locum illud superius, & secundum varios terminos, & utile, arg l. 1. C. de interdict. cum simil. In alijs terminis dic, vt in praecedenti, &c.

NE QVID FIAT, IMMITTATVRVE IN via publica, aut itinere, quod deterior fiat.

¶Primò, hoc interdictum habet locum contra illum, qui aliquid uellet immittere, uel facere in uia, uel itinere publico, propter quod iter, vel via redderetur deterior aliquo modo. De hoc est tex. in l. 2. §. ait praetor. ff. ne quid in loco publico. & hoc casu est prohibitorium ante, quàm scilicet aliquid sit factum. Secundò, quòd sit praetorium, patet in d. §. ait praetor. Tertiò, est personale, prout alia, vt in regulis dictum fuit, licet in rem scriptum, &c. Quartò, est simplex, ut patet. Quintò, singulare. Sextò. est directum, quia est verbis, & mente. Septimo, non est contrarium: vt in primo interdicto dixi, & in Publiciana. Octauò nō infamat, vt in regulis dixi. Nonò, non datur haeredibus, nec in haeredes, cum sit populare, per l. fin. ff. de pop. act. l. si verò §. haec autem actio. ff de his, qui deie. vel effu. Decimò, est rei persecutorium, & satis arguitur, cum tendat ad interesse consequendum: ut d. l. 2. §. interdictum hoc, & §. hoc interdictum, eod. tit. Vndecimo, quod detur in simplum, patet, cum detur ad interesse, ut dixi. Duodecimò, est stricti iuris, quia non reperitur in § actionum. Vltimò est perpetuum per ea quae dixi in decimo termino, iuncta l. in honorarijs. de actio. & obl Et secundum gl in d. § hoc interdictum. est speciale propter publicam utilitatem: cum regulariter omnes actiones populares soleant esse annales: per l. fi. de pop. act. cum si. Et hoc est, quod facit dubium, quod etiam deberet dari haeredibus, & in haeredes, vt sit speciale. Sed ex quo sumus in capite prohibitorio: & plura specialia in dubio non cōcedantur: igitur tamen cogita, &c.

IN FACTVM, VT QVOD FACTVM, immissumvè tollatur.

¶Hoc habet locum contra eum, qui aliquid immisit, vel fecit in via publica, vel itinere, propter quod via est facta deterior, vt illud tollat: & pro eadem causa datur, quia superius. Sed differunt, quia illud prohibitorium, hoc uerò restitutorium: ut est tex. in l. 2. §. hoc interdictum. et pen. ff. ne quid in loco pub. & habetur in d § praetor ait. In omnibus alijs terminis dicerem vt in superiori, & per illas leges, hoc excepto, ꝙ hoc quandoque reperitur vtile: vt in ea lu text. d. l. 2. § habere. ver. non enim. ff. ne quid in loco publico.

IN FACTVM, NE QVID IN loco publico.

¶Hoc procedit contra eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere in loco publico, propter quod locus fieret deterior, reiecta via, vel itinere, ut supra est uisum. Nam per hoc interdictum prohibetur facere, in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico. Et quæ intelligantur loca publica, vide in ea. l. § publici. & ista loca publica deseruiunt vsui uniuscuiusque. Nam si essent in patrimonio fisci, tunc non ageretur hoc interdicto. d. l. 2. §. hoc inter. el secundo. Et aduertendum, quod si aliquis esset iam prohibitus facere, & hoc non obstante faceret, cogitur illud tollere. Sed si non esset prohibitus, & faceret, tunc non cogitur tollere: quia est prohibitorium, non restitutorium. Et ratio est, ne vrbs ex destructione deformetur. Vide tex. in d. l. 2. §. si quis neminem ff. ne quis in loco pub. Et in hoc, cum reuerentia, male sensit sanctus Blasius, dum subdit, Vel quod immissum est, tollatur. Adde tex. in dicta l. secunda. §. hoc interdictum. el pe. ff. eo. Secundo, quòd sit prætorium, est tex. in l. 1. in princ ff. eod. In reliquis terminis dico, vt in proximis. Est etiam verum quòd hoc aliquando vtiliter datur: vt in casu d. l. 2. §. cùm quidam. & §. aduersus ff. cod.

IN FACTVM, DE FLVMINIBVS, ET NE quid fiat, immittaturve in flumine, ripave eius, quo statio, vel nauigatio deterior fiat.

¶Primo, hoc interdictum competit aduersus eum, qui vellet aliquid facere, vel immittere in flumine publico, uel ripa, vt nauigatio, uel statio ripæ deteriores fierent: quia prohibetur per hoc interdictum, vel hanc actionem in factum, vt l. j. in princ. & per totum §. hoc interdictum. Et est prohibitorium ante, quàm aliquid fiat, dicta l. j. §. deinde. eod tit. Secundò, quod sit prætorium, est tex. in d. l. j. in prin. Tertio, quod in personam, dixi in regulis. In alijs terminis dicas ut in superioribus. Est benè verum quòd aliquando est vtile: vt d. l. j §. non autem omne ver. sed Labeo. eod. tit.

IN FACTVM, ET QVOD FACTVM, immissumvè tollatur.

¶Hæc actio competit circa eandem causam, vt superior: sed hoc interdictum differt ab illo, quia est restitutorium, vbi illud est prohibitorium. Et hoc competit aduersus eum, qui aliquid immisit, vel fecit in flumine publico, vel ripa, &c. quia per hoc interdictum cogitur illud tollere. De hoc est tex. in dicta. l. j. § pen & fina. ff. de flumi. Et in omnibus dico in isto vt in proximo: & vtrunque est populare, vt patet.

IN FACTVM, VT CVI LICEAT FRVI LOCO publico, quem is conduxit, & eius socio.

¶Hæc actio competit ei, qui conduxit aliquem locum publicum, vel eius socio, casu quo prohiberentur frui, vel vti, puta quòd conduxerint vectigalia, &c. vt habetur in l. j ff. de lo. pub. fruen. Et intellige, quod hæc conductio fiat ad modicum tempus: aliàs si ad decennium: & quis possideret, de iure ciuili habet exceptionem: si non possideret, haberet utilem rei vendicationem, vt habetur in l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vect. vel emph. pe. in l. prima. §. quod ait. ff. de superfi. & sequitur sanctus Blasius, & bene. Adde glo. in d. l. j. versi. conduxerit. & doct. &c.

Secundò, hoc interdictum, siue hæc actio, est perpetua: probatur ex eo, quod est persecutorium, iuxta l. in honorarijs, de act. & oblig. Tertio, quòd detur hæredibus, cadem lege probatur, non in hæredes, cum descendat ex quasi delicto, cum quis prohibet. Item quod directum. Item quòd non infamet. Item quod singulare, & simplex, est manifestum. Item nec est contrarium. Nonò, quod stricti iuris, patet in d. §. actionum. Decimò, est prætorium: vt d. l. j. in prin. ff. si ager uec. Item quod in personam, dixi in regulis. Item quod rei persecutorium, patet, quia datur in id, quod abest aduersario. Item est simplum, ut in uulgatibus pluries allegatis.

IN FACTVM, VT LICEAT REFICERE uiam publicam, uel iter publicum.

¶Hoc Interdictum, siue hæc actio competit illi, qui pro interesse publico uellet reficere uiam, uel iter publicum purgare, aduersus eum, qui prohiberet ipsum. De quo habet l. j. in prin. & per totum. ff. de uia pub. & iti. pub. refi. Secundo, ꝙ sit prætorium, est tex. in l. j. in prin. Item ꝙ sit personale, probaui in regulis. Quarto, est rei persecutoriũ, quia datur ad id, quod actoris interest, d. l. j in fi. eo. tit. Quintò datur in simplum: ut ea. l. in fi. Sextò, est stricti iuris, ut patet. Septimò, est perpetuum: ut in d §. fi Octauò, nõ datur hęredibus, nec in hæredes. d. l. fi. de pop. act. quia est populare: licet tex. in d. l. j. §. fi. ff. de uia publ. uideatur innuere contrarium, dum dicit. Datur omnibus, & in omnes, qui prohiberent. Item omnib. uolentibus agere contra eum, qui prohibuit. Item non infamat, ut dixi in regulis. Item est directum, quia ex uerbis, & mente, ut in alijs. Item nõ est contrarium, per dicta in Publiciana. Duodecimò, est singulare ut patet. Vltimò est simplex. &c.

IN FACTVM, VT LICEAT IRE, VEL agere per uiam publicam, uel iter.

¶Hoc interdictum competit aduersus eum, qui prohiberet aliquem ire, uel agere per uiam publicam, uel iter publicum, de quo reperitur tex. in l. 2. §. fina. ff ne quid in loco publico. & tex. in l. j. ff. vt in flumine publico. Et est interdictum prohibitorium, ut ibi probatur. Secundo, quòd sit prætorium, probatur ibidem, & d. §. j. ut in flumine publi. Tertiò quod sit personale, patet. Quartò, rei persecutorium: ut in præcedenti dixi. Et in reliquis per omnia eodem modo, &c.

IN FACTVM, NE QVID IN FLVMINE publico, ripavè eius fiat, quo aqua aliter fluat, quam priori æstate fluxerit.

¶Hoc interdictum competit aduersus eum, qui aliquid uellet facere, immittereve in flumine publico uel ripa, ut aqua aliter fluat, quàm priori æstate fluxerit: ut est tex. in l. j in prin. ff. ne quid in flumine pub. Et primum caput, ut est istud, dicitur prohibitorium: quia competit antè, quàm fiat. d. l. secunda. §. hoc interdictum. & est populare. d. l. 2. §. hoc interdictum. el 1. & est gl in d. l. 1. in fi. 1. in gl. fi. & in quo differat ab interdicto de fluminibus, uide glo. in d. l. j. Secundo quod sit prætorium, probatur in d. l. j. in prin. Tertiò quod sit in personam, dixi in regulis. Quartò, quod sit rei persecutorium, probatur in d. l. prima. §. fi. & ibi gl. quia datur pro interesse; secundum gl. ibi; & probatur in § j. d. l. j. ibi, aliquam iniuriam faciat. Item datur in simplum, ut probatur in iuribus prælleg. Item quod sit stricti iuris, patet in d § actionum. Item quod sit perpetuum, patet ex his, quæ in diuisionib. dixi: & cùm sit rei persecutorium, iuxta l in honorarijs de actio. & obl. Item datur hæredibus, & in hæredes, per tex. in l. j §. hoc interdictum: el 2. ff. ne quid in flumi. pub licet glo. ibi aliter dicat, & fortè melius, propter contrarium. l. fi de pop. act. quia datur in hæredes. scilicet lite contestata, uide per glos. & Doct. Item quod non infamet, dixi in regulis. Decimò, quod sit directum, patet, quia ex uerbis, & mente uenit. Vndecimò, non est contrarium, per dicta in Publiciana, circa hunc terminum. Duodecimo, est singulare: ut patet cùm non detur pro uniuersitate. Vltimò est simplex, cum actor à reo discernatur.

IN FACTVM, ET QVOD FACTVM, immissuve tollatur.

¶Hoc interdictum pertinet ad eandem causam, ut præcedens. Sed differt, quia hoc est restitutorium, ut ibi dixi, & competit aduersus illum, qui iam immissum habet in flumine, uel ripa, uel aliter aqua fluat, &c. quia cogitur illud tollere. De hoc est tex. in d l. j § hoc interdictum. el 3 ff. ne quid in flu. pub. & §. fi. & § pe. & §. antepe. Et est sciendum quòd hæc duo interdicta pertinent ad quæcunque flumina, tam nauigabilia quàm non: ut est tex. in d l. j. § j. qui incip. hoc interdicto. & uide gl. j. in prin. legis. Secundo, quòd sit prætorium: est tex. in d. l. j. §. deinde. Tertiò, quod in personam, patet. In alijs omnibus terminis, dicerem ut in superiori.

IN FACTVM, VT LICEAT RIPAM fluminis reficere, uel munire.

¶Hoc interdictum cõpetit aduersus illum, qui prohibet uolentem reficere, uel munire ripam fluminis: ne ripa destruatur in uicini damnũ, dummodo caueat de damno infecto intra decem annos, quod posset uicinis contingere. De hoc est tex. in l. unica. ff. de ripa mun. Fuit propositum ad exemplum interdicti de uia reficienda & ista refectio ripæ non debet officere nauigationi. d. l. j. §. illa. Et ista cautio debet præstari ante opus factum. d. l. j. §. his autem. & §. seq quia damnum quod sequeretur post opus factum non præstita cautione resarciretur per actionem legis Aquiliæ. d. l. j. § etenim. in fi. Et habet locum non solum in ripa fluminis, sed etiã lacus, fossæ uel stagni: ut ea. l. in fi. Secundò, quod sit prætorium, patet in d. l. j. Tertiò,

quod in persona, patet in regulis. In alijs fundamentis, dic vt fuit dictum in interdicto, de via publica reficienda, cũ ad eius similitudinem sit reductum, vt dixi ibidem, &c.

IN FACTVM, VT LICEAT NAVIGARE in flumine publico.

¶Hoc interdictum competit aduersus illum, qui prohibet quem nauigare in flumine publico, vel in ripa onerare, & exonerare naues: quia per hoc interdictum cogitur desistere à prohibitione. Et de hoc est tex. in l. j. in prin. ff. vt in flu. pub. & procedit non solum in flumine, sed etiam in fossa, lacu, vel stagno publico: vt in l. j. Et quid sit lacus, stagnum, fossa, ibidem uide per glo. 1. Et ibi. Hoc interdictum redderetur utile, dato quod quis in mari probaretur nauigare. Facit in simili quod habetur in l. 2. §. si quis in mari ff. ne quid in loco publico & ibi gl. in ver. spectare. Secundo, quod sit prætorium, ut patet in dicta l. 1. in prin. Tertio, quod sit in personam, patet. In alijs dicas vt dixi in interdicto, vt liceat ire per uiam publicam, &c. cùm ad eius similitudinem sit reductum: vt l. vnica. §. hoc interdictum. ff. vt in flumine publico, &c.

IN FACTVM, NE VIS FIAT EI, QVI IN possessionem missus est.

¶Hoc interdictum competit aduersus eum, qui infert uim ei, qui à prætore causa rei seruandæ in possessionem missus est: quia per hoc interdictum uim inferre prohibetur, vt habetur in l prima. & per totum. ff. ne vis fiat ei. Puta, quod mulier missa in possessionem uentris nomine, vel quis alius legatorum seruandorum causa, uel ex causa damni infecti: vt in l. 1. §. est autem cum simil. Et hoc interdictum differt ab interdicto, Vti possidetis, quia illud datur vero possessori, istud illi, qui habet tenutam, & possessionem l. 3. in fi. ff. de acquiren. poss. & uidebimus in interdicto, Vti possidetis: & est interdictum prohibitorium, & etiam restitutorium: vt d. l. 1. §. hæc actio. & l. tertia §. cum prætor eodem titulo. Secundo, est prætorium. dicta l. prima. Tertio, in personam, vt in regulis. Quartò, est pœnæ persecutorium: vt dicta l. prima. §. fina. Datur tamen bene ad interesse ei, qui missus fuit: ut dicta l. prima. in prin. & § hæc verba. Quintò, datur in simplum, ut dictis iuribus, cum detur ad interesse, &c. Sexto, est stricti iuris. d. §. actionũ. Septimò non est perpetuum, sed temporale: quia intra annum, ex quo est pœnale: vt d. l prima. §. fin. Est bene verum quod in casu, quando quis est missus cã legatorum, vel fideicommissorum seruandorum, tunc est perpetuum, per rationem, de qua in d. §. fi. in fi. & ibi vide in gl. &c. Octauò, datur hæredibus: ut dicto §. finali. & in hæredes ita demum, si aliquid ad eos peruenit: ut ibidem habetur. Nonò, non infamat, vt in regulis dictum est. Decimò, est directum. Vndecimò, singulare. Duodecimò, simplex. Vltimo, non est contrarium.

IN FACTVM, QVORVM BONORVM.

¶Hoc interdictum competit ei, qui iam agnouit bonorum possessionem de iure prætorio: quo casu licet per solam agnitionem acquisiuerit dominium, iuxta l. j ff. de bonorum poss. tit. generali, non tamen acquisiit possessionem, per l. cùm hæredes. ff. de acquirenda poss. Vnde pro adipiscenda possessione bonorum hæreditariorum datur hoc interdictum illi, q succedit de iure prætorio. De quo interdicto habetur in tit. C. & ff. quo. bono & in § adipiscendæ Inst. de interd. Et dicit sanctus Blasius hic, qualiter agnoscatur hodie bonorum possessio, habetur in l. fi. C. qui admit. Quid de iure antiquo, uide in l. 1. §. decreta. de suc. edi. Et est interdictum restitutorium adipiscendæ possessionis. l. 1. §. hoc interdictum ff. quo bono. & datur ad vniuersitatem bonorum, non autem ad res singulas. dicto §. hoc interdictum. Et isti tales successores non possunt agere petitione hæreditatis directa, licet utili bonorum possessoria hæreditatis petitione agere possint. Et eodem modo hæres de iure ciuili non potest agere interdicto, Quorum bonorum directo, sed utili sic. Et ita probat tex. in l. 1. ff. quo. bo. Et hoc interdictum conuenit cũ petitione hæreditatis. Primò, quia vnumquodque remedium datur pro uniuersitate, non pro rebus particularibus. d l. j. & secunda. Item vnumquodque datur contra possessorẽ. Sed differunt in hoc, quia petitio hereditatis datur ad proprietatem, sed Quorum bonorum ad possessionem. Item Quorum bonorum directum non datur hæredibus de iure ciuili, sed utile: vide ad hoc gl. not. in rubr. C. quo. bo. & in rub. ff. eodem titulo. Secundò, quod sit prætorium, est tex. in l. 1. in prin. ff. eod. Tertiò, quod in personam, patet in regulis. Quartò, rei persecutorium, certum est, vt patet. Quintò, est in simplum: ut dicta l. prima, ut fi. in prin. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est perpetuum, quia rei persecutorium. l. in honorarijs. Octauo, datur hæredibus. dicta l. in honorarijs. & facit uet. non autem omnes. Instit. de perpe. & temp. act. In hæredes potest, dici quòd detur, ut in possessores §. 1. ff. eod. Nono, quod non infamet, patet. Decimo quod directum, patet. Vndecimo est uniuersale, ut suprà dixi in primo fundamento. dicta l. prima. §. hoc interdictum. l. 1. §. quæ autem. ff. de interd. Duodecimò, quod simplex, patet. Vltimo non est contrarium, &c.

IN FACTVM, QVORVM LEGATORVM.

¶Hoc interdictum competit aduersus legatarium, uel fideicommissarium, qui post mortem testatoris propria authoritate occupat legatum, vel fideicommissum, nec expectat ipsam recipere per manus hæredis. Nam hæredes de iure ciuili ultra bonorum possess. de iure prætorio possunt intentare hoc interdictum, vt restituatur dicta res, vt ipsi possint super ea imponere Falcidiam, vel Trebellianicam. De hoc habetur in tit. ff. quo. leg. C. eo Et est aduertendum, ut dicit etiam S. Blasius hic, & doct. not. in l 1. C. quo. leg. quòd ubi interest hæredis habere legatum, vel fideicommissum ratione Falcidiæ, vel Trebellianicæ, non procederet hoc interdictum, item hæres tenetur satisdate de damno postea legatario, uel fideicommissario imposito, s. Falcidia: ut no in dicta l. 1 & §. quod ait prætor. et l. 3. & l. fin. quasi per totum. ff. eo. titulo.

Et sciatis vnum, quòd licet aliàs donatio causa mortis soleat æquiparari legatis, & ultimæ uoluntati. l. fina. C. de donat. ca. mor. tamen hoc interdictum non habet locum pro donatione causa mortis: ut l 1. §. si quis ex morte. ff. quo. le. & uide ibi rationem in gl. Et aduerte, ut scias quod dominium à morte testatoris transit in legatarium. l. a Titio. de fur. & l. legatum. de leg. secundo. Pone quòd legatarius habeat res penes se tempore mortis testatoris, an super tota re sit translatum dominium? Respondeo quòd pro illa parte, pro qua potest imponi Falcidia dominium remanet penes hæredem, in tantum quod pro illa parte Falcidiæ potest agere rei vendicatione contra legatarium, cũ hæres pro ea parte remansit dominus ipso iure. Tex est in l. lineam margaritarum. in versi. at siue mansit. ff. ad le. Fal. & in dicto §. si quis ex morte. dum dicit quod portio legis Falcidiæ apud hæredem ipso iure remanet. Et tene menti ad limitationem d. l. à Titio. Hanc litationem forte amplius non audiuisses: & cogitabis, &c. secundo, est prætorium. l. prima. in princ. & §. quod ait prætor. ff. quo. le. Tertio, est in personam, ut dixi in regulis. Quarto, est rei persecutorium, ut patet ex allegatis suprà. Quinto, in simplum, ut iam dixi. & quis cogitur restituere legatum, & si non restituit, soluit interesse: ut l. 2. §. ex hoc. ff. quo. bon. Sexto, est stricti iuris, ut patet. Septimo, est perpetuum, ex quo est rei persecutorium d. l. in honorarijs. Octauo, datur hæredibus l. 1. § hoc interdictum. ff quo. leg. In hæredes, ut in singulares successores: ut d. l. j. §. legatorum. & § illud. Nono, non infamat. Decimo, est directum. Vndecimo, singula. Duodecimo, simplex. Vltimo, non est contrarium, ut in alijs dixi, &c.

IN FACTVM, DE TABVLIS EXHIBENDIS.

¶Hoc interdictum competit aduersus illum, qui occultat testamẽtum post mortem testatoris quia hæres, uel legatarius, quorum interest, per hoc interdictum ipsum possunt conuenire, ut exhibeat: & si monitus à iudice nõ exhibet, tunc condemnatur in æstimationem, quæ in hærede est æstimatio hæreditatis, in legatario æstimatio legati, et si sit legatum cõditionale: ut habetur in l. j & l. locum §. condemnatio. ff. de tab. exhi. Bene uerum est, quòd cessat hoc interdictum, quando esset controuersia de hæredi. ate, uel quæstio falsi super testamento, iuxta leg. si una. ff. eod. tit secundum sanctum Blasium hic, & benè: & competit non solùm pro testamento; sed etiam pro codicillis. Item pro quacunque scriptura pertinente ad testamentum, siue testamentum sit ualidum, siue non, siue sit primum, siue secundum, lege prima. §. hoc interdictum. §. siue autem. Et debet intelligi de testamento mortui, nõ de testamento uiui. dicta lege prima. §. fina. de tabul. exhiben. Item est sciendum, in quo differt ab illo remedio de quo in tit. ff. quemad. testam. apert. quia quando quis confitetur testamentum esse penes se, sed non vult pati

quod

quod inspiciatur, agitur ex illo edicto: sed quando negat esse penes se, agitur alio. Ita est tex. in l.2.§.fi.ff.quemad. test.ape.& gl.in l.3.§.fi.ff.ad exhi. Et practica est in terminis istis, quia fiunt interrogationes, an habeat tabulas, necne. si confitetetur, vtrum vellet ostendere, vel non, si negaret, ageretur de tab.exhi. Vide ad hoc Bar.in l.1.circa prin ff.quemadm.test. apc. Et differentias inter hoc interdictum. & illud, quemad.test.ape.vide per gl.in l.1.C. de tab. exhi.& est interdictum exhibitorium: vt in l. locum.§. hoc interdictum, &c. Secundo, quod sit prætorium, est text. in d. l.1.in princ. Tertio, quod sit in personam, patet. Quarto, est rei persecutorium, cum detur ad interesse l. 3.§.condemnatio.ff.de tab.exhib.cum sim.licet etiam possit dici pœnæ persecutorium: vt eo.§.ver.nec compelli. Quinto, est in simplum: vt ibidem. Sexto, est stricti iuris, ut patet. Septimo, est perpetuum: ut d.l 3 §.fi ff. de tab.exh. Octauo, datur hæredibus: vt d.§.fi.d.l.3.In hęredes potest dici, quod detur, ut in possessores, ar.l.3.§.si tab.ff.eo.eum quisque, apud quem sunt tabulæ, teneatur. Nono, infamat. Decimo, est directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex, &c. Vltimo, non est contrarium, vt in alijs dixi.

IN FACTVM, DE LIBERIS exhibendis.

¶Hoc interdictum competit aduersus illum, qui detineret filium alicuius inuitum: nam pater, uel auus, qui haberet eum in potestate, per hoc interdictum possunt cogere detentorem, ut exhibeat, & demonstret talem filium, &c. Et de hoc habetur in tit.de libe.exhi.& dixi, quod habet locum, cum filius detinetur inuitus: nam secus esset, si esset uolens: ut l.si filius, de lib exhi.& est exhibitorium: ut etiam in præcedenti dixi. Secundo, est prætorium: ut l.1. in princ.ff.de lib.exhi. Tertio est in personam: ut in regulis dixi. Quarto, potest dici rei persecutorium, ex quo persequimur, vt restituatur filius, uel filia, &c per tex.in d.l.1. §.in hoc interdicto.& cum sit in potestate, uidetur esse in patrimonio, & cęt. Quinto, est in simplum, ut eo.tex, Sexto, est stricti iuris. Septimo, potest dici perpetuum, cum sit persecutorium, d.l.in honorarijs. Octauo, non potest dici, quod detur hæredibus, cum non habeant in potestate: quia debet quis habere in potestate. ut d.l.1.§.fi. In hęredes potest dici, quod non detur nisi ut in quoslibet detentores, &c. In casu autem secundum quosdam potest dici, quod detur hæredibus, puta filio. in cuius potestate recidit nepos, mortuo auo. Sed dico, quod hoc casu non datur, ut hæredi, sed datur iure patriæ potestatis, iuxta §. hi uero. Inst. quibus mod.ius pa.pot.sol. Nono, non infamat. Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo, non est contrarium, ut in alijs.

IN FACTVM, DE LIBERIS deducendis.

¶Hoc interdictum competit aduersus eum, qui non permitteret patri ducere filium suum ex quo fuit exhibitus in iudicio: quia per hoc pater tuetur, ut possit ducere, & ad se reuocare. De hoc habetur in l. 3.§ hoc autem.el primo.ff.de lib.exh.& probatur ex secunda parte rub. dum dicit deducendis, & interdictum de li.exhi.est præparatorium istius: quia ut possit filius duci, debet prius esse exh. §.hoc autem interdictum.uer.itaque Et ex eisdem causis competit hoc interdictum ex quibus superius, de lib.exh. Et eadem hic dicenda sunt, quæ in illo, prout dicit tex. ad literam, in dicto uer.itaque.& sic respectu exhibitionis superiora interdicta, & interdictum de lib. ho.exhi. dicuntur exhibitoria Et eodem modo istud respectu deductionis potest dici deductorium, quia ad deductionem pertinet. Ita probat tex.in d.l.3.§.sequ.de li.exhi Et ideo in secunda diuisione, quam dedi supra ad interdicta, dixi posse addi hoc quartum membrum, licet per Iurilconsultum non fuerit positum in l. 1.§.interdictorum autem. ff. de interdic.cogitabis, in reliquis fundamentis eadem dicenda sunt de isto, prout in superiori dixi, per tex.in d l. 5.§. hoc autem. uersi. itaque. el secundo, de lib.exhi.&c.

Adde ad hæc duo interdicta, quia licet in arbore non reperiatur, tamen potest dici, ꝙ sit unum interdictum de uxore exhibenda. Et eodem modo de deducenda: puta si maritus uellet, quod pater uxoris suæ eam exhiberet, de quo in l.2.de lib.exhi.& C.eo.l.fi.& gl. in l.2.uide Bart,

IN FACTVM, DE LIBERO homine exhibendo.

¶Hoc interdictum competit aduersus illum, qui detineret hominem liberum inuitum: & competit cuilibet, qui diceret, quod homo liber relaxaretur: de quo habetur in l.1.& 3.§.hoc interdictum.ff.de lib.ho.exhi.& per totum. Et est aduertendum, quod interdictum competit aduersus eum, qui dolo malo detineret, secus si bona fide: ut probatur in d.l.1.& l.fi.in fi.prin.nec requiritur an detentor sciat, uel ignoret statum suum: ut ibidem dicitur. Et in hoc interdicto admitteretur etiam mulier, & pupillus, casu quo suam, & suorum iniuriam prosequeretur: vt l.3. §. sed si mulier. ff. eo. & pupillus hoc casu habetur loco maioris: de quo vide gl.in ver.quamuis.& ibi Innoc.in c. ex parte.de resti. spoliato. & quilibet de populo admittitur: & cum plures concurrent, qui vellent agere, eligetur, qui est magis idoneus, vt habetur in d. l.3.§.si tamen plures. Et dato casu, quod vnus succumbat, si non probatur de aliqua præuaricatione, præcluditur via alijs volentibus agere iterum: vt d.l.3.§.si tamen postea, nisi in casu quando conuentus vellet prius sufferre litis æstimationem, quam hominem exhibere: quia tunc, & illi, qui egit, & succubuit, & etiam alijs licet agere: nec obstat exceptio rei iudicatæ, vt est casus mirabilis in dicta l. 3.§. si tamen reus. quod est contra naturam popularium actionum. l. 3.ff.de pop.act. Et competit etiam in absentem: ut d.l.3. §. penultimo. Nec per hoc interdictum tollitur remedium legis Fauiæ: vt l.3.in princ. ff. eod.de quo in l.non statim.§ fi.ff.ad leg. Fauiam.& l.si fratrem.C.eo.

Secũdo, quod sit prætorium, patet in d.l.1.ff.eo. Tertio, quod in personam.patet. Quarto, est rei persecutorium, vt in præcedentibus dixi: & probatur in lege tertia. §. si tamen reus. Nec obstat text.in lege fi.§.penult.ff.de eo.ibi, pœna præstanda est. quia potest dici, quod illam quis ex contumacia præstet, non quod ex natura interdicti veniat, vt in rei vendicatione, quæ est rei persecutoria: ut in §.sequens. Inst.de act.& tamen in ea ęstimatur lis ex contumacia non restituentis, iuxta legem, qui restituere.ff.de rei vend. Quinto, est in simplum, ut probatur in præalleg. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est perpetuum, non annale: vt d.l.3.§.fi ff.de lib.hom. exh.contra naturam popularium: vt l.fi ff.de pop.act. Sed est speciale fauore publicæ vtilitatis, sicut etiam dixi, quod non obstat exceptio rei iudicatæ: vt dicit gl.in d.§.si tamen reus. Octauo, non datur hæredi. vt hæredi, sed ut cuilibet de populo: ut d.l. 3.§.hoc interdictum. Et eodem modo potest dici, quod in hæredes non detur, iuxta d. l.fi.de pop.act.nisi ut in detentores, &c. Nono, quod non infamet. Decimo, quod directum. Vndecimo, quod singulare. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non est contrarium.

IN FACTVM, VNDE VI.

¶Hoc interdictum competit ei, qui spoliatus est in possessione fundi, vel domus, uel cuiuslibet rei immobilis: quia spoliator per hoc interdictum cogitur possessionem restituere ipsi spoliato: ut habetur in l.prima, in principio, & per totum. ff.de vi, & vi armata.& de hoc habetur.C. vnde ui per totum, & habetur extra de resti. spol. & per interdictum recuperandæ possessionis: vt habetur in §.recuperandæ. Inst.de inter.

Et quæ uis dicatur illa, pro qua datur hoc interdictum, & de alijs generibus uiolentiarum, uide gl.ordinariam in l.1.C.quod met. cau.& in l.extat.ff.eo.titu. Et in tantum procedit hoc interdictum. quod etiam prædio spoliatus est restituendus: ut habetur in c. in literis. de resti. spol. &, vt dicit sanctus Blasius hic, & bene, possessio debet restitui cum fructibus, damnis, & interesse, & debet spoliatus reponi in pristinum statum: ut habetur in cap. grauis.eo.tit.& dic, ut ibi. Nec potest ipsi spoliato referri quæstio dominij, d.c.in literis. & l. si quis ad se fundum. C ad leg. Iul.de ui.& habetur in l.si de iu. ff.de iu. Patet, quia in possessorijs non est necesse probare de iure: ut habetur in c.ex transmissa.de rest. spo.& in c.accepta.eod. tit. quod capitulum habui, in punctis in doctoratu meo Ferrariæ 1489. 16. Octobris.

Quot aũt remedia cõpetant spoliato pro recuperãda possessione, S. Bla.se remittit ad dicta in c.redintegrãda. 3 q. j.in gl.sũmæ, circa fi.ver.hoc aũt scias. Et quia est utilis articulus,

culus, igitur est sciendum, quòd plura sunt prodita remedia pro recuperanda possessione tam rei mobilis, quàm immobilis, & tam de iure antiquo Digestorum, quam Codicis, & de iure canonico. Et vltra Barto. in l rem, quæ nobis. ff. de acquirenda possessione, est sciendum, quod primo pro re mobili potest agi actione vi bonorum raptorum Secundo, furti. Tertio, ad exhibendum, secundum uarios terminos, vt habetur in l. prima, §. illud vtique ff. de vi, & vi ar. Item est proditum remedium. c. sæpe de resti. spo. quia si spoliator in alium, qui sciat, rem transferat, licet de iure ciuili sint subtilitates, quæ habent possessorem non posse agere interdicto, iuxta l. cum à te ff. de vi, & vi ar. cum concor. tamen de iure canonico habet condictionem ex c. sæpe. quasi ius canonicum non curauerit has subtilitates, iuxta c. dilecti. de iud. e. 1. de dolo, & contu 48. dist huic stemus cum sim. & secundum communem opinionem Cano. d. c. sæpe. habet solum locum in terris ecclesiæ: quia uenit ad correctionem iuris ciuilis, vt ibi probatur, non ad declarationem, iuxta not. in c. licet ex suscepto. de foro competenti cum simil. Item est proditum remedium c. redintegranda. 3. q. 1. vbi generaliter tam pro dolo, quàm pro violentia, siue metu spoliatus debet restitui: liceat aliter disponat ius ciuile: & sic potest agi ex illo canone, qui solum comprehendit ecclesiæ subditos, ut in superioribus dixi. Et est pinguius remedium, quàm d. c. sæpe. qui procedit etiam tertio possessore ignorante, & c sæpe, procedit possessore sciente, ut dictis iuribus. Item est proditum remedium l. inuasor. C. vnde ui. vbi Imperator remedio illius l. fin. secundum ueram lect. si aliquis inuadat possessionem vacantem, vult eum teneri. Item est remedium. l authoritatem. C. vnde ui vbi licet spoliator ostendat rescriptum principis, tamen spoliatus potest niti ex ila le. de quo dic, vt ibi habetur. Item est remedium l. si C. eo. tit. quod datur contra illos, qui dolose inuadunt possessionem vacantem, vt eam restituant, & puniantur: & per hoc differt à l. inuasor. eo. ti. quæ loquitur quando non dolosè inuadit, nec imponit aliquam pœnam. Item est remedium l. si quis conductionis. C. loca. vbi est casus sextus, quòd non potest referri quæstio dominij domino locanti, quando ageretur contra colonum, qui spoliauit dominum possessione: nam potest possessio auocari remedio illius legis, dic vt ibi Item est remedium l. non ab re. C. vnde ui. quæ venit addendo ad dictam l. si quis conductionis. quia ibi imponitur pœna colono resistenti, & nolenti rem domino restituere: nam punitur in rei æstimatione. quod tene menti, quia quotidie potest occurrere. Item est remedium l. si me, & Titium. ff. si certum peta. quia potest agi ex æquitate illius legis: de quo ibi. Item datur officium iudicis detentori non habenti aliquam possessionem, vt per glo. in l. non tantum. in prin. ff. de pet. hær. in l. manifestum §. sed cum in secunda. C. de iur. in l. 1. in prin. C. si per uim, uel alio mo. de quo etiam per gl. 3. q. 1. in sum. Item est remedium. l. si coloni. de agri. & censi. lib. 11. De quo dic, vt ibi. Item est aliud scilicet triticariæ, quod datur pro omnibus, excepta pecunia: ut habetur in l. 2 ff. de triti. Item per condictionem indebiti, dummodo sit gestum inter duos. ut alias habetur in l. indebiti. §. si numi. ff. de cond. inde. Item remedium l. fi. C. de acq. pos. vbi si procurator, seruus, filius, colonus, uel in inquilinus dolosè transferat possessionem in alium, iuuatur dominus ex illa lege. Item remedium l. finalis. ff. de rei uendi. vbi propter mendaciũ conditione ex illa lege transfertur in alium possessio. Item est remedium l. fi. C. de edicto diui Adr. toll. quod datur hæredi, qui ostendit testamentum non cancellatum, &c. de quo dic, vt ibi habetur. &c. Et ista omnia remedia memoriæ mandaui cum audirem do. Bal. de Bar. de Perusio in d. l. rem quæ nobis. de acquir. possess. qui fuit dominus meus in ordinarijs de sero. & tene menti. Et alias in proposito recitaui dum legerem Paduæ legem tertiam. C. de exceptionibus, pro domino Bertucio Bagarotto Et ut dixi supra hoc interdictum non datur ad res mobiles, nisi solo cohæreant: ut dixit l. 1 § illud utique. ff. de ui, & ui armata. in ver. planè. Item non solum datur illi, qui habebat ciuilem possessionem, sed etiam si naturalem, ut d. l. 1. §. deijcitur ff. eo. ti. & datur etiam fructuario, vt l. 3. §. unde ui. ff. eodem. Est & interdictum recuperandæ, & etiam restitutorium, dicta l. 1. §. hoc interdictum.

Et aduerte, licet uideat prolixus non prætermittam unum, quod est disputabile, & alias uidi disputatum Paduæ in publica disputatione. Nam cum dixi, quòd usufructuario datur hoc interdictum. d. §. unde ui. per illum tex. fundatur communis opinio, post Ioan. in l. naturaliter. ff. de acquirenda possessione, quod usufructuarius habeat naturalem possessionem. Cuius contrariũ in puncto iuris clausis oculis posset sustentari: &, ut ista conclusio fit clara, arguam pro & contra: & à parte affirmatiua, quod possideat, adducitur dict. §. unde ui. Ita tenet glos. & hoc in dicta l naturaliter. & glo. in §. hodie. Insti. de inter. & quasi in omnibus partibus iuris ciuilis. Et est communis opinio Legistarum per fundamentum, quod uidetur inconuincibile in dict. § unde ui. quia interdictum unde ui, cum non detur nisi possidenti. l. prima. §. hoc interdictum. ff. de ui. & ui armata, saltem naturaliter: ut dicto § deijcitur. Sed sic est, quod datur usufructuario. dicto §. unde ui. ergo sequitur, quod possideat naturaliter. Sed in contrarium. Primo potes allegare text. in §. quod enim placuit. Instit. per quas perso. no. acq. Secundo in l. acquiritur. §. finali. ff. de acquirendo rerum dominio. Tertio, in l prima. §. per eum ff. de acquirenda poss. ibi, licet eum non possideamur. Quartò, in l. sciendum. § eũ. ff. qui satisd. cog. ubi usufructuarius non euitat onus satisdandi, licet ad hoc sit facilis responsio Quinto, in l. prima. §. quod ait. ff. quo. le. ubi dicitur, quod ususfructus non possidetur. Sexto, in l. final. ff. uti possid. ubi fit differentia inter possessorem, & fructuarium. Septimo, per l. possessio quoque. ff. de acquirenda possessione. ubi dicitur, teneatur: ergo non possideatur. Octauo, per l. secundam, ff. usu fru. quemad. ca. dum dicit, quod usufructuarius præstat custodiam. Nono, quia usufructuarius est tanquam procurator proprietarij. l. prima, in fi. ff. de operis noui nunc sed procurator detentat: ut l. quod meo. ff. de acquirenda possessioae. Decimo, tex. in l. arboribus. § de illo ff de usu fru ubi dicitur, quod in fundo, & seruo retinemus usumfructum, pondero Retinemus. Vndecimo, ut l. tertia. §. penultimo. ff. de ui, & ui armata, dum dicit, quasi in possessione. Duodecimo, l. naturaliter. ff. de acquirenda possess. dum dicit, Videtur: & sic impropriè. Decimotertio, l. per misceri. in principio. ff. de acquirenda possessione, ubi dicitur, quod non permiscentur causæ possessionis, & usufructus, &c. Decimoquarto. l. Cel. §. Iulianus. ff. ad exhib. qui tex. fortiter stringit, dum dicit, quod usufructuarius rem retinet, nec possidet. Decimoquinto, in l. certe. §. his, qui. ff. de preca vbi dicitur, usufructuarius, colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident. Pondera primo, quod æquiparatur ibi colonus: deinde uerbũ, Possidet, quod facit unam orationem, &c. Et isti duo ultimi textus stringunt passum in tantum, quod non potest eis sine iuris uiolentia responderi: licet alias, dum iste articulus disputaretur Perusij, ad omnia ista argumenta responderem per bona remedia, quæ nunc omitto. Vide ad hoc Bal. & Moder. in d. l. naturaliter. ff de acquirenda possessione, & tene menti, quia posset tibi facere honorem, &c.

Secundo hoc interdictum est prætorium. l. prima, in princip. ff de ui, & ui armata. Tertio, quòd sit in personã, patet probatum. Quarto, est rei persecutorium. d. l prima. §. 1. cum detur ad recuperandum possessionem. Quintò, est in simplum, ut probatur in l. in interdicto ff. eodem. Sexto, est stricti iuris, ut patet. Septimo, non est perpetuũ, sed annale. d. l. 1. in prin. & l 2. C. eo titu Bene uerum est, quod de eo, quod ad aliquem peruenit, competit perpetuo. l. 3. §. hoc interdictum. ff. eo Et iste annus est utilis: ut d. l. 1. & ibi glo. & licet quo ad agendum sit annale, tamen ad excipiendum est perpetuum, iuxta l. purè. in fi. ff. de do. excep. licet de iure Canonico duret perpetuo: ut no. in c. 2. de rest. spol. & ibi uide in glo. fin. cum spoliatus nulla conditio temporis opponi possit: ut d. c. redintegrãda. 3 quæs. 1. Facit ad hoc, quod iure ciuili instantia perit triennio. l. properandum. C. de iud. & tamen de iure Canonico est secus. ut in c. uenerabiles, & c. significauerunt. de iud. Octauò, datur hæredi & alijs successoribus: ut l. 3. § hoc interdictum hæredi. ff. de ui, & ui arma. In hæredes datur de eo, quod ad eos peruenit. d. l. 3 § fina. & l. 3. in principio. §. hoc interdictum. & facit l. prima C. ex deli. defun. Nono, non infamat, ut l. neque. ff. de ui, & ui armata. quod tamen intellige de infamia iuris, non autem de infamia facti, secundum glo. in dicta l. neque. & ideo in parentem, uel patronum non datur: ut l. prima. §. hoc interdictum. ff. eodem. & licet. de obseq. & l. cessat. de act. & oblig.

& oblig.dixi supra in prima regula negatiua. Decimo,est directum,licet quandoq; reperiatur vtile, vt l.1.§.filiusfamilias.ff eo ti.cum.s.possit exponi vtile,i.efficax,&c.Vndecimo,est singulare. Duodecimo simplex,&c.

IN FACTVM, QVOD VI, aut clam.

¶Hoc interdictum competit illi,in cuius solo vi, vel clam ædificatum fuit: vel quod vi ædificauerit post prohibitionem dñi:vel clam,i.quod celauerit se, cum intelligeret dominum prohibiturum : nam cogitur per hoc interdictum opus demoliri:de quo interdicto hr in l. 1.in prin.& per totum.ff.quod vi,aut clam. Et quid sit ui facere,& clam facere,vide tex.in l.1.§ quid sit.cum seq. & in l.2.§.fi.ff.eo. tit. Et est interdictum restitutorium. d l 1.§.1. & pertinet solum ad rem,quæ in solo finitur.d.l.1.§.hoc interdictũ. & prohibitio potest fieri non solum per dominum,sed per plures alias personas:de quo est text.in l.3.in prin.eod.tit. Nec potest ille qui ædificauit vi,vel clam, aliqua exceptione se tueri:vt d l.1.§.deniq;. nisi in casibus,de quibus ibi per glo.in ver.postea.videlicet.in l.3.§.sed si permiserit.ff. eodem,quãdo dominus,vel alij qui potuissent etiam prohibere,post prohibitionem permiserunt. & in l.si alius.§. bellissimè.eodem tit.& §.est & alia.& l.semper.§.hoc interdictum Et de libello pro hoc interdicto. vide Bar.in l. competit.§.in summa.eodem titu. & in illo titulo discas. l. at qui aliter . quæ secundum Bartol. literis aureis describenda.

Secundo,quod sit prætorium,est tex.in l.1.in prin.Tertio.quod sit in personam,patet.Quarto,quod sit persecutorium,probatur in l.semper.§.in hoc interdicto.& §.fi.ff. quod ui aut clam.Quinto,est in simplum,per eadem iura, cum detur ad interesse,&c. Sexto,est stricti iuris,vt d.§.actionum. Septimo,est annale,nõ perpetuum,vt l.semper. §.hoc interdictum. & l.si inter.in prin. ff.quod vi,aut clã. Octauo,datur hæredibus: vt l.deniq; §.quæsitum.ff.eod. In hæredes non datur,nisi de eo,quod ad eos peruenit:vt d.l.semper.§.hoc interdictum. Nono,quod non infamet, patet in d.l.neque.ff.de ui,& vi armata.& secundum glos. ibi uerum est,quod de infamia iuris,licet de infamia facti secus,de quo ibi.Decimo,quod directũ,patet:quia ex verbis,& mente,d.l.1.in prin.licet utile quandoq; reperiatur, ut l.is.qui in puteum.§ si tutoris. & §.si fundum eo tit.& in d.l.si uitem.in prin. Vndecimo,singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo,non contrarium, &c.

IN FACTVM, VTI POSsidetis.

¶Hoc interdictum competit ei, qui molestatur ab alio in possessione rei immobilis : quia dicat se esse dominũ, uel possessorem,&c. quia,per hoc interdictum ille, qui possidet, nec habet possessionem ab alio ui, uel clam, uel precario, potest se tueri , & prohibetur ille molestator ipsum turbare,&c.De quo interdicto iuxta uerba prætoris habetur.in l.1.in prin & per totum.ff.uti pos.& C.eo tit.& per Canonistas in c.licet causam.de probatio. & nõ solum habet locum in possessione ædium , sed etiam aliarum rerũ immobilium:prout est text secundum intellectum communem in d.l.j.in prin.uti pos Et pro hoc sunt tex.aperti in d.l.j.§.hoc interdictum . el secundo, & seq. Item est prohibitorium retinendæ possessionis,per quod quis prohibetur inferre uim possidenti. Sed interdictum de ui, & ui armata.ut dixi,est restitutorium, & recuperandæ possessionis. Tex.est in l.j.§.est igitur.& §.illud enim.ff.uti pos. Et de forma libelli in interdicto.de ui,& ui arm.uide Barto.in l.interdicto,§.de ui,& ui arm. Et de forma libelli in hoc interdicto,uide eundem Bart.in l.j.§.interdictum.ff. uti pos.Et debes scire alium terminum,quod ille,qui uult agere tali interdicto, est opus, ꝙ non possideat ab aduersario,ui,clam,uel precario. Est tex.in l.j.§ perpetuo.& §. fi. ff.uti pos. & Barto.in d.§. ponit exempla ad hæc tria requisita .

Item scias,quod hoc interdictum non datur, nisi possidenti,uel ciuiliter,uel naturaliter.Nam si quis esset in possessione causa rei seruandæ,cum non possideat,non haberet interdictum.tex.est in l.si duo. §.creditores.ff.uti pos. cum simil.

Secundò,quod sit prætorium,est tex.in d.l.j.in prin.ff, uti poss.Tertio,quod sit personale patet. Quarto est rei persecutorium,cum detur ad retinẽdam possessionem, ut d. l.j.§.hoc interdictum.Quinto,est in simplum,ut patet.& l.pen.§.fi.eo tit.Sexto est stricti iuris,ut etiam patet. Septimo,non est perpetuum,sed annale,d.l j §.j ff.uti pos. Ergo potest dici,quod detur hæredibus, iuxta §.non autem omnes.Inst.de perpe.& temp.act.cum sim.In hæredes possumus dicere, quod non detur, cum sit annale, iuxta l. in honorarijs de actionibus,& obligationibus . Nono,quod non infamet. Decimo,est singulare. Vndecimo directum. Duodecimo,duplex:quia non cognoscitur actor à reo,iuxta ea, quæ super hoc termino dixi , supra in Publiciana actione, & probatur ad literam. in l.si duo. §.hoc interdictum ff.eo.ti. Vltimo,non contrarium .

IN FACTVM, VTROBI.

¶Primo hoc interdictum competit ad similitudinem superioris,quando quis turbatur in possessione:sed differt, quia illud datur pro possessione rei immobilis, istud uero pro possessione rei mobilis: ut habetur in l.unica.ff.utrobi.& prout in superiori, ut quis possit intẽtare,requiritur, quod ab aduersario non possederit ui,uel clam, uel precario.Eodem modo in hoc,ut habetur in d.l.unica,de qua etiam habetur Inst.de interd. §.sed hodie. licet Canonistæ in d.c.licet causam.de probatio.non uideantur facere differẽtiam inter hoc interdictum & superius:ut etiam refert S Blasius hic. &c. Et quia hoc interdictum est hodie exæquatum cum superiori,ut habetur in d.l.unica ideo in reliquis fundamentis dicas , ut in superiori dictum est .

IN FACTVM, DE SVperficiebus.

¶Hoc interdictum competit ei , qui turbatus in possessione superficiei , quæ habetur in solo alieno . Nam potest se tueri hoc interdicto,ne molestetur,&c. dato,s.ꝙ turbetur ab alio,q̃ dño soli: quia tunc dantur sibi actiones ciuiles. De hac habetur in l j.in prin.& §.qui superficiem,cum simil.ff.de superfi.& ibi uide . Et quod sit prætorium,patet in d.l.j.& dixi in superioribus.Vt quis obtineat,requiritur, ꝙ superficiem nõ possideat ab alio ui,clam, uel precario, ut d.l.j.in prin.ff.de superfi. In reliquis dic ut est dictum in interdicto , Vti possideatis:quia eadem in isto seruãtur, ut habetur in d.l.j.§.proponitur. uersicu.omnia. ff de superfi &c.

IN FACTVM, DE ITINEre, actuq; priuato.

¶Primo hoc interdictum competit ei,qui per fundum alterius ad fundum suum habet iter, uel actum.cum iuerit saltem per 30.dies per illud iter, etiam discõtinuos in anno proximè retro;quia si uicinus ipsum prohiberet ire,per hoc interdictum potest prohibere ut a prohibitione desistat.De hoc hr in l.j.in prin.ff de iti actuq; priu. Et in hoc interdicto,ut dicit hic et S.Blasius,& bene,non agitur de iure seruitutis,quod expeditur per actionem confessoriã, & negatoriam,iuxta l.secundam.ff.si ser. uen. sed agitur in possessione , qua fuerit usus ille, qui prohibetur per dictos 30 dies,& in hoc,ut ĩ.dicam, uenit interesse,s.quanti interfuit, eum non fuisse prohibitum,&c. ut h: in l 2. §. in hoc interdicto. ff.de iti. actuq; priua. Et requiritur, quod ille,qui prohibetur ab aduersario,non fuerit usus itinere,clam,uel precario,ut d.l.j in princ. & §.hoc interdicto eo.tit Et est prohibitorium ad tuendas rusticas seruitutes.d.l.j.§.j.Et quia tex.est no.in d.l j.§.si quis propter. ff.de iti.actuque priua. quod propter inundationem usus uiæ,& itineris, perditur,&c. sicut aliàs per inundationem perditur possessio,ut habetur in l.3 §.Labeo. ff.de acquir. possess.Et sic si aliquis præscriberet per inundationem,interrumperetur præscriptio, cum perdatur possessio. ut habetur late in d.§ Labeo. Tex.in d.§. si quis propter dicit quod quis restituitur ad hoc interdictum per in integrum restitutionem.

Ego uolo tibi relinquere in proposito unam dubitationem , scilicet an interrupta præscriptione detur restitutio in integrum,& licet sit communis opin.quod non , ut hr in d.§.Labeo,tamen in disputando posset teneri cõtrariũ. pro nunc uide in d.§. Labeo. & in d.§. si quis pp.& uide in l.

in l.

in l.qui fundum. §.qui bona. ff. pro emp. &c. Secundo, quod sit prætorium, est text in d.l.1.in prin. Tertio, quod in personam, patet. Quarto, quod sit rei persecutorium, probatur in l.vnde etiam.§.in hoc interdicto.ff.eo. Quinto, quod in simplum, probatur in eodem §. Sexto, quod stricti iuris, patet. Septimo, est annale, vt l.1.in princ.& d.l. vnde etiam.in principio, eodem titulo Octauo, datur hæredibus, dicta l.vnde etiam. §.si quis ab authore. si author possessionem sit adeptus. In hæredem non videtur dari, cum sit annale, iuxta in l.honorarijs. de actio. & obligatione. nisi dicamus, quod detur in quemlibet prohibentem, &c. Nono, quia non infamet. Decimo directum: quia ex verbis, & mente, licet aliquando reperiatur vtile: vt dicta l.vnde etiam.§.Idem Iulianus. eodem titulo. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, DE ITINERE ACTVQVE priuato reficiendo.

¶Primo hoc interdictum competit ei, qui habet iter, & actum per fundum vicini ad fundũ suum, vt supra dixi in proximo præcedenti. Et dato, quod vellet reficere iter, & vicinus prohiberet, vel alius, per hoc interdictum potest se tueri, vt cogat illos desistere à tali prohibitione. Et de hoc interdicto est tex.in l.3.§.ait prætor ff.de itine.actuq; priua. Et requiritur etiam in hoc, quod non fuerit vsus itinere, vi, clam, vel precario, dicto §.ait prætor.

Sed differt a superiori: quia in hoc requiritur, quod in anno vsus fuerit itinere. Item, quod probet sibi competere ius seruitutis: vt est text.in d.l.4. §.hoc autem superiori. & §.seq.eod.tit.& si alterum deficiat, deficit interdictum, vt in § sequen. Et volens reficere tenetur vicino cauere de damno infecto: vt dicta l.tertia, § qui hoc interdicto. Et ex hoc infertur, quod refectio viæ non incumbit debenti seruitutem, sed ei, cui seruitus competit: prout habetur etiam in l. quoties §.finali. ff.de seruit.tit.generali. Sed secus fit in seruitute oneris ferendi, vt habetur in l. eum debere columnam. de seruitu. vrban. prædio. quod tenementi. &c.

Secundo, quod sit prætorium, est tex.in dicto §.ait prætor. Tertio, quod in personam, patet. Quarto, quod rei persecutorium. Et Quinto, quod sit in simplum, probatur in dicta l.tertia §.vtilitas.eodem titu. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, est annale, vt superius. dicto §. ait prætor & l.prima. § antepenultimo. ff.de interdict. Octauo, datur hæredibus, vt l.apparet. §.primo. ff.eodem titu In hæredem non datur, nisi dicamus, quod detur in quemlibet prohibentem. Nono, non infamat Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, DE AQVA quotidiana.

¶Primo hoc interdictum competit illi, qui per fundum alterius saltem uno die, vel nocte in anno tetro, duxit aquam ad fundum suum: quia si ille dominus fundi, per quem aquam duxit, ipsum prohibet, vel impedit, agitur contra ipsum hoc interdicto, vt à prohibitione desistat. De hoc habetur in l.prima, in princip.§.primo. & §.quod autem.ff.de aqua quotidiana. & æstiua. nec debet duxisse aquam, vi, clam, uel precario: ut dicta l.prima, in princip. Et est interdictum non solum prohibitorium, sed etiam restitutorium, ut si quis tollat, si quid fecit, ad impediendum ducere aquam, &c. vt est tex.cum glo.in dicta lege, prima. § primo. & §.Labeo. eodem titulo. Secundo, est prætorium.dicta l prima, in principio. Tertio, in personam. Quarto, rei persecutorium, cum prosequatur ius seruitutis: & illud, quod quid amittit, requiritur per hoc interdictum dicta l.pri. § præterea. Quinto, quod in simplum, probatur in præalleg. Sexto, quod stricti iuris, patet. Septimo, est annale, non perpetuum, vt in superiori fuit dictum, & probatur in dicta l.prima, in principio. Octauo, datur hæredibus. dicta l.prima. §. ait prætor. In hæredes potest dici, quod non detur, cum sit annale. per dict. l.in honorarijs: nisi detur, ut in quemlibet prohibentem: vt in superiori dixi. Nono, non infamat. Decimo, est directum, &c. licet utile quandoque sit, ut d.l.3.§.si fundum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, DE AQVA AESTIVA.

¶Primo, hoc interdictum pertinet ad eum, qui per fundũ alterius vno die, vel nocte in æstate tetro duxit aquam in fundum suum, ut non possit prohiberi, &c. ut in superiori dixi. Et differunt: quia qui interdicit de aqua quotidiana, interdicit vti hoc anno: sed in aqua æstiua interdicit vti hac æstate. Vide etiam de hoc in d.l.1. in principio. & vide in §. quod diximus, & quando incipit æstas, vide in d.l.1.§.æstatem.& ibi glo.no. in quot partes diuidatur annus, & in hoc requiritur illa clausula, quod non duxerit aquam, vi, clam, uel precario, ut superiori. dicta l.prima. §. deinde ait. in principio. Et est etiam restitutorium. dicto § primo. Secundo, quod sit prætorium. patet in dicta l.prima, in principio, in personam, &c. In alijs fundamentis, dicas ut in superiori, cum sint similia, ut dicta l.prima.§. Labeo. sed in hoc discordant, quia licet superius sit annale, tamen hoc durat per annum, & sex menses. Item potest durare per biennium, secundum variam computationem temporis: ut habetur in d.l.1.§ deinde. & æstatem. & seq.eo.tit.&c.

IN FACTVM, DE AQVA EX castello ducenda.

¶Primo competit ei, qui habet ius ducendi aquam ex castello, idest, loco vbi in publico aqua recipitur, uel riuo, vel alio loco publico ad fundum, vel domum, eo quia habuit concessionem a principe, uel communitate: si aliquis ipsum prohibeat, habet hoc interdictum, de quo loquitur tex.in l.1.§.ait prætor.§.quo ex castello.cum duobus sequen. ff.de aqua quotid.& æstiua. Et hoc est quotidianum in ciuitatibus, in quibus in stratis est castellum: ut est in ciuitate Aquilæ, & Viterbij: quia si habent concessionem, quod è castello ducant aquam in domum, vel hortos, non possunt prohiberi. Et est aduertendum, quod hoc interdictum non continet solum possessionis causam, & sic præparatorium, ut superiora proximè, sed continet causam proprietatis: quia hic non probatur, an quis duxerit, &c. sed an habet ius seruitutis assignatum, vel non: ut est text.no.in d.l.1.§.si ff.eod. Et ea hora, qua quis habet ius ducendi, ea debet ducere, & non alia: ut habetur in l.pe.eod.tit. In alijs fundamentis, dic ut in duobus proximis.

IN FACTVM, DE RIVIS purgandis.

¶Primo, quod interdictum hoc competit, qui habet ius aquæ ducendæ, ut dixi in superioribus interdictis, per riuum quem uolens purgare, & reficere, prohibetur ab alio: quia tuetur se per hoc interdictum: & non habet probare an iure aquam ducat: de quo uide in l. prima. de riuis, & in l.fina. eodem titu. Et est prohibitorium: ut d.l.1. in fine prin.& potest etiam esse restitutorium: ut in proximis dixi. Bene uerum est, quod tenetur cauere de damno infecto iste uolens purgare. d.l.prima, in princ. Secundo, quod prætorium, patet. dicta l.prima, in princip. Tertio, quod in personam. In alijs dic ut in superioribus. Bene uerum est, quod est annale. dicta l.prima §.hoc interdictum. el secondo, & datur ijsdem personis, & in easdem, prout superiora: ut l.3. § ijsdem. eodem titulo, & datur non solum ad riuos, sed etiam ad specus, & septa ut dicta lege prima. in princip. Quæ in quo differant, & quid importent, uide in dicta l.prima.§ ait ergo cum sim.&c. Et sub verbo reficiendi, quid contineatur, uide in d.l.prima. §.reficiendi, &c.

IN FACTVM, DE FONTE, VT LIceat eo uti.

¶Primo hoc interdictum competit illi, qui prohibetur haurire aquam ex fonte, cum per annum hausisset: uel appellare pecudes, uel inde aquam ducere, ut ille scilicet prohibens desistat a prohibitione: de quo habetur in l.unica.in princ.ff.de fonte. Et differt à superiori, s.de aqua ex castel.duc. & aqua æsti. & quoti. quia illa loquuntur de aqua deducenda: illud uero de aqua haurienda: prout etiã dicit gl in tub.de fonte. Nec habet locum pro aqua mortua, ut in cisterna: sed solum de aqua uiua d.l.1. §.hoc interdictum. el terzo, eodem titulo Et procedit non solum in fonte, sed in piscina, puteo, & lacu: dummodo aquam uiuam habeant: dicta l.prima.in fi.princ.& §.denique. Et requiritur, quod quis non fuerit vsus haustu ui, aut clam, uel precario dicta l. prima, in principio, sed secundum Bartolum in dicta l.prima. §.hoc interdictum. el 3. licet in cisterna non habeat locum directum, tamen habet locum utilem.

Hinc sumpta occasione, pone quod extat statutum in ciuitate, quod mulieres portantes perlas, uel margaritas, punian-

puniuntur tanta pęna:& est aliqua mulier,quæ portat per las fictas,seu contrafactas, non ueras,& viuas : certè non incidet in statutum.Ita decidit Bart.in l.1.§.hoc interdictum.Et tene menti,quia in multis ciuitatibus extant huiusmodi statuta,&c.Secundo,est prætorium.l.1.in princ. Tertio,in personam,ut alia. Quarto,potest dici rei persecutorium,cum quis prosequitur ius aquæ hauriendæ, d.l. 1.Quinto,in simplum.vt ibidem patet. Sexto,stricti iuris. Septimo,est annale,non perpetuum,d.l.1.Octauo,hęredibus datur,non in hæredes,ut in præcedentibus dixi, scilicet de aqua quotidia.& æsti. cum procedant à pati quantum ad personam:d.l.1.§.hoc autem.ff. de fonte. Nono, non infamat.Decimo,est directum,Vndecimo,singulare. Duodecimo,simplex.&c.Vltimo,non contrarium.

IN FACTVM. DE FONte reficiendo.

¶Primo hoc interdictum competit illi,qui habens ius hauriendi aquam,vt in proximo dictum est,ex fonte, vellet reficere fontem,puteum,piscinam,&c.ut sup.dixi,quæ indigerent refectione,si prohiberetur,habet hoc interdictũ, vel à domino fundi,ubi est fons,uel ab alio,&c.Et de hoc interdicto loquitur tex.in l.vnica.§.deinde ait ff. de fonte. Et fuit introductum ad similitudinem interdicti de riuis reficiendis:quia nullus est vsus,&c.ut dicit tex. in d.l. 1.§.hoc interdictum.Secundo,ꝙ sit prætorium,est tex.in d.§.deinde. Tertio,quod in personam,ut patet. Quarto, quod rei persecutorium,dic ut in proximo.Quinto,quod in simplum,eodem modo.Sexto,stricti iuris. Septimo,est annale,d.§.deinde. Octauo,datur hæredibus,& in hæredes ut in illo de aqua æsti. de quo proxime dixi,& approbat tex.in d.l.1.§.fi.ff.de fon.Nono,quod infamet. Decimo,quod directum.Vndecimo.quod,est singulare. Duodecimo,quòd simplex,&c.Vltimo,non contrarium.

IN FACTVM, DE CLOAcis purgandis.

¶ Primo competit illi,qui haberet cloacam, iuxta fundũ alterius,uel alium locum,per quam immunditiæ,& colluuies demittebantur:dato casu,q̃d vellet eam purgare,vel reficere: puta,quia cursus impediebatur,& quia dominus fundi,uel alius eum prohibet,habet hoc interdictum prohibitorium,&c.de quo loquitur totus tit.ff.de cloa.&c.Et est aduertendum , quia fauore publicæ utilitatis, ut quis possit purgare , uel reficere cloacam , non quærimus an clam,ui,uel precario sit usus cloaca: ut l.1. §.quia autem. de cloa.Item pertinet ad priuatas cloacas.d.l.1.§ hoc autem.Secundo,quod prætorium,d.l.1.in prin.Tertio,quod in personam patet.Quarto,quod rei persecutorium,patet per media,quæ dixi in duobus proximis.Quinto,quod in simplum eodem modo.Et etiam ex eo,quod pertinet ad priuatas cloacas,ut dixi. Sexto,ꝙ stricti iuris. Septimo, quod sit perpetuum,potest dici, cum sit rei persecutoriũ, per d.l. in honorarijs. nec reperiatur aliud,per quod respondc.si obijcitur, quod superiora plura sunt rei persecutoria,tamen sunt annalia,&c. Octauo, datur hæredibus, per regulas.§ non autem omnes. de perpetuis,& temporalib.actio.Nono,quod non infamet. Decimo,quod directum.Vndecimo,quod singulare.Duodecimo,quod simplex,&c.Vltimo,non contrarium.

IN FACTVM, NE QVID in cloaca fiat,immittaturve.

¶Hoc interdictum competit illi, qui habet usum cloacæ, unde aqua fluat,uel colluuies, aliquis vult aliquid facere, uel immittere in cloacam , propter quod usus eius impediatur: quia contra illum est proditum hoc interdictum prohibitorium,&c.de quo est tex.in l.1.§.pen.& fin. ff.de cloacis.Item pertinet ad cloacas publicas,d.§ pen.Secundo,quod prætorium §.deinde.Tertio,quod in personam. Quarto,rei persecutorium.Quinto,in simplum.Sexto,stricti iuris. Septimo,est annale ex eo, quod est populare per l.fi.ff.de popu. act.Et quod sit populare,patet ex eo,quod pertinet ad publicas cloacas, ut iam dixi. & in hoc istud differt à superiori . Octauo , hæredibus non datur,nisi ut cuilibet de populo:arg.l.populares.de popu.act. In hæredes non datur.l.fi.de pop. act. Nono,quod non infamet. Decimo,quod directum.Vndecimo,quod singulare.Duodecimo,quod simplex, Vltimo non contrarium.

IN FACTVM, VT QVID factum,immissumve est in cloacam,tollatur.

¶Hoc competit,quando quis aliquid habet immissum in cloacam,vel factum,propter quod est impeditus vsus,&c. quia cogitur tollere,& in statum pristinum reducere: & sic est interdictum hoc casu restitutorium,& superius prohibitorium,quæ ambo ponuntur in tex.quem sup. allegaui in d.l.1.§.pen & fi. ff. de cloa. Et in quantum pertinet ad cloacas publicas, dic ut in superiori.si ad priuatas cloacas,termini sui possunt assimilari illi interdicto, de cloacis purgan.&c.Et eodem modo dicas in sup.proximo,&c.

IN FACTVM, DE PRECARIO.

¶Hoc interdictum competit illi qui precario concessit aliquam rem alicui vtendam,& fruendam,qui sibi nollet rẽ restituere:contra ipsum datur hoc interdictum,ut rem restituat,&c.de quo habetur in l.2.in prin. ff.de precar.cum precario possidens uideatur nomine cedentis possidere, iuxta not.in l.quod meo,in prin & l.interdum. ff.de acq. poss. Et interdictum restitutorium.d.l.2.in princ. & §.1. Et in hoc fit condemnatio secundum interesse actoris:ut habetur in l.quæsitum.§.ex hoc interdicto.ff.de preca.Et in quo differat precarium à commodato,uide glo.not. l. 1.ff.de preca Et potest constitui precarium in rebus mobilibus,& immobilibus,ut l.in rebus.ff.eo. Et potest constitui,quod transferatur possessio,& quod non l.2.§.fin. & l.in rebus.& l.certè.§.is qui.ff.de prec.

Et scitis, quod quotidie in instrumentis ponitur illa clausula, Et ex nunc constituit se precario nomine emptoris possidere, &c. quid importet ? dicas, quod importat, quia primo intelligitur translata omnis possessio in emptorem,ciuilis, & naturalis: deinde intelligitur translata naturalis in precario possidentem: ut habetur in d. l.interdum. de acq pos. Sed si diceretur simpliciter,Et ex nunc constituo me nomine emptoris possidere, tunc omnis possessio remanet penes emptorem,& sic plus operatur constitutum, quàm precarij rogatio, in fauorem emptoris:vt habetur in l.qui bona.in princ. ff.de acquirenda possessione.per Bar.& omnes in d.l.interdum . Et tu Canonista habes titulum de precarijs & in capit. primo.habes de precaria. Quid sit precaria, dicas,quod est concessio rei immobilis pro annua pensione, de quinquennio in quinquennium.cap.primo.de precarijs.& ibi glo.& in cap.precariæ. vbi glossa magistralis, 10.quæst. secunda , Bal. in cap.primo.§.tua.quibus modis feu. amit. &c. Secundo, quod sit prætorium , est tex. in dicta l.secunda . Tertio,in personam, vt alia. Quarto,rei persecutorium:ut l. quæsitum.§ hoc interdicto.ff.eodem. Quinto, quod in simplum,probatur ibidem.Sexto,stricti iuris.Septimo perpetuum est,non annale,per tex qui assignat pulchram rationem ab absurdo, in dicta l.quæsitum. §. penultimo . Octauo,datur hæredibus,& in hęredes,dicta l.quęsitum. §. finali , licet precarij rogatio ad hæredes non indistinctè transeat. De quo uide in l.cum preca. §.finali.ff.eod. titul.Nono,non infamat.Decimo,directum. Vndecimo, singulare.Duodecimo,simplex.Vltimo,non contrarium.

IN FACTVM, DE ARBOribus cædendis.

¶Primo ad hoc interdictum est sciendum , quod habet duo capita alterum in arboribus,quæ sunt prope prædia vrbana : alterum in arboribus existentibus in prædijs rusticis. Primum caput competit illi,in cuius ædes rami arboris alterius pendent , & nocent ædificio . nam dominum potest monere,quod succidat arborem radicitus: si nolit facere,ille,cui competit interdictum propria authoritate potest succidere, & auferre ligna.l. prima,in principio,vsque ad § deinde.ff.de arb.cæden. Secundum caput pertinet ad illum, in cuius fundo rami arboris vicini extenduntur: quia potest monere facere quòd rami cædantur,quousque arbor distet per quindecim pedes à terra in altitudinem.Iste est text. in dicta l.1.§.fi de arbo. cæden. quod tene menti,quia posset quotidie contingere,maximè in hac ciuitate Paduę,vbi sunt multi horti,& arbores.

Practica est ſm Bar. quod denuntiet domino illius arboris,quod ipsam succidat:& de hoc fiat instrumẽtum:

& tunc

& tunc si non succedat, potest denuntians propria authoritate facere, immo potest ligna asportare, tene menti. Et ea non solum procedit in arboribus, sed etiam in vitibus cum ueniant appellatione arboris d.l.1.uer. arboris.

Et aduerte dato casu, quod radices arboris nocerent: tunc datur vtile interdictum de arboribus cædendis, per gl.in l.1.C.de interdi.de quo ibi. Secundo, quod prætoriū l.1.§.ait prætor.& §.deinde. Tertio, quod in personam, vt alia. Quarto, vt rei persecutorium. Quinto, in simplum: vt probantur isti duo termini in d.l.1.§. non solum. Sexto, stricti iuris. Septimo perpetuum, ex quo rei persecutoriū. d.l.in honorarijs. Octauo, datur hæredibus: ut in §. non autem omnes.de perpe.temp.act. In hæredes dic eod.modo,&c. Nono, nō infamat. Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, DE GLANDE leganda.

¶ Hoc interdictum competit ei, qui habens arborem, quæ pendet in fundum vicini, uel aream, in quam cadunt fructus: quasi prohiberetur recolligere dictos fructus, habetet dictum interdictum intra dies tres: postquam fructus ceciderunt. Et appellatione glandis, ueniūt omnes fructus. De quibus omnibus habetur in l.vnica.ff. de glan. leg. & in l.qui venenum.§.glandis.ff.de ver sign. Secundo, quod sit prætorium, est tex.in d.l.1.in prin. Tertio, quod in personam, ut reliqua. Quarto, q̄ rei persecutorium, probatur in d.l.1.in prin. Quinto, quod in simplum, ibidem. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, non est perpetuum, sed temporale, vt supra patet. Octauo, hæredibus datur, & in hæredes intra illud tempus, quod durat, vt supra. Nono, non infamat. Decimo, q̄ directum. Vndecimo, quod singulare. Duodecimo, quod simplex, &c. Vltimo, nō contrariū.

IN FACTVM, DE MIgrando.

¶ Hoc interdictum competit inquilino, qui soluta pensione domino, vellet recedere de domo, & asportare res suas, & dominus domus prohiberet: quia potest se tueri ex hoc interdicto. Et de hoc est tex.in l.1 ff de mig. Et aduerte: dicitur in d.l.1. §. hoc interdictum quod est infrequens, &c. debet intelligi ille tex.quod de raro itur ad illud interdictum, eo, quia inquilino, qui turbaretur, competit actio ex conducto, & officium iudicis: vt l.sed addes.§ si inquilinus.ff.lo.& ideo de raro recurritur ad hoc interdictum. circa hoc scias, quod pensio domus, nisi aliud sit dictum, soluitur in fine anni: ut l.ædem. C. loca.& ita tenet etiam Barto.in d.l.1 §.si pensio. ff. de migran. Et habens etiam illam regulam vulgatam in hac materia, quod res conductoris inuectæ, & illatæ intelliguntur obligatæ ratione pensionis. Pono, quod vnus conductor locauit, quod potest facere, iuxta l nemo rem.C.loca & l.Mossis. §. Aemilius Prætolinus ff.de iure fisci, an res illius secundi conductoris sint domino obligatæ: vide casum singu.in l.si in lege. §.si colonus.ff loca.& quod ibi glo. & docto quem text. exclamat Pontanus in singu.326. Et competit hoc interdictum solum inquilino, non autem colono ut habetur in d.l.1.§.hoc interdictum ff.de migran. Et dato, quod haberet habitationem gratuitam, daretur utile interdictum, vt eod.§. Et eodem modo daretur utilis, si non essent res proprie inquilini, sed fortè sibi commodatæ, uel locatæ, vel apud eum depositæ, ut habetur in l fin. eod. titu. &c. Secundo, quod prætorium, est text in d.l.1.in priu. Tertio, in personam, ut reliqua Quarto, rei persecutorium. d.l.1. in princ. Quinto in simplum, ut ibidem. Sexto, stricti iuris. Septimo, perpetuum, & non temporale. d.l.1.§.fi. Octauo datur hæredibus, & in hæredes, ut est tex.in d.l.1.§.fi. Nono, nō infamat. Decimo, est directum: cum ex verbis, & mente, licet quandoq; vtile dicatur, ut prædixi: & habetur in d.l.1. §. interdictum. Vndecimo, quod singulare. Duodecimo, quod simplex, &c. Vltimo non contrarium.

IN FACTVM, DE SALVIAno interdicto.

¶ Hoc Interdictum competit locatori aduersus conductorem ad auocandam possessionem earum rerum, quas asportauit, quæ erant obligatæ ipsi locatori ratione pensionis. Et eodem modo competit creditori aduersus debitorem pro rebus sibi iure pignoris obligatis: iuxta ea, quę habentur in § item Seruiana. Institu.de actio.& istis casibus datur directum. Sed in casu, quo dictæ res essent alienatæ per conductores, vel debitores, tūc competit vtile interdictum Saluianum: de quo habetur in l.1.in princ.ff.de Saluia.interd.& l.1.C.eo tit.

Et, ut dicit etiam sanctus Blasius, est pinguius remediū huius interdicti quàm Seruianæ hypothecariæ: quæ sufficit in ipso, quod creditor probet illas res fuisse possessas, tanquam suas per debitorem tempore obligationis contractæ. Sed in hypothecaria oportet creditorem probare de dominio debitoris: ut habetur in d. l. 1. de Salui.interdic.& per omnes in d.§. item Seruiana. de quo ibi. Et in hoc reus condemnatur ad restituendam detentationem, uel possessionem rei obligatæ: ut habetur in l. si fundus. §.in uendicatione ff de pignor.&c. Et licet tex.in l. 1. C. de preca. & Saluia. interdic. dicat, quod Saluianum non detur contra tertium possessorem, debet intelligi de directo: quia utile potest dari: ut d.l.1.ff.eo. secundum gl.in d. l.1. C.eod. & in hoc differt à Seruiana, quæ contra tertiū datur. Et in alio etiam, quia Saluianum est inter possessoria, Seruiana inter petitoria. & alia etiam est differentia, de qua supra dixi. Secundo, quod prætorium, patet ex his, quæ habentur in l. fi. C. de condi.indeb. Tertio, quod in personam ut reliqua. Quarto, quod rei persecutorium, probatur in d.l. 1. in princ. Quinto, quod simplum, ibidem. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, perpetuum, cum rei persecutorium, d.l.honorarijs. Octauo, hæredibus, & in hæredes, tanquam in extraneos possidentes, datur, iuxta §.nō autem omnes. Insti.de perpet.& tempo. act. d.l.1.& inf. §.1.responso Nono, non infamat. Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, DE OPERE DEMOliendo, quod factum est, post noui operis nunciationem, ante remissionem nunciationis.

¶ Ante, quàm transeam ad terminos huius interdicti, putaui aliqua præmittenda fore. Primo quia in l.1.in princ. ff. de operis noui nuncia. dicitur hoc edicto, quod differant interdictū, & edictum. De quo tu posses de facili dubitare. Vide glo.in loco præallegato, in uer. edicto. & ibi Barto.in prima col. & Ros. in libellis suis, licet uarie loquantur: tamen communis conclusio post Barto. ibi, est quod edictum differat ab interdicto, ut genus, & species, ut edictum sit nomen generis: ut in §.constat.Inst.de iure natur. sed interdictum sit tanquam species ut alias dicitur in adoptione. Sed cognoscitur unum ab alio, quia interdictum dicitur quasi inter duos dictum: quandocunque erat quæstio inter duos, & prætor aliquid contra statuebat tunc dicebatur interdictum, iuxta §. sunt tamen. Inst.de interdict. & hoc quando sumus in libro de interdictis. sed quando sumus extra librum de interdic.i.extra quintum librum Digesti noui, tunc post Ros.dicit ibi Barto. quod quando loquitur præcisè præcipuè, est interdictum, quia ex uerbis apparet inter duos redditum: ut uero non esset contra duos redditum, sed prætor ex officio facit, tunc dicitur edictum, & per hoc sequitur quod titu. de ope noui nuncia.tractet de interdicto, non de edicto, quia inter duos redditur: & licet text.in princ.eod.titu dicet, hoc edicto: tamen in l.prætor in prin.& §.1.dicit, hoc interdicto: & concordantur, quod in uno loco Iurisconsultus utatur nomine generis, & in altero nomine speciei: & per hoc patet, quod hæc actio in factum de opere demoliendo, dicitur procedere ex interdicto, & dicitur in factum, iuxta § fi .Inst. de interdi.

Secundo, est sciendum, quod in hac materia sunt considerandi plures casus. Primus est, quod quando quis ædificat in solo alieno clam, tunc habet locum interdictum, Quod ui aut clam, uel etiam ui, & ædificium sit iam factum, Sed quando habet ædificari, tunc habet locum interdictum de ope. noui nunciatio. & sic datur ad futura opera. & erit secundus casus De quibus duobus uide tex. in l.1.§.1.de oper.no nunc. Tertius casus est, quando facta nunciatione noui operis, illa nunciatio remittitur: quia tunc renunciatione remissa, si prohibeat, bēt remedium

dium ex titu. de remissionibus ille, qui vellet ædificare. de quo in tit. de remis. & habet in l. si alius §. ait Iulianus. ff. quod vi, aut clam. De quo remedio dicetur in proximo interdicto. Idem est præstita satisdatione, quæ pro remissione habetur, vt dicta l. si alius. §. ait Iulianus, & ibi gl. Quartus casus est, quando post ope. noui nunciationis fit ædificatum ante remissionem nũciationis, quia datur hoc interdictum de opere demoliendo. Bene verum est, quod competit aliud remedium, scilicet interdictum, de operis noui nunciatione. Item & interdictũ quod vi, aut clam: vt est tex. in dicto. §. ait Iulianus. Et an sint superflua, vide gl. & docto. in dicta l. § primo. de ope. noui nuncia. Et quot modis possit agi in istis operibus, secundum varios casus, vide tex iuncta glos. in versic. interdictum. in l. prætor. § nõnulli. ff. de oper. noui nunciatione. Tene menti, quæ est quotidiana materia. Secundo, quod sit prætorium, sunt plures tex. ut supra alleg. Tertio, quod in personam, vt in reliquis. Quarto, est rei persecutorium, cum agitur, vt restituatur opus, quod est in iuribus præalleg. Quinto, in simplum, vt ibidem: licet etiam quo ad quid possit dici pœnale: quia suis expensis quis cogitur ædificium tollere: vt dicta l. penultima. §. fin. ibi glos. & docto. ff. de oper. noui nunciatione. Sexto, stricti iuris. Septimo, datur hæredibus vt l. prætor. §. hoc interdictũ. ff. de operis noui nunciatione. In hæredes non datur, nisi inquantum ad eos peruenit: quia tenetur hæres præstare patientiam destruendi operis d. l. penult. Octauo, est perpetuum. d. l. prætor. §. hoc interdicto. Nono, non infamat. Decimo. directum Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex. Et vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, VT LICEAT AEDIFICARE ei, cui est facta nunciatio noui operis, si satisdederit, vel satisdare paratus est.

¶Primò, hoc interdictum competit illi, cui postquam fuit facta nunciatio noui operis ipse fuit paratus satisdare, vel satisdedit de demoliendo opere casu quo appareret se iniustæ ædificasse. Et hoc etiam possumus dicere in casu, in quo est facta remissio: vt in præcedenti dixi. Vnde si præstita satisdatione, vel facta remissione, iste talis prohiberetur ædificare, posset se tueri ex hoc interdicto prohibitorio. Et de hoc habetur in l. prætor. § deinde ait. & § sequen. ff. de oper. noui nunciatione. Secundo, quod sit prætorium, prout in d. §. deinde. Tertio, in personam, vt cætera. Quarto, rei persecutorium, cum quis per ipsum prosequitur ius ædificandi. Quinto, potest dici simplum, ut dicto §. deinde Sexto, stricti iuris. Septimo, durat intra annũ ab inquietatione: vt habetur in dicta l. prætor. § fi. ff. eod. licet secus sit in præcedenti, vt dixi: & sic non est perpetuum. Octauo, datur hæredibus. dicto § fin in hæredes dicamus, quod nõ detur, nisi quatenus ad eos peruenit, vt in præcedenti: vel vt in quemlibet prohibentem. Nono, quod infamat. Decimo, quod directum. Vndecimo, quod singulare. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, LOCO INterdicti fraudatorij.

¶Hoc interdictum habet locum, quãdo tutor, vel curator delegauit creditori suo debitorem pupilli, vel adulti, singula singulis referendo, in fraudem pupilli, vel adulti, & creditor participat de tali fraude cum tutore, vel curatore: nã si debitor pupilli, vel adulti, soluant ipsi, ipso iure liberantur à debito. Sed pupillo, vel adulto succurritur primo cõtra creditorem participem fraudis, per hoc interdictum fraudatorium: vt est tex. in l. pupilli. in principio. qui est solus in iure. ff. de solu. Secundo, quando vellet pupillus recurrere contra tutorem habet actionem tutelæ. Tertio, cõtra debitorem potest recurrere, quando fuit etiam ipse in dolo prima actione: sed fuit in bona fide, per in integrum restitutionem, secundum Bart. in d. l. pupilli. in prima, secũda, & tertia quæstione. Et de hoc interdicto fraudatorio fit mentio in l. si postulante. in principio. ff. ad Trebel. licet ibi capiatur, pro interdicto de his, quæ in fraudem creditor. & vult Bart. contra gl. In d. l. pupilli. Et differt ab eo, de his, quæ in fraudem credit. quia illud datur quãdo quis alienat res proprias: hic alienatur res pupilli: & si alterius secundum Bar. in d. l. pupilli. de quibus ibi vide plenius. Secundo, quod sit prætorium, probatur ex eo, quia est interdictum, ut dicitur in iuribus præall. Sed interdicta erant formæ, & conceptiones uerborum. quibus prætor, aut aliquid iubebat fieri, aut prohibebat. si prætor, ergo non ius ciuile. Et ista habentur Inst. de interdic in prin Ita etiam innuitur per gl. in rubrica. ff. de interd. ubi dicitur, supra dixi qualiter agatur de iure ciuili: nunc qualiter de iure prætorio: & sic per interdicta: sed hoc est interdictum, ut supra est probatum. igitur, &c. Tertio, est in personam, ut reliqua. Quarto, rei persecutorium, ut probatur claré in l. pupilli. Quinto, est in simplum, ut ibidem probatur. Sexto, est stricti iuris dicto §. actionum. Septimo, perpetuum eam sit rei persecutorium. d. l. in honoratijs. Octauo, datur hæredibus. dicto §. non autem omnes. & dicta l. in honoratijs. In hæredes potest dici. quod detur in quãtum ad eos peruenerit: & in pluribus dictum est: & sic tanquam in possessores. Nono, non infamat, cum non repetatur. Decimo, directum. Vndecimo, singulare. Duodecimo, simplex, &c. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, LOCO INterdicti de locis, & itineribus publicis.

¶Et ante, quàm procedam ulterius, Ioan. in arbore non signat plura interdicta, quam supra scripta sint: sed tamen reperio, meo uidere, quædam alia: & sic in primis addo hoc interdictum de locis, & itinere pub. Et habet locũ quando quis in itinere publico aliquid fecisset, ob quod alius impediretur, & eius usus: & eodem modo in uia publica. Et de hoc est specialis rubr. ff. de loc. & iti. pub. puta, quod uia publica fuerit clausa: quia sit constructum monumentum, uel quid simile: ut habetur in l prima, secunda, & tertia, eodem titulo. Et sic habet locum, quando est impeditus in totum usus uiæ: & per hoc non est superfluum hoc interdictum ab alio, ne quid fiat immittaturve in uia publica, ut supra scripsi: quia illud habet locum, quando iter, uel uia redditur deterior: sed hoc procedit, quando ex toto impeditur usus uiæ. Ita uidetur probari in præalleg. iuribus, quæ allegaui in illo interdicto. Et per hoc addo illud interdictum ultra Ioan. & alios. Cogitabis. Et procedit non solum in uijs publicis, sed etiam in uicinalibus, ut dicta l. 3. Et quotuplex sit uia, uide tex in l. prima. § uiarũ. ff. ne quid in loco publico. Et tene menti ad statuta loquentia, quod in uijs publicis, quis non possit facere ponticellos: uel committens delictum in uia publica, puniatur actiori pœna: uel si princeps mitteret proclama, quod omnes uiæ publicæ in suo territorio sint liberæ, & quemlibet transeuntem promittit conseruare indemnem, quia intelligeretur statutũ de uijs priuatis, siue uicinalibus. Vide Barto. in d. l prima. de lo. & in pub. per. l. 3. eodem tit. Secundo, quod sit prætorium, probatur per ea, quæ adduxi supra in proximo interdicto. In alijs dic, ut fuit dictum in illo interdicto, ne quid in uia publica.

IN FACTVM, LOCO INTERDICTI DE uia publica, & de ædilibus curulibus.

¶Et de hoc non est facta mentio etiam in arbore, nec per scribentes. Et quando competit. & quomodo, uide text. nouum, quia fuit translatus Pisis, in l. ædiles. de uia publi. & ædil. cur. quæ lex est multum no. & quotidie de facto contingit. Et his duobus interdictis additis, reuertor ad arborem Ioannis, &c.

IN FACTVM, EX EDICTO de albo corrupto.

¶Et ante, quàm Ioannes in arbore ad hæc deueniat, ponit quandam rubricellam, quod præterita interdicta ferè omnia reperiuntur directa, & vtilia. Modo sequuntur actiones in factum ex quolibet prætoris edicto descendentes. De primo, scilicet de interdictis, an sint directa uel utilia, laté est dictum super quolibet. De secundo, scilicet de edictis, declarabitur super quolibet, &c. Sequitur, ut dixi, actio in factum ex edicto de albo corrupto, &cæt. Sic dicta rubrica, prout dicit, habet duas partes. Primo hoc edictum competit aduersus eum, qui corrupit, uel uitiauit, deleuit, uel deturpauit aliquam scripturam, uel edictum positum per prætorem, uel iudicem in aliquo loco eminenti, ut in muro de albato, uel in ualuis ecclesiarum, uel in palatio, ut hodie fit: quia cuilibet de populo, contra tamen corrumpentem datur actio in factum ex hoc edicto: ut habetur in l si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud. & in §. pœnales. Inst. de act. & facit mentionem glo. in rub. ff. de albo scri. Et quod modis accipiatur

tur

tur album.vide glo.in auth.qui semel.in versi. vocatur.C. quomodo & quando iu. & ibi Cyn. & Ioan.And.in addi. Spec.in addi.incip. & tam amplius.in tit. de vita.§. sequitur.Et qui incidit in hoc edictum, si non potest soluere pœnam,de quo dicam infra, luit in corpus. Et si plures sint corrumpentes,omnes tenentur in solidum nec vnius solutione liberatur alius:vt d.l.si quis id quod.& l. sequenti.& ibi vide. Et hæc actio ex hoc edicto est popularis.d.l. si quis id, quod in fi.princ.& ibi latè vide an,& quando procedat d l si quis id, quod.

Secundo,quod sit prætorium, vt patet in d.l.si quis id, quod §.serui,quorum.& l.si familia. & d.§. pœnales,&c. Tertio,est in personam,& non in rem. Primo probatur ex eo,quod ex delicto descendit,propter quod obligatur persona:ergo non est in rem:vt §.1.Insti de actio. & habetur in l.actionum genera ff.de actio.& obligatio. Itē ex alio, quia Imperator enumeratis actionibus in rem, postea enumerat,quæ sunt in personam: & subdit §.pœnales.ubi ponitur hæc actio. Quarto,est pœnæ persecutorium:vt supra in primo termino dixi,& subdam statim. Quinto, est in simplum,hoc est,in ipsam solam pœnam, quæ habet imponi,quæ est quingentorum aureorum. vt est tex. secundum communem literam in d.l. si quis id, quod licet secundum glo.ibi secundum aliam lecturam sit quinquaginta aureorum. quam opin.multi sunt secuti..vt Cyn. & Bal.vt refert hic S.Blasius.& sequitur ex eo,quod est minor pœna,& licet non alleget, facit l.interpretatione.& l. sanctio legū.ff.de pœnis,cum sim. Sed Bar.ibi similiter ita sit,quod sit pœna quingentorum ducatorum.Et idem sequitur Alex.& est communis litera. Et quod fiat minor interpretatio,est verum in dubijs:sed hic sumus in claro,cū communis litera ita dicat:igitur.argu.l. continuus.§ cum ita,de verbo.obligatio. Et quandoque etiam in dubijs,imo etiam in claris exacerbatur pœna.argu.l. aut facta.in fi.ff.de pœn.cum sim.Sexto,est stricti iuris. Septimo.non potest dici,quod sit perpetuum, cum non sit rei persecutorium argu l.in honorarijs de act.& oblig. Item ex alio, cū sit populare,vt dixi supra,non excedit annum,per l.fi ff de pop.act. Item cum contineat meram pœnam: vt l.1.§.fi. ff.si quis ius dicen.non obtemp.Octauo, potest dici,quod non detur hæredibus, nec in hæredes.per l pe.ff.eo.tit.popu.act.Nono,quod nō infamet. Decimo, directū. Vndecimo,singulare. Duodecimo,simplex,&c. Vltimo non contrarium.

IN FACTVM, SI QVIS iusdicenti non obtemperauit.

¶Primò hoc edictum est proditum aduersus illū, cui fuit factum aliquod præceptum à iudice ad instantiā alterius partis:quia si non obedit illi mandato,parti,ob cuius instantiam fuit edictum datum, ex hoc edicto datur actio in factum aduersus illum nolentem iudici obedire ad interesse expensarum,quæ fuerunt factæ in aduocatis,procuratoribus,&c.De hoc habetur in l 1.in §.fi.ff.si quis ius dic. non obtemp. cum simil.licet ille text.habeat plures lect. de quibus ibi vide. Secundo,quod sit prætorium,patet cū sit edictum,vt d.l.1.sed edicta sunt prætoria:vt Insti.de iu.natura.§. prætorum quoque. Tertio, quod in personam, dic vt in præcedenti. Quarto, est pœnæ persecutorium:vt patet,cum ad interesse detur,&c. vt d.§.fi. & hoc respectu rei, sed respectu actoris non, cum detur ad interesse. Ita etiam tenet Ioan.in glo.arboris. Quinto, quod in simplū: cum detur ad interesse expensarum, vt dixi. Sexto,quod stricti iuris,patet.Septimo,si tenemus,quod detur ad meram pœnam,tunc non potest dici perpetuum:ut d.§ fi.& in l.in honoratijs.de act.& oblig. Sed ex quo est rei persecutorium,& datur ad interesse,certè potest dici perpetuū, quia d.§.secundum lectu.magis communem, ut dicit etiā ibi Barto.in princip. loquitur de pœna applicanda parti ratione interesse: & isto casu sit perpetuum.Sed cum finis loquatur de mera pœna applicanda fisco: & tunc durat anno tantum,vt ibi habetur.Octauo, potest dici,quod detur hæredibus, retentis terminis,ut supra dixi,quod loquimur quando agitur ratione interesse: vt habetur in d.§.fi. In hæredes non datur,cum veniat ex delicto: vt dicit glo. in §.fi.Nisi dicamus,quod detur in quantum ex contumacia defuncti peruenit,&c.Nono, ꝙ non infamet.Decimo, ꝙ directū. Vndecimo,quod singulare. Duodecimo,quod simplex.Vltimo,non contrarium, &c.

IN FACTVM, SI QVIS temerè in ius vocauerit, quem non licuit.

¶ Primò,hæc actio in factum ex hoc edicto competit parentibus,aduersus liberos,qui parentes suos vocant in ius, non petita uenia à prętore,vel petita,& non obtenta:quia si fecerunt citari parentes, incidunt in hoc edictum,quod contra eos datur ad pœnam quinquaginta aureorum. Eodem modo procedit in libertis, qui non obtenta licentia patronos suos in ius vocarunt. De hoc habetur in toto titu.ff. & C.de in ius uoc & §.fi. Insti.de pœna teme.liti. & in §.pœnales.In Insti.de act. Et casu quo tales non essent soluendo,luant in corpus, iudicis arbitrio:vt habetur in l.fi ff.de in ius uoc & ista talis pœna non habet locum, nisi in personis contentis in edicto prætoris. Sed in alijs, qui indebitè facerent citari, qui non continentur in edicto, non procedit hæc pœna, sed per officium iudicis puniuntur:vt habetur per gl & Bar & omnes in d.l.fi.& per glo.in d.§ pœnales. Et de edicto habetur in l.4.§.prætor. ff.eodem Et de personis,quæ nō possunt uocari,uide in l. 2.,4 & 6.& in l.adoptiuus, & in l.si libertus cum similibus.ff eo.ti.Idem est in filio spirituali, qui fuit lauatus ex sacro fonte ab alio,secūdum Ang.in d.l.adoptiuus. Et idē in filio adoptiuo etiam extraneo, qui non transit in potestatem adoptantis:ut habetur in dicta l.adoptiuus. Idem in socero,& socru.per l.qui parentis ff.soluto matrimonio. Idem in uiro,& uxore. Idem in uasallo. Idem in defensore ciuitatis. Idem in ciuitate, ex qua quis est oriundus. Idem in prælato abbate. Idem in priuato conuentente fiscum. Idem in Papa,& Imperatore.Idem in doctore respectu scholarium, de quibus omnibus tangit sanctus Blasius hic. Vide tamen in eo,quod est dictum de filio adoptiuo,qui non transit in potestatem, quod non possit uocare in ius sine uenia patrem adoptiuum: licet ita communis sit opin.ut refert dom. Alexand.in dicta l. adoptiuum, quoniam contra hoc tenui disputando, ut ibi. uide in mea repeti.In l.i.de hæred.ab intesta.in §.sed ea omnia.ubi omnino uide, & clarius, &c. Et de his omnibus, quæ ponit hic sanctus Blasius, uide dominus Alexand. in l.ius uoc.& plenius in l.gene.aliter. ff. de in ius uocat. qui plenius loquitur,a [illegible] tempto,quia per hoc nō esset dare cog[illegible] terminorum, prout intendo, & non aliud,&[illegible] bene fateor, quod si uelis uidere illam conc[illegible] de filio adoptiuo, scio, quod tibi non displicebit: & si bene [illegible]eris repetitionem, quam feci in illo titulo de hæredita.ab intestato,dum legerem scholaris adhuc, publice in studio Paduæ, tu reperies si bene recolo,uiginti octo conclusiones disputatas in tam paruo opusculo,&c.

Secundo, quod sit prætorium hoc edictum, primo patet ex dictis in præcedenti.& est tex.in §.pœnales.Inst.de act in l.4.§.1.ff.de in ius uoc. in l.pen.eo.tit. Tertio, quod sit in personam, probo, ut dixi in illo, de albo corrupto. Quarto,quod sit pœnæ persecutorium,patet in d.l.pen. & d.§.fi.Inst.de pę teme.litig & d. §.pęnales. Quinto,quod in simplum,patet cum detur ad quinquaginta aureos,&c. Sexto,est stricti iuris. Septimo,datur intra annum,cum sit mere pœnale,dicta l.in honorarijs & d.l.1.si quis ius dice. in §.fi.& est tex.in terminis in d.l.pen. ff.de in ius uocan. Octauo.non datur hæredibus, nec in hæredes:ut est text. clarus in d. l.pe. & in hoc assimilatur actioni iniuriarum, ut habetur in §.non autem.Institu. de perp.& temp. act. & scias, quod licet actiones pœnales non dentur in hæredes,& hæredibus, tamen est verum, nisi defunctus litem fuerit contestatus,uel cum defuncto ut habetur in §.pœnales.Inst.eo tit.& late habetur in l.1.C.de deli.defun. & illuc me remitto,&c. Nono,non infamat. Decimo,directum.Vndecimo,singulare.Duodecimo simplex. Vltimo, non contrarium.

IN FACTVM, EX EDICTO, SI QVIS IN ius uocatus non ierit.

¶ Ante,quàm ulterius transeam. Primo est sciendum,ꝙ titulus si quis in ius uoc. non ierit. differt ab eo, si quis ius dic.non obtemp.de quo supra est dictum:& hoc,quia ille loquitur quando quis non obtemperat iudici quocunque modo: iste quando quis non obtemperat solum in non ueniendo:ut dicit Bar.in l.1.§.is uidetur.in 2.colum.

si quis

si quis ius dicen. licet gl. mag. ibi circa fi. ponat plures differentias, quas non refero. Secundo est sciendum, ꝙ sunt opin an pro hoc edicto sit bene positus circulus in arbore per Ioan. Et licet multi simpliciter sequantur Ioã. ut fuit Rofred. in libellis suis, & transeat etiam hic sanctus Blasius: tamen Bar. in l. ex quacunque, in 3. col. in ver. quarto extra gl. ff. si quis in ius voc. non ierit tenet quòd malè sit positus iste circulus, & quòd ista non sit actio competens alicui ex litigantibus, sed potiùs accusatio, cum ueniat pœna solum applicanda fisco, & non parti: prout etiam dicit gl. mag. in d. §. is videtur. Præterea est tradita theorica in l. j. ff. de cond. ex lege, quod quando verba diriguntur ad iudicem, tunc pœna venit non iure actionis, sed officio iudicis. Et propterea cùm in hoc edicto verba dirigantur ad iudicẽ, d. l. ex quacunque. igitur, &c. licet tex. in d. l. ex quacunque, §. fi. videatur innuere, quod cadat interesse actoris, &c. Breuiter nihil video, per quod respondeatur ad iura Bar. pro nunc: vnde teneo cum eo, quòd non sit dare hunc circulum, & per consequens hanc specialem actionem: sed potius est accusatio, in qua iudicis officio pœna veniat imponenda, &c. In alijs omnibus dic, ut est dictũ in edicto suprà, si quis ius dicen. non obtemp. Adde.

IN FACTVM, CONTRA EVM, QVI NON accepit coniunctam personam in fideiussorem pro principali coniuncta persona in iudicio.

¶Hæc actio competit aduersus eum, qui noluit recipere in fideiussorem de iudicio sisti, vel aliter coniunctam personam eius, à quo fideiussio expectatur, quod si ille nolẽs tales personas recipere, sciebat sanguinis coniunctionem, & recusat tales fideiussores, datur aduersus eũ hæc actio: & potest peti, ut condemnetur in quinquaginta ducatis. Et de hoc est text. in d. l. 2. in fi. ff. in ius voc. vt eant. Quæ autem sit ratio, uide gl. & Doct. ibi, & alia fuit potissima, quia est præsumendum, quòd necessarius non sinat illa queatum necessarium, iuxta l. 2. ff. de recep. & quæ sint tales personæ, uide in l. 1. & 2 ff. in ius voc. vt eant. Secundo, ꝙ ex edicto & sic pretoria sit, patet in l. j. ff. in ius voc. ut eant. & probatur per ea, quæ dixi in edict. si quis ius dicenti. Tertio, quod in personam, proba ut in eo. Quarto, pœna persecutoria, ut d. l. 2 § fin. Quinto, in simplum, ut ibi. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, non potest esse perpetua. cùm meram pœnam contineat, ut dixi in edicto, si quis ius dicen. Octauo, non datur hæredi, nec in hæredẽ, ut in eodem probaui. Nono, quod non infamat. Decimo, quòd directa. Vndecimo, quod simplex. Duodecimo, quòd singularis. Vltimo, non contraria, &c.

IN FACTVM, EX EDICTO, NE QVIS eum, qui in ius uocatus est, ui eximat.

¶Hæc actio competit aduersus eum, qui per violentiam exemit aliquem, qui erat citatus in iudicium, ne comparearet, propter quod alius uel ipsemet exemptus passus esset damnum, quia iuratur in litem à parte, quæ passa fuit tale damnum. Et de hoc est casus in l. fin. §. 1. ff. ne quis eum, qui in ius voc. Secundo, quod sit prætoria, est tex. in l. j in princ. eod. titu. Tertio, in personam, dic ut sup. dixi. Quarto, quod rei persecutoria, patet in d. §. 1. Quinto, qđ in simplum, ibidem. Sexto, quod stricti iuris. Septimo, datur hæredibus, si eorum intersit. In hæredes non, ut l. si per alium. §. fina. eod. tit. Octauo, durat anno, ut ibidem. Nono, quod non infamat. Decimo, quod directa. Vndecimo, quod singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contraria. Adde.

IN FACTVM, ADVERSVS EVM, QVI dolo malo fecit, quo minus se quis in iudicio sisteret.

¶Hæc actio habet locum aduersus illum, qui malitiosè & astutè aliqd machinatus est, quo minus aduersarius suus se sisteret in iudicio, propter quod incurrerit damnũ: quia damnum passo datur hæc actio ad illud damnum resarciendum. & sic ex parte eius, qui vsus est malitia, est pœnæ persecutoria: ex parte damnum passi, est rei persecutoria: de hac habetur in l. fin. in princ. ff. de eo, per quem factum erit. Et quod differat hæc à proxima præcedenti actione, uide glo. in d. rubr. de eo, per quem fac. erit. & in §. pœnales, Inst. de act.

Adde. Secundo, quòd sit prætoria, patet in l. j. in princ. ff. de eo, per quem fac. erit. Tertio, quod in personam, dic ut suprà. Quarto, quo ad actorem est rei persecutoria, ut probatur in l. 1 §. si plures, ff. eod. & in l. ex hoc edicto, in princ. eo. tit. Quinto, datur in simplum, ut ibidem probatur, cùm detur ad interesse. Sexto, est stricti iuris. Septimo datur hæredibus, ut l. 1. § fi. eo tit. In hæredes, non nisi dicamus quatenus ad eos peruenit, ne ex alterius dolo lucrentur, & alius damnum sentiat, iuxta d. l. ex hoc edicto, §. plana eod. titu. & dicta l. 1. §. fi. fin. Octauo, non est perpetua, sed durat anno, ut d. l. 1. §. fi. & c. Nono, non infamat. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contraria.

IN FACTVM, EX EDICTO de edendo, aduersus non edentem.

¶Hæc actio competit aduersus non edentem instrumenta, uel rationes, uel similes scripturas, quas edere tenebat, iuxta l. fin. & l. non est nouum. & l. seq. ff. de eden. & l. 1. ff. eod. quia si per talem editionem nõ factam, altera pars est damnum passa, resarcitur sibi per hanc actionem. Et de hac habetur in l. si quis ex argentarijs, §. ex hoc edicto in l. argentarius, §. cùm autem, ff. de eden. cum simil. Secundo, quod sit prætoria, probatur in l. prætor ait. ff. eod. tit. Tertio, quòd in personam, proba, ut in alijs. Quarto, respectu actoris est rei persecutoria: respectu rei, est pœnæ persecutoria, ut dixi in præcedenti. Quinto, in simplum, ut patet, cùm ad interesse agatur. Sexto, stricti iuris. Septimo, datur hæredi, ut habetur in l. fin. ff. eod. In hæredem non datur, nisi ex suo facto, ut d. l. fin. Octauo, est annalis, ut d. l. fin. vide etiam in l. si quis ex argentarijs, §. pen. & l. quædam, §. nihil, eod. titu. Nono, non infamat. Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contraria &c. Adde.

IN FACTVM, EX EDICTO DE calumniatoribus.

¶Hæc actio competit aduersus eum, qui ut calumniam committeret, uel non committeret in iudicio, ut alius uexaretur calumnijs, accepit pecuniam, tam in causa ciuili, quam in criminali: quia recipiens dictam pecuniam ab aduersario, cùm turpiter recepisse dicatur, ex quo gratis facere debuisset, iuxta tit. de iura. calum. & l. fin. in princ. de condi. ob turp. cau. unde talis recipiens tenetur reddere ei, à quo recipit intra annum quadruplum, & post annum simplum, ut habetur in l. 1. in prin. ff. de cal. Item si sit datum ab uno alteri, ut contra alium calefaceret, non habet qui dedit repetitionem, per hanc actionem: quia ipse turpiter dedit, sed is, qui passus est calumniam, vt habetur in l. generaliter. §. fin ff. eo. tit. & est gl. in §. quadrupli. in uer de pecunia. Inst. de act. & ibi bonus tex. Et non solum quis potest ciuiliter puniri, ut pœna applicetur parti, ut sup. sed etiam posset criminaliter puniri, ut habetur in l. fin. C. de calum. Et qualiter intelligatur de quadruplo, & simplo, dicam inf. Et competit non solum hæc actio, sed etiam condictio ob turpem causam. De quo uide in l. hæredem, §. sed prætor. ff. eo. tit. quantùm ad simplum una per aliam tollitur, ut ibi per Bar.

Secundo, quod sit prætoria, patet primo, quia uenit ex edicto, ut d. l. & generaliter. §. hoc edicto in l. si quis ab alio. §. fi. eo. tit. Quòd edicta sint prætoria, fuit dictum sup. in edicto, si quis ius dic non obtemp. &c. Tertio, in personam, ut dixi in alijs. Quarto, est pœnæ persecutoria intra annum, ut patet, cùm detur ad quadruplum: sed post annum est rei persecutoria, cum detur ad simplum. Sed an quadruplo insit simplũ, & sic rei persecutio? Dicas quòd sic: licet fuerit opi. quam disputat gl. in d. l. hæredem. § fi. in gl. mag. quàm approbat Bar. ff. eo. tit. dic ut ibi. Quinto, est in quadruplũ, ut patet aliter, & aliter, & ita in simplum. Sexto, stricti iuris. Septimo, in quadruplum est annalis. sed ad rei persecutionẽ est perpetua, ut patet. Et an & quando cedat, uide in l. annus, eo. tit. Octauo, non datur hæredi, nisi ad simplum, ut l. hæc actio. per ueram lec. ff. eo. Nono, potest dici, ꝙ efficiatur infamis arg. l. 3. §. lege Iulia ff. de test. ubi recipiens pecuniam ob testimonium dicendum, &c. & ita hic ob negotium faciendum. Bar. in l. 1. ff. de cal. pro hoc se remittit ad not in l. 1. ff. de his, qui not. inf. & ibi refert Cul. dicentem non bene probari hoc per l. & Bar. dicit esse verum & cùm non reperiatur, conclusio est, ꝙ non infamet, arg. l. interpretatione, de pœnis. & l. Arrianus, de actio. & obliga. &c. Decimo, quòd directa: quia ex uerbis, & mente. Vndecimo, quòd singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contraria.

IN FACTVM SVBSIDIARIA actionis de dolo, &c.

¶Hęc actio locum habet, quando quis aduersus alium dolum commisit, & eum decepit: quo casu intra biennium continuum, vt suprà dixi, est prodita actio de dolo, cùm solo biennio duret, ut fuit dictum in actione de dolo, quia postquàm illa expirauit, cùm non sit æquum, quod quis fiat locupletior cum alterius iactura, igitur loco illius datur hæc actio in factum contra illum, qui dolum commisit, quæ est subsidiaria actionis de dolo. Et de hac est tex. in l. j. § itaque ff. de dolo. facit tex. in l. non licet. in fi. ff. e. tit. & habetur in l. Sabinus. eo. tit. Et differt ab actione de dolo, ut supra, quia illa datur biennio, hæc perpetuo, ut in iuribus præallegatis. Item illa est famosa, ut d. l. non debet. hæc non. In alijs fundamentis dicendum est, ut fuit dictum in actione de dolo, cùm post biennium loco eius detur, & surrogatum soleat sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, iuxta l. si cum. § qui iniuriarum ff. si quis cautio. & l. si id, quod. de dona. &c. Et adde, quod sanctus Blasius hic addit unam actionem, quæ non reperitur in circulo aliquo arboris, videlicet actio in factum loco actionis de dolo in pluribus casibus, de quibus in dicta l. non debet. & l. seq. ff. de dolo. quia ob reuerentiam, & dignitatem personarum, ut ibidem, &c. Vide igitur de hac in d. l. non debet. & l. seq. & pro libello qualiter concipiatur, & de omnibus, &c.

IN FACTVM, QVAE DATVR, propter alienationem iudicij mutandi causa factam.

¶Hæc actio habet locum contra eum, qui dum timeret conueniri super aliqua re in iudicio ab alio, ut daret illi potentiorem, vel duriorem aduersarium, illam rem illi potentiori alienauit, quia isto casu contra eum est prodita hæc actio in factum quanti interest istius non fuisse alteri rem illam alienatam, & datum sibi alium aduersariũ. Et de hac est tex. in l. j. de aliena. iud. mutan. cau. fa. Et, vt dicit sanctus Blasius hic, & bene, habet locum hæc actio, quãdo fit alienatio ante litem motam, secus si post, quia tunc habet locum tit. de litig. ut habetur in toto tit. ff. & C. de litig. Secundo, quod sit prætoria, patet in d. l. j. in prin. ibi, proconsul. ff. de alie. iud. quia exponitur proconsul, id est, prætor, vt ibi, & l. j. j. responso. ff. quod eum eo. Tertio, quod in personam, patet ex prædictis. Quarto, est rei persecutoria, cùm detur ad interesse, ut d. l. j. & d. l. non solum. § fin. & l. quia pertinet. de aliena. iudi. Quinto, est in simplum, ut iuribus proximè allegatis. Sexto est stricti iuris, ut patet in d. §. actionum. Septimo, est annalis, & non perpetua, ut l. uel potest ff. eod. titu. Octauo, datur hæredi, cùm rei persecutionem contineat. In hæredem uerò non datur, uel similes, cùm uideatur ex delicto dari. De hoc est tex. in d. l. non solum. §. fina & l. quia pertinet. eod. tit. Nono, non infamat, per fundamentum, de quo suprà Decimo, est directa, cùm ex verbis, & mente veniat. Bene uerum est, quod quandoque est utilis, ut in casu l. nam & si. §. si tutor. ff. eo. Vndecimo, singularis Duodecimo, simplex, &c.

IN FACTVM, IN SIMPLVM ADVERSVS nautas, caupones, stabularios.

¶Primo hæc actio habet locum aduersus nautas, uel caupones, vel stabularios, quando aliquid receperunt, ut esset in tuto, & saluo, quia nisi restituat, agitur contra eos hac actione, de qua est tex. l. j. in prin. ff. nau. caup. stabu. Et de hac, & sequenti nullam facit mentionem sanctus Blasius hic in cellulis suis, sed ipsas posuit post actionem furti aduersus nau. caupo. stabu. & ibi dixi me dicturum hic de istis duabus. Et non solum tenetur nauta, caupo, vel stabularius, quando ipsimet receperunt res in naui, caupona, uel stabulo, singula singulis referendo, sed etiam si dictæ res fuerunt immissæ ipsis scientibus, & patientibus à uectoribus, uel similibus, ut est tex. in d l. j. § fin ff eod. titu. Et in quo differat à sequenti, dicetur in ea, &c. Secundo, quod sit prætoria, est tex. in d. l. j in prin. ff eod. Tercio, quod in personam, proba, ut in alijs suprà dixi. Quarto, quod sit rei persecutoria, patet in d. l. j. in prin & §. fi. & l. & ita. §. hæc autem. eo. tit. Quinto, quòd in simplum, probatur in iuribus præallegatis. Sexto, quòd stricti iuris, patet. Septimo, est perpetua, cùm rei persecutionem contineat et ut dixi & est tex. in d. l. & ita § hæc autem actio. ff. eod. Octauo, datur hæredibus, cùm sit persecutoria, ut d. l. in honorarijs. de act. & obli. & etiam, quia in hæredes datur, ut est tex in d. l. & ita. § hæc autem actio. ff eo. Nec obstat tex. in l. fi. §. hæc iudicia. uer. in hæredem. quia ibi loquitur tex. de ea quæ datur in duplum, de quo infrà in proxima dicetur. de quo uide glo. ibi in uer hæc iudicia. Nono, non infamat. Decimo est directa, licet reperiatur utilis, ut habetur in l. licet. § primo. ver. non putat ff. eo. Vndecimo, est singularis. Duodecimo, est simplex, &c Vltimo non contraria.

IN FACTVM, IN DVPLVM aduersus nautas, caupones, stabularios.

¶Primo hæc habet locum contra dominum nauis, cauponæ, vel stabuli, pro damno dato in rebus personæ hospitatæ, &c qualitercunque per famulos domini. Et in hoc differunt istæ actiones, quia illa quæ dicitur, furti aduersus nautas. procedit, quando dictæ res hospitum sunt furatæ per famulum domini quocunque modo, in factum in simplum: de quo suprà proximè: procedit quando est datum damnum per viatores. Ista de qua nunc loquimur, procedit quando damnum est datum per famulum domini qualitercunque. Et dicitur descendere ex quasi delicto, cùm domini tales utantur opera malorum hominum Et de hoc est tex. no. in §. item exercitor nauis Instit. de obli. quæ ex quasi delic. nasc. & in l fin. §. hoc autem. ff nau. cau. Secundo, quòd sit prętoria, patet in d. l. fi. hæc autem iudicia. dum dicit, quod sit honoraria, & per consequens prætoria, iuxta. §. prætorum quoque. Insti. de iu. natur &c. Tertio, quod in personam, patet ut supra. Quarto, rei & pœnæ persecutoria, ut d. l. fin §. hæc actio. Quinto, in duplum est, ut eo. tex. Sexto, quòd stricti iuris, patet. Septimo potest dici quòd perpetua, per tex. in d l. fi. §. hæc iudicia. & pater, cum detur hæredi, ut dicam Octauo, datur hæredibus, non in hæredes, per tex in §. si In stitu. de ogliga. quæ ex delic. nascun. Nono, non infamat. Decimo, quod directa. Vndecimo, quod singularis Duodecimo, quòd simplex. Vltimo, non contraria.

IN FACTVM, DE DEIECTIS & effusis.

¶Hæc actio. habet locum contra habitatorem alicuius domus, ex qua fuit aliquid deiectum, uel effusum in personam alicuius, & si damnum datum est uel in corpore, uel in uestimentis, & similibus: quia per hanc actionem dominus talis domus condemnatur in duplum dicto damnum passo: dico scilicet de eo, qui inhabitat, qui posset esse non dominus, ut d. l. j. § hæc in factum. dic ut ibi, de quo habetur in l. j. & per totum. ff. de his, qui deiec. uel effu. & in §. de eo uerò. Institu. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun. Et eodem modo procedit in casu, quando per illud, quod deiectum est, seruus alicuius est occisus: si autem occideretur homo liber, tunc pœna est quinquaginta ducatorum, & hoc quia homo liber non recipit æstimationem, iuxta l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. l. statuliber § illud. ff. de statulibe. De hoc est text. in d. l. j. § 1. & Inst. de oblig quæ ex quasi deli. § ob hominem. & § sed cùm liber homo. Quando verò homo liber per hoc esset vulneratus, tunc datur ad interesse, expensis computatis, & medelarum, & medicorum, &c. De quo in d. §. ob hominem. & habetur etiam in l. fi. ff. de his, qui deiec. Et dato casu, quòd seruus alterius aliquid deiecerit, uel effuderit: tunc si ignorante domino factum fuit, potest dominus uel seruum dare pro noxa, uel æstimationem damni soluere, ut habetur in d. l. j. §. si seruus Et per hoc in nuitur, quòd si domino sciente id fecisset, quod dominus teneatur insolidum, &c. Et hoc edictum fuit propositum, quia interest Reipublicę ut ea loca, per quę vulgò iter fit, sint secura, & sine metu, & periculo. Nec refert an sit locus publicus, & sic strata publica, uel priuata: dummodo, vulgò per eam iter fiat, ut d. l. j. §. summa. Et si aliqua uia sit, per quam iter non fiebat vulgò, tunc ex deiecto. quia non tenetur, ut ff eo. §. versi. cæterum.

Et secundum Barto. in dicta l. j per hoc fuit decisa quęstio inter Florentinos. & Vbaldinos, quòd promittentes tenere stratam securam, non teneantur, si quis fuit derobatus in strata, per quam vulgò iter non fiebat, &c. Et quòd hæc dicatur in factum, est tex. in d. l. j §. hæc in factum. eodem titu.

Adde, quòd procederet, etiam si de naui esset deiectũ aliquid, quia datur utilis actio in eum, qui naui est præpositus, ut l. penultima. § si de naui. ff. de his, qui deiec. vel effu. Secũdo, quòd sit prætoria, est tex. in d. l. j in principio. Tertio, quòd in personam, patet ut in alijs. Quarto,

potest

potest considerari, quòd possit esse mista vno respectu, q̃a rem, in qua damnum datum est, persequimur, & pœnam. Et etiam potest dici, quod tantum sit pœnæ persecutoria, cùm homo liber interficitur, vt in iuribus præallegat. in primo termino, & d.l.fi. Quinto, datur in duplum, vt s̃ dixi. quod procedit aliter. & aliter per alios casus: quia in casu, quando homo liber ex hoc non occiditur, & in hoc duplo inest rei persecutio, quia in dubio pœnæ sunt molliẽdæ, & arg l interpretatione. de pœn. vide ad hoc. Sexto, est stricti iuris. Septimo, est perpetua, vt est tex. in l. si vero. §. hæc autem. ff de his, qui deiece. quod intellige, vt statim dicam. Octauo, datur hæredibus, vt eo. §. In hæredes verò non datur, vt ibidem. Et aduerte, quia hoc procedit in casu, quando est aliquid deiectum, vel effusum, per quod est datum damnum homini libero, puta quia occisus: tunc hæc actio non est perpetua: nec datur hæredibus, nec in heredes, sed est popularis actio, & annalis: & potissimè datur ei, qui est ipsi mortuo affinitate, vel cognatione coniũctus. In casu autem, quando non fuit interfectus homo liber, sed ei damnum datum est, tunc ipsi volenti agere datur perpetuo: alijs autem volentibus agere durat anno. & ita intelligas terminos. Et de hoc est tex. clarus in d.l. si vero. § quæ autem. usque ad §. prætor ait. ff. eo. tit. &c. Nono, non infamat Decimo, directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimo non contraria.

IN FACTVM, QVAE DATVR INHABITANTI ADVERSUS DEIECTOREM.

¶Hæc actio habet locum in casu, quo ex domo alicuius est aliquid deiectum, non per dominum domus ibi inhabitantem, vel conductorem, &c. sed per alium, qui sit etiã in domo, non seruum: quia cùm conueniatur dominus ab eo, qui damnum est passus, æquum est, vt ipse habeat regressum contra eum, qui deiecit ex eius cœnaculo: puta quod esset hospes, vel alius. Et de hac l. tex. in l. si verò plures § cum autẽ. & ibi uide. ff. de his, qui deiec. uel effu. Et in alijs fundamentis dicas, ut in superiori. cùm eius exemplo sit inuenta, secundum gl. j. in d. §. cùm autem. & in tantum iste teneatur, in quantum dominus. Et dato casu, quòd dominus inhabitet, & locet alij, & ille cõductor deijciat, tenetur etiam dominus damnum passo, & ipse habet regressum contra talem conductorem, qui deiecit, non solum per hanc actionem, sed etiam ex actione locati Et ita in hoc casu intelligo tex. in d. §. cum autẽ. uer. planè. Et hoc modo potest concordari ille uer planè. cum. §. hæc in factum. in l. j. eo. tit. ubi dicitur, quòd non datur in dominum ædium actio, sed in eum, qui inhabitat, cùm offenderet eum in d. §. cum autem. uer. planè. præsupponatur pro firmo, quod detur in dominum ædium, & ipse cõtra deiectorẽ habet regressum ex hac actione, & ex actione locati, quia intelligo quòd dominus inhabitabat nõ solùm, quando alteri, qui deiecit, domum non locasset, sed etiam inhabitabat dominus, quando locauit eidem deiectori: & ita ego intelligo illos duos tex. qui uidẽtur multũ contrarij prima facie, licet nullus opponat. Cogitabis, &c.

IN FACTVM, QVAE DATVR PRO eo, quod ita positum est, ut si caderet, damnum daret, &c.

¶Hæc actio procedit in casu, quãdo quidam in domo, uel quouis ædificio in subgrunda. puta, uel pro tecto, uel ad fenestram, & in similibus locis uult habere aliquid appensũ, quod si caderet, posset nocere transeuntibus: quia caderet in stratam publicam, uel per alium locum quo uulgò iter fit: quia per hanc actionem per quemlibet de populo põt conueniri, ut illud remoueat, & puniatur in pœnam decẽ ducatorum. De hac est tex. in l. si uerò plures. §. prætor ait. el 1. ff. de his, qui deie. uel. effu. & in §. cui similis. Instit. de obli. quæ ex quasi delic. Et procedit siue dominus inhabitet, uel non, idem in alijs inquilinis, & similibus dummodo habeant appensum ad locum, quo uulgò iter fit, ut d.l. si uerò § ait prætor. eo. tit. Et idem esset, si esset locus, ubi homines starent ad sedendum ad Solem: quia ibi essent sedilia uel similis locus, in quo cõsisteretur, ut est tex. in d.l. si uerò. § ait prætor. in fine. & l. j. in prin. eod. tit. ibi dum dicit, uel in quo consisteretur.

¶ Hæc actio competit aduersus eum qui accepit aliquam rem à domino , vt ipsam venderet pretio ex conuentione statuto,& dictam rem æstimatam recepit tali æstimatione,qua posset emptorem facere. Vnde si talis recipiens talem rem,ipsam nollet restituere, vel habere pro se ita æstimatam,& ad rem restituendam , vel ad pretium per hanc actionem cogi potest:nec habet locum ex vendito pp æstimationem rei : nec etiam ex locato,quasi uideretur locasse operas ad eam rem vendendam, nec etiam mandati.De quibus omnibus uide tex.in l j. ff. de æsti. actio. per totam l.habetur in §.actionum,Insti.de actio.& in l.si gratuitam,§.si margaritas,ff.de præscript.verb.cum simil. Secundo,quod sit ciuilis,probatur in d.l.j ibi ciuile negotiū. Tertio,quod in personam,probat cùm ex cōtractu veniat, vt d.l. 1.§.sequens.& ver.ceterum,Insti de actio.Quarto,qđ rei persecutoria,& eodem modo quod in simplum,probatur in d.l.1.in fine,de æsti.actio. Sexto,quòd bonæ fidei, probatur in d.l.vnica,& d §.actionum. Septimo,perpetua est,cùm sit personalis:vt sup.in pluribus est dictum Octauo,quod hæredibus detur, & in hæredes , probatur: quia persecutoria & ex contractu,vt d.l.ex contractu & d. l. in honoratijs,de actionib.& obligationi.& d §. non autem, Instit.de perpet.& tempo.act. Nono,non infamat Decimo,directa,licet sit quandoque vtilis:vt d. l. 1. ff. de æsti. act. Nec est contraria.Vndecimo,est singularis . Duodecimo,simplex.Vltimo,non contraria,vt patet.

PRAESCRIPTIS VERBIS ex permutatione.

¶ Hæc actio competit, vbi quis cum alio conuenit de permutanda aliqua re,& rem dedit:& sic contractum ex parte sua compleuit,sed ille alius recusat, vnde subuenitur illi qui rem dedit,per hanc actionem,ut ille alius seruet contractum,& sic det rem,quam promisit,uel saltem rem sibi datam restituat.de hac uide in l.1.§ fi. ff. de rerum permuta.& uide in d §.actionum.& uide in glo not. & uide in l.ex placito.ff. de rerū permuta. Et in quo differat hæc ab actione præscriptis uerbis , quæ datur pro contractu, do vt des,S.Blasius refert hic,& bene Bar.in d.l.j.ff.de rerum permutat.& ibi vide.Et uide scribentes in d. §.actio. post glo.ibi.Secundo,quod sit ciuilis,vide text. in l.rebus, C.de rerum permut.cum similibus.Tertio,quod in personam,dic vt in superioribus. Quarto,quod rei persecutoria. Item & Quinto,quod in simplum,probatur ex supra scriptis:nam cum ad interesse detur,vt d. l. rebus,uel ad rem tradendam,vel rem datam recuperandam,vt etiam probatur in l cum precibus,C.de rerum permutat.Sexto,qđ sit bonæ fidei,probatur in d.§.actionum. & in l.permutationem,C.de rerum permuta. Septimo,est perpetua.cùm sit personalis. Octauo,quod detur hæredibus,& in hæredes,patet,cùm sit rei persecutoria, & ex contractu : vt in pluribus dictum est.Nono,quod non infamet . Decimo, quod directa,probatur in d.l. rebus . Vndecimo,singularis.Duodecimo,simplex.Vltimo,non contraria.

PRAESCRIPTIS VERBIS, QVAE IN multis casibus admittitur.

¶ Hæc actio præscriptis uerbis , quæ aliàs dicitur in factū, competit in multis casibus,quos enumerare,esset potius laboriosum,quàm subtile.Nam primo competit,& datur loco cuiuslibet interdicti, ut suprà in omnibus interdictis uidimus:vt est textus in fine,& ibi glossa magna in proposito. Insti. de interdic. Item datur ex omnibus pactis nudis incontinenti appositis iuxta contractum : ut habetur in l.petens,in l.bonæ fidei.C.de pactis,in l.2 C de pactis inter emptorem.& l.iurisgentium.§. quinimmo si de pactis,cum similib.Et quare sic appellatur,uide glo solennē in rubri.ff de præscript.uerb & uide aliam glossam in materia magistram,in l.quoties.eo tit. Item competit ubicūque æquitas suadet actionem dari,iuxta l.sancimus.C.de sacrosan.eccle. cum similib. Et in alijs fundamentis opus est eam baptizari secundum naturam rei, pro qua datur, ut potest colligi ex his , quæ diximus in materia interdictorum:ut sic surrogatum sapiat naturam eius,in cuius locum surrogatur.iuxta l si eum §.qui iniuriarum ff.si quis cau.cum sim.uide in hoc Doctores.

IN FACTVM EX RE IVDICATA, quæ etiam dicitur iudicati.

¶ Hæc actio datur illi, qui habuit sententiam pro se in iudicio contra reum cōdemnatum,ut ipse soluat id,in quo per sententiam fuit condemnatus . Et licet multi appellent eam in factum,per l.actori. C. de rebus cred. & iureiuran.& hoc tenet glos. in omnibus partibus iuris ciuilis: ut in dicta l. actori. & l. miles, §. primo. & l. in iudicati. ff de re iudicata.Item tenet glos in clem.fin. de appellat. idem Bart.in d l.miles.Sed in contrarium tenet Barto. in l.nam & posteà.§ fin. ff de iniur. scilicet,quod dicatur actio iudicati non in factum.& ad l. actori. est in factum propter augmentum.& hoc puto de iure uerius,ut probatur in multis iuribus,in l.4.& d.l.miles. §. qui iudicati.& §.fin.& d.l.in iudicati ff.de re iud.ubi omnes tex.habent actionem iudicati, non autem in factum . Et hanc opin. alias sequebatur legendo d.l.miles. Do. Petrus Paulus de Rayneriis de Perusio.

Et quibus modis fiat & possit peti executio sententiæ, uide Bart in l.intra dies ff.de re iudic & Ang. in repet.l j. C.de iud.quē etiam allegat sanctus Blasius hic.Secundo, quod sit ciuilis , probatur in actione cōmuni diuidundo. Et eodem modo , quod in personam,& rei persecutoria, & in simplum.& uide in l.miles § finali. Sexto,quod sit

licet

stricti iuris, proba ex d. §. actionum. Septimo, quod perpetua, est tex. d. l. miles. §. fi. Octauo, quod hęredibus, & in hæredes probatur ibidem. Nono, quod non infamet. Decimo, directa: licet uideatur utilis per tex. l. 1. ff. de re iudicata. quod tamen intelligas, ut ibi. Vndecimo, singularis, nisi ad uniuersitatem detur, iuxta tit. C. de hære. uel act. vend. Duodecimo, simplex, &c. Vltimo, non contraria.

EX STIPVLATV PRO DOTE.

¶Hoc actio est reciproca, viro s. & vxori. Viro quando ipse non recepisset dotem sibi promissam. uel à muliere, uel patre, vel alio: quia per hanc actionem potest ipsam petere. Vxori patri, vel alij competit, quando esset solutum matrimonium morte viri, uel quouis casu, uel etiam constãte matrimonio marito uergente ad inopiam, uel in simili casu, ad repetendam s. dotem marito datam. De hac latè per omnes in l. a. & l. si constante. ff. soluto matrim. in l. in rebus. & in l. ubi adhuc. C. de iu. e do. in l. vnica. C. de rei uxo. actio. in d. §. actionum Insti. de actio. siue in §. fuerat. Et sic pro dote recipienda, uel repetenda, datur actio ex stipulatu, intantum quod etiam si stipulatio non interuenisset, cum ius eam præsumat præsumptione iuris, & de iure, nihilominus hæc actio competit. de quo in d. l. vnica. in prin. C. de rei uxoria actio. Et hoc est unum speciale in dote. de pluribus alijs priuilegijs, S. Blasius se remittit ad tractatum suum, quem de dotis priuilegijs edidisse dicit uide latè per Docto. in l. 1. ff. soluto matrimo. post Barto. ibi maximè per dominum meum Petrum Paulum de Raynerijs, ibi, qui cumulat centum decem & octo priuilegia & uide ad dotes tractatum aureum conditum per dominum meum dominum Bal. de Bartolinis de Perusio nostræ Academię principem. Secundo quod sit ciuilis, probatur in d. l. vnica. in princ. C. de rei uxo. actio. cum introducatur à lege ciuili, etiam si non interecesserit stipulatio, ut dixi. Et actio ex stipulatu est ciuilis, ut in §. præterea. Insti. de actio. Tertio, quod in personam, & rei persecutoria, & in simplum, patet cum ex contractu, & dote prosequatur, & non plus. Sexto quod sit bonæ fidei, patet in d. §. actionum. siue in §. fuerat. & d. l. vnica, cum similibus. Septimò perpetua, cum personalis: ut in multis dixi. Octauo, quod hæredibus detur, probatur in d. l. vnica. §. & hoc. cum simil. In hæredes: ut l. rei iudicatæ. §. 1. & l. etiam. in prin. ff. soluto matrimonio. Nono, non infamat. Decimò directa: licet utilis reperiatur quandoque: vt l. Caius post medium. ff. soluto matrimonio. Vndecimò singularis. Duodecimò simplex. Vltimo, non contraria. &c.

AQVAE PLVVIAE ARCENDAE.

¶Hæc actio competit aduersus eum, qui uolens construere in suo prædio aliquod ædificium, impediuit cursum aquæ pluuialis. quæ exinde fluere solebat, uel etiam fossã, in qua aqua recipiebatur, restagnare permisit, intantum quod est nocitum prædio alterius vicini, uel cuiuslibet: quia per hanc actionem talis constituens compellitur opus destruere, vel emendare, vt aqua uicino non noceat, & ex pensis suis, s. aquam ad solitum cursum reducat: & hoc, quando quis manu sua construxit ædificium. Si vero alius id fecisset, tunc dominus prædij cogitur præstare patientiam demoliendi, &c. Hæc omnia sunt clara, & habentur in l. 2 §. 1. & §. in summa. & l. in summa. l. 1. & l. si tertius. §. fi. ff. de aqua plu. arcen.

Et est aduertendum, quod ita demum procedit hæc actio, si aqua noceat prædio. Nam si noceret alicui ædificio, tunc non habet locum hæc actio. Iste est tex. no., quem semper tene menti in materia in d. l. 1. §. item sciendum, el 2. de aqua plu. arcen. Et quæ aqua debeat esse, ut actio locum habeat, uide in d. l. 1. §. in summa, &c. Secundo, quod sit ciuilis, proba vt est dictum in actione communi diuidundo. Tertiò est in personam ut d. l. si tertius. §. aquæ. Quartò est rei persecutoria: & eodem modo in simplum, cum & operis destructionem prosequatur, & reparationem in cursus antiqui ipsius aquæ, & damnum contingens simpliciter, vt dixi per dictam l. in prin. & l. quanquam, in fi. prin. eo. tit. Sexto est stricti iuris: ut d. §. actionum. Septimo est perpetua, quia personalis. Octauo, hæredibus datur, cum sit persecutoria: ut in pluribus est dictum. Et eodem modo potest dici, quod sit in hæredes, per §. non autem. Instit. de perpe. & tempo. actio. Nono, quod non infamet, patet, dum non reperitur. Decimò directa: licet aliquando reperiatur, utilis, vt l. in summa §. Item Varus & §. si vsus fructus, in fine in principij. eo. tit. Vndecimo quod singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimo non contraria.

DE PASTV PECORIS.

¶Hęc actio est aduertenda, quod consideratur dupliciter. vno modo, quando animalia alicuius ab eo depasta sunt in fundo alieno, frumentum, hordeum, & simil. vel in quos cunq; fructus damnum dederunt nam dominus animalium tenetur vtili actione de pastu pecorum ad interesse damnum passo. Alio modo consideratur in factum de pastu pecoris, quando s. fructus alterius cadunt in fundu vicini, qui immisit sua animalia ad pascendum illos fructus. De ambobus est textus vnicus in iure in l. qui seruandarum. §. fi. ff. de præscriptis uerbis vide glo. in l. fi. C. ad l. Aquil. Et secundum sanctum Blasium hic, & bene, hæc procedunt, quando animalia à domino immissa vt sup. non aliter dolo malo depasta sunt: quia daretur tunc ad exhibendum actio, vt habetur in l. Iulia. §. glans. ff. ad exhibendum. licet contra hoc uideatur facere textus. in d. l. fi. C. ad leg. Aquil. ibi, iniuria. iuncto intellectu glo. ibi, quę vult quod habeat locum de pastu pecoris, &c. Secundo quod ciuilis, patet dum venit ex lege duodecim tabularum. d. l. qui seruandarum. §. fi. non dico de ea, quæ est in factum. Tertio est in personam, cum veniat ex quasi delicto. vt patet. Quarto, est rei persecutoria, & in simplum, cum ad fructus, uel ad interesse detur, vt dixi sup. Sextò, quòd stricti iuris, patet in d. §. actionũ. Septimo perpetua, cum sit personalis. Octauo quòd hæredibus, cum sit persecutoria. §. non autem. Inst. de perpe. & temp. actio. & in l. in honorarijs. pluries allegata. Nono non infamat. Decimo directa licet glo. d. l. fi. dicat vtilem. Vndecimo, quòd sit singularis. Duodecimo simplex, &c. Vltimo non contraria.

ACTIO EX TESTAMENTO.

¶Hæc actio competit legatarijs, vel fideicommissarijs aduersus hæredes institutos, qui adiuerunt hæreditatem, vt præstent legata, vel fideicommissa à testatore relicta. De hac habetur in l. 1. & 2 C. communia de lega. in §. hæres quoque. Inst. de obli. quæ ex quasi contra. & in §. 1. Insti. de leg. cum simili. Et dicitur nasci ex quasi contractu. d. §. hæres quoque. & l. ex maleficio. §. hæredes quoque. ff. de act. & obli. Et de hac vide plenè in dictis iurib. cum simili. Secundo, quod sit ciuilis, probatur in l. creditori §. 1. ff. de leg. 1. cum simili. Tertio quod in personam, probatur in d. l. neque. C. qui. non ob. longi tempor. præscrip. Quarto, quod rei persecutoria, & in simplum: cum persequatur tantum rem legatam, iurib. præalleg.

In casu tamen est pœnæ, & rei persecutoria, & in duplum, vt habetur in §. item mista. & §. in duplum. versic. item ex legato. §. fi. Insti. de oblig. quæ ex quasi contractu. Sexto quod stricti iuris, patet in d. §. actionum. licet quãtum ad usuram, & moram committendam, imitetur hęc naturam earum quæ sunt bonæ fidei, vt est casus no. in l. minorum. in fi. C. in quibus cau. in integrum restitutio. non est ne. Quod tene menti: quia posset tibi facere honorem. Septimo est perpetua, cum sit personalis. dicta l. neque iuncta l. pen. de constitu pecu. cum simili. Octauo datur hæredibus, & in hæredes, per fundamenta tradita, §. non autem. Instit. de perpe & tempo actio. & d. l. in honorarijs. Nono, qđ non infamet. Decimo, qđ directa. Vndecimo, quod singularis. Duodecimo, simplex. Vltimo contraria &c.

EX STIPVLATIONE, QVAE EX VERBORUM obligatione nascitur.

¶ Hæc actio est clara, & manifesta, quæ datur illi, qui stipulatus fuit sibi aliquid dari, uel fieri ab alio, ut illud scilicet adimpleat: & datur, quando non est omnino certitudo de re, quæ est promissa per stipulationem: quia si esset certitudo, daretur certi condictio. De hac vide Insti. de verborum obligation. in principio. & l. vbi autem non apparet. in principio. ff. eodem l. si quis certum si certum petatur. ut etiam dicit sanctus Blasius hic, & bene. vide in dictis iuribus, &c. Secundo, quod sit ciuilis, est textus in dicto §. de pecunia. Tertio, quod in personam, patet, cum ex contractu. dicto §. sequens. uersic. earum. Institu. de act. Et per hoc probatur etiam, quod sit rei persecutoria, & in simplum,

simplum. Sexto, quod stricti iuris patet. Septimo, quod perpetua, patet, cum sit personalis. Octauo, quod hæredibus, & in hæredes, pater, cum veniat ex contractu, per l. ex contractu. de action. & obliga. Nono, quod non infamet. Decimo directa. Vndecimo singularis. Duodecimo simplex. Vltimo contraria, &c.

FVRTI NEC MANIFESTI.

¶ Hæc actio competit aduersus eum, qui furatus est clam rem aliquam alicui, & eam absque deprehensione ad locum destinatum pertulit, & sic commisit furtum non manifestum, vnde contra ipsum potest hac actione agi ad duplum, de qua habetur latè Institu. de obligationib. quæ ex delic. nascun. cum multis sequen. De actione furti manifesti dixi supra inter prætorias: & ibi vide etiam. Et non solum posset agi contra dictum furem ciuiliter, &c. sed etiã criminaliter: & sic pœna veniet fisco applicanda, iuxta no. in l. agraria. de term. mo. Vide in l. fi. ff. de fur. in l. fi. de priua. delic. cum simili de hac vide latè in præallegatis, &c. Secundo quod ciuilis, patet cum ex l. veniat. Institu. de noxa. in principio. Tertio, quod in personam, cum veniat ex delicto. Quarto, quod est pœnæ persecutoria solum, vt in §. ex maleficijs. Instit. de actio. Quinto quod in duplum, in quo non continetur aliter rei persecutio, cum totum sit pœna. Et in hac actione non habetur mentio rei, sed solum agitur ad pœnam dupli: cum ad rem agi possit rei vendicatione. Iste tex. no. in dicto §. ex maleficijs. quod tene menti, quia prima facie fortè potuisses errare. Vide ẽt in §. pœna. Insti. de oblig. quæ ex delic. nascun. Alter tamen est in casu. l. mancipia. C. de seruis fugiti. vbi vide. Sexto est stricti iuris. Septimo est perpetua, cum ex lege descendat. Instit. de perpet. & tempo. action. in prin. & etiam quia personalis, vt pluries est dictum. Octauo, quod hæredibus detur, habetur in § non autem. Instit. eodem titulo. Non in hæredes, vt ibidem. Nono infamat, vt in §. ex quibusdam. Instit. de pœna teme. litigan. Decimo directa. Vndecimo singularis. Duodecimo simplex. Vltimo non contraria.

TIGNO INIVNCTO.

¶ Hæc actio datur aduersus illum, qui alienum tignum ędificio suo iniunxit, puta ligna, regulas, calcem, arenam, lapides, & similia. Et eodem modo in vineam, perticas, & pedamenta, &c. Nam cum lex non patiatur ædificia dirui, dat hanc actionem domino tigni, siue rei iniunctæ ædificio ad duplum æstimationis illius rei, in quo duplo inest rei persecutio. De hac vide in l. 1. ff. de tig. iniun. in l. adeo. §. cum in suo. ff. de acquiren. rerum domin. Instit. de rerũ diuisio. §. cum in suo. & plenè in l. in rem actio. §. tignum. vbi glo. no. quam vide omnino: quia plures facit quæstiones in materia. ff. de rei uen. vide in dictis iuribus, &c. Secũdo, quod ciuilis, probatur in dic. l. 1. de tig. iniũcto. Tertio, quod in personam, probatur in §. omniũ. Instit. de action. Quarto, quod rei persecutoria respectu rei, ut patet. Quinto quod in duplum, vt iam dixi. Sexto stricti iuris. Septimo perpetua, quia personalis. Octauo, quod hæredibus, & non in hæredes, probatur in §. non autem. Instit. de perpet. & tempo. act. Nono quod non infamat. Decimo directa. Vndecimo, quod singularis. Duodecimo, quod simplex, &c. Vltimo non contraria.

ARBORVM FVRTIM CAEsarum.

¶ Hæc actio competit aduersus eum, qui furtiuè animo lucrandi, vel aliter, incidit arbores alicuius: quia domino dictarum arborum datur hæc actio ad duplum æstimationis arborum, in quo duplo in primis inest rei persecutio, & etiam fit deductio lignorum, si remanserunt domino. de hac habetur in l. 1. ff. arb. furt. cæsa in l. furti. § fi. & l. sequẽti & l. penult. ff. eodem titulo quia etiam potest competere legis Aquiliæ actio, quando cessare eam faciat, vide in l. 1. Et hoc procedit, quantum ad actionem ciuilem, & scilicet cũ ciuiliter agitur: secus si ageretur criminaliter: quia tunc dicti incisores arborum, tanquam latrones puniri possunt, vt est text. cum gl. in l. sciendum. ff. eod. tit. decapitati quendam pauperculum, qui alterius arbores, & vites furtiuè inciderat. Et nouissimè in regno audiui esse editam pragmaticam, vt incidentes arbores de die patiantur pœnam manus, de nocte pœnam capitis, &c. Secundo quod sit ciuilis, probatur in d. l. 1. cum ex lege duodecim tabularum descendat. Tertio quod in personã: quia venit ex delicto. Quarto est rei, & pœnæ persecutoria, & in duplum: quod dic, vt suprà dixi. Sexto quod stricti iuris, patet in §. acti onum. Quod perpetua, cum personalis: & est tex. in d. l. furti. § fi. Hæredibus datur, sed non in hæredes, est tex. in d. l. furti. §. fi. eo. titu. Et probatur etiam in d. §. non autem omnes. Nono, non infamat, cùm non sit expressum. Decimo, quod directa. Vndecimo quod singularis. Duodecimo quod simplex. Vltimo non contraria.

RERVM AMOTARVM.

¶ Hæc actio competit reciprocè tam marito contra vxorẽ quæ res mariti subtraxit, cum in matrimonio esset, & in terminis faciendi diuortium, quàm etiam vxori cõtra maritum eodem modo. Et videntur socij diuinæ & humanæ domus, iuxta l. aduersus. C. de cri. expil. hæred. & etiam in honorem matrimonij. Non enim esset honestum dare inter eos actionem furti, datur hæc actio, quæ dicitur rerum amotarum, quæ non aliter infamat. De hac in l. 1. & 2. ff. rerum amotarum. & C. eod. Et aduerte, quòd ita demum habet locum hæc actio, si res fuerunt amotæ causa diuortij faciendi, & cum effectu secutum fuit diuortium. vt habetur in l. rerum quidem ff. eo. Secundò, quod sit ciuilis, probatur in d. l. 1. in prin. & dic, ut dixi in actione communi diuidundo, quantum ad hoc. Tertio quod sit in personam, patet cum ex delicto: & etiam, quia est condictio, ut l. rerum. la piccola. ff. eo. cum condictiones sint in personã, iuxta § appellamus. Instit. de actio. Quarto est rei persecutoria: vt est text. in l. si mulier. §. fi. ff. eo. in tantum, quòd non habet locum priuilegium, vt conueniantur in quantum facere possint, vt d. §. fi. quod tene menti, ad l. maritum. ff. soluto matrimonio. & ad l. non tantum ff. de re iudicata. Quinto est in simplum, vt l. ad fiscum. ff rerũ amotarum. Sexto est stricti iuris. Septimo est perpetua, quia personalis, vt pluries dixi. Octauo datur hæredibus: ut d. l. si mulier. §. fi. In hęredes, in quantum ad eos peruenit: ut l. fi. C. eod tit. Nono quòd non infamat, probatur in l. 2. & C. eod. Et etiam est condictio, iuxta l. cessat. ff. de actionibus & obligationibus. Decimo directa: licet vtilis sit quandoque: ut d. l. si mulier. in prin. in l. viua quoque. codẽ tit. Vndecimo singularis. Duodecimo simplex. Vltimo nõ cõtraria.

RATIONIBVS DISTRAhendis.

¶ Hæc actio datur pupillo finita tutela aduersus tutorem, qui res aliquas pupilli non aliter animo fraudandi, vel furandi abstulit, & in suos vsus conuertit: quia per hanc actionem tenetur ad duplum æstimationis rei, per eum subtractæ: licet in dicto duplo contineatur rei persecutio: in qua etiam actione licet posset uenire interesse, tamen interesse non duplatur. Pro omnibus his vide textus magistrales in l. actione per totam legem, & l. 1. §. de rationibus cũ §. sequenti, usque in finem ff. de tute. & rati. distra. ubi tractatur de secunda parte illius rubricæ, in qua competit hæc actio: ut dictis iurib. & c. Secundo, quod sit ciuilis, probatur in communi diuidundo. Tertio, quod in personam, patet, quia ex quasi delicto. Quarto, quod pœnæ & rei persecutoria, proba in d. l. 1 §. penult. & l. act. § fi. Sexto, quod sit stricti iuris, patet Septimo, quod perpetua, in d. l. 1. § penult. Octauo quod detur hæredibus, non in hæredes, probatur in d. §. penult. Nono, quod non infamet. Decimo directa. Vndecimo singularis. Duodecimo simplex. Vltimo aut contraria.

LEGIS AQVILIAE.

¶ Hæc actio competit aduersus illum qui occidit, vel vulnerauit seruum alicuius uel aliquod eius animal: quia omnino ad æstimationem damni per eum dati, datur domino hæc directa actio legis Aquiliæ. Ad cuius terminos habes scire, quod quatuor modis potest dari damnum. Primo de corpore in corpus, & iam exemplificaui: quo casu habet locum directa actio legis Aquiliæ, vt in §. cęterum. Institut. ad legem Aquiliam. Secundo datur damnum de non corpore in corpus, quando quis ita inclusit animal alicuius, vt fame necaretur, vel in aliquem locum periculosum duxit, vt inde præcipitium fecerit: & hoc casu cõpetit vtilis actio legis Aquiliæ, ut d. §. cæterum. Et eodem modo,

modo, si quis de manu excussit annulum alicui, & in flumen cecidit: ut l. si seruus seruũ. §. si quis de manu ff. eod. licet etiam istis duobus casibus Ioannes etiam det in factum actionem, per l. quemadmodum §. magistratus. ff. eo. per gl. in § fi. Instit eod. Tertio, datur damnum de corpore in non corpus, cùm quis seruum de ponte præcipitauit, vel de ripa vel aliquod animal. Et hoc casu directa actio legis Aquiliæ per glos. in d §. finali. vt versic. Aquil. Quarto, datur damnum de non corpore in non corpus; vt si seruum ligatum à domino solui vt aufugeret, quo casu habet locum in factum legis Aquiliæ, d. §. fin. & ibi vide. Et de hac in factum subsidiaria legis Aquiliæ diximus supià, inter prætorias, & c. Vide in præallegatis iuribus, & c. Secundo, quod sit ciuilis, patet in d. l. 1 & 2. ad legem Aquil. Tertio, quod in personam patet, cùm veniat ex quasi delicto, & c. Quarto est mista, hoc est cum sit rei, & pœnæ persecutoria, siue in personam, & in rem: vt in §. sed & legis, Instit. de actio. Item quandoque datur in simplum, quandoque in duplum: vt l. 2 in princ. ff. ad legem Aquil. dicto § sed & legis. & l contra. C. ad leg. Aquil. Duplatur, quando sumus in casu infitiationis: vel est in simplum. Vide text. etiam in l Inde Neratius. §. pen eod. tit. Et ut habeas etiam alios terminos, quando occideretur seruus, vel aliud animal, quod appellatione pecudis venit, tunc fit æstimatio damni, quanti illud animal plurimi fuerit ab anno retro: vt d. leg. 2. in princ. Si verò solum vulneretur seruus, vel aliud quandoque animal, mansuetum dico, vel non, tunc fit æstimatio damni à triginta diebus retro. Iste est text. in §. ex hoc tamen capite tertio. Institut ad legem Aquil. Imo etiam si esset datum damnum in rebus anima carentibus. Nec inuenio, quod fiat distinctio, quando vulneratur animal mansuetum, vel non: & differentiam etiam in tempore, vt ponit sanct. Blasius hic, vide & perquiras, si potes reperire, & c. Sexto, est stricti iuris d. § actionum. Septimò, perpetua, cùm etiam personalis. Octauo, datur hæredibus, non in hæredes: nisi ex damno sint locupletiores. Tex est in l. inde Neratius. §. hanc actionem. ff. ad leg. Aquil. Nono, non infamat: quia non reperitur, etiam cùm detur contra vxorem, quod non esset per l. pen. C. ret. amo in l si seruus seruum. §. si cùm maritus. ff. ad leg Aquil. iungendo ea, quæ diximus in actione rerū amotarum, & c. Decimo, directa, licet vtilis reperiatur, vt dixi in §. pen Insti. eod Non est contraria. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex. Vltimo, non contraria.

IN FACTVM, DE PAVPERIE
directa, & vtilis.

¶ Hæc actio habet locum contra eum, qui dum habetet aliquod animal quadrupes, illud animal dedit damnum alteri, puta in fundo, & similibus rebus, vel etiam si occidit seruum, quia per hanc actionem dominus tenetur ad emendam damni, vel dare animal pro noxa & hoc in animalibus quadrupedibus & mansuetis. Cæterum in animalibus bipedibus, vt in gallo, & gallina, & similibus, & tunc pro damno habet locum vtilis actio de pauperie. Hæc habentur in l. 1. & 2. ff. si quadrup. pau. fe. di. vt in lege pen. eod. tit. & Instit. eod. in princip. In quadrupedibus autem feris, & non mansuetis; quæ essent in alterius dominio, puta vsus, cum non esset ligatus, vel leo, canis, & similia: tunc si noceant homini libero, datur in dominum vtilis actio de pauperie in factum ædilitia ad emendam damni. Si verò per hoc homo liber esset interfectus, tunc esset pœna ducentorum ducatorum, vt l. qui vulgo. ff. de ædil. edicto. si verò nocitum fertio alicuius, datur & in factum ædilitia, & de pauperie vtilis, ad emendam damni domino serui ad duplum: vt probatur in §. fin. Institut. si quadru. pau fe. di. vide in dictis iurib. Secundo, quod sit ciuilis, probatur in l. 1. ff eod. Instit. eodem. in prin. Tertiò, quod in personam, vt patet. Quarto, rei persecutoria, & in simplum & in duplum: vt iurib præallegatis. & l. 1. & l. hæc actio. ff. eod. Sexto; quod stricti iuris, patet. Septimo, quod perpetua: quia personalis. Octauo, hæredibus, sed non in hæredes datur, nisi in quolibet detinentes, probatur in l. 1 §. fina. ff. eod. Nono, non infamat. Decimo, directa: licet vtilis reperiatur, vt dixi. Vndecimo. quod singularis. Duodecimo, quod simplex. Vltimo, non contraria.

INIVRIARVM EX LEGE CORNELIA
in tribus casibus.

¶ Hæc actio iniuriarum, quæ in tribus casibus dicitur competere, habet locum, cum quis alium pulsauit ad eius iniuriam sine dolore: vel secundo cum verberauit cum dolore: vel tertio, si quis alterius domum contra eius voluntatem intrauit, & ad eius iniuriam. In istis tribus casibus succedit actio iniuriarum ex d. l. Cornelia, ut habetur in §. sed & lex Cornelia. Insti. de iniur. & l. lex Cornelia. ff. eod. Et eodem modo, qui in iniuriam alterius famosum libellum scriberet, vel illum diuulgaret: ut d. l. lex Cornelia. §. si quis librum. & seq. & l. 1. C. de fal. libel. & 5. q. 1 c. fina. quo casu est introducta etiam actio ciuilis per alias constitutiones principum, & ex senatusconsult. vt dictis iuribus. alias daretur actio prætoria, ut diximus suprà inter prætorias, & c. Et in hac actio ne ciuiliter, & criminaliter potest fieri condemnatio. l. si. ff. de iniur. & l. iniuriarum æstimatio. eo. tit. Nec sine animo potest inferri iniuria, iuxta l illud. ff. de iniur. & l. non solum. eo. ti. Vide etiam S. Blasium hic, qui bene loquitur. Vide Bart. in l iniuriarum æstimatio. ff. de iniu. Secundo, quod sit ciuilis, patet in prin. allegatis supra: Tertio, quod in personam. Quarto, rei persecutoria. & etiam pœnæ, & in simplum: ut colligitur ex l. constitutionibus. §. 1. ff eo. Sexto, quod stricti iuris, patet. Septimo quod non sit perpetua, sed duret anno, videtur tex. in l. si non conuicij. in fi. C. de iniur. & hoc tenet. Io. ut refert gl. in d. §. sed & lex. Instit. eo. licet Mat. contra per tex Inst. de perpe. & temp. in prin. Et breuiter transeundo, Sal. in d. l. si non conuicij. uidetur eum pluribus antiquis, cum hac opin. transire: unde pro nunc nihil dico super hoc. Octauo, nec hæredibus, nec in hæredes datur. l. iniuriarum. ff. de iniu. & d §. non autem. Inst de perpe. & temp. actio. Nono quod infamet, habetur iu. §. ex quibusdam. Inst de pœ. te. liti Decimo, directa. Vndecimo, singularis Duodecimo, simplex.

IN FACTVM, CONTRA MAGISTRATVM,
qui non exegit idoneam cautionem.

¶ Hæc actio, prout etiam dicit S. Blasius. & bene, datur pupillis contra magistratus deputatos ad cautiones exigendas, uel recipiendas pro pupillis, quando tutores sunt tales, quod tenentur satisdare, iuxta ti. Instit. de satisda. tu. cũ si. Vel si exegerunt cautionem quæ fuit minus idonea: unde ad interesse pupillorum, uel adultorũ datur hæc actio contra dictos magistratus, iuxta tit. etiam ff. & C. de magist. conue. & c. refert etiam Rofred. in libellis suis in rebus de actio. in factum, quæ datur contra magistratum, & c. Secũdo, quod sit ciuilis, patet, cum descendat ex senat. l. pen. C. de magist. conue. & senatusconsulta sunt de iure ciuili l. ius ciuile. ff. de iustit. & iu. Quod in personam, patet. cùm ex quasi delicto. Quarto, quod rei persecutoria respectu pupilli, vel adulti, patet Quinto, quod in simplum. eodem modo, cum tantum interesse persequantur, vt per totum tit. de magist conue. Sexto, stricti iuris, ut patet. Septimo, est perpetua. cum personalis, & c. Octauo, hæredibus. §. nõ autem. de perpe. & temp. actio. datur. Inst. in hæredes non, nisi ex dolo, & lata culpa. l. e. non simile. ff. de magist. conue. le. 2. C. eo §. fi. Institut. de satisda. tut. Nono, non infamat Decimo, est utilis: ut C eo. l. pen. Non est contraria. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex.

INGRATI.

¶ Hæc actio (si actio dici potest) competit aduersus libertum, qui existens ingratus patrono, qui eum manumisit, potest propter ingratitudinem in seruitutem reuocari. Et de hac. habetur in §. maxima. Instiu. de ca di. & per totũ. C. de lib. & eorum lib. Et similiter possumus dicere in patre aduersus filios emancipatos ingratos, & c. Et quod ista sit propriè actio, uidetur tex. in l fi C. de lib. & eorum lib. & facit 12. q. 2. ca. liberti. licet gl. ibi contradicat. vide in d. §. maxima. Secundo, quod sit ciuilis, pro ut in communi diuidundo. Et etiam cum detur ex dictis legibus, potest dici in rem, sicut præiudicialis de libertate, in simplum, & rei persecutoria, & strictis iuris, ut patet. Item perpetua, cũ persecutoria. Item hæredibus datur, licet non in hæredes, ut patet. Nono, non infamat. Decimo directa. Vndecimo, singularis. Duodecimo, simplex.

Post

¶Post hæc sic expleto tractatu omnium actionum, quæ reperiuntur in arbore, additis quibusdam alijs, ut patet, S. Blasius in suo tractatu prosequitur decem, & septé alias actiones, si actiones propriè dici possunt, quas legibus & alijs authoritatibus nititur roborare, & cum ipsis simpliciter transit. Ego, qui tanti doctoris vestigia in omnibus sequi deberem, discutiam si dictæ actiones sint necessariæ Et vel quod sint necessariæ, vel quòd non, in arbore mea eas signaui, & vnicuique suum circulum tradidi, vt appareret. In primis itaque admirãdum est, quòd si Ioan. vidisset dictas actiones esse propriè actiones, & necessarias, quod in arbore sua non dederit circulum, & de eis non fecerit mentionem: cùm inter antiquos doctores & glo. quanta sit eius opinio, manifestum est: cùm ut plurimum ab alijs modernioribus gl. & à doct. approbetur: sed quia quanto iuniores, tanto perspicaciores, iuxta l. præcipiunt. ff. de ædil. edi. & l. Gallus. in prin. ff. de liberis & posthumis. & l. 3. §. sed & seruus. ff. de condi. ob cau. igitur non est mirandum, si ipse addidit. Videamus itaque de singulis, & an iure probentur.

PRIMA.

¶Certi condictio ex stipulatione, Quæ, secundum eundem sanctum Blasium, habet locum, cùm quis ex stipulatus aliquod certum, cuius solutio non potest variari ab eo, qui est debitor, dicitque probari, iuxta no. per Bar. & Doct. in l. ubi autem non apparet. in princip. de verbor. oblig. & dicit eam dari contra promissorem ad id, quod promisit dare, ut eadem l. fina. in fine. Sed si quis esset stipulatus incertũ, competit ex stipulatu, uel incerti condict. l. si quis certum. ff. si certum petatur. Instit. de verborum obligatio. in principio. hæc ipse. Mihi pro nunc uidetur firma opinione dicendum, quod hæc actio non reperiatur, nec sit proprium nomen actionis. Nam tex. quem ipse allegat, Instit. de verbo. obligatio in princi. dicit plenè distinguendo, quod si incertum deuenit in stipulatione, datur actio ex stipulatu: si uerò certum, datur certi condictio, scilicet, certi condictio generalis, de qua ibi, & in l. certi condictio. ff. si cer. pet. & idē dicit tex. in lege, si quis certum. ff. eod. Et licet glo. in d. l. si quis certum soluendo contrarium l. si pacto, quo pœnam. C. de pact. dicat ibi agi ex stipulatione certi condictione, intelligitur de certi condictione generali, de qua supra locuti sumus, nec in aliquo no. per Bar. mihi probat hanc actionē diuersam, scilicet a certi cõdictione generali, quæ (ut dixi) potest etiam dici ex stipulatione, secundum gl. in d. l. si quis certum. Remaneat igitur, meo iudicio, quod hæc actio est superflua, cùm non probetur iure. Super quo tamen propter authoritatem tanti doctoris relinquo cogitandum.

IN FACTUM, QVAE ORITVR EX confessione informiter facta in iudicio.

¶Ad hanc dicas, quòd competit, quando quis confessus fuit in iudicio se esse debitorem alterius, non adiecta aliqua causa, & sic informiter confitetur. Nam in talem datur hæc actio ad faciendum, uel dandum illud, quod fuit confessus: de qua habetur in l. proinde. §. primo. ff. ad legē Aquiliam in l. nam & postcà. §. penult. & fina. l. sed si possessori. ff. de iureiuran. Et ita tenet Rofred. in suis libellis, ex quo resultant limitationes. Altera ad l. cùm de indebito. in fine de probat. quod confessio, scilicet sine causa, non præiudicet: quod est uerum extra iudicium. Altera ad l. Publia. §. Lucius. ff. depo. quia in iudicio facta confessio pareret obligationem, & per consequens actionem: licet secus sit ubi extra iudicium. hæc sanctus Blasius. Ego legendo in locis præallegatis non potui deprehendere hanc actionē: tamen quia sicut datur actio in factum ex iureiurando, cum informiter iuratur, ita dicamus hic, quòd detur in factum, cùm informiter quis confitetur: argu. l. illud. ad l. Aquil. & l. non possunt. ff. de leg. cum vulg. & in alijs terminis, qualiter sit iudicandum crederem quòd deberet dici, quod sit eiusdem naturæ, prout erat prima actio intentata contra ipsum, tanquam in eius locum ista subrogetur: arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. in lege, qui in ius. ff. de re iudicata cum alijs, quæ dixi in utili, quæ ex confessione est: tamen tu etiam uidebis, &c.

QVANTO MINORIS EMPTOR empturus esset.

¶Vt dixi suprà in actione quanti minoris, quæ est prætoria: licet sint multi, qui nolint concedere hanc actionem: tamen communis opin. est cum glo. in l. Iulianus. in princip. de actio. empti. quòd scilicet reperiantur duæ quanto minoris, illa prætoria, & ista ciuilis, vt ibi plenè dixi. Et datur ista emptori contra venditorem ad quãtum minus erogasset emptor, si vitium sciuisset: cum illa prætoria datur ad tãtum minus, quantum communiter res valet, vt ibi fuit dictum, in tantum quod emptor nihil emisset, si vitium sciuisset: ad id totum datur hæc actio. vide late in d. l. Iulianus, in principio, & §. item qui furem & gl. magnam ibi. Et in quo differat vna ab altera eodem modo, &c. Secundo, hæc est ciuilis: vt d. l. Iulianus, & ibi omnes. Tertio, est in personam: quia venit ex cõtractu, iuxta §. sequens. Inst. de actio. Quartò, datur in simplum, vt ad pretium, vel interesse. d. l. Iulianus. § item qui furem. Quintò, est rei persecutoria, cùm detur ad pretium, vel interesse, vt patet. Sexto, est stricti iuris, quia non reperitur in §. actionum. Septimò, est perpetua, secundum glo. in d. §. item qui furem. versi. quod differt. In alijs fundamentis crederem esse dicendum, vt dixi in quanto minoris prætoris.

QVANTO PLVRIS.

¶Licet Rofred. in libellis suis, velit hanc esse actionem de per se, & competere quando venditor fuit causa, vt res pluris venderetur, & ad illud plus dari emptori hanc actionem, vt refert etiam S. Blasius hic: tamen, secundum eum, non uidetur sibi, quòd sit proprium nomen actionis, nec probatur intentio Rofred. in l. Iulianus. §. si venditor. & in § per contrarium, ff. de actio. empti. Sed quòd idē sit effectus, qui est in actione quanto minoris. Et licet pro opin. Rofred. posset argui, cùm dicit quod ut datur actio quanto minoris, ut in proxima præcedenti: ita quanto pluris possit dari in isto casu; tamen tu respõde: Et ita credo, quod illa causaretur propter vitium rei, ista uero causaretur propter fraudem uenditoris. Sed quia contra ipsum est actio ex empto, nõ est opus hac actione. Et quod sit uerum: probat tex. in d. §. si uẽditor, dum dicit, empti eũ iudicio teneri. & in §. per contrariũ. ibi ex uendito. Et sic ultra S. Blasium teneo contra Rofred.

EX STIPVLATV REM PVPILLI SALVAM fore, uel adulti, &c.

¶Hæc competit pupillo finita tutela ad interesse contra tutorem, uel adulto contra curatorem, quando tutor, uel curator per stipulationem promiserunt rem pupilli, uel adulti, saluam fore Et de hac habetur in toto tit. ff. rem pup. uel adulti sal. fo. & Inst. de satisd. tut. in principio. Hæc S. Blasius.
¶Vltra eum, ꝙ istud sit proprium nomen actionis, uidetur probari: ut l. 1. ibi, ea agi. ff. rem pup. saluam fore. & l. nõ quasi. in prin. & §. illud sciendum. & § hanc stipulationē. & §. generaliter. ff. eo. tit. & l. cùm pupillus. & l. si. ff. eo. Secundo, quod sit prætoria, probatur in glo. rubr. ff. rē pup. saluam forē. & uidetur innuere tex. in § furiosi. Inst. de cura. & in principio, de satis. tut. Et probatur Inst. de diui. stipul. in fi. prin. iuncto. § fi. In omnibus autem alijs terminis, crederem esse dicendum prout est dictum in actione, quæ est ciuilis: ut suprà per tex. in l. non quasi. §. generaliter. & l. cum pupillus. in fi ff. rem pup. sal. fo. ubi uidetur æquiparari actio tutelæ cum hac. Bene hic exciperem, quod ista non infamet: prout actio tutelæ, cùm non reperiatur cautum. Item quòd ista non est bonæ fidei, cùm non reperiatur in §. actionum pro ut etiam sentit glo. in d. l. cùm pupillus. uide, & cogita.

EX STIPVLATV REM RATAM HABERI.

¶In primis hæc stipulatio interponitur per procuratorem, de cuius mandato dubitatur. l. j. C. de procurat. l. 3. ff. rem ra. hab. & debet ante litis contestationem l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. Et si procurator interuenit pro minore, debet etiam promittere, quod non petet restitutionem in integr. ut l. 3. ff. rem rat. ha. Et in hac actione uenit interesse stipulatoris. l. 2. ff rem ra. ha. Et debet ista stipulatio præstari, etiam per coniunctam personam. l. non solum. § 1. de procu. l. maritus. C. eo. l. 3. § sed si fortè. ff. iudi. sol. Hęc S. Blasius.
¶Vltra dicta per eum, in quibus adhuc non probat, an sit actio de per se, &c Adde quòd esto etiam ꝙ dicatur stipulatio, tamen uenit appellatione actionis, & habetur instat, actionis: ut in l. actionis uerbo. §. 1. ff. de actio. & ob. in l. non solum. ff. rem rat. hab l. prima. §. primo. ff. de præto. stipul. Et quòd in hac actione ueniat interesse stipulatoris,

pulatoris, adde tex. in l. in stipul. ff. rem ra. ha. In eo autem quod dicit sanctus Blasius, quod si procurator interuenit pro minore, debet non solum cauere de rato, sed etiam qd non petet restitutionem in integr. Si hoc esset indistinctè verum, esset multum no. sed intellige solum procedere, quando procuratori minoris esset facienda solutio. Sed si procurator minoris veniret ad litigandum, tunc non cogitur præstare hanc cautionem: cùm etiam minor non cogatur, ut habetur in l. si iudex circumuento ff. de minor. in l. si intra. C. de in integr. restit. Et ita post multa concludit Bar. inter varias tamen opin. in d. l. 3. ff. rem ra. hab. quod tene menti perpetuo Secundò, quod sit prætoria, probatur etiam, Instit. de diuis. stipul in fi. prin. iuncto §. si per glo. tu bti. ff. rem pup. sal. fo. &c. In omnibus alijs terminis credo posse dici, ut in proximè præcedenti, ne in aliquo varietur: vide, & rumina.

EX STIPVLATV, IVDICATVM SOLVI.

¶Ista stipulatio interponitur, & præstatur ab omni persona. quæ in iudicio alieno nomine comparet ex parte rei. l. minor. §. fin eam l. sequ. & l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procura. Et hodie nemo suo nomine conuentus tenetur satisdare, iudicatum solui, ut in §. sed hodie Instit. de satisda. & l. unica. in fine C. eo tit. Hæc sanctus Blasius. Ad hæc adde gl. not. in rubr. ff. iudica. sol. Adde, quod hæc stipulatio, iudicatum solui, cõtinet tres clausulas, scilicet quod dolus malus absit, quod soluatur iudicatum, & de re defendenda, ut l. iudicatum solui. ff. iud. sol. Et in tantum quis tenetur ex tali stipulatione, in quantum iudex iudicat: quo facto dicitur habere expeditam quantitatem. l. iudicatum solui. la secunda. ff. eod. titu. Et quando committatur talis stipulatio, vide in l. iam tamen § nunc videamus. eod. tit. Quod habeat instar actionis, dic vt in proxima præcedenti. Et illa clausula, quod dolus malus absit, ad quod tempus debeat referri, vide in l. nouissimè §. fin. ff. eod. Secundò. quod sit prætoria, vult glos. in rubr. ff. iudi. sol. & proba prout in præcedentibus. In alijs terminis eodem modo, ut in præcedentibus dicerem, &c.

EX STIPVLATV DE DAMNO INFECTO.

¶Hæc stipulatio interponitur, quando domus tua minatur ruinam supra meam, & committitur, quando posteà ruina mihi contingit ex uitio ipsius rei: secus si casu fortuito. l. dã ni. §. Sabini. & l. fluminum. §. hæc stipulatio. & l. idem seruus §. quanquam de dam. infec. Et in ea venit damnum, & sic diminutio patrimonij, non autem lucrum cessans. d. l. fluminum. in fine. & l. Proculus in fine. Et ueniunt etiam pensiones inquilini, qui propter timorem ruinæ migrauit Et idem si ex hoc non potuit rem locare. l. in hac. & l. damni. eod. tit. de qua in toto tit. de dam. infec. Hæc ipse.

Tu adde pro terminis in hac materia, quod hæc stipulatio non præstatur inquilino, sed domino. Et an ab extraneo peti possit, vide in l. inquilino, & ibi glo. ff. eo. Item nõ præstatur illi, qui haberet cum alio domos communes, & damnum timeret. Iste est text. in l. si ædibus. ff. eod. & ibi in fine corollariè dicit tex. ita demum hæc stipulatione opus esse, si alio modo damnum sarciri non possit. & in d. l. si ædibus. habes quod liceat allegare præceptores, & facit ibi Caius Iurisconsultus in duobus locis. Quid, autem, si cùm peteretur cautio, & quis nollet præstare, & antè quã iudex adeatur, ædes corruant. Vel si iudex decernat quem ire in possessionem, non cauente aduersario, & antè, quàm intret, ædes corruant: pro his casibus vide tex. singularem in l. cùm postulassem. in princ. ff. de dam. infec. secundum Batt ibi. & secundum Acet. in §. primo. Institu. de actio. Et qualis debeat fieri æstimatio in hac stipulatione, uide text. In l. ex damni infecti. in princip. ff. de dam. infec. & l. inter quos & fin. & l. nam si non eod. tit. & l. quidam. §. fin ff. de serui vrban. præd. Et dato quòd paries communis corrueret, qualiter sit agendum: uide tex. in d. l. ex damni infecti. §. primo. Et dato quòd in eadem re, quæ est plurium, sit datum damnum, uide in ea. l. § quoties el secondo, per te uide ibidem, plenius Secundò, quòd sit prætoria, proba per iura, quæ in præcedenti allegaui. Et in alijs fundamentis, eodem modo.

EX STIPVLATIONE INTERPOSITA DE opere demoliendo in causa nuntiationis. noui operis.

¶In hac actione dic quòd ista stipulatio committitur cõtra illum, qui facit opus post nuntiationem noui operis, præstita satisdatione, de opere demoliendo, si iniuste opus faceret. Et per illam satisdationem præstitam, uel habitam pro præstita, quando stat per nuntiationem nouum opus, quod minus sibi promittatur, censetur remissa nuntiatio noui operis, & durat stipulatio, ut habetur in l. prætor. §. 1. & §. si quis paratus. & § qui remissionem. ff. de oper noui nuntia. Et ista actio datur stipulatori contra promissorem, vt destruatur ædificatum indebitè, in casu, quo ille promissor non iure ædificasset, ut in dictis iuribus: aliàs secus, ut ibi. Hæc Ioan Baptista, &c. Et nihil addo, nisi quod ad materiam uide quæ dixi in actione in factum de opere demoliendo supra Et quod ista sit prætoria, dic ut in proximis præcedentibus. In allijs crederem, quod idem in hac sit, prout in illa de opere demoliendo, & ibi vide, &c.

EX STIPVLATIONE, QVAM INTERposuit vsufructuarius.

¶Ista stipulatio interponitur per vsufructuarium in fauorem proprietarij stipulantis duo. Et primum, quòd vsufructuarius debet promittere, est de utendo re arbitrio boni uiri, idest, iudicis: continuus. §. cùm ita, de uerbõrum obligatio. & quod no. Instit. de usufruc. in princip. secundo debet promittere quod restituet quicquid superest finito vsufructu. De quo in l. j. vsufr. quemadmod. cau. Et in primo capite potest committi hæc stipulatio, etiam durante vsufructu, quoties re vsufructuarius malè utitur. In secundo capite solum finito, de quo in §. constituuntur. Instit. de vsufruct. Hæc ipse.

Tu adde, quòd ad hanc actionem potest adstringi usufructuarius, ut habetur in l. j. in fine princip. & §. cauere. ff. vsufructu quemadmo. cau. Et si non daret cautionem usufructuarius, quid agendum: vide in l. fi. §. si ff. eod. Item adde, quod in hac cautione intelligitur, quod dolus malus absit, ut l. huic. ff. eo Item uir bonus dicitur iudex: adde text. in l. vir bonus, ff. iud. sol. uide per totum ff vsufru. quemad. cau.

An autem a testatore, qui alicui legaret vsumfructum alicuius rei, possit remitti ista satisdatio, uide glo. no. in §. item si pecuniæ. in ver. satisd. Instit. de vsufruct. & gl in l. j. C. eo. titu. Adde etiam quod idem procedit in casu quando esset legatus solus vsus, sine vsufructu, ut d. l. huic. §. sed & si usus. & est glo. in rubr. eod. tit. Et quod sit prætoria ista stipulatio, siue cautio, est tex. in d. l. j. in princ. ibi, prætori usum est ff. vsufruc. quemadmod. cau. licet videatur obstare tex. in l. j. C. de vsufruc. cùm videatur dicere, quod istæ cautiones sint ex forma senatusconsulti, eum senatusconsultum fit de iure ciuili. l. ius autem ciuile ff. de iustitia, & iure. §. constat. Instit. de iure natu. Nisi dicas, quòd non sumus in casu, ubi usufructus constitutus est in rebus, quæ vsu consumuntur, prout loquitur dicta lex prima. &c. Item in personam, cum veniat ex stipulatione, quòd in simplum, & rei persecutoria, quod stricti iuris, quòd perpetua. & detur hæredibus, sed non in hæredes nisi de eo, quod ad eos peruenit: quod non infamet, quod directa, quod non contraria, quod singularis, & simplex, sunt termini manifesti, &c.

EX STIPVLATV PRO REBVS, QVAE vsu consumuntur.

¶Ista stipulatio interponitur per vsufructuarium super rebus, quæ vsu consumuntur, de restituendo proprietario æstimationem earum rerum, finito vsufructu, ut l. hoc senatusconf ff. de vsufructu earum rer. quæ usu consu. & in §. constituitur. Instit. de usufruc. Adde tex. in l. j. C. eo. in tantum tenetur eam præstare usufructuarius, quòd non posset remitti per testatorem. l. j. C. de usufru & ibi glos. & glo. in d. uers. satisda. in §. item si pecuniæ. Instit. eodem. Secundo, quòd sit ciuilis & non prætoria, probatur, cùm sit ex senatusconsulto, per d. l. 1. C. de usufruc. & d. l. hoc senatuscon. iuncta l. ius autem ff de iustitia, & iure. In alijs terminis dic ut in proxima præcedenti.

¶EX STIPVLATV, VT LEG. VEL fideicom. nomi. caue.

¶ Ista stipulatio interponitur per hæredem in fauorem leg. uel fideicom. quando est factum legatum, uel fideicõmissum sub conditione, de præstando legato uel fideicommisso, adueniente die, uel conditione, ut f. nt leg. nõ. cau. per totum. & C. eodem titulo. Adde quod hæc cautio non

non tantùm per hæredes præstari debet, sed etiam per per successores eorum: vt l. 1. § non solum. ff. eod. & ita econtra non solum præstatur legatarijs, vel fideicommissarijs, sed etiam hæredibus ipsorum, vel etiam procuratori. d. l. 1. § nec sine ratione. Et quæ veniant in hac stipulatione, vide in d. l. 1. §. bellissime. & §. ité quæritur. e. tit. Adde etiam quòd ista satisdatio habet præstari a quocunque hærede, etiā cuiuscūis dignitatis, vel facultatis, d. l. 1. quod tamen fallit. in §. item si pecuniæ. Instit. de vsufruc. Secundo, quod sit prætoria, est tex. in d. l. 1. in prin. & §. nec sine ratione. In alijs dic vt in præcedenti, hoc excepto, quod in successores datur, &c. d. §. non solum, &c.

EX STIPVLATV CONTRA ILLVM, qui rogatus est restituere quicquid ex hæreditate superest.

¶Hæc habet locum, quando quis est grauatus post mortē suam restituere quicquid ex hæreditate superest: quia tenetur talis grauatus per stipulationem promittere illi, cui erat facienda restitutio, restituere quicquid superest tempore mortis suæ. Et debet cauere de conseruando ad minus quartam partem bonorum, cum alias possit alienare: vt in authen. cōtra rogatus. C. ad Trebellian. quæ est ex §. si quis. in Authen de rest. collat. octaua. Hæc Ioan. Adde quod hęc posset remitti per testatorem, ut d. auth. contra rogatus. Et hæc quarta pars licet regulariter non possit diminui, fallit in casibus positis in d. auth. contra rogatus. §. si & ibi vide. Et cum non reperio quòd sit prætoria, iudicarem ipsam ciuilem, per illum tex. Tu vide, & in alijs terminis idem puto dicendum ut in superiori proxima, &c.

EX STIPVLATIONE DE iudicio sisti.

¶Hæc actio datur ex stipulatione de iudicio sisti interposita tam ex parte actoris, quam rei, qui non possiderent immobilia: vt toto tit. ff. si quis cau. & l. sciendum, qui satis. cog. in authen. offeratur. C. de lit. contestat. §. hodie. Instit. de satisdat. auth. generaliter de episcopis, & clericis. Hæc sanctus Blasius. Adde ad hanc, quod sit prætoria, per textum in l. 1. ff. si quis cau. in glo. rubr. Et in quantum detur hæc actio, vide textum in lege tertia, ff. eodem, in alijs terminis, dic, ut in præcedentibus.

EX STIPVLATV PRO REBVS morbosis.

e *Plerunque.* hoc dicit pp prætorias rei persecutorias, quæ perpetuæ sunt: nisi in rescissoria, quæ annalis est: quia contra ius ciuile datur, ut ff. de actio. & ob. l. in honorarijs. §. sed cum rescissa & s̄. de act. §. rursus. & j. eod. §. 1: om nisi in redhibitorijs, quæ dantur ad tempus, licet rei non persecutoriæ, ut ff. de ædi. edi. l. sciendum. § fin. quia dantur contra id, quòd conuenerunt contrahentes. Item fallit dicta regula. ff. quod fal. tu. aut. l. huius actionis §. has actiones & quæ in frau. cred. l. ait prętor. §. si debitorem. uersi annus. C. de dolo. l. fi. & ff. de eo, per quem fac. est. l. 1 § pen. Si autem sunt pœnales prætoriæ, locum habet, quòd hic dicitur, ut sint annales, siue pœnales ex utraq; parte, siue ex altera tantum, ut ff. de calum. l 1. & de in ius uo. l. pe. & ff. de ali. in mu. uel post annum. Accur.

• Actiones ex quinq; partib. iuris descendẽtes, sũt ciuiles, & perpetuę.

Actiones reales, q̃ro tp̃e durãt.

a Et not. ꝙ ultra titulũ requirit ẽt possessio, nã sine possessione ñ inchoatur usucapio. l. sine possessione. ff. de usuc. licet aliquã do inchoata trahat ad finẽ, ut l. cęptã. ff. de usu. cõiuncta. l. 1. §. Scęuola. ff. si quis testa. lib. eẽ iuss. fue. Ang.

Prętoriç rei persecutoriç sunt

f *Intra annum.* s. utilem. Nam talibus annis prætores loquebantur, ut patet ff. de vi, & ui ar. l. 1. §. quod autẽ ait prætor. uersic. annus. & ff. de ædil. edi. l. sciendum. § fin. nisi in casu, ubi est inutilis ad sui principium: sed continuus ad sui processum, ut ff. de calu l. annus.

g *Aliquando.* ecce quare dicit, plerunq;.

h *Constitutionibus.* de quib. dixit supra eo. in prin.

i *Bonorum possessori.* i. cuilibet possessori, qui uult succedere de iure prætorio, qui habet hæreditatis petitionem bonorũ possessoriam, de qua habes. ff. de possessoria hær. peti. per totum. Accur.

k *Hæredi loco sunt.* ut quibus restituta est hæreditas per fideicommissum, quibus datur hæreditatis petitio fideicommissaria, de qua habes. ff. de fideicom. hęred. peti. per totum. Et hæ duæ sunt rei persecutoriæ. Accur.

l *Proficiscatur.* nota actionem furti manifesti esse prætoriam: sed non manifesti est ciuilis: ut s̄. de noxa. §. sunt autem. Accur.

m *Existimauit.* s. prætor: & idem in qualibet pœnali in eo quod peruenit ad delinquentem, ut ff. de ui, & ui arma. l. 1. in prin. & ff. de dolo. l. Sabinus.

¶ NON AVTEM OMNES.

¶ CASVS. Expediuit iam dñs Iust. primam partẽ rub. mõ incipit tractare de sc̃da parte, dicit. Non aũt oẽs, &c. unde q̃ritur, utrũ oẽs actiones dent̃ hr̃dib & in hr̃dẽ: & rñ. ꝙ nõ. Certissima est. n. regula iuris q̃ dicit, ex maleficio actiones in hr̃des nõ cõpetere; cuiusmodi sunt actio furti, ui bo. rap. iniuriarũ, dum iniuriç, ꝙ intellige si nõ cõte. contra defunctũ, ẽt si ad hr̃des furtũ ꝑuenerit ꝑ maleficiũ & possem cũ isto §. cõiungere illũ §. pœnales actiones, &c. dicendo, ꝙ pœnales act. descendẽtes ex maleficio, lite cont. cũ defuncto, cõpetunt, uel dãtur hr̃dib. eorum, q̃ maleficiũ passi sunt, excepta actione iniuriarũ, & si qua alia similis inueniatur, & sumus in uersi Aliqñ tñ. Quia pp quandã gñalitatẽ, q̃ uidistis modo in § p̃cedenti (uidistis. n. ꝙ certissima iuris regula est. q̃ dicit, ex maleficio pœnales act. in hæredem nõ cõpetere, & habetis regulã istam. ff. de pri. deli.) uidebat̃ à contrario sensu, ꝙ oẽs act. q̃ non sunt pœnales ex maleficio dant̃ in hęredes: & sic ꝙ oẽs actiones ex contractu ꝓuenientes, dentur cõtra hęredes; iõ contra gñalitatem illam sumptam à contrario sensu, ex ista generali regula loquitur litera ista, & dicit. Aliqñ tamen actio ex contractu nõ dat̃ contra hr̃de, ueluti si dolosè uersatus fuerit testat̃or in contractu ex dolo testatoris, ad hęredẽ res nõ peruenit. Et sum in uer. Pœnales autẽ. Supra uidistis, quod certissima est iuris regula. quę dicit, ꝙ ex maleficio petentis pœnales actiones, de quibus s̄. dixit, si ab illis principalibus personalis in eis lis fuerit conte. hęredibus dantur, & in hęredes transeunt. h. d. Fran.

n *Non autem.* hic ponit diuisionem, ꝙ aliç sunt transitoriç, aliç non, sed superior fuit, quod aliç erant perpetuæ, aliç non, ut supra eo. in prin.

o *Ipso iure.* s. ciuili.*

p *Dari solent.* s. iure prætorio. Accur.

q *Ex maleficijs.* scilicet, priuatis, ut subijcit in exemplis

* Hęc expositio nõ placet Ias. Inst. d. tit. in princ. nu. 4.

&

1 † Th. & legis Aquiliæ.

a Dic, ꝙ est uerum ĩ quasi delicto omittendo cõmisso: secus si committendo: ut l. ij. §. fi. ff. de dam. infec. uel dic, ut ibi per Bar. & Ang.

2 † Th. est. * Huc infero, ꝙ de iure can. & in delictis, & in contractibus si ue ad hæredem quid peruenerit, siue non peruenerit, siue cum defuncto lis fuerit cõtestata, siue minime, semp hæredem teneri in solidũ 16. q. 6. c. episcopum & 12. q. 2. c. episcopos, & ibi gl.

Actiones ex maleficio in duobus casib. transeunt ad hæredes.

Iniuriarũ actio non datur hæredi ratione duplici.

Iniuriarũ actio aliquas habet similes cõuenientes.

Dolus aliquãdo dat causam cõtractui, aliquando incidit in cõtractum.

Actio depositi dat in duplum in quatuor casib. non tamen in hæredem.

& subaudi, vel quasi maleficijs, ut sup. de obli. ex quasi delic. §. fin. a Quid in publicis, de quibus tractatur inf. de pub. iud. Respon. idem, & plus. quia etiam lite contestata, non transeunt contra hæredes, ut ff. de accu. l. ex iudiciorũ. nisi in quinque casib. Primus est legis Iul. maiestatis in duobus capitulis tantum eius legis, ut ff. ad le. Iul. maiesta. l. fi. Secũdus est crimen hæresis, ut C. de aposta. l. ij. & l. apostatum. in fi. Tertius est crimen repetundarum. Quartus est de residuis. Quintus peculatus crimen, ut ff. ad legem Iuliam pecul. l. fin.

a Non competere. nisi lis fuerit cõtestata; * ut inf. eo §. pœnales. & ff. de accu. l. ex iudiciorum. in fi. Item nisi aliquid ad hæredẽ peruenerit: tũc enim tenetur. ut ff. de calum. l. in hæredem. & ff. quod met. causa. l. videamus. In duobus tamen casib. est contra, ut in actio. ut bonorum rapto. quæ nõ datur in hæredem, licet ad hæredem aliquid peruenerit: sed furtiua datur condictio, ut ff. vi bonorum raptorum. l. 2. § fin. Item in interdicto vnde vi, quod non datur in hæredem, sed in factum actio, ut ff. de vi, & vi arma. l. ij. § fi.

competere, [a] veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. [b] † [b] Sed hæredibus [c] huiusmodi actiones competũt, nec denegantur: excepta iniuriarum actione. [d] & si qua alia similis inueniatur. [2] † [e] Aliquando tamen etiam [f] ex contractu actio [g] contra hæredem non competit: veluti cum testator dolosè [h] versatus sit, & ad hæredẽ [i] eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones; quas supra diximus; [k] si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, [l] & hæredibus dantur, [m] & contra hæredes transeunt. [n]

Condemnans debet absoluere ab obseruatione iudicij, si ante sententiam solutum fuerit, quod debetur. Aretinus.

¶ Superest, [o] vt admoneamus, ꝙ si ante rem iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat [3] † actori: officio iudicis conuenit eum absoluere, [p] licet in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet. Et hoc est, quod antea vulgo dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse. *

b *Damni iniuria.* legis Aquiliæ actio.

c *Sed hæredibus.* idest, hæredibus eorum, qui passi sunt hæc maleficia.

d *Iniuriarum actione.* nam hæc non datur hæredi: nisi lis contestetur, hoc ideo, quia non est in bonis nostris ante litcontesta. ut ff. de iniur. l. iniuriarum. 3. & l. iniuriarum. j. in princ. & in gl. l. ij. Est & alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abest, nec reo adest, ut ff. de col. bon. l. cum emancipati. §. emancipatus. Sunt & aliæ similes ei, ut subijcit: in q. b. nec actori aliquid de patrimonio abest, nec reo aliquid adest, unde idem iuris est, quod & in ista, ut est actio in factum, quæ datur contra libertum, vocantem patronum in ius sine venia, in l. auteos. uel in filium, vocantem patrem. & inf. de pœna teme. liti. §. fi & ff. de in ius vocan. l. pen. idẽ in popularibus actionib. ut si quis habeat positum, uel suspensum, ut ff. de ijs, qui deie. uel effu. l. si uerò. §. quæ autẽ. Quidam dicunt idem de actione in factum, de calumniatorib. ut ff. de calum. l. hæc actio. Sed certe ibi alia est ratio: quia habet cõdictionem ob turpem causam, ut ibi dicitur. Item quia abest ibi aliquid actori. & adest aliquid reo: unde non est similis supradictis.

e *Inueniatur.* hic continuatur ille §. qui est infra eodem. §. pœnales.

f *Etiam ex contractu.* non solum ex delicto. Accur.

g *Actio.* s. de dolo, nata propter dolum adhibitum in contrahendo. Nam si dedit dolus causam contractui, non agitur actione ex eo contractu, cum nullus sit, sed de dolo, ut hic, & ff. de dolo. l. & eleganter. in prin. Si n. esset incidens, ageretur actione ex eo cõtractu, ut purgaretur dolus, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. § si uenditor. & daretur in hæredes vt ff. de act. & obl. l. ex contractib. Vel pone casum, ꝙ dolus fuit incidens, uel superueniens, & remanet contractus, & non agitur contra hæredem, nisi peruenerit aliquid ad eũ, ut in actione depositi, quæ datur in duplum contra eum, qui dolum commisit in depositum causa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij, sed in hæredem non datur in duplum ex dolo defuncti, licet in simplum detur, ut ff. deposi. l. j. §. primo. Item qualis est actio in factum, quæ datur contra agrimensorem: non autem aduersus hæredem, vt ff. si mens. fal. mo. di. l. 3. §. pen. Item in actione ex stipulatu iudicio sisti in eo, qui erat conuentus iniuriarum, ut ff. si quis cau. l. si eum. §. iniuriarum. Idem est in actione tributoria, ut ff. de tributo. l. illud. §. fi. & de his casibus loquitur hic. §. cum dicit, ex contractu in hæredem non dari quandoque. Alias autem ex contractu agitur contra hæredem etiam de dolo defuncti regulariter, ut ff. de action. & obligat. l. ex contractibus. & l. ex deposito. quæ sunt huic contrariæ. & hanc specialitatem, si uelis tenere primam opinio. denotat hæc litera cum dicit, aliquando tamen, & c.

Actiones ex contractu descendẽtes, quæ nõ dantur ĩ hæredes.

h *Dolose.* dolo dante causam contractui. Vel die, incidenti, uel superuenienti, vt modo diximus. Acc.

i *Ad hæredem.* sed si superuenisset actio in factum perpetuò contra hæredem, & contra defunctum daretur, ut ff. de dolo. l. ita que. Sed de dolo olim intra annum utilem; hodie intra biennium continuum datur, ut C. de dolo. l. fi.

3 † Th. satis fecerit.

K *Diximus.* ut supra eodem. §. non autem omnes Accur.

l *Contestata.* imò ut dentur hæredi, sola præparatio sufficit, ut ff. de inoffic. testam. l. posthumus. §. fina. Ioan. Vel sine præparatione datur querela hæredi hodie.

* Absolutoria esse ab obseruatione iudicij & hoc desinitiue. ut in casu huius §. Vide Iason in l. properan. §. & si quidem. C. de iudi. et Fel. in c. cũ te. nu. 5. de re iudica.

m *Dantur.* nisi in duobus casibus. Primus cum agitur ad operas contra libertum, & moritur patronus, extraneo hærede relicto: ad quem transeunt operæ, etiam lite contestata, ut ff. de operis liber. l. operarum iudicio. Secundus in patre repetente dotem filiæ, quæ à uiro diuerterat, si decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite contestata, ut C. de rei vxo. act. l. vnica. §. videamus.

Operæ liberto impositæ nõ transeunt ad hæredẽ extraneũ.

ADDITIO. Nam eo ipso, quòd pater moritur, uel aliter filia efficitur sui iuris, statim actio consolidatur in filiam, ut dicto §. uideamus. licet pater fuerit litem contestatus, & sic propter hoc non facit transitum in suum hæredem. & sic est speciale in dote; quia est proprium patrimonium filiæ, ut l. tertia. §. sed utrum. in fine. ff. de minoribus. & facit l. Pomponius Philadelphus ff. familiæ ercisciscundæ. Angel.

n *Transeunt* nisi in duobus casibus. Primus in actione de dolo. C. de dolo. l. fin. Secundus in retractatione alienius in seruitutem, vel libertinitatem, qui per collusionem pronuntiatus fuerat ingenuus, ut ff. ne de statu defun. l. prima. §. sed interdum.

¶ SVPEREST.

¶ CASVS. Omnia, quæ iam dixi à princip. titu. usque nunc, in duobus consistunt, scilicet, in uita, & transitu actionum. Modo vult dicere de officio iudicis, & parum defecit, quod non posuit hunc totum titulum de officio iudicis: sed residuum seruat usque ad titulum specialem de offic. iudi. dicit ergo Iurisc. Volo, quod vos sciatis, quod si ille, qui conuenitur, ante condemnationem satisfaciat, offic. iudic. conuenit eum absoluere, licet erat talis, qui debeat condemnari. Et licet istud iudicium de sui natura debeat esse condemnatorium, per solutionem tamen ante condemnationem factam fit absolutorium. & hoc est quod vulgo dicitur, omnia iudicia esse absolutoria. Franciscus.

Cõtinuãt dicta dicẽdis.

o *Superest.* hæc de uita, & transitu actionum, secundum quod in rubrica promisit, dicta sunt: nunc de iudicis officio dicit: quod cum exponere debeat iam pauca, ut modicum respiret, deliberat. nam conceptum sermonem quis retinere potest? quia igitur iam concepit in animo tractare de officio iudicis, quomodo potest tacere, quin dicat aliquid hic?

p *Absoluere.* scilicet, ab obseruatione iudicij: nam principalis causa est sublata solutione, ut supra quibus modis toll. oblig. in princip. Accur.

¶DE EXCEPTIONIBUS.*

¶Quia exceptio tenet vicem actionis vt ff. de exceptionibus. l. j. ideo post actiones, ponit de excep. Vel quia de armis actorum vidimus, & de reorum armis videndum est, ideo dicit, ut sequitur. Accursius.

S Equitur. ¶Totus iste titu. diuidit i quinque partes principales. Primo continuat ad præcedentem rubricam. Secundo ponit causã, quare fuerunt exceptiones inuentæ. Tertio id demõstrat per exempla, tã in actionibus realibus, quã in personalibus. Quarto ponit duplicem, uel potius triplicem diuisionem exceptionũ. Quinto, id exemplificat. Secunda ibi, Comparatæ sunt. Tertia ibi, verbi gratia. Quarta ibi, in §. appellantur. uel potius in §. alioqui ex quam multis. Quinta ibi, Perpetuæ, & peremptoriæ.

¶CASVS. Viso de actionibus, sequitur (dicit Iusti.) vt de exceptionibus uideamus. Et domine Iustinia. pro Deo instruatis nos competenter materiã de exceptionibus. Frater dicit ipse, scire debes, quod inuentæ sunt, seu institutæ exceptiones, ad defensiones reorum. sunt enim arma reorum. Frequẽter enim contingit, quòd actio competẽs actori, prima facie iusta uideri; iniquum tamen esset reum condemnare: vtputa, si metu coactus aliquid promisit, & ideo datur reo contra actorem exceptio de dolo, uel exceptio quod metus causa. Omnis enim exceptio adiuuenta fuit ad actionem impugnandam h.d. Fran. de Are.

De exceptionibus.

TITVLVS XIII.

Exceptiones sunt arma reorum: & æquitate nituntur ad excludendum actiones, quæ competunt actori ipso iure, quales sunt metus, doli, & in factum exceptiones. Aretinus.

S Equitur, [1] † vt de exceptionibus dispiciamus. [2] † ¶Comparatæ[a] autem sunt exceptiones defendendorum eorum [b] gratia, quibuscum agitur. sæpe enim accidit, vt licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit, [c] tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, [d] aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti, [e] quod non debueras promittere, palam est, iure ciuili te obligatum [f] esse: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est [g] sed [3] † iniquum est, [h] te condemnari. ideoq; datur tibi exceptio, Quod metus [i] causa, aut doli [k] mali, aut in [l] factum composita ad impugnandam actionem.

Exceptio non numeratæ pecuniæ debitori competit, qui confessus fuit se pecuniam recepisse, quam non receperat, & ipsam per stipulationem restituere promiserat: & in æquitate fundatur. Aretinus.

¶Idem iuris est, si quis, quasi credendi causa, pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum, certũ est. dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquũ est, eo nomine te condemnari, placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere. Cuius tempora nos, secundum quod iam superioribus libris scriptum est, [4] † [m] constitutione [n] nostra coarctauimus.

Exceptio pacti de non petendo, actionem non tollit, sed eam elidit, quæ exceptio nititur æquitate. Are.

¶Præterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur. [o] nihilo minus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino [p] dissoluuntur.

a *Comparatæ*. alias, inuentæ. Accur.

b *Eorum*. s. reorum. Nam ipsi sunt, cum quibus agitur, * vt ff. de iureiur. l. 3. in princ. & in §. eum.

c *Iusta sit*. prima facie.

d *Dolo inductus*. hoc est in stricti iuris iudicijs: in bonæ fidei autem iudicijs ipso iure non tenet contractus. ff. de dolo l. eleganter. in princ. Accur.

ADDITIO. Hoc verum in odium odiosi: sed in sui præiudicium tenet contractus, & ex eo potest conueniri, nisi lex resistat actui: quia tunc ex neutra parte datur actio, ut est gl. in l. à diuo Pio. ff. de ritu nupt. in gl. 2. & Bald. in l. 1. C. plus vale. quod agi. Ang.

e *Promisisti* credens te debere, cum non deberes; ut hic, & ff. de excep. doli. l. 2. §. circa.

f *Obligatum esse*. scilicet, inspecto iuris rigore, de æquitate obligatus non est, vt ff. de lib. cau. l. vel obligatus est. §. obligatum. & ff. de verb. sign. l. creditor. quæ sunt contra.

g *Efficax est*. s. sui substantia. Nam ciuiliter, & naturaliter est obligatus. & purè, sed non est efficax, quantum ad opẽ exactionis. Vel dic, efficax, inspecto genere: nam prima facie condemnandus videtur, sed inspecta quantitate; quia si dolo facta, uel metu, vel simili causa impediatur, est inefficax. & ita expono in sequentibus casibus.

h *Iniquum*. Nota, quod contra iniquitatem, & sic contra ex æquitate datur reo excep. l. qui æquitate. ff. de doli mali excep. Angel.

i *Metus causa*. hoc quando metu fuit compulsus.

k *Doli*. hoc quando inductus fuit per dolum.

l *In factum* redde singula singulis proposi tis causis, secundum Ioan. Sed nonne hoc tertio casu, scilicet qñ per errorem promisi, datur doli exceptio? Certè sic. ut ff. de do. ma. excep. l. 2. §. circa. quare dic, quòd hæc actio in factũ est pro ponenda in subsidiũ doli exceptionis. l. eõ tra patronũ, & patrem, contra quos sup pes exceptiones non opponuntur, ut ff. de doli mali exceptio. l. apud Celsum. §. aduersus. & ita hic accipitur. Accur.

¶IDEM IVRIS.

¶CASVS. Iam dixi uobis unum exemplum, in quo uidetur æquum prima facie, vt actor debeat obtinere; iniquum tamẽ, inspecta persona rei; quia competenti excep. potest se defendere. Et de hoc eodem recito vobis hic aliud exemplum, s. de eo. q causa credendi pecuniam stipulatus est pecuniam sibi reddi, & postea pecuniam non numerauit. unde si agat stipulator cõpetit promissori exceptio. non numeratæ pecuniæ. h. d. Franc. de Are.

m *Scriptum est*. supra de lit. obligat.

n *Constitutione*. vt C. de non numerata pecunia. l. in contractibus.

¶PRAETEREA SI DEBITOR.

¶CASVS. Iam uidistis duo exempla, in quibus prima facie æquum videtur, quòd actor debeat obtinere: iniquũ tamen uidetur, inspecta persona rei: quia competenti excep. se defendere potest. Modo ponit tertium exemplum: puta cum creditor fecerit debitori pactum de non petendo, sicut patet in litera.

o *Peteretur*. No. quòd pactum de non petendo tria operatur Nam tollit naturalem ipso iure, ut ff. de sol. l. Stichũ. § naturalis. Item elidit ciuilem, ut in hoc §. Item obligat naturaliter paciscentem non petere. Nam & alias est obligatus naturaliter aliquid non facere, ut non facere furtum, ut supra de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. §. primo.

p *Non omnino*. quia non ciuilis, sed naturalis tantum, ut ff. de solut. l. Stichum § naturalis. In casibus tamen etiam ipso iure vtrunque tollit pactum, ut in maleficijs factis, si quis paciscatur, ne agatur. *b* Item in pignore remisso per pactum, ut ff. de pactis. l. si tibi § quædam actiones. & §. de pignore.

Si ap[illegible]

* Adde gl. in c. exceptionem. de except. ubi loquitur de exceptio. & ibi Fely.

1 † *Th. consequens est.*

2 † *Th. dicamus.*

Exceptiones sunt arma reorũ.

3 † *Th. tamen quia.*

* Adde Fely. in Rub. nu. 5. de exceptio.

* Sed s[ecundu]m Angel. ille tex. non facit ad propositum, quia loquitur quãdo stipulatio fit sine cã; hic uerò secus.

Exceptiones turpes non opponuntur in patronos, & parẽtes.

4 † *Th. sicut ut dixi.*

Pactum de non petendo tres habet effectus.

b No. tũ. q qui remittit actiones ex maleficio, non tẽ detur remittere dñ num vel interesse. ut Dy. Bar. & Ange. in §. quædam. in glo. alle. ubi etiam vide, an g remissionẽ iniuriarum factam in foro penitentiali tollantur ille actiones ex maleficijs.

a *Si apparet.* oratio posita loco actionis, secundum P. sed secundum Ioannem cõtra, vt diximus s. de act. § sic itaque. Accursius.

¶ AEQVE SI DEBITOR. ¶ CASVS. Iam vidistis tria exempla, in quibus prima facie videtur æquum ꝙ actor debeat obtinere: iniquum tamen videtur, inspecta persona rei; quia competenti excep. se defendere potest. Hic ponit quartum exemplum de eodem: puta in except. iurisiurandi, cum iuramentum delatum fuerit debitori a vero creditore, & ipse se nihil debere iurauerit; si agat actor contra reum, qui iurauit, defendere se potest reus per exceptionem iurisiurandi. & sum in versi. in ijs quoq; actionibus &c. In superiorib. habuistis, qualiter exceptiones opponuntur contra actiones personales. Modo intendit tractare de exceptionibus, quæ opponuntur contra eos, qui agunt actionib realibus, vt si rem tanquã meam vendicem, dicens rem meam esse, & verum dico, quia res mea est, tamen iniquum esset, quòd ipse reus, qui iurauit, cõdemnetur contra stylum sui iuramenti. h. d. Fran.

b *Iniquum est.* hic no. simile. ff. de in lit. iur. l. fi. & ff. de iureiuran. l. nam postea, § iureiurando dato. & S. de dolo, l. nam sufficit. hoc tamen fallit, quoties est cõtra leges iuratum: quia non seruatur sacramentum, vt in Auth. sceni. non solum, §. non enim si quis, coll 5. quæ est C. de nupt. auth. qđ eis. & ff de iure patr. l. adigere. & C. de leg. & const. l. non dubium, in fi. Item quando veritas alias per testimonium potest inueniri, vt C. de reb. cred l fi. Item quando defertur sacramentum a iudice, vt ff. de iureiur. l. admonendi. alias autem obtinet quod hic dicitur.

c *Rem suam esse.* distinguitur tamen vtrum iuret suam rem esse, vel petitoris non esse; quia si iuret suam esse, datur sibi actio, & exceptio: sed si iuret petitoris non esse, nascitur sibi exceptio contra petitorem tantum: ut ff. de iureiuran. l. sed & si possessori. 1. & 2 respon. ibi, non enim.

1 † qua

2 † manet.

3 † Th. verũ quoniã absurdum, &c.

4 † suam Iuramentũ contra leges non est seruandum.

Iuro rem meã esse, & iuro tuã nõ esse dif ferunt.

soluuntur: qua de causa efficax est aduersus eum actio, quam [1] † actor intendit, si apparet, [a] eum dare oportere. Sed quia iniquum est, contra pactionem condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti.

Exceptio iurisiurandi actionem non tollit, sed eam elidit; quæ etiam nititur æquitate, & contra realem actionem exceptio iurisiurandi oppont potest, quæ repellit agentem in rem.

¶ Aeque si debitor, creditore deferente, iurauerit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet: [2] † sed quia iniquum [3] † [b] est, de periurio quæri, defenditur per exceptionem iurisiurandi.

¶ In ijs quoque actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessariæ sunt exceptiones: veluti si petitore deferente, possessor iurauerit eam rem suam esse, [c] & nihilominus petitor eandem rem vindicet. Licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem eius [4] † esse, iniquum tamen est possessorem cõdemnari.

Absolutoria lata in personali, siue reali; eandem actionem non perimit, sed exceptionem rei iudicatæ parit conuento. Aret.

¶ Item si in iudicio tecum actum fuerit, [d] siue in rem, siue in personam, nihilominus obligatio durat: [e] & ideo ipso iure de eadem re postea aduersus te agi potest, sed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

Exceptiones, quarum vsus est valde necessarius, sunt duplices: quia quædam sunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Angelus.

¶ Hæc exempli causa retulisse sufficiat.

¶ Alioqui ex quam multis, varijsque causis exceptiones necessariæ sint ex latioribus Digestorum, seu Pandectarum libris, intelligi potest. Quarum quædam ex legibus, [f] vel ex ijs, quæ legis uicem [5] † obtinent, [g] vel ex ipsius prętoris [h] iurisdictione substantiam capiunt.

¶ ITEM SI IN IVDICIO. ¶ CASVS. Adhuc præter exceptiones illas, de quibus supra dictum est, quædam alia est exceptio, per quam potest reus se teneri: ueluti si uetus debitor per sententiam iudicis fuerit absolutus sententialiter. Licet enim per imperitiam uetus debitor absoluatur, naturaliter tamen manet debitor: sed contra creditorem agentem poterit se tueri excep. rei iud. & hoc dicit. Sed quid est, quod hic dicitur, ꝙ ex sola naturali obligatione possit ag.? Frater, dicit Iac. ex sola naturali a principio nõ agitur. sed quando naturalis, & ciuilis fuerint coniunctæ a princ. si tollatur una ipsarum, ipso iure ex altera potest agi, licet agenti exceptio. Franc.

d *Actum fuerit.* subaudi. & fueris absolutus: sicut hic innuit.

ADDITIO. Intelligas istum tex. cum ista gl. quod reus fuit absolutus, ut j. patet. Ang.

e *Obligatio durat.* scilicet si primo erat obligatus. vnde si soluat non repetit, cùm debitum soluat: vt ff. de cond. indeb. l. Iulianus, & l. iudex. Et caue tibi; quia per iusiurandum & per pactum naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis, vt ff. de iureiur. l. fi. in prin. & ff. de sol. l. Stichum, aut Pamphilũ, §. naturalis. Sed per sentẽtiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: vt ff. de cond. indeb. l. Iulianus. Sed cum actionem indueat res iudicata, ubi nulla omnino erat, vt C. de reb. cre. l. actori. quare non tollit, vbi est? R ñ. res iudicata de iure ciuili est: & ideo tollit, & inducit ea, quæ sũt de iure ciuili: & in obligationem ciuilem tollit, & actionem (ꝙ est de iure ciuili) inducit, vt ff. de orig. iure l. ij. §. deinde ex his. Ea autem, quæ sunt iuris naturalis, nõ tollit, ut obligationem naturalem, ut argum. s. de legitim. agnatorum tutela, §. fi.

Obligatio naturalis tollitur p pactum & iuramẽtũ, sed ciuilis per sententiam.

Sententia est de iure ciuili.

ADDITIO.

Iam glo. intellige de iuramẽto uoluntario. & sic delato a parte parti: non autem de necessario: quia illud habet eandem uim, sicut res iudicata, ut l. 2. ff. de iureiur.

f *Ex legibus.* ut ne quis conuenitur, nisi coram suo iudice, vt C. de except. l fi.

g *Legis vicẽ obtinent.* vt in senatuscõsultis: vt s. tit. 1. in princ. sicut est exceptio Macedoniani, & Velleiani, ut ff. ad Maced. & Velleianum, per totum titulum. Accursius.

5 † Th. uim

h *Prætoris iurisdictione.* ut de dolo malo, & metus causa, ut ff. de excep. do. per totum. Item pacti, ut ff. de pac. l. iuris gentium, §. prætor ait. Accur.

¶ APPELLANTVR. ¶ Diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponit duplicem distinctionem exceptionum, quia quædam sunt perpetuę, & quædã temporales. Itẽ quædam sunt peremptoriæ, & quædam sunt dilatoriæ. Secũdò ponit exempla cuiuslibet. Tertio ponit quam pœnam olim patiebatur, & quam hodie patitur; quia pendente dilatione legali, uel lata ab homine, ante dilationem finitam egerit. Secunda ibi perpetuæ, quòd peremptoriæ. Tertia ibi alioqui si. Aret.

Diuisio.

¶ CASVS. Suprà uidistis multa de exceptionibus, adhuc autem circa naturam exer. scire debetis, quod quædam exceptiones dicuntur perpetuæ, & peremptoriæ: uidelicet illæ, quæ semper agentibus obstant: & semper rem perimunt. de qua agitur sicut est exemplum de excep. doli mali, & de except. pacti conuenti, quando conuenit, ne omnino pecunia peteretur. i. sine temporis præfinitione. & illud est, quod semper dicunt Canonistę, ecclesiam debere semper restitui. & sum in uer. temporales. Tu uidisti exemplum de exceptionib. peremptorijs: modo uideamus exemplum de temporalibus dilatorijs, quæ & tempore nocent, ut puta si sit pactum factum de non petendo usque ad tempus (& sic habes aliquid de materia plus petitionis.) Si enim aliquis creditor debitori tuo fecerit pactum de non petendo usque ad quinquennium, propterea actionem

suam non perdit, sed intra quinquennium olim suam causam perdebat, nec amplius agere poterat: sed non vult dominus Iustin. ꝙ hoc hodie ita strictè procedat: sed vult in casu isto, ꝙ locum habeat constitutio Zenoniana, de qua facta est sup. mentio de actio. §. sed hæc quidem, l. quod de do. cau. non nume. l. si. & authen. ibi posita. Item quid de ea, quæ opponitur, ut quis conueniatur in quantum facere potest? Respon. eam esse temporalem: quia præsumo, ꝙ aliqua acquiret: & sic postea poterit soluere, ut C. arbitrium tut. l. si defunctus. Nam non repetitur, quod soluitur, licet facere nō possit commode. ut ff. de cond. inde. l. nam & maritus. quod fieret si esset perpetua, cum sit fauorabilis, ut ff. de condi. inde. l. qui exceptionem. Et circa hoc uide, quod no. in l. 1. C. de iur. & facti ignoran.

debeant induciæ duplicari, & post quinquennium duplicatū adhuc non audiatur, nisi omnes expensas, quas reus in litem fecerit, eo ꝙ præmaturè eum conuenerit, reo soluat. & hoc itā constitutum est, vt tali pœna perteriti actores, tempora litiū doceantur obseruare.

Semper. a *Semper.* i. sine præfinitione temporis, vt ff. de do. excep. l. purè §. finita tamen. si ante sententiam opponantur, vt C. senté. rescin. non pos. l. peremptorias, nisi in septem casibus in quibus etiā opponi possunt post sententiam, vt sūnt ætatis, vt C. senté. rescin. non pos. l. peremptorias. & ff. de mino. l. minor 25. ann. omissam. itē minores, vt C. de iur. & facti ignorā. l. j. Item in Macedoniano. & Vel leiano, vt ff. de Mace. l. tametsi. Item in donatore, qui punit, ut conueniatur in quantum facere potest etiā post sententiam, ut ff. de re iudic. l. Nesennius. §. fin. Item exceptio falsi procuratoris, ut C. de procu. l. licet. Secus si ratione personæ procuratoris opponatur exceptio, ut quia sit miles uel mulier; quia talis exceptio est dilatoria, ut infra eodem §. præterea. Item vbicūque diceretur, nullum fuisse iudicium, vt quia sit venalis sententia, vel falsis testibus, uel instrumentis iudicata, ut C. quādo prouo. non est necesse. l. uenales. uel cum iudex sit non suus, ut C. si a nō compet iud. per totum.

1 † *The. in perpetuū.*

2 † *Th. actori.*

* *Adde Bald. in l. uni. nu. 5. C. ut actio. ab hered. & cont. hared.*

3 † *Th. scilicet.*

4 † *conuenit.*

5 † *Th. quamis.*

a Hoc verum intellige, quando post sententiā opponitur ta le, ex quo appareat, dictū iudicē non habuisse iurisdictio- nē, saltem in cā, de qua iudicauit: nec fuit facta progatio tacite, vel expresse: vt latè per Ang. hic. *alias asseuerat. Aeg. Petr.

Exceptio ista, dico me conueniendum in quantū facere possum, est tēporalis.

Quædam exceptiones sunt perpetuæ, & quædam temporales. Item quædam exceptiones sunt peremptoriæ, ut doli, metus, pacti, & similes: quædam dilatoriæ, ideo sic vocatæ, quia negotium differre dicuntur, quæ ol.m actorem temerè litigantem faciebant cadere à causa.

¶ Appellantur autem exceptiones, aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper[1] † [a] agentibus[2] † obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt, qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales* atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, qualis est pacti conuenti,[b] cum ita[3] † conuenerit,[4] † ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam, finito eo tempore, non impeditur actor, rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volentibus, obiicitur exceptio, aut pacti conuenti,[c] aut alia[5] † [d] similis, differre debent actionem, & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur.[6] †

¶ Alioquin si intra tempus egerint, obiectaque sit exceptio: neque eo iudicio quicquam consequuntur,[7] † propter exceptionem, neq; post tempus olim agere poterāt, cum temerè rem in iudiciū deducebant, & consumebant, qua ratione rem amittebant.[e]

Hodie si actor plus petat tempore, sine pendente dilatione, reo induciæ duplicantur, & eidem reo actor in expensis factis in causa, damnabitur, ante quarum refectionem super principali negotio audientia denegabitur. Aretinus.

¶ Hodie autem non ita strictè hoc ꝓcedere volumus: sed eum, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ[f] constitutioni subiacere censemus, quam sacratissimus legislator de iis, qui tempore plus petierint, protulit, vt & inducias, quas ipse actor sponte[8] † indulserit, vel quas natura actionis continet,[g] si contempserit, in duplum[h] habeant ii, qui talem iniuriam[i] passi sunt: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: vt actores tali pęna perteriti[k] tempora[9] † litium doceantur obseruare.[10] †

b *Tacti conuenti.* scilicet exceptio.

c *Pacti conuenti.* scilicet, usque ad quinquennium.

d *Alia similis.* ueluti si quis stipuletur id, quod in utero est, uel fructus futuros, uel domū certo loco ædificari. uel cum Romę esset; Ephesi dari stipulatus est: ut ff. de uerb. oblig. l. interdū. secundum Azo.

e *Rem amittebant.* facit sup. de actio. §. si quis agens. & ff. de lib. le. l. non solum. §. fi. & C. de iure fisci. l. iustas. lib. x.

f *Zenoniana constitutioni.* l. Græcæ, cuius mentio §. de actio. §. sed hæc quidem.

g *Continet.* quod dic, ut modo dixi per l. interdum. ff. de uerborū oblig.

h *In duplum.* sed uidetur, quod nullam patiatur pœnam; ut ff. de peti. hære. l. quòd si in diem in princip. quæ est huic contra. Sed dic illam corrigi. Vel melius, speciale est ibi: quia ad hoc solum agebatur, ut eodem iure penes agentem haberetur, quod erat apud defunctū; unde non fuit plus petitum.

i *Iniuriam* non tamē talem propter quam agere possent.

k *Tali pœna perterriti.* facit C. ad legem Iuliam repe. l. prima. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. penul. & C. de inoffic. testa m. l. si quis in suo, in fine primi respon.

6 † *Th. dicuntur.*

7 † *consequantur.*

8 † *forte*

9 † *Th. at indutias.*

10 † *Th. non tamen certe intentant.*

a Item si iniquè a iudice compulsus est eo tempore, quo compelli non debuit, ut ff. de fe. l. prima. Sed dilatoria proponitur ante litem contestatam: sed probatur, postquam actor monstrauerit, quod asseruerat, *ut C. de probat. l. exceptionem. & C. de exceptio. l. si quidem. Secus in exceptione fori: quia ante litem contestatam opponi & probari debet secundum quosdam: ut ff. eodem. l. penul. Sed quid de exceptione non numeratæ pecuniæ, nunquid est perpetua, uel temporalis? Respon. quidam anomalam eam esse. Nos dicimus, quod est temporalis, biennij, uel 30. dierum, ut supra de lit. obl. §. fin. & C de non nume. pecun. l. in contractibus. §. primo. & §. super cæteris. Sed in hoc potest dici anomala, quod cum alijs probet qui excipit, hic tamen non probat: ut C. de nō numera. pecun. l. si ex cautione tua. Idem quare in exceptione non numeratæ dotis, & eodem modo solue, vt C.

¶ PRAETEREA ETIAM EX PERSO.

¶ CASVS. Scire debetis, ꝙ quædā exceptiones dilatoriæ sunt quę quidē ex l. uel ex natura rei dantur, quædam sunt dilatoriæ, quæ ex persona dantur: ueluti si aliquis per mulierem, agere uelit. Mulier. n. non pōt esse procurator, nisi pro patre: similiter miles non pōt esse procurator patris, uel matris, uel alicuius alterius. Et si hoc ꝑ rescriptū imperiale sibi fuerit indultum: qd intelligo, nisi in rescripto inseratur clausula. Hoc nō obstantē &c. Pro causa tn̄ sua, uel iure suo fine offensa disciplinæ suæ bene potest esse procurator, & agere. & illud verbum ita intellexerunt quidam, ꝙ miles suis proprijs negotijs interesse pōt, si per hoc non impediatur officium disciplinæ suæ, aliter non. de hoc plenè hēs in gl. Fran.

Mulierem.

Mulier p parentib. agit.

a *Mulierem.* quæ p alio agere non pôt. nisi pro parentibus si morbus, aut ætas eos impediat, nec sit, qui eorum nomine agat, ut ff. de procu. l. fœminas. Accur.

ADDITIO. Mater tamen non admitteretur pro filio minore etiam ad defendendum, nisi in causa appellationis; & est ratio, quia est maioris præiudicij, quam principalis. Ang.

b *Nec pro patre, vel matre, &c.* nisi pro eorum libertate, vt ff. de libe. cau. l. 3. quæ est contra secundum lo. ADDITIO. Dic, quod in isto casu dicitur defendere causam propriã, pro suo interesse, ut l. 2. 3. & 4. ff. de lib. cau. facit l. nõ tantum. ff. de appell.

c *Sine offensa.* i. hoc fit sine offensa disciplinæ. non autem sic intelligitur, ut hoc non possit fieri. si disciplina, i. exercitium militare offendatur, sed si ne offensa detur, siue non, præsumitur non offendi; vt hic, & C. eo. peu l. qui stipẽdia.

Procurator esse pt. infamis nõ aduocat.

¶ EAS VERO EXceptiones.

¶ CASVS. Iste §. tota die i iudicio frequentatur ad probandum, quod infamis pôt esse procurator, quamuis non possit esse aduocatus; & rationem diuersitatis reddunt quidam, quia procuratio est tãtum onus, aduocatio autem est onus cũ honore. His prætaxatis, venio ad casum in hunc modum. Olim ita erat, quod si tu eras procurator Petri cõtra me, te potui repellere propter infamiam tuam, vel propter infamiam Petri: sed hodie nõ vult Iusti. quod istæ exceptiones infamiæ in iudicijs frequẽtentur: ne dum super eis altercatũ fuerit, ipsius principalis negotij disceptatio protelet. Fran.

d *Conquiescere.* sed §. ff de postu. l. 1. §. secundo loco. & in §. hoc edicto. Sol ibi de maxima infamia: hic de parua. Vel illud de aduocato, qui emolumentum tantum habet; hic in procuratore, qui tantum habet onus.

* *Adde Fely. in ca. post cessionem. nu. 3. de probat.*

1 † *Th. vir sentur.*
2 † *perspexi mus.*

Aduocatus lucrũ, procurator onus hẽt.

Exceptionum tertium genus est, quia quædam vocatur dilatoria iudicij, personam respiciens, ut exceptio incompetentis procuratoris, & similis. Aret.

¶ Prætoria etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones, quales sunt procuratoriæ veluti si per militem, aut mulierem [a] agere quis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre [b] vel vxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri conceditur: suis verò negotijs superesse sine offensa [c] militaris disciplinæ possunt.

Infamis potest esse procurator, & potest procuratorem constituere. Are.

¶ Eas verò exceptiones, quę olim procuratorib. propter infamiam vel dantis, uel ipsius procuratoris * opponebantur, cum in iudicijs nullo modo frequentari perspexerimus, 1 † 2 † conquiescere [d] sancimus: ne dum de his altercantur: ipsius negotij disceptatio proteletur.

De replicationibus.

TITVLVS XIIII.

Replicatio exceptionem tollit, quæ ad tollendam eam nititur æquitate, quæ replicatio ad adiuuandam intentionem actoris competit, & contra replicationem duplicatio est inducta ad summouendam eandem, quæ prima facie æqua videtur, contra quam duplicationem actori datur triplicatio. Aretinus.

persunt fideiussori, & quæ nõ persunt. Sed a ibi, exceptiones aũt.

¶ CASVS. In superioribus dictum est, quia illud, quod videtur iustũ prima facie ex parte actoris, videtur iniquum, inspecta persona rei petentis, se defendere per exceptionem legitimam. & ad similitudinem illius scire dẽs naturã replicationis. Sæpius. n. contingit, quod reus prima facie habeat exceptionem: sed forsan actor habet replicationem: cõtra suam exceptionem: quia iniquũ esset, quod sua exceptio posset nocere actori, cum exceptionem rei per sui replicationem possit elidere: & de hoc ponit hic exemplum, faciendo mentionem eius, quod dr in §. pactus ne peteret, & sum in versi. rursus interdum, &c. Supra habuistis, quod replicatio datur proprio actori cõtra exceptionem rei. Sed quandoque contingit, quod replicatio actori aliqñ prima facie videt iusta: sed inspecta rei persona, qui se per duplicationem competentem potest defendere, videtur iniusta. Iniquum enim esset, quod actori replicatio ei noceret, & propterea datur ipsi reo contra replicationem actoris duplicatio: & sic vlterius potest varietas negotiorũ ista nomina multiplicare. Contra enim duplicationem rei datur actori triplicatio: & cõtra triplicationem actoris datur reo cõtra actorem quadruplicatio. Tunc enim plerunque infringit suũ propositũ præcedens. & si naturam istarũ oium actionum plenè velitis uidere, hoc ex latioribus Digestorum voluminibus, quod facere poteritis. ff. de excep. l. 2. Franc.

INterdum euenit, vt exceptio, quę prima facie iusta videtur, inique tamẽ noceat; [e] quod cum accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi actoris grã, quæ replicatio vocatur, quia per eam replicatur, atque resoluitur ius 3 † exceptionis: veluti cũ pactus est aliquis cũ debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde postea in contrariũ pacti sunt, i. vt creditori petere liceat. si creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demum condẽnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniã creditor petat, nocet ei exceptio. Conuenit [f] enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt. Sed quia iniquum est, creditorem excludi, [g] replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento. ¶ Rursus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat. [h] qđ cum accidit, alia allegatione 4 † opus est, adiuuandi rei gratia: quę duplicatio vocatur. Et si rursus ea [i] prima facie iusta videatur, sed propter aliquam cãm actori iniquè noceat, rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur, quę dr Triplicatio. Quarum 5 † omnium exceptionũ vsum interdum vlterius, quã diximus, varietas negotium introducit: 6 † quas omnes apertius ex Digestorum [k] latiore volumine facile est cognoscere.

3 † *Th. vit.*
4 † *Th. alia allegatio opponitur.*
5 † *Th. harum antẽ.*
6 † *Th. produci.*

e *Noceat.* i. non prosit: vel dic propriè, l. actori. Accur.

f *Conuenit.* i. ita fuit cõuentum.

g *Excludi.* s. per exceptionem. Accur.

h *Noceat.* i. non prosit. Accur.

i *Ea.* s. duplicatio. Ac.

K *Digestorum.* vt ff. de excep. l. 2.

Continuatio.

DE REPLICATIONIBVS.

¶ Quia exceptio per replicationẽ eliditur: iõ per cõsequens de replicatiõe dicit. ut j. e. in prin. & ff. de exce. l. 2. §. replicatio.

Diuisio.

INterdum. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes principaliter. Primo ponitur de replicatione. quæ prodest actori, & quæ non. Secundo quæ exceptiones, competentes reo principali,

EXCEPTIONES.

¶ CASVS. Iste §. deberet poni in fi. præcedentis tit. hic tñ satis conuenienter ponit: quia omnes replicationes exceptiones dicuntur. Dicit. n. Iusti. in isto §. quod omnis exceptio, quæ competit alicui reo, debet competere & eius fideiussori. Parum. n. uel nihil ipsi reo prodesset, nisi suo fideiussori competeret, qui recursum hret cõtra eum & sum in vei. Sanè exceptiones, &c. Dixi uobis s. quod exceptio, quæ cõ-

petit reo, competit & eius fideiussori. Hoc autem fallit in vno casu, s. quando debitor cesserit bonis. Hæc enim exceptio fideiussoribus non prodest. Illi enim, qui alios pro reo obligant, hoc maxime prospiciunt, q. si reus principalis fuerit facultatibus suis lapsus, possint a fideiussoribus totum suum debitum consequi hoc dicit. Franc.

Exceptio reo competens, si est in rem, proderit eius fideiussori propter actionem mandati, quia reus sibi tenetur: exceptio vero personalis, ut cessiones bonorum, vel similes ad fideiussorem nullatenus se extendunt. Aret.

¶ Exceptiones[a] autem, quibus[1] † debitor defendit,[2] † plerúque accommodari solent etiam fideiussoribus[b] eius: & recte; quia quod ab ijs[c] petitur, id ab ipso debitore peti uideatur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ij pro eo soluerint. Qua[d] ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis[e] cum reo[3] † fuerit: placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuenti illis quoque, [f]qui pro eo[4] † obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim debitor si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem,[g] si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fideiussoribus non datur: ideo scilicet: quia qui alios pro debitore obliget, hoc maxime[h] prospicit, vt cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab ijs quos pro eo obligauit, suum consequi.

De interdictis.

TITVLVS XV.

Interdicta olim nil aliud erant, nisi certæ conceptiones uerborum lata à prætore interdictum interponente, cum inter duos de possessione agebatur. Aret.

Sequitur, vt dispiciamus de interdictis, seu actionibus,[i] quæ pro his[5] † exercentur. Erant autem interdicta formæ, atque conceptiones verborum,[k] quibus prætor aut iubebat,[l] aliquid fieri, aut fieri prohibebat.[m] quod tunc maximè[n] fiebat,[6] † cum de possessione, uel quasi...

Gloss:

a *Exceptiones*, videtur, q. hic §. deberet esse in fine superioris tit. Sed certe cum & replicatio sit exceptio, bene ponit hic, generaliter tã ad exceptiones, quàm ad replicationes pertinens. Acc.

b *Fideiussoribus*. appellatione fideiussoris omnem accessorem accipe, siue sit mandator, siue fideiussor, siue alius: ex eo dictus fideiussor, q. pro alio fidem suã adstrinxerit. Et nota, quod dicit plerúque. quia exceptio reo cõpetens gratia suæ personæ, vt quia sit minor, fideiussori non competit, vt ff. de minorib. sin causæ. j in princ. & ff. de excep. l. exceptiones. z. in fi. legis Item si est damnatus in omnibus bonis suis ratione sui delicti, vt C. de fideiuss. l. j. vel si cessis bonis, vnde personaliter ei subuenitur, ne in plus conueniatur, quam in quãtũ facere potest, ut supra de actio. §. fin. & inf eo. in fi. Item vbicunque quis inquantum facere potest, condemnatur: nam fideiussori non datur exceptio: a vt ff. pro soc. l. verum. §. primo. & ff. sol. mat. l. alia. Vbi autem exceptiones cohærent rei, & non personæ, aut pacti conuenti, & rei iudicatæ, fideiussoribus competunt, ut hic etiam inuito reo. vt C. de de exception. l. defensiones & ff. de exceptionibus. l. omnes.

ADDITIO Dic, vt in l. penul. & in l. tam mandatori. C. de non nume. pecu. Ang.

c *Ab ijs*. scilicet. fideius.

d *Qua ratione*. exemplificat. Accursius.

e *Quis*. s. creditor. Accursius.

f *Illis quoque*. s. fideiussorib. & similibus.

g *Per exceptionem*. propter hunc casum dixit sup. plerúque. & propter alios, ut diximus.

h *Maximè*. ut i supra de fideiuss. in prin.

DE INTERDICTIS.

¶ Quia interdicta uicem sustinent, seu obtinent actionum Ideo post actiones de interdictis proponitur, ut infra eod. in prin. Accursius.

ADDITIO. Sed ista rubrica congruentius posita fuisset ante tit. de except ut fecit Iurisconsult. in Digestis: quia ante tit. de excep. posuit istum titulum. sed in hoc non est uis.

Sequitur. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, quid olim erant interdicta. Secundo ponit unam diuisionem interdictorum. Tertio ponit aliam diuisionem. Quarto ponit unam aliam diuisionem interdictorum. Secunda ibi, summa autem. Tertia ibi, sequens. Quarta ibi, tertia diuisio.

¶ CASVS. Dixi Iusti Domine, bene uideo, q. u ultis tractare de interdictis quæro, quæ sunt interdicta? Frater, dicit ipse. olim interdicta erat quædam solennis conceptio uerborum per quam uolebat prætor aliquid fieri, uel prohibebat: & maxime hoc faciebat, quando disceptabatur de possessione, uel quasi. h. id. Franc.

i *Actionibus*. scilicet in factum, ut inf. eo. §. fina.

k *Conceptiones verborum*. i. dicere uerba concepta, & formata a prætore proponente interdicta. Sed secundum hoc quæ erat d̃ria olim inter interdicta, & actiones: cum & actio erat formula, ut ff. de ori. g. iur. l. 2. §. deinde ex his? Respon. quidã, ut præceptor meus Azo, quod interdicta formabantur in persona uolentium intentare tantum loquendo eis. vñ interdicta inter duos dicuntur reddi a prætore loquente duob. ut inf eod. §. exhibitoria. & hoc et colligitur ff. sub multis titulis in tractatu de interdictis. sic enim dicitur, unde ui illum deiecisti, & c. ut ff. de ui, & ui arm l. prima in princ. Itẽ uti ædes, de quib. &c. ut ff. uti possid. l. j. in princip. & sic de alijs. Sed actiones generaliter, & in persona omniũ formabantur: ut quicunque emerit, ut ex empto agat: & sic de cæteris, qđ collig. ff. de orig. iur. l. 2. §. omniũ, & §. de his. Vel dic breuiter differentiam talem fuisse: quia interdicta a prætoribus, sed actiones a cæteris magistratibus formabantur, ut patet ex eo, quod omnia interdicta sunt prætoria. ut ff. de interdic. per totum librum. Sed hodie nihil aliud est interdictum, quam actio prætoria in factum, ut inf eo. §. fi.

ADDITIO. Dic secundum Ioannẽ Fab. imo est aliud; & potest agi, uel interdicto, uel actione in factum, ad electionem actoris, ut ff. ne uis fiat ei. l. si quis missus. § cum prætor. ff. uti possid. l prima. s restituendæ. & no ff. de ui, & ui arma l. 1. §. fi. licet gl. no. idem, quod hic in sub. si eod. sed Dy. reprehendit gl. & hoc est uerum. Ang.

l *Iubebat*. quod est in interdictis restitutorijs, exhibitorijs, ut inf. eo §. restitutoria & §. exhibitoria,

m *Prohibebat*. quod facit prohibitorijs interdictis, ut infra eo §. prohibitoria.

n *Maxime*. hoc ideo dicit, quia quandoque per interdicta non super possessione, sed super iure rei contenditur, ut pater in interdicto de mortuo inferendo, ubi licet inferre, & sepulchro inędificando, ubi licet inędificare, ut ff. de mor. infer. l. j. in prin. & §. prætor ait. Item quandoque proprietatis, & possessionis simul, ut ff. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. fi. & ff. eo. l. interdictorum. §. quædam. Sed nunquid alio modo, quàm per interdicta, i. de iure ciuili agitur de possessione? Respon. sic, ut per condictionem indebiti, ut ff. de cõdic. indeb. l. indebiti. §. sed si nummi. Item per triticariam, ut ff. de condic. tri. l. j. in fi. & l. 2. Item per condictionem ex lege, ut C. de acquir. poss. l. si in fi. & ff. de rei uend. l. [illegible] local. l. si quis. Accur.

Possessio

Margin notes:

Fideiussor est nomen generale, & dicitur a fide.

1 † Th. principalis.

2 † Th. uti potest.

Exceptiones reo cõpetentes. grã personæ, fideiussori nõ cõpetũt, sed bene si rei cohærent.

3 † Th. cum debitore.

4 † Th. pro ipso.

a Vt ff. de re iudic. l. & si fideiussor, in princ. nisi fideiussor, ut defensor conueniatur, tũc em ut defensori nõ ut fideiussori datur.

Continuatio.

Diuisio.

Interdicta, & actiones olim differebant.

5 † Th. uti interdictum.

6 † fiebat.

Interdictis quãq; litigat̃ sup ppriet ate.

Possessio põt peti ne interdictis.

Res incorporales quasi possidentur.

sessione,[a] aut quasi[b] possessione inter aliquos contendebatur.

Interdictorum quædam sunt prohibitoria, vt interdictum, ne vis fiat: item de mortuo inferendo: quædam sunt restitutoria: vt interdictum, quorum bonorum; quædam vero sunt exhibitoria, vt interdictum de libero homine exhibendo, & similia. Are.

¶Summa[c] autem [1] † diuisio interdictorum hęc est, ꝙ aut prohibitoria sunt, aut restitutoria,[d] aut exhibitoria.

¶Prohibitoria [2] † sunt, quibus prætor uetat [3] † aliquid fieri: veluti vim [4] † sine uitio possidenti[e] vel mortuum inferenti, quo ei ius erat inferendi:[f] uel in loco sacro ædificari:[g] uel in flumine[h] publico, ripave eius aliquid fieri, quo peius nauigetur.

¶Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet, veluti bonorum possessori[i] possessionem eorum, quæ [5] † quis pro hærede, aut pro possessore[k] possidet[l] ex ea hæreditate: [6] † aut cum iubet ei, qui vi de possessione fundi deiectus sit, restitui possessionem.[m]

¶Exhibitoria sunt, p quæ iubet[n] exhiberi: veluti eum, de cuius libertate[o] agitur: aut libertū cui patron[9] operas indicere[p] velit: aut parētu[q] libe

a *Possessione.* siue retinenda, siue recuperanda, siue adipiscenda, ut inf. eo. §. sequens diuisio.

b *Quasi possessione.* vt cum contenditur de possessione rerum incorporalium, & itineris, & actus, & aquæductus: vbi non est uera possessio, sed quasi, ut ff. de acquir. rer. dom. l. seruus §. incorporales: sed tamen est ibi quædam quasi possessio; & de ea retinenda competunt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quando contendo, me esse in quasi possessione prædictorum iurium ut ff. de itin. actuque priua. per totum & ff. de aq quoti. & æsti. per totum. & ff. de ser. l. pen. & ff. si ser. vendi. l. sicuti. § Aristo.

SVMMA AVTEM. ❡CASVS. Dixi vobis, quod olim erāt interdictū quædam solemnis conceptio verborum, per quā, &c. Modo volo, ꝙ sciatis primam diuisionem interdictorum, & est tri membris. Interdicta n. aut sunt prohibitoria, aut restitutoria, aut exhibitoria; Interdicta prohibitoria appellantur ab effectu prohibitionis, ut puta, cum aliquis sine uitio iussu iudicis, uel aliquo alio legitimo modo possidet, prohibet prætor ei uim fieri. Item prohibet ædificari aliquid in loco publico; uel in itinere sulito Item prohibet, aliquid poni in flumine publico, ripave eius, quo peius per flumen nauigetur. & sum in ver. Restitutoria sunt, &c. Item uidistis, quæ sunt interdicta prohibitoria: modo uideatis, quæ sunt restitutoria Et dicūtur restitutoria ab effectu restituendi: videlicet cum prætor iubet interdicto alicui restitui. Verbi gratia; Si ego sum bonorum poss. de iure præto. prætor iubet, mihi restitui quicquid aliquis de hæreditate illa, uel pro hærede, uel pro possessore possidet; & illud competit mihi per interdictum, quorum bonorum. Et nota, quod cum dicitur, quòd interdictum, quorum bonorum, est restitutorium, sumitur hoc verbum, restituere, impropriè scilicet, pro eo, quod est per se dandi: sicut & uerbum, reddendi, significationem per se dandi habet. Vel potes dicere, quod propriè dicitur hoc verbum, restituere, habito respectu ad personam defuncti qui res ipsas possedit. & hæres censetur eadem persona cū persona defuncti. Sed diceret aliquis, Domine, qualiter potest interdictum, quorum bon. esse interdictum recuperandæ possessionis: cum sit interdictum adipiscendæ? Frater uerbum, restituendi, sumitur impropriè, ut iam dictum est. & sumus in uersic. exhibitoria, &c Iam vidistis, quę sunt interdicta prohibitoria, & restitutoria: modo uideatis, quæ sunt exhibitoria, & uocantur exhibitoria interdicta ab effectu exhibendi: cum, scilicet, prætor iubet aliquid exhiberi mihi. Et de hoc ponuntur tria exempla in litera, quæ satis patent. In ver. sunt tamen scire deberis quòd tam prohibitoria, quàm restitutoria, & etiam exhibitoria, interdicta uocātur. sunt tamen qui putant, quòd solummodo prohibitoria, interdicta debeant dici, & quòd magis debeant dici decreta, quàm interdicta Nos autem (dicit Iustinia) dicimus, quòd omnia debent dici interdicta, quasi inter duos dicta, non habendo respectum ad hoc, quòd interdictum resonat prohibitionem. h d. Franc.

c *Summa* i. prima, non minima: quia & de duob. membris aliqua inuenitur, ut inf. eo. §. 3.

d *Restitutoria.* quandoque tamen quædam inueniuntur mista tam prohibitora, quàm exhibitoria, ut ff. eo. l. j. § interdictorum & ff de lib. hom. exhib. l. j. Nam petitur exhiberi, & prohibetur inuitus retineri.

ADDITIO. Vide glo. in d. §. interdictorum. quæ plenius loquitur. Angel.

e *Possidenti.* ut si quis missus fuit in possessionem iussu prętoris, ut ff. ne uis fi ei, qui in poss. mis. est. l. 1. in princ. Nam iustè possidet, & sine uitio, qui, authore prætore, possidet. vt ff. de acqu. poss. l. iustè.

f *Inferendi.* quod interdictum est ff. de mortuo inferēdo. l. prima, in princip. & §. hoc interdictum.

g *Aedificari.* quod interdictum habes. ff. ne quid in loco sac. l. j. in princip. Accursius.

h *Vel in flumine.* & hoc habes ff. de flumi. l. 1. in princip. & ff. ne quid in flumine publi. l prima, in fine.

i *Bonorum possessori.* non rerum, sed iuris idest, succedendi de iure prætorio tantū, ut filio emancipato, uel cognato: qui dicuntur bonorum possessores ex bonorum possessione edictali, & decretali: nam statim habet hoc interdictum directum, ut consequantur possessionem hæreditatis: quod appellatur, quorum bonorum, ut infra eodem, §. adipiscendæ Vtile verò datur illi, qui succedit de iure ciuili, uel ex testamento, uel ab intestato, ut ff. quorum bonorum. l prima in princ. & C. quorum bonorum. l. prima. Sed econtra est in hæreditatis petitione. Nam directa datur hæredi de iure ciuili, utilis uerò ei, qui succedit de iure prætorio, ut ff. de bonorum possessoria hæredita. petitio. l. 1. Est & aliud nouum auxilium per nouam constitutionem inuentum, per quod petitur possessio hæreditatis, si testamētum apparet non uitiatum, uel uituperatum in aliqua sui parte, ut C. de edicto diui Hadria. tollen. l. fina Sed quare dicitur hoc restitutorium: cum nunquam hic bonorum possessor habuit possessionem? Respond. impropriè dicitur restituere pro dare, ut ff. de uerborum sign. l. verbum redden di. ut ff. de leg. a. l. cum quidam. Vel dic. quòd inspecta persona defuncti, dicitur restitutorium: sed natura sui dicitur, adipiscendæ possessionis, ut ff. quorum bonorum l. prima. § finali. a

K *Pro possessore.* duæ sunt uiæ succedendi, scilicet, iure ciuili, & iure prætorio Prima subdiuiditur in possessorium p constitutionem diui Hadriani. & petitorium: vt petitionem hæreditatis directam. Item secunda similiter subdiuiditur in possessorium, ut per interdictum, quorum bonorū, per quod petit successor de iure prætorio, se mitti in possessionem bonorum, quæ tenebat defunctus tempore mortis, ut hic. Item in petitorium, ut per petitionem hæreditatis bonorum possessoriam.

l *Possidet.* vel dolo fecit, quo minus possideat, ut ff. quorum bono. l. j. in princ. & expone hæc uerba, pro hærede, & possessore; ut inf. eod. §. pro hærede, & §. pro possessore. Accursius.

m *Restitui possessionem.* per interdictum, unde ui, quod intra annum locum habet pro ijs, quæ non peruenerunt ad uiolentum: pro alijs perpetuo, ut ff. de vi, & vi arma. l. j. in prin & hoc si ciuiliter, & naturaliter possideat deiectus. Si autem naturaliter tantum, utile habet tantum, ut fructuarius, ut ff. de vi, & vi arma. l. 3. §. unde ui.

n *Iubet.* scilicet, prætor.

o *Libertate.* ut quia liber homo detinetur inuitus: quod interdictum habes ff. de lib. hom exhi. l. j.

p *Indicere velit.* i. iniunctas operas dicere velit; vel conuentas iniungere: quo casu ageret de libero homine exhibendo, vt ff. de lib. hom. exhib. l fi.

q *Parenti,* in quo casu duo sunt interdicta, vnum de liberis exhiben. alterum de liberis deducendis, ut ff de libe. ho. exhib. l. j j. respon. & l. 3. j. respon. in prin.

1 † *Th. deest, autem.*
2 † *Th. quidem.*
3 † *Th. prohibet.*
4 † *Th. minus.*
5 † *Th. alius.*
6 † *Th. deest, ex ea hæreditate*

Bonorum possessor quis dicit. Interdictum quorum bonorū est duplex, s. directum, & vtile. Hæreditatis petitio est duplex Restituere quandoq; sumit pro date. a Hæc vltima verior: quia licet uera possessio non transferat ad hæredem, ut l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. in princi. fingitur tamen transferri: pscertim decretalis bon. pos & hoc respectu, & hoc attento. dicitur restitutorium: attenta tamen ueritate. adipiscendæ; & saluat iste tex. ibi, vbi dicitur adipiscēdę. Angel. Violentiā passus quā remediū habet,

ros, qui in potestate eius sunt.

¶Sunt tamen qui putant [1]† propriè, interdicta ea uocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denunciare, & prohibere: restitutoria autem, & exhibitoria, propriè decreta uocari. [2]† Sed tamen obtinuit[a] omnia interdicta appellari; quia [3]† inter duos dicuntur.[b] [4]†

Interdictorum quædam sunt adipiscendæ possessionis, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Adipiscendæ dicitur interdictum quorum bonorum: quod competit hæredi de iure prætorio in possidentem res hæreditarias, pro hærede, vel possessore: sic dictum, quia ante quàm adipiscatur possessionem, competit. Item Saluianum interdictũ pro rebus in fundum illatis. h. d. Are.

¶Sequens[5]† diuisio* interdictorum hæc est: quòd quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ; quædã recuperandæ.

¶Adipiscendæ possessionis cã interdictum accommodatur bonorum possessori, qđ appellatur, quorum bonorum, eiusq; uis,[6]† & potestas hæc est, ut quod ex ijs[c] bonis quisque, quorum possessio[d] alicubi data est,[e] pro hrde,[f] aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorũ[g] possessio data ẽ, restituere dẽat.

¶Pro[h] hærede autem possidere videtur, qui putat se hæredem esse.

¶Pro possessore is possidet, qui nullo iure rem hæreditariam, uel etiam totam hæreditatem, sciens[i] ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis uocatur interdictũ, quia ei tantum vtile est, qui nunc primum conatur [7]† adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionẽ,[k] amiserit eam:[l] hoc interdictum ei inutile est[m].

¶Interdictũ quoque, quod appellatur Saluianum, adipiscendæ possessionis causa comparatum[n] est, eoque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus[o] fundi pignori futuras pepigisset.[p] [8]†

[1]† *Th. dicũt,*

[2]† *Th. dici.*

[3]† *Th. propterea qđ.*

[4]† *Th. dicã tur. Quidã legũ, quia interim dicuntur.*

[5]† *Th. altera.*

* *Adde Fore. dial. 22.*

6† *sus.*

7 † *Theo. vult.*

8† *Th. pepigit.*

a *Obtinuit.* inter sapientes.

b *Inter duos dicuntur,* idest, à prætore formantur, ut no. supra, circa princip.

¶SEQVENS DIVISIO. CASVS. Supra uidistis vnam diuisionem interdictorum, hic sequitur alia, & est hæc, s. quòd quædam sunt interdicta adipiscendæ possessionis gratia prodita, uel etiam inuenta, & quędam etiam retinendæ possessionis gratia, & quædam recuperandæ. Adipiscendæ possessionis gratia inuentum est interdictum, quorum bonorum, & quorum legatorum: quamuis de eo non fiat hic mẽtio. & Saluianum interdictum. Per interdictum enim quorum bonorum, potest ille, cui bonorum poss. data est, petere poss. omnium rerum hæreditariarum ab eo, qui pro hærede, vel pro possessore possidet. & sum in versic. Pro hærede autem. &c. Dixi, quòd interdictũ quorum bonorum appellatur interdictum adipiscendę possessionis. Sed domine Iustin. pro Deo dicatis mihi, quare sic appellatur? Frater, dicit ipse, tantum vult hoc dicere, quòd nunc primũ velit adipisci possessionem bonorũ, quorum poss. nunquam habuit. vnde si aliqs habuit poss. bonorũ, & postea eam amiserit, nón competit ei hoc interdictum, sed magis interdictum recuperandæ possessionis. & sumus in versic. Interdictũ quoque, &c. Iam habuistis vnum exemplum de Interdicto adipiscendæ possessionis, adhuc dicam vobis aliud exemplum de eodẽ. Interdictum enim Saluianum, locum habet ad adipiscendam possessionem omnium rerum, quas possedit colonus tempore illo, quo fundum meum conduxit: quæ quidem res pro mercedibus fundi tacitè mihi erant obligatæ, & competit mihi hoc interdictum utile contra quemlibet extraneum possidentem res, quas colonus tempore conductionis possedit: contra colonum autem possidentem res illas, datur mihi istud interdictum directum. hoc dicit. Franciscus.

Interdictũ quorũ bonorum, & petitio hęreditatis ꝓ vna sola re possunt cõpetere.

c *Quod ex ijs.* innuitur hic, quòd hoc interdictum etiam pro una re competat. Sed contra uidetur, quòd sit uniuersale, ut ff. quorum bonorum. l. j. §. fin. Sed certè nihilominus est vniuersale, licet ad vnam rem detur. sic enim est in hæreditatis petitione, ut ff. de petitio. hęredit. l. regulariter. & l. licet. quam constat vniuersalem esse, ut ff. de rei uend. l. prima, j. respon.

d *Possessio.* s. decretalis.

e *Data est.* s. voce prætoris viui: vel hodie coram quolibet iudice, ut C. qui admi. ad bon. poss. l. fi.

ADDITIO. Dic, quòd non est necesse, quod iudex, siue prætor, siue alius iudex bonorum possess. concedat, secundum Angelum.

f *Pro hærede.* sed nunquid hi tit. sunt? Respon. non, ut C. in quibus cau. cess. lon. tempo. præscrip. l. hæreditatem. ergo vsucapio non potest procedere. Sed contra. ff. quorum bonorum. l. j. j. respon. Sed illud expone, ut ibi.

g *Bonorum possessio.* scilicet, decretalis. Accur.

h *Pro hærede.* a hæc oratio quandoque accipitur pro uero titulo, ut ff. pro hære per totum, quandoque pro falso, vt quia credebat, se hæredem, cum non sit, & ita hic accipit: & quandoque agitur petitione hæreditatis, ut ff. de petit. hæred. l. pro hærede.

a Oportet tamen, ꝙ non sit hæres ꝓ quocũq; uel ꝙ licet sit hæres aliter, ꝙ habeat pro legatario, ut l. quoties. C. de hære. insti. cum ibi notatis. Ang.

i *Sciens.* unde si quæritur ab eo, quare possideat: dicit, quia possideo, uel si dicat, pro hærede. tamen alium scienter dicit, ut ff. de petit. hære. l. qui inter rogatus.

K *Possessionem.* quæ est facti Accur.

l *Eam.* s. possessionem quæ est facti.

m *Inutile est.* sed aget amodo rei uendicatione: cum sit dominus. Accur.

n *Comparatum est.* contra colonum directum, contra extraneos utile, ut C. de Saluia. interdic. l. j. & ff. de Saluia. interdic. l. prima.

o *Pro mercedibus.* itẽ & pro damno, si qđ contulit in eodem, ut ff. de Sal. interdic. l. j. & argu. ff. in quibus causis pign. uel hypo. ta. con. l. j. versi. non solum.

p *Pepigisset.* scilicet, tacitè, vt C. de locato, & conduc. l. certi iuris. Sed quid interest inter hoc interdictũ, & Seruianam actionem? Respon. in Seruiana, oportet locatorem probare colonũ fuisse dominum tempore obligationis, ut ff. de pign. l. j. §. cum prædium. in fin. & l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. Sed in interdicto isto sufficit si probet ipsum possedisse, ut ff. de Sal. interdic. l. j. Accur.

Interdicti Saluiani & actionis Seruianæ differẽtia.

¶RETINENDAE POSSESSIONIS.

¶CASVS. Supra uidistis exemplum de interdicto adipiscen. pos. modo uideatis de interdicto retinendæ possess. Retinendæ autem pos. causa adinuenta sunt duo interdicta, scilicet interdictum. uti possidetis, & Vtrobi. Sed domine, pro Deo, quando habent locum hæc interdicta? Frater (dicit dominus Iusti.) quando ab utraque parte, de proprietate alicuius rei quæritur, & etiam quando de possessione eiusdem rei est contentio: quia quilibet eorum dicit se possidere, ut aduersarium ad onera probationis compellat. Tunc enim datur hoc interdictum ad hoc, vt appareat, vter eorum possideat: quia non potest actoris petitio institui, antequam appareat, quis rem possideat. Quandiu enim qs rem detinet, eam petere non potest: sed quia longè commodius est rem possidere, quã petere: propterea super possessione frequenter magna contentio existit. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quod est illud commodum possessionis? Frater, (dicit ipse) magnum: quanquam enim ille, qui possidet, non sit dominus rei, tamen si ille, qui petit rem, non potest probare rem illam suam esse, remanebit res illa penes possidentem. est etiam aliud: quia in dubio si iura possessoris, & petitoris sunt dubia, pro possessore iudicari solet. Franc.

Vti possi-

a *Vti possidetis*. quod de rebus immobilib. dicit: sed Vtrobi, de mobilibus, vt ꝟ eo. §. sed interdicto. Accursius.
b *Proprietate*. ob hoc quidem comparatum est, sed & sine hac controuersia proprietatis dabitur, vt si de sola possessio ne contendatur, secundum Ioann.
c *Vter petere debeat*. id est, vter sit actor, & vter reus.
d *Vtrius eorum possessio sit*. id est, vter possideat.
e *Non potest*. vt ff. de iudi. l. inter litigantes. Accursius.
f *Ciuilis*. vt quia parit actionem in rem aduersario, vt C. de ali. iud. mut cau. fa. l. j.
g *Naturalis*. vt quia nemo à se ipso posset petere secundum naturam, vt ff. de recep. arb. l. pe. & facit ad hoc bene. ff. vti poss. l. j §. hoc interdictū. & ff. de acq. pos. l. exitus.
h *Ingens*. id est, magna, & hæc eadem contentio, & in alijs interdictis retinendæ possessionis est; aut in illo de superficiebus, vt ff. de superfic. l. 1. §. 1. respon Item in illo de itinere, actuque priua. & via priua. vt ff. de itinere, actuque priua. l. 1. §. 1. respon. Item de aqua. coti. & æstiua. Item inter eos, qui ducunt aquam per eundem riuum, qui corriuales dicuntur. Item inter eos, qui ex eodem castello, vt ff. de aqua. coti. & æstiua. l. 1. §. 1. respon. & § si inter corriuales. & §. ait prætor, quo castello. In his enim omnibus interdictis, vbi de incorporalium quasi possessione agitur, est idem modus agendi, qui in duobus istis. vnde in Digesto nouo continue post illum titulum, vti poss. illi supradicti ponuntur per ordinem. Accur.
i *Possessione*. no. ꝙ maximè lites sunt in possessorio: quia ut sequitur in textu, est maximū commodum possidere. Ang.
K *Remanet*. facit C. de eden. l. qui accusare, in fine & C. de rei ven l. res. quæ est l. fin. & ff. si vsusfruc. pet. l. vti frui.

* Facit ad hoc §. quod dicitur. i c. licet in glo. super verbo, titulum ibi. sed hoc non est uerum extra de proba. et in gl. super uerbo, possideatis, ante finem, item interdictū. extra de prob. & ibi Fely. nu. 9. ubi in hoc interdicto non est necesse probare de proprietate, nisi quando super possessione essent pares probationes.

1 † Aliàs, utrubi, ut in manuscrip. exemplaribus, & quibusdam impressis legitur.

Interdicta sunt multiplicia.

Corriuales.

2 † Petitoru.

* Adde Deci. in l. fi. C. edic. D. Adria. tollen. in fine. & Felyn. in c. 3. nu. 4. de probat.

* Quia fauorabiliores sumus ad absoluendum, quam ad condemnandū. concor. c. ult. in fi. cum gl. sub uerbo, humaniorem. extra de transact.

Interdictum retinendæ possessionis dicitur Vti possidetis, & Vtrobi. Nam cum inter aliquos de proprietate quæstio est mouenda, & vterque se possessorem contendit propter magnum possessionis commodum, non potest aliter super petitorio disceptari, nisi vnus sit petitor, alius possessor: ad quod discernendum competunt hæc interdicta. Aretin.

¶Retinendæ * possessionis causa comparata sunt interdicta Vti [a] possidetis, & Vtrobi: [1] cum ab Vtraque parte de proprietate [b] alicuius rei controuersia sit, & ante quæratur, utra ex litigatoribus possidere, & uter petere [c] debeat. Namque nisi ante exploratum fuerit, utrius [d] eorum possessio sit, non potest [e] petitoria [2]† actio institui: quia & ciuilis, [f] & naturalis [g] ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat. Et quia longè commodius est, & potius possidere, quam petere: ideò plerunque, & ferè semper ingens [h] existit contentio de ipsa possessione. [i] Commodum * autem possidendi in eo est, quod etiam si eius res non sit, qui possidet: si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet [k] in suo loco possessio; propter quam causam, cum obscura sunt vtriusque iura, contra petitorem iudicari solet. *

Vti possidetis pro rebus immobilibus; Vtrobi verò, pro rebus mobilibus competit: hoc dicit. Aret.

¶Sed interdicto quidem Vti possidetis, de fundi, vel [l] ædium possessione contenditur: Vtrobi [m] vero interdicto, de rerum mobilium possessione.

Licet interdicta Vti possidetis, & vtrobi olim plurimum differrent, tamen hodie ille obtinet in vtroque, qui tempore litis contestatæ non vi, non clam, nec precario ab aduersario possidet. h. d. Aretinus.

¶ Quorum [n] uis, hac potestas, plurimam inter se differentiam apud ueteres habebat. Nam Vti possidetis interdictio is uincebat, qui interdicti [o] tempore possidebat, si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab aduersario possessionem, etiam si alium [p] vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogauerat aliquem, ut sibi possidere liceret. Vtrobi uero interdicto is uincebat, [3]† qui maiore [q] parte eius anni nec ui, nec clam, nec precario ab aduersario possidebat. [4]†. [r]

¶Hodie tamen aliter obseruatur. [5]† Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem [s] pertinet) exæquata est; ut ille vincat & in re soli, & in re mobili, qui possessionem nec ui, nec clam, [t] nec precario ab aduersario litis contestatæ tempore detinet. [6]†

Quis dicitur possidere etiam, si per alium possidet; & possessio solo animo retinetur, licet solo animo non acquiratur. Ang.

¶ SED INTERDICTO, &c.

¶CASVS. Iā habuistis de interdictis, Vti possidetis, & Vtrobi, quā locum habent: sed domine Iustin. quæ est differentia inter interdictum, Vti possidetis, & Vtrobi? Frater, dicit ipse, scire debes, quod olim erant duæ differentiæ inter ista duo interdicta: quarum vna adhuc remanet, & alia est sublata. olim autem, & hodie est differentia, quod quando de possessione immobilium tractatur inter duos, veluti de poss. fundi, vel ædium, tunc locum habet interdictum, Vti possi. Pro pos. rerum mobilium datur interdictū, Vtrobi. Sed dñe, quę olim fuit differentia, quæ hodie non est in vsu? Respond. differentia fuit ista: Olim in interdic. Vti possid vincebat ille, qui tpe iudicij, i. tpe litis contestatæ comperiebatur possidere n. ō vi, non clā, nō precario ab aduersario. Dicit aūt Iustin. ꝙ ipse vult, ꝙ hodie, quantum ad possessionem retinendam adæquata sint hæc iura. hodie igitur in vtroq; mō obtinebit ille, qui se probauerit possidere tpe litis contestatæ non ui, non clam, nō precario ab aduersario. h. d. Fran.

l *Vel ædium*. ff. vti pos sid. l j. j. respon. Accur.
m *Vtrobi*. hoc dr̄ ab utrum, & ubi: ut utrū, ponatur pro, ad, uel, apud: ubi ponatur pro. quē. quasi dicat, apud quem est, apud eū sit. Non fit aūt mētio hic possessionis. cum mobilia propriè non possideantur, sed immobilia tm̄, cū dicat possessio, quasi pedū positio: vt ff. de acq. pos. l. 1. in prin. Abusiuè tamē tam mobilia, quā immobilia dicuntur possideri. Acc.
n *Quorū*. scilicet, duorum interdictorum.
o *Interdicti tempore*. id est, tempore, quo apponitur interdictū.
p *Alium*. dummodo non aduersarium.
q *Maiore*. scilicet, quā aduersarius: ut ff. de uer. sig. l. maiore parte.
r *Possidebat*. & sic citius uincebat in Vti possidetis, quàm in Vtrobi: & erat fortè ratio, quia citius mobilia transferuntur, quā immobilia: ut ff. com mod. l. [illegible] & ff. de re iu. l. j. & ff de re iud. l. à diuo Pio. §. j. & ff de acqui. poss. l. si rem.
s *Quantum ad possessionem*. no. quantū ad possessionē: nam quātū ad alia remāsit differētia, ut olim: ut Vti possidetis in reb. immobilib. & Vtrobi, in mobilib. locū hēat: ut hic dr̄; & ꝟ. §. proxi.
t *Nec clam*. cùm multa sint genera uiolentiarum, quæ ad præsens omitto: de hac ui, quæ inquietatiua dicitur, quæ parit hoc interdictum, ut si me arate, uel ædificare, uel aliquid

Vtrobi unde dicitur.

Possessio nō est propriè ī mobilibus.

Possessio unde dicitur.

3 † Th. vincat.

4 † Th. possidet.

5 † Th. ea obseruantur.

6 † Th. possidet.

Vis inquietatiua, quę parit interdictum, ꝙ ui, aut clā, qualiter fiat.

aliquid in meo me facere prohibes, contendunt te possidere habet locum hoc interdictū: vt ff. de vi, & vi ar.l.vim facit.& ff. ꝙ vi, aut clam.l.i.quid sit vi. Quid si ille nō cōtēdat se possidere, sed solùm iniuriatur mihi? Rn̄. adhuc locū habet hoc interdictum: vt ff. vti poss.l.si duo.§.si vicinus. Sed & actionē iniuriarum mihi tenetur: vt ff de act.emp.l. qui pē den tem. Quid si nec possessionis, nec iniuriæ, sed quia seruiturē se hēre contēdit? Rn̄. si possideret, intentabo negatoriā. si ego possideo, intentabo hoc interdictū: vt ff. si ser.vēd.l.2.§.j. Clam aūt possidet, qui clanculo, me absente, sibi possidere volēs, ingreditur fundū meum, quē ego possideo: nec tñ suspicor me posse repelli, & ita, me absente, & inuito, sæpissimè facit: vt ff. ꝙ vi, aut clā.l.3.§.fi. & de acq.pos.l.clā, in prin. Ille.n. qui ingreditur, habet nūllam per intronū suum, & ego ciuilem. Vel dic, ꝙ ego retineo naturalē ciuiliter, ingrediēs naturalē naturaliter. Sed nonne & naturalem perdit statim, cum de fundo exit, & ad iudiciū venit, vel ēt alias ueit? Rn̄ nō, inmo animo retinet eā naturalem: vt facit simile narius, qui solā naturalē habet. Vel dic, ꝙ si amittit eā, non tñ no cet: quia adhuc hoc interdicto teneri licet ego possideam tñ: ut diximus per l.ff. uti poss.l. si duo.§ si uicinus. Precario aūt possidet aduersarius a me: ut si precibus suis motus, concessi sibi precario, ut ff. de preca.l.1.in prin & § 1. & distingue in precario: quia aut agitur, ut oīs possessio in accipiente transferatur: quod fieri pōt, ut ff. de prec.l.in rebus, & ff. de acq pos.l. Pomponius §.si is, qui aut ut nulla: & hoc ualet, ut ff. de prec.l.certè.§.is.q. Aut ut habeat naturalē tñ qui accipit: & hoc ualet, ut ff. de prec.l.& habet,§.eū. Sed nunquid in oī precario uinco habentem a me per hoc interdictū, uti possidetis? Rn̄ non illum, qui habet omnē possessionē, cum hoc interdictū possessorem tueat: ut ff uti poss.l.1.§ j. & §.2. ergo uinco supradictos, ēt si ego habebā possessionem ab alio ui, uel clam, uel precario: ut hic, & ff. uti possid.l.j.§.fin.& l.2. Accur.

1 † *alius.*

Clā possidere.

2 † *Th. vulgo dicitur.*

3 † *Th. enimuero* 4 † *retinere Th.*

Possessor clādestin' hēt naturalem possessionem, & deiectus ciuilem.

Precaria possessio.

a Dic, ꝙ ī dubio præsumi; naturalis tm̄ modo possessio trāslata ut nō. gl. Bart. & Ang. in d. §.eum.

¶POSSIDERE AVTEM, &c. ¶CASVS. Iam habuistis, ꝙ tā in interdicto, Vtrobi, q̄ in interdicto, Vti poss. quæ sunt interdicta retinendæ poss. ille uincit, qui in possessione inuenitur tpe litis contest. Sed dñe, pro Deo dicatis mihi, qualiter aliquis dicatur possidere. Et ipse tñ Frater, dicit ipse, non solū dī quis possidere, si per se, hoc est si corpore suo possideat: sed ēt si corpore alterius possideat, q̄ uis eius iuri non sit subiectus: dum tamē nomine suo possideat, sicut per colonū, & inquilinum, & depositarium, & cōmodatariū: hoc est, ꝙ cōiter dī, aliquē retinere posse possessionē per quemlibet, qui eius nomine est in possessione: & nō solū per corpus suum, & per corpus alterius, qui eius nomine possidet, potest aliquis possidere, siue possessionem retinere: sed ēt tem aīo potest aliquis possidere, seu possessionē retinere, licet ipse non sit in possessione, uel aliquis eius nomine: dum tñ non animo deserēdæ possessionis eā deserue rit, sed postea reuersus sit ad illam. h.d. Fran.

a *In possessione sit.* cautè dicit: ut ff. de acq.pos.l. si quis an te.§.idem Pomponius ibi. non vt possideret nam nō possident isti nec ciuiliter nec naturaliter, fm Ioan. s. colonus. & inquilinus, & similes: vt hic, & ff. de vsucap.l. non solum, §.quod vulgo. Sed M. dicit, eos naturaliter possidere, ut ff. cōi diuid.l.cōi diuid.§ neque. Sed illud intellige colonum possidere, s. alij.

¶Possidere autem videtur quisque, nō solùm si ipse possideat, sed & si eius nomine aliquis 1† in possessione a sit, licet is eius iuri subiectus nō sit: qualis est colonus, b & inquilinus.

¶Per eos quoq;, apud quos deposuerit quis, aut quibus cōmodauerit, ipse possidere videtur. c Et hoc est, quod dicitur, 2† retinere d possessionem posse aliquem per quemlibet, qui eius nomine sit in possessione.

¶Quinetiā 3† animo quoq; solo retineri 4† possessionem placet: idest, ut quāuis neq; ipse sit in possessione, neque eius nomine alius; tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed pòstea reuersurus inde discesserit, retinere possessionem uideatur.

¶Adipisci uerò possessionē per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo solo adipisci possessionem nemo possit. 5 †

Recuperandæ possessionis dicitur interdictum. Vnde vi, competens spoliato pro possessione, quam etiam habet à spoliante vi, vel clam, vel precario ex interuallo. h.d. Aretinus.

¶Recuperandæ possessionis causa solet interdici, 6 † si quis ex possessione fundi, uel ædium f vi deiectus fuerit. nam ei proponitur g interdictum, Vnde ui, h per quod is, qui deiecit, cogitur 7 † ei restituere possessionem: licet is i ab eo, qui vi deiecit, ui, uel clam, uel precario possideat.

Hodie per vim spolians, si dominus est, à dominio rei cadit; alias rem spoliatam & eius æstimationem restituit, qui alias lege Iulia de vi publica, vel priuata criminaliter punitur. Et armorum appellatione lapides & fustes continentur. Are.

b *Colonus.* scilicet in villa: sed inquilinus in ciuitate: ut ff. de acq.pos. l te pignoris.

c *Possidere videtur.* si ergo per alium possidet: ergo non possidetur: ut ff. de acq. poss. l. quod meo. licet quidam dixerint eos naturaliter possidere, sicut & colonum, ut superiori casu diximus.

d *Retinere.* licet animo retineatur, nō tamen animo quæritur: ut ff. de acquir. poss. l. quemadmodum & C. de acquir. poss. l. licet, & j̄. proxime. Accursius.

e *Exposuimus.* supra per quas personas nobis acquir. § ex his. Accursius.

¶RECVPERANDæ possessionis. ¶CASVS. Vidistis supra per exempla de interdicto adipiscēdæ possessionis, & ēt de interdictis retinendæ possessionis, modo uidendum est de interdictis recuperandæ possessionis. Recuperandæ autem possessionis interdictū est, interdictum, unde ui, per quod cogitur deijciens ui deiectum restituere. s. in illam possessionem, à qua ipsum deiecit: licet deiectus a deijciente, ui, uel clam, uel precario possederet. quod uidetur missum. in glos. tñ habes hoc expeditum uno uerbo. s. illud uerbum, ex interuallo. & hæc erat pœna uiolenti fm iura antiqua: sed alio modo punitur hodie uiolentis iste per nouas constitutiones, per l. si quis in tantam. C. unde ui. cuius effectus talis est: Si quis rem mobilem uel immobilem inuaserit uiolenter, si dominus erat illius rei, quam inuasit uiolenter, dñium illius rei amittit. si autem non erat dñs illius rei, compellitur restituere, & soluere æstimationem rei per uiolentiam poss. & omnes pœnæ istæ imponuntur non solū per actionem ciuilem, sed ēt per actionem criminalē. Potest.n. qui aliquē ui de possessione deiecit, accusari l. Iul. de ui priuata, si sine armis si uerò cum armis, de ui publica. Sed domine, quid appellatis uos arma? Sunt.n. quidā, qui solummodo credunt eum armis deijcere est, qui loricatus, & cum gladio, & scuto, & lancea, & consimilib. armis aliquem deiecit. Frater, nō est ita. armorū.n. appellatione, non solū scuta, gladios, & ēt cætera arma appellari uolumus, sed ēt fustes & lapides. Fran.

f *Aedium.* aliud in rebus mobilibus. nam pro his competit ui bonorum raptorum actio: ut ff. de ui, & ui arma. l j.§. hoc interdictum. & § illud. & §. planè. nisi mobilia cum immobilibus petantur hoc interdicto: ut ff. de ui. & ui arma. l. j.§. qui autem Accur.

g *Proponitur.* id est, datur.

h *Vnde ui.* sed quare dicitur, unde ui? Respon. quia talia erant uerba prætoris: unde illum vi deiecisti, &c. & ita à principio uerborum prætoris sumpsit denominationem, sicut & alia, ut quorum bonorum, & similia: ut ff. de ui, & ui arma l. 1. in princ.

i *Is.* scilicet deiectus: ut quia hodie expoliaui te, uel quia cœpi

Colonus & inquilinus nec ciuiliter nec naturaliter possident.

5 † *Desunt The. nouissima hæc verba.*

6 † *Th. est interdictū.*

Quonā aūt modo q̄ atur, ac gdatur possessio: gd itē ea sit, ac quotuplex, quoue iure inducta: Nū ue factum sit, an ius dicēdum, uide, ac dic, ut per Bart in l j. ff. de acq. poss.

7 † *Th. compellitur.*

Vnde ui cernit res immobiles, ui bonorum raptorū res mobiles.

Ponit casum.

cepi possidere rem tuam clam, vel vi. in sequenti verò dic me expulisti: a nam teneris mihi hoc interdicto. Secus si incontinenti me deijcis, ut ff de ui, & ui ar. l. 3. §. cum igitur. in glo. fi. & l. qui possessionem. Quod incontinenti accipe antequam ad alios actos extraneos diuertat: ut ff. de duobus reis stipul. l. duos reos.

a No. Istã gl. cũ uersi. sequẽti, φ incontinenti dicitur eadẽ die: ut in hac gl. & uide tex. I l. cõtinuus in prin. ff. de uerb. obli. Ange.

1 † Th. Prĩcipiũ. caue-tur.

2 † alienã.

3 † Th. eius.

4 † Theo. in qua.

5 † The. & ae instrumentum, quod nocere possit.

Lex Iulia, de ui priuata, & de ui publica qualiter punit.

Inuasor primò percutiatur.

6 † Theo. actor à reo discretus est.

Violentia quãq; personis quãque rebus infertur.

a *Constitutionibus*. ut C. unde ui. l. si quis in tantam.

b *Suprà diximus*. ut sup. ui bo. rap. §. quia tamen.

c *Rei*. scilicet, proprietatis: sed interdicto, Vti possidetis, possessio æstimatur: ut ff. uti possidc. l. penu. §. fin. Accur.

ADDITIO. Dicebat Ioan. Fab. φ primo Dy tenet, qđ in hoc interdicto fiat æstimatio possessionis, sicut in interdicto, uti possi. sed ipse Io. Fab dicit, quod ad proprietatẽ & ad possessionẽ põt fieri æstimatio, secundum quod concludit Ange.

d *De ui priuata*. pœna autem huiusmodi legis, est tertiæ partis bonorum publicatio, si sine armis: & relegatio, si cũ armis: ut inf. de publi. iudic. §. item lex Iul. de ui pub. & C. ad le. Iul. de ui publi. l. quoniam & l. 2. & ff. de accu. l. hos accusare. § omnibus undecunq; Vis priuata reum deponit ab ordine rerum: Sed deportatus, si uis armata probatur. Vide c. 2. extra de ord. co. in gl.

e *Et lapides*. facit inf. de publi. iudi. §. item lex. & ff de ui, & ar. l. 3. in prin. & ff. de uer. sig. l. armorum: Sed nunquid debet aliquis expectare, se primo percuti, quam percutiat? Dicunt quidã, quod sic, ut argu. C. unde ui. l. j. & ff. ad legem Aqui. l. si ex plagis. §. tabernarius. Nos contra. sed sufficit iustus timor, ut ff. ad leg. Aqui. l sed & si quemcunque. & ff. ad leg. Cornel. de sica. l is, qui. & ff de ui & ui ar. l 3. §. qui armati. Aduerte tamen, quod aliquando uis infertur personæ, aliquando rebus, ut no. gl. fi. in c. significasti ij de homic. & ibi uidè, qualiter intelligitur illud commune dictum: Vim ui repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ.

¶ Sed ex constitutionib. a sacris 1 † (ut supra diximus b) si quis rem per vim occupauerit, si quidẽ in bonis eius est, dominio eius priuatur: si aliena, 2 † post eius restitutionem, etiam æstimationem rei 3 † c dare uim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione 4 † per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi d priuata, aut de vi publica: sed de vi priuata, si sine armis vim fecerit: si autem armis eum de possessione ui expulerit, de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non solum scuta, & gladios, & galeas, sed & fustes, & lapides e significari intelligimus. 5 †

Interdictorum tres sunt species: quia quædam sunt simplicia, in quibus actor, & reus cognoscitur, ut omnia restitutoria, & exhibitoria, & quædam prohibitoria, ut ne quid in loco sacro & simili: quædam uerò duplicia sic dicta; quia in eis non potest discerni actor à reo, & quædam prohibitoria, ut est Vti possidetis & Vtrubi. hæc dicit. Aretinus.

¶ Tertia diuisio interdictorum hæc est, quòd aut simplicia sunt, aut duplicia. f Simplicia sunt, ueluti in quibus alter actor, alter reus est: 6 † qualia sunt omnia restitutoria, aut exhibitoria. nam actor is est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui. reus autem is est, à quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, ueluti cum prætor prohibet in loco g sacro, uel 7 † in flumine publico, h ripave eius aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat, ne quid fiat: reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt, veluti, Vti possidetis, interdictum; & Vtrubi. i Ideo autem 8 † duplicia uocantur, quia par vtriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipuè reus, vel actor intelligitur: sed unusquisque tàm rei, quàm actoris partes 9 † sustinet.

Interdicta hodie sine solennitate proponuntur; & pro his actio in factum sibi locum uindicat. Aret.

¶ De ordine, k & veteri exitu interdictorum l superuacuum est hodie dicere. Nã quoties extra ordinẽ m ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia) non est necesse reddi interdictum: sed perinde iudicatur 10 † sine interdictis, n acsi utilis o actio ex causa

¶ TERTIA DIVISIO, &c. ¶ CASVS. Positis duabus diuisionibus interdictorum, quarum utraque est bimẽbris: hic ponit dominus Iustinianus tertiam: & est talis, φ interdictorum quædam sunt simplicia, & quædam duplicia. Simplicia autem sunt illa, quibus non repetitur, nisi vnus reus, & unus actor: cuiusmodi sunt omnia restitutoria, & exhibitoria. Duplicia sunt illa, in quibus quilibet repetitur reus, & actor. Sed interdictorum quædam sunt prohibitoria, & illorum quædam sunt simplicia, quædam duplicia: Simplicia sunt ueluti cum prohibet prætor in loco sacro, uel in flumine publico, ripave eius aliquid fieri. Duplicia sunt. ueluti interdictum, Vti possidetis, & Vtrubi. & hæc ideo uocantur duplicia, quia in eis unusquisque tam rei, quàm actoris uicem sustinet. hoc dicit Franc.

f *Duplicia*. similis potest fieri diuisio actionum ciuilium. Nam quædam duplices sunt, ut fami. erc. finium regun. & communi diuidun. ut ff. de iudic. l. in tribus.

Actionũ quædam sunt simplices quædam duplices.

g *In loco sacro*. ut ff. ne quid in loco sacro. l. j.

h *Publico*. ut ff. ne quid in flum. pu. per totum.

i *Vtrubi*. item interdictum de superficiebus: ut ff. de superfic. l. j. proponitur. & dicit sup. eodem. §. retinendæ.

7 † Th. aut.

8 † Th. deest, autem.

9 † partem Th.

10 † Th. sed sine ijs iudicia exercetur.

¶ DE ORDINE, & ueteri, &c.

¶ CASVS. Dixi Iustiniano, Domine, quare non recitatis uos totam naturam, & solennitatem antiquorum interdictorum? Frater, dicit ipse: Superuacuum esset hodie de ordine, & solẽnitate antiqua interdictorũ dicere, Nam quotiescunque extra ordinem, id est, solẽnitatem antiquã ius dicitur (quod hodie fit in omnibus iudicijs) non est necesse interponere interdictum. Domine, bene dicitis: sed bene dimitterem solennitatem interdictorum, si loco interdictorũ essent mihi actiones prodite a prætore. Frater, dicit Iustinianus; sic potetis illas hodie proponere, sine aliqua solennitate, sicut posses si ea tibi dedisset prætor hodie. Similiter quando dat tibi prætor hoc interdictum, poteris hodie loco illius interdicti actionem in factum utilem proponere; perinde ac si istam actionẽ utilem prætor tibi accomodasset. hoc dicit. Franc.

k *De ordine*. id est, de antiqua solennitate, cum quã proponebantur interdicta sub certis formis. ut diximus supra eo. in princ.

l *Exitu interdictorum*. s. cum antiqua solennitate: sine ea tamen reddi potest; & proponi, ut ff de oper. no. nunciatio. l. prætor ait. §. nonnulli. Vel in factum actio loco cuiuslibet interdicti, quæ utilis uocatur, ut subijcit

m *Extra ordinem* i. extrà antiquã solennitatem: quod semper fieri uidetur, ut subijcit, ut sup. de succes. sub. in prin. & ff. de neg. gest l. actio. in fi. titu. & de formu. & in pe. acti. suppe. l j. & ij.

n *Sine interdictis*. s. solennibus.

o *Vtilis actio*, scilicet, in factum. quæ datur loco cuiuslibet interdicti. Et nota, quatuor genera actionis in factum. Vna est, quæ ex omni edicto, uel interdicto, prætoris datur, tibi specialis

Actionis in factum quatuor sunt genera.

specialis actio non datur:ut hic. Alia est legis Aquiliæ subsidiaria, quando damnum datur de non corpore in non corpus:ut suprà, ad legem Aquiliam. §. fi. quæ & ipsa prætoria est, ut ff. de præsc. uer. l. quia actionum. in fi. Tertium genus est extraordinarium, quod ex uarijs figuris causarum est introductum, quoties quum est actionem dari, vt C. de satrosan. ecc. l. sancimus. Quartum genus est, quod æquiparatur actioni præscriptis uerbis: quæ actio præscriptis uerbis, vna cum ista in factū ciuilis dicitur: ut ff. de præscriptis uerbis. l. j. in fi. & habet locum in tribus generibus negotiorum. Primo in contractibus innominatis trib. do, ut des; do, ut facias; & facio, ut facias: ut ff. de præscr. uerb l. naturalis. §. 1. 2. & 3. Sed in quarto innominato contractu, s. facio, vt des, habet locum actio de dolo: ut ff. de præscriptis uerbis. l. naturalis. §. quod si faciam. Itē in secundo genere habet locum præscriptis uer. ex omni pacto incontinenti ante, uel post apposito, iuxta aliquem contractum, ut C. de pact. inter emp. & uen. l. 2. & C. de pac. l. petens. Itē in tertio genere, vbicunque dubitatur de nomine contractus, ut patet in exemplis: ut ff. de æstima. ac. l. j. & ff. de præscriptis uerbis. l. j. per totum. & l. 3. Quid sit actio in factum, & ad quid competat, textus cum gl. est in l. quoties. ff. de præscriptis uerbis, & in l. in factum. cum ibi notatis. ff. de act. & oblig. Accur.

Actio præscriptis verbis in tribus generibus negotiorum habet locū.

ADDITIO. Nota hanc gl. quot sunt actiones in factū, & ad quid unaquæque competat: & adde gl. in l. quoties. ff. de præscrip. uerbis. & tex. in l. in factum. & ibi gl. ff. de act. & oblig. Ang.

interdicti reddita [a] fuisset.

De pœna temere litigantium.

TITVLVS XVI.

Temere litigantes triplici pœna coarctantur, pecuniaria periurij, & infamia. hoc dicit. Aret.

NVnc monendi sumus, magnam curam egisse eos, qui iura sustinebant, [b] ne facile homines ad litigādum procederent: quod & nobis studio est.

¶Idque eo maxime [c] fieri potest, quòd temeritas tam agentium, quàm eorum, cum quibus agitur, modo [d] pecuniaria [e] pœna, modo iusiurandi [f] religione, modo infamiæ [g] metu coercetur.

a *Reddita*. s. ab illo eodem prætore.

¶DE POENA TEMERE LITIGANTIVM.

Continuatio.

¶Vsque nunc de propositione actionum dictum est: sed quia contingit eas interdum temerè proponi, nunc de pęna temerè proponentium dicit. Accur.

Diuisio.

NVnc admonendi. ¶Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò continuat rubricam ad præcedentia. Secundò ponit tres pœnas, quæ temerè litigantem coercent. Tertio dictas pœnas sigillatim per exempla declarat. Secunda ibi, idque eo maximè. Tertia ibi, Ecce enim.

¶CASVS. Dixi Iustin. domine, tot. & tanta audiuimus, quod tædio affecti sumus, & uos estis nobis tędiosus factus. Pro Deo dicatis nobis, quid amplius vos intenditis dicere? Frater, dicit Iustin. scire debes, quòd multum studuerunt magistratus antiqui, quòd non de facili litigaretur calumniosè, & nos similiter circa hoc studeamus; quia hoc maximè fiet, si temeritas litigantium tam actorum, quam reorū aliquo de tribus modis, s. uel pœna pecuniaria, uel iureiurādo, uel metu infamiæ puniatur. h. d. Fran.

b *Sustinebant*. s. magistratus, qui iura reddebant: ut ff. de ori. iur. l. 2. post originem.

Periurus in alio seculo punietur.

c *Maximè*. id est, certè.

d *Modo*. i. aliquando; & ita communiter exponitur, quando bis aut ter repetitur, ut supra, quod cum eo. §. cæterum. uersic. sed sanè.

e *Pecuniaria pœna*. ut inf. eo. §. fi. Accur.

f *Iurisiurandi*. scilicet. calumniæ, vt inf. proxi. §. Sed quando? Respon. in futuro seculo, licet non in isto, ut C. de iureiuran. l. 2. a

g *Infamia*. infra eo. § ex quibusdam.

¶ECCE ENIM, &c.

Reus de calumnia iurare debet, quòd putat se uti bona contradictione. Are.

¶Ecce enim iusiurandū omnibus, qui conueniuntur, [1] † ex constitutione [h] nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi [i] prius iurauerit, quod putans, se bona instantia [2] † vti, ad contradicendum [k] peruenit. [3] †

Negans id quod debet, aliquando in duplo punitur. Aretin.

¶At [4] † aduersus inficiantes ex quibusdam causis dupli, vel tripli [l] actio constituitur: veluti, si damni iniuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. [m]

Reus in certis casibus siue neget, siue fateatur, ultra simplum condemnatur.

¶CASVS. Domine, uos iam dixistis, quod temeritas litigātium modis pluribus coercetur. Pro Deo dicatis, si uobis placet, qualiter debeat primo coerceri? Frater, dicit ipse primò debet per iuramentum coerceri: quia omnib. litigatoribus præcipitur, quòd iurent de calumnia. Fran.

h *Constitutione*. C. de iureiurando propter calumniam dan. l. 2. in prin.

i *Nisi prius*. non dicit, quod prius reus, quā actor iuret. sed priusquam audiatur: actor autem priusquā reus iuret: ut C. de iur. propter calum. dā. l. 2. in prin. quæ est contra.

k *Ad contradicendū*. nota, diligenter capitula huius sacramenti. Actor enim iurat, bona instantia uenit ad agendum, ut C. de iur. propter calū. dā. l. 2. in princi. Item, quod non dabit uel dedit, aliquid iudici, ut proferatur pro se sententia, vt in Authen. vt litig. iurēt in exordio litis, colla. ix. Item, quod nullam exiget, uel faciet probationem calumniosam: ut in Authen. de his, qui ingre ad appel. §. fin. colla. v. Et contra reus iurat hæc eadem; nisi quod in primo capitulo iurat, se uti bona contradictione. * Quid continere debeat iuramētum calumniæ, notat gl. in cap. j extra de iuramen calumnię. Vnde uersus. Illud iuretur; quod lis sibi iusta uidetur. Et si quæretur, uerum non inficietur. Nil promittetur, ut falsa probatio detur. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur. b

a Dic, ut hic in l. iij. & ibi Bar. ff. de ci. ftel. & in d. l. 2. C de iureiur. Angel.

1 † Th. Quibus cū agitur.

2 † Th. Consuentia.

3 † Th. ad iudicandū uenerit.

4 † Aliàs, pœna cum pecuniaria aduersus inficiantes & c.

Iuramentum de calumnia præstatur tam ab actore quā à reo.

* Hactenus procedit gl. Accur.

Iuramentum de calumnia cōtinet quinque capitula.

¶AT ADVERSVS INFICIANTES, &c.

¶CASVS. Domine, bene uidimus, qualiter iuramenti religione litigatorum temeritas coercetur: modo dicere debetis, si uobis placet, qualiter pœna pecuniaria compensatur. Certè, dicit ipse, bene uerum est, quod pœna pecuniaria litigatorum temeritas coercetur: quia quandoque actio, quæ ex sui natura in simplum competit, propter inficiationem ipsius rei datur in duplum; ueluti si damni iniurię, & legatorum locis uenerabilibus relictorum nomine agitur, & tamen bene sunt aliquæ actio. quæ sine aliqua inficiatione dantur plusquam in simplum: ut est actio furti manifesti, quæ datur in quadruplum. Fran.

b No. gl. quæ ponit ea, quę debet iurare actor, & quæ debet iurare reus. Ang.

l *Tripli*, ut supra, de actio. §. tripli. ubi quis per mendaciū, aut dolum plus petens, quam debeat, in triplum condemnabitur. Alij deponunt de libris illud, uel triplici, eò quòd subiecta exempla non sunt huic uersiculo apta.

m *Agatur*. Item alibi, ut C. de non nu. pecu. authen. contra qui propriam. Item alibi, ut si creditor negat, sibi debitum solutum. Nam posteà, quòd sit debitum, probare cogitur, ut ff. de prob. l. cum de indebito. Item possessor negans se possidere, si probatur, perdit possessionem, ut ff. de rei uen. l. fi. & in Auth. de trien. & semis § illud & ibi glo. in uer. possessio. col. 3. Item alias, ut ff de ind. l cum.

Mendaciū facit quē puniri.

ADDITIO. Nota pœnas aliquas, quas pariter calumniosè negans, & maximè no. quā aliquis possidet, & negat

interro-

Mendaciū facit quē puniri.

interrogatus se possidere, quòd perdit possessionem, si de mendacio conuincatur, ut l. fi. ff. de rei uend. Ang.

a *Est actio*. etiam à principio, non solum inficiatione, vt hic, & suprà de actio. §. ar illæ. Accur.

¶ITEM ACTORIS QVOQVE. ¶CASVS. Dixi Iustinia. Domine, vidimus s. qualiter p iuramētum, & pœnā pecuniariā rei temeritas coarctatur, sed de actore quid dicetis? Certè, dicit ipse, non solum reus, ꝑm quod superius diximus, sed & actor cōpellitur subire calumniæ iuramentū: imò plus adhuc dico tibi, ꝙ non solum reus, & actor iurant, sicut diximus, sed & vtriusq; partis aduocati iusiurandum subeunt, secundum quod est in alia nostra constitutione ꝓuisum; & hæc oīa introducta sunt loco actionis ueteris calumniæ, quæ in desuetudinē abijt, qua tenebatur actor, qui temerè litigabat, in decimam partem litis: quod nusquam inuentum est factum esse, ut hic dicit: sed pro his introductum est iusiurandum, & vt in expensis, & damnis litis puniatur improbus litigator. hoc dicit. Fran.

b *Item actoris*. q. d. non solum reus iurat de calumnia, vt s. eo. §. sed etiam actor. ut in constitutione nostra dicitur: ut C. de iureiu. propter cal. dā. l. 2. in princ.

c *Subeunt*. s. quod iustum, & fidele patrocinium pręstent, vt in constitutione dicitur. Sed iam in consuetudine non habetur, ꝙ iuretur, licet lege caueatur, vt C. de iud. l. rem non nouam. §. patroni. & facit in Auth. de testi. §. si. col. 7.

¶Statim autem ab initio pluris, quàm simpli, est actio: a veluti, furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his, & alijs quibusdam causis (siue quis neget, siue caueatur) pluris, quàm simpli est actio.

Actor de calumnia iurare tenetur. Aret.

¶Item actoris b quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur, ex nostra constitutione.

Aduocati actoris, & rei de calumnia iurare debent. Accursius.

¶Vtriusque etiam partis aduocati iusiurandū subeunt, c quod alia nostra constitutione comprehensum est.

Olim actor calumniosè litigans, in decima parte litis puniebatur, hodie verò pœna periurij, & victori condemnabitur in expensis. hoc dicit. Aretinus.

¶Hæc autem d omnia pro ueteri calumniæ actione e introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores mulctabat: quod nu quam

Aduocati partiū an debeāt iurare.

a Dic, ut ibi per gl. & Ang. & uide text. & gl. Bar. Cy. Bal. & Sal. in authē. gnāliter. C. de epi. & cle. sed vt dicit s̄. de sanc. §. sed hodie. & Bar. in d. auth. generaliter hodie hmōi satisdatio d lite perseguenda, & decima p̄te litis, &c. non est in vsu. Ang.

d *Hæc autem*. scilicet, quæ de sacramento calumniæ dicta sunt supra eodem, §. primo. & sup. eodem. §. item actoris, & §. proxi.

e *Actione*. actio enim quædam erat, qua tenebatur actor, qui per calumniam litigabat, in decimam partem litis: qđ hodie corrigitur. Sed & hæc hodie iure authenticorum in antiquum redijt statum: licet non iure illius actionis, sed per iudicis officium: ut in Authen. de litig. §. ad excludendas, coll. 8. a Et no. ex hoc §. & ex d. Authen. de litig. & ex l. ff. de reg. iu. l. qui in ius, §. nemo. & ex l. illud ff. de pe. hæred. quòd nisi improbè, & calumniosè litigauerit, non debeat condemnari in expensis: ut ff. de iud. l. eum, quem. & C. de fruc. & lit. expen. l. non ignoret. licet in C. de iud. l. properandum, § sin autem. indistinctè dicat, uictum condēnari uictori in expensis. Sed est intelligendum cum iam dicta determinatione, si calumniosè agit; ut in Authen. dè iudi. § oportet, collat. 6.

ADDITIO. No. ex glo. ꝙ licet una lex generaliter loquatur, tamen per alias leges patitur limitationes, & restrictiones, & sic lex patitur interpretationem passiuam: ut l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc.

¶EX QVIBVSDAM IVDICIIS. ¶CASVS. Vilo qualiter iureiuran. & pœna pecuniaria litigatorum protervitas compescatur, uidendum est, qualiter metu infamiæ teneretur. & certè quædam sunt iudicia, siue act. in quibus si quis fuerit damnatus, infamis efficitur; quas act. litera enumerat: & hoc intellige, quando directè intentantur; quia tunc, & non aliter, damnatur in illis efficitur infamis. In actione autem pro socio, quę directa est ab vtraque parte, hoc est, tam à parte intentantis, quā a parte eius, contra quem intentatur. secus est; & ideo quicūque sociorum in act. pro socio fuerit condemnatus, infamis efficitur. Sed tamen scire debes, ꝙ differentia est inter actiones hic notatas, descēdentes ex contractu, uel quasi, quia non solum illi, qui damnati sunt in act. descendentib. ex delicto hic nominatis, sunt infames; sed etiam illi, qui in istis actio. transigunt; quia crimen uidetur confiteri, qui transigit: in actionibus autem hic nominatis, descendentibus ex cōtractu, uel quasi, solum damnati sunt infames, non autem illi, qui transigunt. hoc dicit. Franc. de Aret.

factum esse inuenimus: sed pro his introductum est & præfatum iusiurandum, & vt improbus litigator, & damnum, & impensas litis [1] † inferre aduersario suo cogatur.

Condemnatus, vel pactus ex criminibus, quæ hic enumerantur, uel condemnatus actionib. directis non contrariis, descendentibus ex contractibus hic enumeratis, erit infamis.

¶Ex quibusdā iudicijs damnati, f ignominiosi fiunt, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum de dolo, item tutelæ, mandati, depositi, directis g non contrarijs actionibus. Item pro socio, quæ ab vtraque parte [2] † directa est; & ob id quilibet ex socijs eo iudicio damnatus, ignominia [3] † notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo non solum damnati notantur ignominia, sed & pacti: h & rectè. Plurimum enim interest, vtrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor i fit.

1 † Th. solnere.

2 † Theo. ex vtroq; latere.

3 † The. infamia.

Sententia sup actione famosa an semper infamet.

Actiones octo sunt, quæ infamant.

* Hoc gl. residuum nō est Accur. Aegi. Pert.

f *Damnati*. s. suo nomine, nisi procurauerint, non si procuratorio, ut ff. de ijs, qui not. infa. l. furti, §. si quis. & hoc si à iudice ordinario, uel de legato sit condemnatus: secus si ab arbitro: vt ff. de ijs, qui not infam. l. quid ergo. §. cum autem, ver. ex compromisso.

g *Directis*. & ob id tutor conuentus à pupillo, & damnatus infamatur. Idē in alijs directis. secus si econtra tutor pupillum faciat condemnari, vt hic, & ff. de his, qui not. infam. l. j. Et nota, quòd in casu etiam contrario infamat, ut ff. de his, qui not. infam. l. furti. §. mandati. Item nota, quod quatuor hic ponuntur exempla maleficijs. & quatuor de contractibus, uel quasi. * Et illa continetur his uersibus:

Iudice damnatos infames reddit vbique.
Quod vi diripitur, iniuria, furta, doliq;.
Actio mandati, tutelæ, depositiq;.
Directo, si pro socio, communis vtrique.

h *Sed & pacti*. s. pretio æris sine iussu prętoris, vt ff. de his, qui not. infam. l. in actionibus & l. furti. §. pactus. Accur.

i *Debitor fit*. u: ff. de infam. l. furti. §. fin.

¶OMNIVM AVTEM ACTIONVM. ¶CASVS. In prox. §. tractauit D. Iustin. qualiter puniatur temeritas litigantium metu infamiæ: hic tractat, qualiter punitur temeritas litigantium metu pœnæ pecuniariæ. Vel sic potest continuari. Temeritas quandoque consistit in perseuerando, improbè litigando: quandoq; autem consistit temeritas in ius uocando. Cum ergo sup. dixerit D. Iustinia. qualiter punitur temeritas litigantium in perseuerando, improbè litigando; modo dicitur, qualiter punitur litigantis temeritas, quæ est in ius uocando. Dicitur ergo quod principium instituendarum actionum ab edicto de in ius uocando proficiscitur; & explanat seipsum in textu, dicens quód in primis debet aduersarius in ius uocari corā iudice: sed quo ad istam uocationem in ius, satis abundè prospexit

prospexit prætor parentibus,& patronis. Statuit,quòd non liceret liberis,& libertis parentes,uel patronus in ius uocare antequam à prætore hoc postulassent, & etiam impetrassent;& sic non sufficit postulare, sed necesse est, quod obtineant antequàm eos in ius uocent. Si quis autem eorum aliter eos in ius uocaret, statuit in eum pœnam quinquaginta solidorum. hoc dicit. Franc.

Citatio prima pars iudicij dicitur, cuius respectu etiam fit punitio. Nam si filius, & libertus in ius uocauerunt parentes, uel patronos sine uenia, puniuntur in quinquaginta aureis. Aret.

¶ Omnium * autem actionum * instituendarum principium ab ea parte edicti [1] † proficiscitur, qua prætor edicit: [a] De in ius * uocando. utique enim in primis aduersarius in ius uocandus est,id est ad eum uocandus, qui ius dicturus [b] sit. Qua parte prætor parentibus, & patronis, item parentibus, liberisq. patronorum, & patronarum hûc præstat honorem, [c] ut non aliter liceat liberis, libertisque eos in ius uocare, quàm si id ab ipso prætore postulauerint, & impetrauerint. Et si quis aliter uocauerit, in eum [2] † pœnam solidorum [d] quinquaginta constituat.

a *Edixit*.id est,edictū proponit,de in ius vocando,ut ff. de in ius uocando.l. 3. §. prætor. & per totum titulum.Accur.

b *Dicturus sit*. ut ff. de in ius vocan.l.j.

c *Honorem*. No.quòd patribus, & patronis est honor præstandus, & reuerentia, ut hic, & l.honori.ff de obse. à lib.& liber.paren.& patro. prestā. & habetur in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Ang.

d *Solidorum quinquaginta*. aliàs quasi inofficiosus castigatur, si præ inopia pœnam soluere non possit, ut ff. de in ius uocan. l. pen & fi. Et intellige hoc in emancipatis filijs:aliàs nō posset esse iudicium inter patrem,& filium, ut C. de in ius uocan.l.fi.& diximus s.de actio §. in eum quoque. alias est uer. & in eum. §. pœnales quoque. Itē nota hic, ꝙ aureus ꝑ solido accipitur. cum ff.de in ius uocan. l.si libertus & l. in eum. dicat, quinquaginta aureorum; & hic dicit, solidorum. Item no. ꝙ septuagintaduo aurei faciunt libram auri:ut C.de susce. & arca l. quotiescunque. lib.x.

* *Facit ad hunc §.c.'e. 1. sūcta gl. super verbo, citationes. in fi.de iud.*

* *Adde Fely.in c.1.in prin. de libel. obla.*

1 † *Theo ab eo prætoris titulo.*

* *An uocatio in ius sit principium actionū,uide Forca. dial. 82.ubi ponit intellectum huius.§.et Fely.in c. cæterū. nu 2. de rescrip.*

2 † *Theo.in uocantem.*

Lūat ī corpore q nō habet in ære.

Aureus ꝑ solido sumitur.

Libra auri continet lxxij. aureos.

Continuatio rubricæ dupliciter.

De officio iudicis.

TITVLVS XVII.

Iudex debet iudicare secundum iur scriptum, vel consuetudinarium, & sententiam suam secundum naturam actionis propositæ ferre: quod primò ostenditur in noxali actione. Aretinus.

¶DE OFFICIO IVDICIS.

¶Ista rubrica continuatur secundum Ioan. Fab. Quia uisum est sup.de actionibus; & quia officium iudicis loco actionis aliquando hr̄,vt l actionis uer.ff.de act. & obli.ideo post actiones ponit de officio iudicis Vel potes continuare, quod iudicium consistit ex trib. personis,uidelicet ex persona actoris,rei, & iudicis: ex ca.forus,extra de uerb.sign.sed sup. dictū est de actionibus;& sic de persona actoris;de exceptionibus;& sic de reo; sequitur necessariò uidere de tertio;& sic de iudice,& de eius officio. Et istam continuationem infert gl.hic in nigro.

Superest Totus iste titulus diuiditur in sex partes. Primo ponit generaliter,quid spectat ad officiū iudicis circa finam. Secundò,quid ad ipsum ꝑtinet circa condemnationem malorum seruorum.Tertio,quid in actione in rem. Quarto,qd in actionib.vulneralibus.Quinto,quid in personalib.Sextò quid in iudicijs diuisorijs.Secunda ibi,Ideoque. Tertia ibi. Et si in rem.Quarta ibi,Et si hæreditas.Quinta ibi,Si ad exhibendum.Sexta ibi, Si famil.ercisc ¶CASVS Viso,de actionibus.quomodo intentantur ab actoribus contra reos; superest,ut de officio iudicis dispiciamus.& in primis scire debes, quòd iudex tenetur ad hoc ut ipse iudicet secundum leges, uel constitutiones,uel secundum mores:hoc est secundum consuetudinem.Et sumus in uersi. Ideoque si noxali. Dixi uobis sup. quòd iudex debet pronunciare secundum leges:& ita patet, quòd dominum conuentum actio. noxali condemnare debeat pro delicto serui, & debet eum condemnare in hunc modum: Lucium Titium dominum talis serui Publico Mæuio in x.solidos condemno, aut noxæ dare permitto: qa leges uolunt,ꝙ dominus damnum datum à seruo debeat resarcire, vel quòd possit liberari,si velit seruum dare pro noxa. Sic.n. vult lex, quòd damni æstimatio sit in cōdemnatione, licet noxæ deditio sit in solutione. Fran.

Superest,[e] ut de officio iudicis dispiciamus. Et quidē in primis [f] illud obseruare dēt iudex, ne aliter iudicet,quam legibus,aut constitutionibus, [g] aut moribus [h] proditum est. [3] † Ideoque si noxali [i] iudicio [4] † aditus [5] † est, [k] obseruare debet,ut si condemnandus uidetur dominus, ita debeat condemnare: Publium Mæuium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam [l] dedere. *

Iudex in actione reali, reum ad restitutionem rei cum fructibus condemnat,in quo statim fiet executio. nisi reus non habeat facultatem rei restituendæ: nam tunc datis fideiussorib. executio differtur. Aret.

¶ Et si in * rem actum sit coram iudice, siue contra pé-

e *Superest*. sed unde superest?Respō. quia de actorib. diximus, & de reis: sequitur,ut & de iudice, qui sedet in medio, dicamus, & eius officio circa quæ uersatur.

f *Inprimis*.id est, in principalibus, uel inter principalia. Nam primo libellus dandus est:vt C.de lit.cō test. authē. offeratur. & causæ examinatio precedere debet hanc obseruātiam, quæ circa sententiam adhibetur,ut C.de iudi l.iudices. Vel dic in primis,scilicet,obseruantijs,scilicet. circa sententiam adhibendis. Nam & alia sunt obseruanda, scilicet, ꝙ detur in scriptis, ut C.de sentent. ex breui.reci.l.fi. & sedēdo,di in Auth. ut ab illustri.& qui super.§ sancimus coll v.Sed hoc est principale, quòd secundum leges iudicet,ut hic dicitur.Accurlius.

g *Constitutionibus* scilicet, Imperatorum.

h *Moribus*.id est,consuetudine, quæ pro lege seruatur, ut suprà de iure natu. §. ex non scripto.Sed quid,si unum eorum alteri contradicit? Respon. nam constitutio legi antiquæ præiudicat, ut ff de legi & senatusconsul.l.non est nouum. & consuetudo præiudicat utrique,siue sit generalis,ut ff.de legi & senatuscon sul. l. de quibus in fine.siue sit specialis,in illo loco scilicet tantum præiudicat utrique,ut ff.communia prædio.l.uenditor. §. si constat.

i *Noxali*.id est,super. Accur.

k *Aditus est*.s.iudex.Accur.

l *Noxam dedere*.s.permitto:nam damni æstimatio tantum est in condemnatione,ut ff.de re iudicata.l.miles.§ j. & 2. aliàs esset incerta sententia; quod esse non debet.ut suprà de actio.§.curare.

ADDITIO. De hoc,an iudex debeat ferre sententiam certam,& an ualeat sententia incerta, dic ut per Ange. in dicto.§.curare.

¶ET SI IN REM. ¶CASVS. Vidistis, qualiter iudex debeat formare uerba sententiæ in actio noxa. Sed domine pro Deo dicatis, si placet,quale debeat esse officium iudicantis inter aliquos in actio. reali? Frater, dicit ipse,libenter. Nam aut uidet iudex, quod ferenda est sententia contra petitorem: & tunc nihil aliud incumbit, nisi quòd absoluat possessorem: aut uidet, quod est ferenda sententia contra possessorem,& tunc debet condemnare

Libellus i causa est dandus.

Sententia in scriptis & sedēdo ferēda est.

3 † *receptū est.*

4 † *Theo.actionis.*

5 † *additus aliàs,aditus.*

Constitutio legē,& utranque cōsuetudo uincit.

Consuetudo est duplex.

* *Iul. miles. §. 1. ff. de re iudi. non noxam dedere legitur, sed noxa dedere. Aegid. Perr.*

* *Adde Fely in c.qua ratione. 4. de of. dele.*

nare possessionem, ut rem cum fructibus petitori restituat: & tenetur condemnatus in illa actio. reali: in continenti rem cum fructibus restituere; sed in actio. personali non tenetur rem restituere: sed habet inducias a lege. Sed domine, quid si dixerit possessor condẽnatus, quod non possit rem restituere incontinenti, & petat tempus restituendi? Frater, si uideat iudex, quod calumniosus sit, & tempus petat frustratorie, non dabit ei tempus, & nisi rem restituerit, iurabitur contra eum in litem: si vero frustratorie non petat tempus, bene dabit ei iudex tempus, intra quod restituat, secundum, quod sibi uidebitur; ita tamen, quod caueat per bonos fide iussores, quod si intra tempus, quod sibi datum est, nõ restituat, quod æstimationem litis soluet. hoc dicit. Franc.

1 † Subire tum.
2 † Th. de. est. ipsam.
* Adde Felyn. in c. 2. n. 13. de libel. oblat.

titorem iudicauerit, absoluere debet possessorem: siue contra possessorem, iubere ei [a] 1 † debet, ut rem ipsam [b] 2 † restituat cum fructibus. * [c] Sed si neget possessor in præsenti [d] se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei, ut tamen de litis æstimatione caueat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit.

In iudicio uniuersali ita fructus ueniunt sicut in singulari: & in vtroque iudicio malæ fidei possessor de non perceptis tenetur, secus in bonæ fidei possessore, nisi post litem contestatam. Aretinus.

¶ Et si hæreditas [c] petita sit, eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de singularum rerum petitione. [f] Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit, [g] siue illorum, quos perceperit, in utraque actione [h] eadem ratio penè [i] habetur, si prædo fuerit. Si uerò bonæ fidei possessor fuerit, non habetur ratio [k] neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, [l] qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

Reus non exhibens, rem quæ iudicio cœpto existit

a *Ei.* scilicet, possessori.

b *Vt rem ipsam.* idem & si in personam; a vt si res petatur vi possessa, per actione. quod me. cau. uel ex stipulatu ad rem tradẽdã. Si autem quantitas, vel in genere aliquid petatur: tunc à petitione actoris absoluitur, vel condemnatur in re petita.

a Scilicet, agatur: nõ solum si in rem.

c *Cum fructibus.* sed de quibus fructibus loquitur hic? Nunquid de naturalibus, vt de pomis, & ceralis, & similibus: *b* an verò de industrialibus? Respond. de naturalibus non: quia illi aut extant, & tunc per rei vendicationem petuntur, sicut res ipsa, cùm nullus etiam bonæ fidei possessor faciat suos, vt ff. de vsur. l. fructus. Aut non extant, & tunc non tenetur: cum nec habeat, nec dolo fecerit, quo minus haberet, sed condictione sine causa æstimatio debetur, vt ff. si cert. peta. l. si & me. & vtroque casu cessat officium iudicis, de quo hic agitur; cum iure actionis petantur. Item de industrialibus non, si à bonæ fidei possessore percepti sunt: quia percipiendo eos, & separando à solo, suos facit, & lucratur, vt supra de rer. diui. §. si quis à non domino. siue habeat titulum, siue non: vt ff. quibus mod. vsusfruc. amit. l. si vsufructuarius & ff. fin. regund. l. iiij. §. post litem. si autem non separauit, adhuc ipsius fundi sunt: vt ff. de rei uendic. l. fructus. Sed dic de industrialibus hic loqui, qui sunt percepti, sed non consumpti à bonæ fidei possessore. nam cum sunt facti possessoris, non rei uendicatione, sed iudicis officio petuntur: ut hic, & C. de rei uendic. l. certum. §. bonæ fidei. Si autem malæ fidei sit, de consumptis tenebitur condictione sine causa; de extantibus rei uendicatione, non dico eadem rei uendicatione, qua petitur res, sed alia omnino, licet in petitione hæreditatis sit secus: ut C. de rei uend. l. certum. 1. respond. De percipiendis autem tenetur officio iudicis, ut infra eodem. §. 1. uersic. illorum. & ff. de rei uend. l. si nauis. §. fina. Si uerò malæ fidei possessor titulum habeat, de consumptis tenetur condictione sine causa: de extantibus rei uendicatione, à percipiendis propter titulum excusatur: ut C. de rei uendic. l. si fundum, nisi in quatuor casibus, ubi de percipiendis tenetur, qui habet titulum: quod dic, ut suprà diximus de rerum diuisione. §. si quis à non domino.

b Quid de oliua, & sylua, an dicantur fructus naturales, uel industriales? dic quòd dicuntur industriales, licut sẽges: ut est tex in l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad l. Aquil. & ibi doc. Ang.

Possessor malæ fidei quo iure teneẽ fructus restituere.

d *In præsenti.* nota in actione in rem incontinenti fieri executionem, secus in personalibus: quia quatuor mensium spatium datur, ut C. de usu. rei iudic. l ij. & iij. & fin. Et in criminali statim sententia est executioni mandanda, ut C. de pœnis. l. cum reus.

Sententia an statim sit executioni mandanda.

ADDITIO. Nisi in casibus, qui notantur xij. q 3. c. cum apud glo. in c. quærenti. extra de offic. deleg. in glo. quadam est re. Primus casus est, quando quis est confessus de crimine, differtur executio, donec appareat, an uelit in confessione perseuerare. Secundus est, cum sententia lata est contra mulierem prægnantem, differtur executio usque ad tempus partus. Tertius casus est, quando princeps ex iracundia tulit sententiam, tunc enim differtur executio usq; ad xxx. dies, ad uidendum si princeps illam relaxabit. Quartus est, quando insula est assignanda à principe, ad quã debeat malefactor deportari. Quintus est, si sententia est in seruũ lata, differtur executio donec ratiocinia reddiderit domino. Vnde uersus: In personali post menses quatuor; in re Protinus est omnis sententia perficiẽda. Sic in criminibus, sed casus excipe quinque. Confessus, prægnans, iratus, & insula, seruus.

Versus.

¶ ET SI HAEREDITAS.

¶ CASVS. Iam dixi uobis, quale sit offi. iud. cum aditur iudex in actio. in rem. Modo uideamus, quòd est offi. iud. quando aditur in acti. mista tam in rem, quam in personam, quid in petitione hæreditatis; & quid debet iudex tunc facere? Et dico, quòd idem debet facere in peti. hæredi. quod in rei uend. quæ datur pro singularum rerum petitione, ad differentiam petitio. hæred. in qua multæ res petuntur. hoc dicit. Et quicquid dicat libera, non est per omnia idem, ut j. uidebitis. Et sum in uersic. Illorum autem fructuum Dixi Iustiniano, Iam bene uidi. quòd tam in rei uendi. quam in petitio. hæred. ueniunt fructus percepti iudic. offic. quia debet iuuare rem, restitui cum fructibus. Sed domine, quid dicemus de fructibus percipiendis in eo, qui condemnatur petitio. hæred. uel rei uend.? Frater, dicit Iustinian. aut fuit bonæ fidei posses. aut malæ fidei, si fuit malæ fidei posses. tunc ferè idem est in rei uendi. & petitio. hæredi. ut eodem modo teneatur malæ fidei posses. de fructibus, quos per culpam suam non percepit, in rei uendi. sicut in petitio. hæred. si autem fuit bonæ fidei posse. non tenetur de consumptis, nec de percipiendis, nisi post litis contesta. sicut prædo tenetur de fructibus culpa sua, scilicet, possessoris non perceptis: uel perceptis, & consumptis hoc dicit. Franciscus.

e *Et si hæreditas petita sit.* idest, si hæreditatis petitione actum sit, & condemnatio secuta. Nam & ipsa est in rem, & in personam, ut supra, de actio. §. quædam.

Petitio hæreditatis ẽ realis, & personalis.

f *Petitione.* ut restituantur fructus cum re, ut supra proxi. §.

g *Non perceperit.* scilicet, qui titulum non habebat; aliàs ab istis percipiendis excusatur, ut modo diximus.

h *In utraque actione.* scilicet, in rem, & in petitione hæredi. Accursius.

i *Penè.* penè dicit, quia in petitione hæreditatis ueniunt eadem actione, qua res: sed in rei uendicatione alia est pro re, alia pro fructibus.

k *Non habetur ratio.* hoc est uerum per rei uendicationem, uel per iudicis officium; sed per condictionem sine causa sic, cum bonum, & æquum sit. ut ff. si cer. pet. l. si & me. secundum quosdam.

l *Ratio habetur.* nisi infans, uel pupillus fuerit possessor, ut ff. de rei uendi. l. quod infans. §. j.

¶ SI AD EXHIBENDVM. ¶ CASVS. Domine,

ne, pro Deo dicatis, si placet, quale sit offic. iudic. in actio. ad exhibendum, quæ personalis est, licet sit in rem scripta? Frater, dicit ipse, in act. ad exhibendum debet iudex iubere, quod res exhibeatur, & non sufficit, quod exhibeatur, nisi in eadem causa exhibeatur, in qua causa esset si à principio fuisset exhibita. vnde si ille, qui iussus est exhibere rē, eam exhibere distulerit, & per eius morã in fuerit res exhibenda à possessore vsucapta, nihilominus condemnatur ille, qui iussus fuerit exhibere. Item rationem fructuum medij temporis, id est, eius tēporis, quod intercessit post lit. cōtest. & ante rem iudicatam, debet habere iudex. Item incontinenti debet exhibere ille, qui rem exhibere iussus est, sicut in reali cōdemnatus debet rem restituere incontinenti. & sic hæc actio ad exhibendum personalis est, vt ff. ad exhiben l. 2. tamen dicitur seipsa in rem, quia in multis habet naturam realis actionis. Sed domine, quid si cōdemnatus in act. ad exhibendũ dicat, ꝙ incontinenti non pōt rē exhibere? Frater (dicit ipse) si uideat iudex, quod sine frustratione petat tempus, intra quod rem exhibeat, debet ei dare tps: sic tñ ut ipse caueat p bonum fideius. se rem exhibiturum: si autem nec iussu iudicis rem exhibere velit, nec cauere se postea rem exhibiturum, tunc debet condemnari actori, quanti sua interest non exhibitam rē fuisse. hoc dicit. Franc.

a *Vsucapta sit.* sed quo modo potuit vsucapi, cũ interruptione facta in actione ad exhibendũ, uideatur facta ēt in rei uendicatione, ut C. de anna. excep. l. fi. R. fi. sm Io. l illa intelligitur in trib casi. ibi in litera positis, non aliàs: vt ff. ad exhib. l. Iul. in fi. Alij dñt, illã gñaliter intelligi. p l. ff. de iud. l. solemus. Et qđ hic dicis circa res mobiles, intellige, in quib. non interrūpitur vsucapio per litis contestationem: ut ff. de rei uend. l. si post. Prima sũia uerior est.

b *Actum est.* & obtentum.

c *Vt tamen caueat.* ut s. eo. §. sed si neget. & ff. ad exhi. de eo. §. si post uersi si iusta.

d *Condemnandus.* delato iureiurando in litem, ut ff. de in li. iur. l. in actionibus.

¶ SI FAMILIAE ERCISCVNDAE. ¶ CASVS. Vidimus, iam de offi. iud in act. simplicibus, modo uideamus, quale debet esse of. iud. in act. duplicib. ut puta in iudicijs diuisorijs & dicit, si fam ercis. iudicio actum sit inter duos cohæredes, debet iudex, si possit, singulas res singulis hæredib. adiudicare, id est, primo qui unam; & posteà alteri alterã; & si aliqua res pretiosa; uel magni pretij uni fuerit adiudicata, & ob hoc alter fuerit prægrauatus, tunc debet iudex illum, cui res p̃tiosa adiudicata est, alteri in certa summa pecuniæ cōdēnare; uel quod sibi uisum fuerit, facere. Et si unus hæredũ rem hæreditariã corrupit, uel solus fructus alicuius fundi pcepit, cohæredi eo nōie tenetur. & illud iudiciũ quodãmō habet locũ inter tres cohæredes, uel quatuor, pluresue sicut inter duos. Fran. de Are.

vsucapta, actori pro eo, quod moram in exhibendo commisit condemnabitur, in quo ueniunt fructus percepti post litem contestatam. Et reo non habente facultatem rei exhibendæ, tempus intra quod exhibeat, statuitur: qui si contumax in exhibendo fuerit, condemnabitur, in quantum actor in litem iurauerit. Are.

¶ Si ad exhibendũ actũ fuerit, non sufficit, [1] † si exhibeat rem is, cum quo actum est, sed opus est, ut ēt rei causam debeat exhibere, [2] † id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras exhibendi [3] † usucapta sit [a] res a possessore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medij tpis, id est, eius, quod post acceptum ad exhibendũ iud ciũ ante rem iudicatam intercesserit, rationem debet habere iudex: Quod si neget reus, [4] † quo cum ad exhibēdum actum [b] est, in præsenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, id que sine* frustratione postulare videatur, dari ei debet: ut tamen [c] caueat restituturum. Quòd si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, [5] † neque postea exhibiturum se caueat, [6] † condemnandus [d] sit in id, quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset.

Iudex in actione familiæ erciscundæ res singulas singulariter adiudicabit: et si una plus ualeat quam altera, in pecunia condemnabit. Et hæres, qui percepit fructus, uel male uersatus fuit in re communi, tenebitur cohæredibus. Aret.

¶ Si familiæ erciscundæ iudicio [7] † actum sit, singulas res singulis hæredib. adiudicare debet: & si in alterius persona prægrauare videatur adiudicatio, debet [e] hunc inuicem cohæredi certa pecunia (sicut iam dictũ est) [f] condemnare. Eo quoque nomine cohæredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit, [8] † [g] aut consumpserit. [h] Quæ quidem similiter inter plures quoque, quàm duos cohæredes, subsequuntur.

In actione communi diuidundo si sint plures res communes, singulas singulariter iudex adiudicabit: & si una plus ualeat, quam altera, in pecunia condemnabit. Si uerò una res sit, quæ diuisionem non recipiat, adiudicabitur uni in solidum, qui condemnabitur consocio in pecunia. Aret.

¶ Eadem interueniunt, [9] † & si communi diuidundo, de plurib. rebus actum sit. Quòd si de vna re, veluti de fundo, si quidem iste fundus cômodè regionib. diuisionem recipiat, partes eius singulis adiudicare debet: & si unius pars prægrauare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quòd si cōmodè* diuidi non possit, [i] ueluti si

e *Debet*, scilicet, iudex. Accur.

f *Dictum est.* s. de act. §. quædam actiones.

g *Corruperit.* No. ꝙ cohæres, qui corrupit, deuastauit, uel maculauit, uel consumpsit rem cōem, tenetur alteri cohæredi isto iudicio. Ang.

h *Cōsumpserit.* ut hic, & ff. fa erc. l. & puto. §. sed & si dolo.

¶ EADEM INTERueniunt.

¶ CASVS. Iã habuimus de officio iudicis i iudicio fam. etc. Sed dñe, pro Deo dicatis, qđ est officiũ iudicis, in iudicio cōi diuidũdo. Fr (dicit Iusti.) eodē mō debet se hic in iudicio cōi diuidundo iudex, sicut in iudicio famil. ercisc. quia si aliqui, q b plures res sũt cōes, intendãt iudic. cōi diuidundo inter se. debet iudex, si plures res sint cōes, uni unã, alteri alterã adiudicare. Si aũt de una re agit. q̃ cōmode diuidi potest, eã diuidere debet, & uni unam partē, & alteri alterã partem adiudicare. Et si pars uni assignata melior sit, q̃ altera, q̃ alteri assignatē, tunc debet iudex eum, cui meliorē partē assignauit, alteri in quadam summa pecuniæ. sm quod ibi uisũ fuerit, cōdēnare. Si aũt res commodè diuidi nō possit, tunc poterit iudex eam totam adiudicare uni, & eum alteri incerta summa pecuniæ condemnare. hoc dicit.

¶ *Eadem interueniunt.* s. ut fiat adiudicatio rerum, & pecuniæ: ut s. eo. §. si familiæ. aut circa damna data in rebus, ut s. eo. §. proxi. & ff. communi diui. l. 3.

i *Non possit.* Not. non posse fieri, ꝙ sine cōmoditate fit. ut hic,

1 † *Th. non satis est reo.*
2 † *Th. præstare debet.*
3 † *Th. ad exhibēdũ.*
4 † *it.*
* *Sine frustratione.* Si ergo frustratoriē petat, concedi a iudice nō debet, ut de dilat. l. sine pars. Nam præsumitur aduersus eũ, qui dilationib. subterfugit iudiciũ: ut in c. nullus dubitat. de præscri. debetque pro huiusmodi dilationib. frustratorijs puniri in expēsis; sicut & qui quifrustra toriē appellat: ut in cle. si ante. de do. et cō tu. Quinetiam usuræ excurrunt, l. fi. ff. de re iud. & punitur extra ordinariē. l. eius. §. nec temerè. de appell.
5 † *Th. exhibet.*
6 † *Th. restituturũ cauet.*
Vsucapio rerũ mobiliũ non interrumpitē per litis cōtestationē.
7 † *Th. de est iudicio.*
8 † *Th. vel corrumperet.*
9 † *Th. dicimus.*
* *Adde Fely. in c. prudentiã. nu. 5. de offi. dt leg.*

hic, & ff. de verborum significa. l. nepos Proculo. Item nota corpus aliud diuiduum, vt fundus, qui diuiditur secundũ voluntatem patrisfam. vt ff. de leg. i. l. quod in rerum natura. §. 2. Aliud indiuiduum, ut homo, ut hic, & ff. de vsucap. l. rerum mistura, in principio.

Corp' duplex est.

¶SI FINIVM REGUNDORUM.

¶CASVS. Iam vidistis offic. iudci. circa iudicium familiæ ercisc. & communi diuidundo: Modo videatis, qualiter se debet habere iudex in iudicio finium regundorum, scilicet, coram quo est controuersia. Et dicit Iustinianus, quod iudex in isto casu debet inspicere, an necessaria sit adiudicatio: quod contingit in uno casu, uidelicet, quando fines in tali loco erant positi, ꝙ propter loci naturam sæpius fit contentio super terminis. ueluti si locus fuerit humidus, uel morbosus: Debet enim iudex tunc in alio loco firmo, & solido ponere fines, ita quòd amplius super finibus nõ possit esse contentio; & ita ex agro alterius partem aliquam adiudicare alteri; & eum cui de alterius agro partem adiudicauerit, in certa summa pecuniæ condemnare. Et sum in uer. Eo quoq; nomine. Scire debes, quòd in iudicio finiũ regundorum, si circa fines aliquid malitiosè fecerit, criminaliter potest conueniri. Propter cõtumaciam etiam debet quis in iudicio isto condemnari, inquantum uisum fuerit iudicanti; ueluti si iudex iussit agros mensurari, ut fines ponantur, & aliquos agros metiri non fuerit passus. & sum in versi. Quod autem istis. Iam uidistis, ꝙ in istis iudicijs duplicibus familiæ erciscun. communi diuidun. finium regundo. sæpe illud, quod erat vnius, adiudicatur alteri; & alter in quadam summa pecuniæ condemnatur, modo scite debetis, quòd quicquid in iudicijs istis alicui adiudicatur, incontinenti fit illius cui adiudicatur. h. d. Fran.

1† *Th. condemnetur.*

2† *Th. agitur.*

3† *Th. antea.*

4† *Th. consequis est.*
5† *aliàs, certa pecunia.*

homo fortè, aut malus erit, de quo actum sit, tunc totus vni adiudicandus est, & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus est. 1†

In iudicio finium regundorum iudex de fundo vnius alteri adiudicat. si viderit expedire: eumque cui de fundo alieno adiudicat, condemnat in pecunia: & si quid malitiosè reperit circa confinia gestum esse, eo nomine condemnat, & adiudicans, rei dominium in eum, cui adiudicauit, transfert. Aret.

¶Si finium [a] regundorum actum fuerit, 2† dispicere [b] debet iudex, an necessaria sit adiudicatio: [c] quæ sanè vno casu necessaria est, si euidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quàm olim 3† fuissent distincti. Nam tunc necesse est exterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari: quo casu conueniens est, 4† vt is alteri 5† certæ pecuniæ debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus est, quisque hoc iudicio, quod fortè circa fines aliquid malitiosè commisit: verbi gratia quia lapides finales furatus [d] est, vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine, quisque eo 6† iudicio, condemnatur, [e] ueluti si quis, iubente iudice, metiri [f] agros passus non fuerit. Quod autem istis iudicijs alicui adiudicatum 7† fuerit, id statim eius fit, * [g] cui adiudicatum est.

a *Si finium regundorum*. quo iudicio agitur, ut agris con finibus termini ponantur, sed pro domibus uicinis hoc iudicio non agitur. Si autem sit domus in prædium rusticum, agitur utili finium regundorum, non directa, ut digestis finium regundorum. l. secunda, in principio, & l. sed & loci. §. finali.

b *Dispicere*. hoc, s. quod sequitur, si euidentioribus, &c. Accursius.

c *Adiudicatio*. facit. ff. finium regund. l. 2. §. fina. & l. 3. & 4. in principio.

d *Furatus est*. ad quid damnabitur? Respon. quanti in litem iurauerit actor. Potest enim criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex lege agraria pro qualibet uice, quæ applicatur fisco: ut ff. de ter. mo. l. agraria. Nec ciuilis tollitur per criminalem: cum ad rei persecutionem altera detur: vt C. quando ciuilis actio præiudicet crim. le. prima, nisi interim, donec altera exercetur, ut ff. de publicis iudicis. lege, is, qui.

e *Condemnatur*. s. ad interesse delato iureiurando in litem. Accursius.

f *Metiri*. no. quòd ille, qui non patitur metiri fundum suũ ad mandatum iudicis, ut contumax, & inobediens potest puniri. Aret.

g *Eius fit*. nota ex sententia iudicis dominium transferri, si est in missione, quæ fit ex secundo decreto, ut ff. de acquir. pos. l. 3. § fi. & ff. si ex noxa cau. agatur. le 2. in fi. & ff. commu. diuidundo. l. sed si res: quæ sic accipe, si fuerit. facta missio per ipsum prætorem. Nam sola sententia non facit dominium, sed traditio, ut C. de pact. l. traditionibus & supra de rerum diuisi. §. per traditionem. & ff. de acquir. pos. l. iustè. Sed quid in rei uend. si res est aliena. & mea pronuntietur, & ex ea causa mihi traditur? Respon. idem. cum n. Publiciana mihi detur, quando à domino mihi adiudicatur, & traditur, ut ff. de publi. l. tertia in fine. ergo ubi dominus est, debet ex sententię traditione me dominũ facere, ut ff. de public. l quæcunque. Præterea lex uidetur expressa, ut ff. de procuratoribus. l. Pomponius. §. sed & is. & ff. de exceptione rei iudicatæ. lege. si inter in fine. Nec obstat, quod ibi sit error, ex quo uideatur dominium non transire, quia hic error iam reprobari non potest iudicis sententia purgatus, a qua non fuit appellatum Item nec obstat, quod sententia lata in actione personali, reo absoluto, remanet debitor, ut ff. de condictione indebiti. l. Iulianus. quia illud habet locum in obligatione, quæ est res incorporalis, hic autem dicimus de dominio rei corporalis, quod facilè & prorsus potest separari ab uno, & alijs dari: sed non sic in incorporali, ut ff. pro socio. l. ea uerò. *

Sententia, & secũdũ decretum trãsferunt dominiũ.

6† *Th. hoc iudicio.*

7† *abiudicatum.*

* *Adde Fel. in c. ueniens. il. 2. nu. 15. de testib.*

* Addes huic glos. quæ gl est ipsi cõtraria in l. exceptio. ff. de excep. rei iudi. q̃ sequit Iacob. & Pe. de Bellapert. l. 3. §. subtilius. ff. de cõdi. ob caus. Sed glos. hanc approbat hic Bal. ex sententia Ba. in l. Põpo. §. si iussu. ff. de acq. r. possess. id q̃ pro te spon. glo. quàm reddit de §. subtilius. & adde speciẽ huius glo. esse decisam p auth. rei tud. estq; ꝑ hac gl. in l statuli ber. §. 1. ff. de statuli. Dominiũ rei corporalis facilius perditur, quàm incorporalis.

De publicis iudicijs.

TITVLVS XVIII.

Iudicia, ex edictis publicis descendentia, in multis ab actionibus differunt. Et quia vnicuique permittitur accusatio; ideo dicuntur publica, quorum pœna aliquando est corporalis, aliquando irrogat infamiam cum pœna pecuniaria. Aret.

PVblica iudicia

¶DE PVBLICIS IVDICIIS.

¶Quia ciuilia iudicia dicta sunt usque huc, & etiam quædam criminalia, s. circa priuata delicta: ut s̃ in princ. huius quarti libri vsque ad tit. de act. ideo nunc ponit de publicis accusationibus, siue iudicijs.

Continuatio.

PVblica. ¶ Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, quod publica iudicia non habent conformitatem cum priuatis. Secundò unde dicta sunt publica iudicia. Tertiò ponit in genere, quæ pœna sit in publicis iudicijs. Quartò sigillatim demonstrat publica iudicia, & pœnas uniuscuiusque. Secunda ibi, publica autem dicta. Tertia ibi, Publicorum iudiciorum. Quarta ibi, Publica autem iudicia.

Diuisio.

¶CASVS. Quæsiui à legislatore, utrum publica iudicia, id est, publica crimina ordinentur, & constituantur, seu exerceantur per ciuiles actiones de quibus dictum est. Et ipse respondeo. & di. Charissimi. scite debetis, quòd alio modo instituuntur, & alio modo exercentur publica iudicia, quàm actio. Et di. aliquis: Domine, quare dicuntur publica iudicia? Frater, di. ipse, propter hoc, quia

cuilibet de populo datur eorum executio:& hoc intelligendum est, dum tamen sit habilis ad accusandum. & sum in ver. Publicorum,&c. Scite debetis,quod publicorum iudiciorum quædam sunt capitalia, & quædam non capitalia. Capitalia dicuntur illa,per quæ infligitur mors,uel exilium perpetuum,vel ignis, & aquæ interdictio, vel in metallum damnatio. Publica autem, & non capitalia sunt, quę irrogant infamiã cum damno pecuniario. Fran.

a *Neque per actiones*. imo per accusationes.

ADDITIO.

1 † *Th. (u-ius.*

2 † *al. detur*

No. quòd actio significat ad vtilitatem patris priuatæ, & ciuiliter facit. quod no. Barto. in l. agraria. ff. de term. mo. Ang.

b *Nec omnino quicquam simile*. hoc uerbum nimis, large positum sic intellige, quia in ciuilibus agitur, vt aliquid detur actori; in illis autem nõ ut aliquid detur, sed vt puniatur accusatus:& ita considerata petitione conquerentis, nihil habent simile, inspecto fine: nec in principio, cum vnum per actionem, alterum per accusationem instituatur. Nec in exercitio: cum in ciuilibus probet actor tantum; vt C. de eden. l. qui accusare. sed in criminalibus actor, & reus quandoque, vt C. de abol. l. fallaciter. & C. ad leg. Corn de fal. l. vbi. In alijs autem multa sunt similia. nam in utrisque fit libellus, ut C. de lit. contesta. authent. offeratur, & ff. de accusat. l. libellorum. Item in utrisque de calumnia iuratur, ut C. de iureiur. l. 1. in princ & C. de side instru. l. ulti. licet quidam dixerunt contra. ut arg. ff. de bo. eorum. l. 1.

Publica iudicia differunt a ciuilib.

Iudicia public. & ciuilia in aliquib. conueniunt.

Libellus i criminalibus q. d cõtinere debet.

c *Et in instituendis*. sed qualiter formatur libellus? Respon. sic ut contineat nomen accusantis, & accusati;& crimen, & mensem, quo commissum fuit crimen; & locum, vbi fuit commissum;& consules, sub quibus est admissum. a. Item dies dati libelli debet inseri: sed dies commissi criminis, vel hora non est necesse, ut ff. de accus. l. libellorum, in principio. & in authen. de exhiben. re. §. suscepto coll. 5. & habet hoc locum in publico, & in priuato crimine, quando criminaliter agitur, ut ff. de priua. delic. l. fin. [Et ita possunt haberi his uersibus: Consule, mense, die, coram prætore professus, Te deferre reum, crimen, loca, pone sodalem. Et licet hora dies, non tempus prætereatur. cap. tuæ. extra. de procur.] Quandoque tamen hæc solennitas non est necessaria, ut in leui crimine, & notorio: ut ff. de accus. l. leuia & C. de accus. l. ea quidem, quæ. Et idem * in casibus in quibus sine accusatore quis damnari potest: qui scilicet casus his legibus notantur. ff. ad legem Iuliam de adulte. l. 1. §. si publico. & C. de test. l. nullum & C. de proba. l. penul. & ff. de suspe. tut. l. tutor. §. præterea & C. de calum. l. 1. & ff. de bo. lib. l. qui cum maior. § si libertus & idem in notorio crimine ut diximus per l. C. de accusatio. l. ea quidem, quæ. & idem in crimine falsi, secundum B. ut C. ad legem Corne. de fal. l. ubi. Sed Io. contra. & dicit, quod ibi principaliter fuit accusatio falsi instituta.

a Dic ad min' duos ut l. forma ff. de cẽs. & l. si quis i fundi uocabulo. ff. de le. j nisi locus esset ĩ signis, & notorius p se, ut l. 1. si fi. ff. de do. præle. & l. demolitio. in pri. ff. de cõd. & demõ. Ang. Additio.

* Adde Fely. in c. qualiter, & quan. il 2. uer. debet. nu. 18. de accu.

d *Publica*. hæc est ratio, quare dicantur publica. s. quasi populica, sic sup. de susp. tut. l. consequens. Et intellige, quod aliàs possit esse habilis ad accusandum; non aliàs, ut ff. de accu. l. qui accusare.

neq; per actiones [a] ordinantur, neq; omnino quicquã simile [b] habent cum cęteris iudicijs, de quibus locuti sumus, magnaque diuersitas eorum est, & in instituendis, [c] & in exercendis.

¶ Publica [d] autem dicta sunt, quòd cuius [1] † ex populo executio eorum plerumque [e] datur. [2] †

¶ Publicorum [f] iudiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo supplicio [g] afficiunt homines, vel etiam aquæ, & ignis interdictione, [h] vel deportatione, [i] vel metallo. Cætera, si quã infamiam [k] irrogant cum damno pecuniario, ea publica quidem sunt, non tamen capitalia. [l]

Crimen læsæ maiestatis est publicum, & in duobus casibus morte non extinguitur, sed memoria defuncti damnatur. Are.

¶ Publica autẽ iudicia hęc sunt: lex Iulia maiestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel rempublicam [m] aliquid moliti [n] sunt, suum vigorem extendit, [3] † cuius pœna animæ [o] amissionem sustinet, [p] & memoria [q] rei etiam post mortem damnatur.

Ex lege Iulia de adul. in omnibus capitulis est crimen publicum, cuius pœna aliter honestiores, & aliter humiles puniuntur. Are.

¶ Item lex Iulia [r] de adulterijs coercendis, quæ [s] non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, [t] sed & eos, qui cum masculis [u] nefandam libidinem exercere audẽt. [4] † Sed eadem lege Iulia [x] etiam stupri flagitiũ punitur; cũ quis sine [y] vi uel uirginem, uel

e *Plerunque*. hoc ideo dicit, quia quandoque est publica accusatio, & tamen non competit cuilibet ius accusandi, vt in crimine suppositi partus, accusant soli parentes: vt ff. ad leg. Corneliam de fal. l. lege Cornelia. §. 1. Item propter accusationem adulterij, quæ primò defertur certis personis: C. ad legem Iul. de adulte. l. quamuis. 2. Accursius.

Partus suppositi & adulterii accusatio nõ omnib. cõceditur.

f *Publicorum*. facit ff. eo. l. 2. Acc.

g *Vltimo supplicio*. quod interpretamur mortem. vt ff. de pœ. l. vlti.

h *Interdictione*. quæ est mors ciuilis, vt ff. de contra tabul. l. 1. in fine.

3 † *extendit.*

i *Deportatione, uel metallo*. has pœnas expone, vt diximus sup. quibus modis ius pa. po. sol. §. cum autem.

k *Infamiam*. vt in l. Iulia. de vi priuata: vt j. eod. §. Item lege Iulia de vi publica.

l *Capitalia*. & ista appellãtur relegationes, vt ff eo. l. 2. in §. fi.

¶ PVBLICA AVtem iudicia.

¶ CASVS. Domine, pro Deo ponatis exempla de publicis iudi. & capitalibus. Frater, dicit ipse, libenter; unde dicit ipse: Publicum iudiciũ, & capitale est leg. Iul. maiest. per quam puniuntur illi, qui contra Imperatorem, uel rempublicam aliquid moliti sunt. Per l. enim Iul. maiest. puniuntur tales ultimo supplicio, & etiam eorum memoria damnatur, qui contra principem aliquid moliti sunt. Fran.

4 † *Th. mi-scentur.*

m *Rempublicam*. s. Romanorum. Acc.

n *Moliti sunt*. cum effectu, tamen sola uoluntas sufficit, ut C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis.

o *Animæ*. i. animati corporis. nam anima non in hominis, sed in potestate Dei consistit. sic. C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. 1. in fi. & gl. pe.

Anima est in Dei potestate.

p *Sustinet*. i. infert. Accur.

q *Et memoria*. i. id est, dicere: etiam post mortem potest accusari, ut bona deferantur in fiscum, & auferantur hæredibus, tanquam indignis, ut C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. & l. seq. & quod dixi post mortem accusari, intelligas in duob. capitulis illius legis, hoc est, cum contra principem, uel contra rempublicam Romanorum est machinatus, i. uilius ad malum; aliàs finitur morte, ut cætera crimina, ut ff. ad leg. Iul. maie. l. fi.

Accusatur quis etiã post mortem.

¶ ITEM LEX IVL. ¶ CASVS. Vidistis iam unum publicũ iudicium. Hic ponit dñs Iustin. exemplum de quodam alio iudicio publico, s. de le. Iul. de adul. quæ punit temeratores alienarum nuptiarum ultimo supplicio; & illos, qui cũ masculis rem nefandam committunt. & non solum puniuntur illi qui adulterium committunt, l. Iul. de adul. sed etiã qui sine ui uirginem, uel uiduam, honeste uiuentem stuprauerit. Si. n. honestus cũ honesta muliere fornicat, patiet publicationẽ dimi. patris bon. si aũt humilis sit, relegabit.

b Dic, q in adulterio pœna mortis fuit hodie inducta q nõ erat olim tẽpore digestorũ, ut no. gl. in l qui cũ uno §. adulterio. ff. d re mi li. & dicas q in talibus desitis cũi [illegible]

r *Item lex Iulia*. s. inter publica iudicia numeratur.

s *Quæ*. s. lex Iulia de adulterijs. Acc.

t *Gladio punit*. sacrilegos n. nuptiarum gladio feriri oportet: ut C. de adul. l. quamuis. 2. in fi. b

u *Cum masculis*. nam in hoc casu armantur iura, ut gladio feriantur, ut C. ad le. Iul. de adul. l. cum uir nubit.

x *Lege Iulia*. s. de adul. nã hẽt hæc lex multa capit: ut ff. de mi. l. auxiliũ. §. sed ut ad legis. & ff. ad le. Iul. de adul. l. cap. 5.

y *Sine vi* quid si ui, habetur j eo. §. fin autem per uim.

Viduam.

viam inquisitiōis pōt procedi, vt l. ij. § si pu blico ff. de adul. An. a Viduam adijcias, uel puerum, & dic de vidua, & de uirgine, nisi sint meretrices, uel licitæ concubinæ. ut hic subijcit, honestè, &c. & ff. de adult. l. stuprum. j. respon. & §. j. ADDITIO. Dic, φ hoc ꝓcedit de iure ciuili, sed de iure canonico nō ē ꝑmissū: ut cle. ad nostrū. de hær. §. vij & ibi gl. ij. igitur &c. Ang.

1 † al. corrumpit.

b Si humiles. qui sint humiles, vel honesti, dic C. de inc. nup. l. humilem.

c Cum relegatione. hęc distinctio pęnæ fallit in tribus casib. in qb. cōmittitur stuprum, & tñ maior pœna imponitur. Primus est si quis in puerū cōmittit: quia tunc gladio ferit, vt s. e §. item & qñ tutor si stuprauerit eā, cuius est tutor: vt C. si tu. pu. suam. l. j. Itē si fuerit stuprata aliqua à suo proprio seruo, vt C. de mu. quę ser. pro. se iunx. l. j. Et pęnā stupri esse quinquennalē, nisi qñ per vim cōmittitur. tunc enim sine præscriptione tēporis potest institui: vt ff. ad l. Iul. de adult. l. mariti §. quinquennium. & §. si.

Stupri, pęna est quinquēnalis.

ITEM LEX COR. CASVS. Suprà uidistis duo exempla publicarū actio. adhuc dabo vobis vnū exemplū, videlicet, in l. Co. de sica. q̄ homicidas punit, & ēt eos, qui cū telo ambulant hominis interficiendi causa. Sed q̄si à dño Iusti. Domine, qd est telum? Frater, dicit ipse, strictè accipiendo telum, est φ ab arcu emittitur; tamen largè loquendo dicitur telū, quicquid emitti tur vel de manu, uel de arcu, dū tñ nocere possit: & ponit in litera multa Greca nomina. & sū in ver sicarij. &c. Dñe Iust. vnde dicunt sicarij? Frater, à sica, qd est cultū ferreū vtrobiq; scindens. In versi. eadē lege di cta. iā uidistis vnam l. Cor. q̄ tractauit de sica. mō videamus alia, q̄ tractat de veneficis; & lege ista tenenē oēs illi, q̄ arti. odiosis, vel uenenis, uel susurris homines occiderūt, & etiā qui mala medicamina publicè uendiderunt. h. d. Franc.

* Concor. a. si persediens. iun. sta glos. sup uerbo. text. extra de homi.

2 † Th. configuratum.

3 † Admonet nos Xenophon. & sic Theophy. & Dy. titlle lib. 5. diaßæ -- dus.

viduam[a] honestè viuentem stuprauerit.[1] † Pęnam autē eādē lex irrogat stupratoribus: si honesti sunt, publicationē partis dimidię bonorum: si humiles,[b] corporis coerctionē cū relegatione.[c]

Hominem telo, id est, quocunque, quod manu mittitur, occidens, vel cū telo causa occidendi persequens, lege Cor. de sica punitur, quia lege castigabitur ueneficus, vel arte magica hominem occidens; vel malo medicamento publicè occidens. Are.

¶ Item lex Cornelia[d] de sicarijs,[e] quæ homicidas vltore ferro persequitur,[f] vel eos; qui hominis occidendi causa cum telo ambulant.[g] Telū aūt (ut Caius noster ex interpretatione legū duodecim Tabularū scriptum reliquit) vulgò quidē id appellatur, qđ arcu mittitur,* sed & omne significatur, qđ manu cuiusque iacitur. Sequit̄ ergo vt lignū, & lapis,[h] & ferrū hoc noīe cōtineantur, dictū ab eo, qđ in lōginquū mittit̄, à Græca[i] voce τηλοῦ figuratū.[2] † Et si hanc significationē inuenire possum[9] & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. Admonent[3] † nos epigrammata in Xerolopho* verbis lautissimè[4] † scripta καὶ τὰ βέλη ὁ μόσε ἐφέρετο λόγχαι τόξευματα σφενδόναι πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι.* ¶ Sicarij autem appellantur à sica,[k] quod significat ferreum cultrum. ¶ Eadem[l] lege & venefici[m] capite damnantur,[5] † qui artibus odiosis,[n] tam venenis, quam susurris[o] magicis homines occiderint;[p] vel mala[6] † medicamenta publicè vendiderint.[7] †

Lex Pompeia de patricidijs, quæ cauet, φ occidens parentes, uel alios de quibus hic singulari pena plectatur, est publici iudicij. Et committēs delictum in se, plus punitur, quam cōmittens in alio. Are.

¶ Alia deinde lex asperrimū crimen* noua pœna persequitur, q̄ Pōpeia de parricidijs vocatur qua cauetur, vt si quis parentis,[p] aut filij, aut oīno affinitatis[r] eius, q̄ nuncupatione parentū continetur,[s] fata pręparauerit,[t] (siue clam, siue palam id ausus fuerit) nec non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis extiterit,[8] † licet extraneus[u] sit, pęna parricidij puniatur; & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subiiciatur,[9] † sed insutus culeo cum cane, gallo[10] † gallinaceo,* vipera & simia, & inter eas

d Item lex Cornelia. l. computatur inter publica iudicia.
e De sicarijs. quare sic dicantur, dic ut j. eo. §. sicarij. Accur.
f Persequitur. i. persequitur eos, qui homicidiū fecerunt cū ferro: nec. n. per hanc legē occiditur occidēs, sed deportat̄, & oīa bona sua publicant̄, ut ff. ad l. Co de sic. l. eiuldē. § legis. & l. pe. Vel dic, φ ꝑsequit̄ homicidas ferro: qa eos hodie occidemus: ut d l. eiuldē. §. fi. ADDITIO. Dic, φ pęna l. Co. de sicarijs est mors, vt no. in l. j. & l. is, q. cū telo. ff. de sic. An.
g Cum telo ambulant. licet eos non occidant: vt C. ad l. Cor. de sica. l. is, qui cum telo. Et nor. capitula, ex quibus aliquis tenetur: ut ff. ad l. Cor. de sica l. j. Accur.
h Lapis. facit s. de interdic. §. qui autem.
i. Græca.* Significat. n. telon. idē, qđ longe. Nisi fortè malis substituere telothē, quasi dicas, de longinquo qđ & Neb. docuit in lexico suo iu. ciu. dictione, telū, & Bud. i̅ C suo Inst. annotauit. Nos tñ qđ ꝓprius accedit. elegimus. qñ & ita legit Sypontinus, & post eum Ambrosius Calep. dict. telum.
K A sica. vnde uidebai, φ tm qui eū sica occiderēt. hac lege tenereē. Sed tñ generali' hodie accipit̄ sic & telū ꝑ interpretationē, vt s. prox. §. Est aūt sica. (ut subijcit) cultellus vtriq; scindēs, quē portāt peregrini, quādoq; ī baculo quodā; ita φ nō apparet. vnde versus: Mucro latēs sica, sica rius inde uocatur.
l Eadem lege. quæ dicitur Cor. de sicarijs.
m Venefici. nā plus ē, hominē veneno extīguere, q̄ gladio occidere: vt C. de mathe. mat. l. j. Accur.
n Artibus odiosis. i. artificijs odiosis. Nam omnis ars bona est.
o Susurris. i. incantationibus. Nam hæc scientia reprobanda est, ut C. de male. & mathe. l. eorum.
p Occiderint. ēt sine dolo, vt ff. de pęn. l. si q̄s aliq̄s. ij. § q abortionis. Secus in Cor. qa dolus est necessarius, nec sufficit etiam lata culpa, ut ff. ad le. Cor. de sica. l. in lege.
ALIA DEINDE LEX. CASVS. Adhuc est quædā lex, q̄ asperrimū crimen per sequtur bona pęna. qa si q̄s patrē, uel matrē, uel auū, uel proauū, uel aliquē eorū, de q̄bus fit mētio in litera, occiderit, dēt cædi cū uirgis sanguineis, & postmodū consui dēt in quodā sacculo, & cū ipso dēt poni serpēs viuus, & canis, & gall' gallinac' & uipera, & simia; & tunc cū illis aīalib. brutis dēt ꝓijci ī uicinū mare, f̄m quod regionis qualitas tulerit: ut sic iter ferales angustias deficiat, & oī in elemētorū usu uiuus careat, ut ei cęlū sup̄stiti & terra mortuo auferat̄. & sū in uc. siq̄s aūt &c iā uidistis, qualiter punit̄ ille, q aliquē de linea descēdēti, uel ascēdēti interfecerit. Sed certè, si quis alias personas sibi coniunctas aliqua affinitate, uel cognatione, quàm illa. de qua dictum est. s. prox necauerit, per leg. Cor. de sica. similiter punitur.
q Parentis. accipe patētes. & filios usque in infinitū: ut ff de in ius uoc. l. quisque. § si. & l sed si hac. § liberos. Accur.
r Affinitatis. alias, affinitatis; & aliàs affectionis Accur.
s Continetur. sed q̄ sūt hi, q hac appellatione cōtinent̄? Rñ. superiores, & īferiores, ut dixim'. Itē collaterales, ut fratres, cōsobrini, & patrueles, & ꝓximiores eis. Itē affines q dā: ut uxor, nur', & gener, uitricus, priuignus, socer, & ēt pr̄, ut ff. eo. ad l Pōpeiā de par. l. j. & l. sed sciendū. & l. cū pater. Acc.
t Preparauerit. fortè. & si non occiderit, secundum P. & facit pro eo. ff. eo. ad l. Pompeiam de par. l. j. insi. uel dic, illum specialem casum.
u Extraneus. No. extraneum plus puniri, quam si ipse occidisset: ut hic & ff. eo. l. utrum. & l. si sciente.

* id est tela cōminus afferebantur hasta, sagitta, funda, & lapides plurimi.
5 † Th. capitaliter puniuntur.
6 † Th. lethalia.
7 † Th. vendunt.
* Xerolophū quid. sit pulchrè in Minis Suidas, & post eū Io. Bapt. Pius annot. poster. c. clxx vj. & Nebri. in lexico iur. ciu. dictiōe xerolophū. Nisi Xeralæpheo malis legere, ut Bud. in suo codice annotauit, ut locū intelligas, ī quo apricātes ungebantur. q. sensus dictiōi lautissimè appositissime conueniat.
* † Adde Bar. in l. utrū. in fine. ff. ad l. Pōp. de parrici. & Fely. in c. j. nu. 3. de offic. dele.
8 † al. fuerit.
9 † Subiungetur.
10 † Th. de est, gallo.
* pro plena declaratione pœnæ ui. Forca. dialo. 34.
Patricidiū quas personas concernit.
a Die primā op. se quitur hic lo Fa Propter atrocitatē criminis facit l. si C. d̄ sic. & hāc tenet glo. in l. unica. C. eo. Ange.

* Hæc glo. nō est Acc. Eg. Perria. * † lautissimè.

a *Vel in amnem*.id est, flumen, vel si hęc vicina non sunt, bestijs subijcitur: ut ff. eo. l. pe.

b *Sustinebit*. sed nonne & qui superiores personas occidit, hac lege Cornelia tenetur? Videtur quòd sic: vt ff. eo. l. j. sed contra. C. eo. l. j. Dic ergo quod hac lege Cornelia tenetur, sed non accusatur. Vel dic secundum Io. quòd tenetur eadem pœna, scilicet capitali, sed maior hic imponitur.

¶ITEM LEX CORNEL. ¶CASVS. Iam vidistis multas actiones publicas; adhuc ponit vnam act. publicam: videlicet si quis falsum instrumentũ, vel testimonium scripserit; uel subiecerit l. Cornelia de falsis punitur; ita quòd si servus est, vltimo supplicio affligetur: si verò liber est, deportari debet. Franc.

c *Testamentaria*. ideo sic dicta, quia de testamẽto falso ibi agitur.

d *Instrumentum*. s. emptionale, uel alicuius contractus. Acc.

e *Falsum scripserit*. & ita veritatem mutauit: ut in authen. de instru. caute & fide. §. j. in prin. col. vj.

f *Recitauerit*. nota contra illos, qui habent instrumenta, & scripturas alienas in custodiam: & tamen alijs ostendunt, & recitant, & copiam faciunt: quia incidunt in falsum: ut hic, & l. j. §. de ijs, qui ff. ad le. Corne. de fal. coniuncta. l. qui testamentum. Ang.

g *Signum*. id est, sigillum, quod in testamentis apponitur: ut suprà, de testa. §. postea. Item signum, quod chartis imponitur, ut quandoque facilius fiat comparatio ex instrumentis; ut in authen. de instru. cau. & fide. § oportet autem collat. vj. Accur.

h *Vltimum supplicium*. quod interpretamur mortem: ut ff. de pœnis. l. vltimum.

1 † *al. in proximũ.*
2 † *Omni.*
3 † *Th. priuetur.*

Hoc ad istum est legis Cornel. lex. n. ipsa non nisi de numis, aut de testamentis falsis promulgata est, Cuiac.

4 † *Th. adulterium dolo malo.*

a Sing. gl. secũdum Amanel. lũ in sing. suis: ad hoc, quod si notarius mutauerit signũ, puniatur pęna falsi.

ferales angustias comprehẽsus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in uicinum[1] † mare, vel in amnẽ[a] proijciatur, ut omnium[2] † elementorũ usu uiuus carere incipiat: [3] † & ei celũ superstiti, & terra mortuo aufera tur. Si quis autẽ alias cognatione, uel affinitate coniunctas sibi personas necauerit, pœnam legis Corneliæ de sicarijs sustinebit.[b]

Publici iudicij crimen legis Corneliæ de falsis censetur: qua tenetur quicunque aliquid de ijs, quæ exprimuntur in textu, commiserit, & pœna eius in seruo est vltimum supplicium, in libero deportatio. Aretinus.

¶Itẽ lex Cornelia de falsis, quæ etiã testamentaria[c] uocatur, pęnam irrogat ei, qui testamentũ, uel aliud instrumẽtum[4][d] falsum scripserit,[e] signauerit, recitauerit,[f] subiecerit, uel signum[g] adulterinum[4] † fecerit, sculpserit, expresserit, sciens, dolo malo. Eiusque legis pęna in seruos vltimũ[h] supplicium est (quod etiam in lege de sicarijs, & veneficis seruatur) in liberos verò deportatio.[i]

Vim committens cum armis aliter, quam virginem rapiendo, deportabitur: si sine armis, tertiæ partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per uim uirginem uel monialem rapiens, vel præstans opem, capite punitur. Aretin.

uiduam, uel virginem, uel monialem rapuit, uel potest continuare istum §. ad præcedentem sic. In §. proximo dictũ est, qualiter punitur ille, qui per uim armatam uel sine armis aliquid alicui abstulerit: modo autem tractat, qualiter punitur ille, qui stuprum committit per vim. Franc.

¶Item lex Iulia de ui publica seu priuata aduersus eos exoritur, qui uim, vel armatam, uel sine armis commiserit. Sed si quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Iulia de ui publica irrogatur: [5] † si uerò sine armis, in tertiam[k] partem bonorum suorũ[6] † publicatio imponitur. ¶Sin autẽ[l] per uim raptus uirginis, uel uiduæ, uel sanctimonialis,[7] † uel alterius fuerit perpetratus, tũc & raptores, & ij, qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, * secundum nostræ constitutionis[m] definitionem: ex qua hoc apertius possibile est scire.

Publicam, sacram, uel religiosam rem furto subtrahens, & talibus opem præstans, ex lege Iulia peculatus, quæ publica est, capite punitur: aliter autem ex ea delictum committens, deportatur. Aret.

¶ Item lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam[8] †[n] pecuniam, vel rem sacram,[o] uel religiosam,[p] furati[q] fuerint. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali* animaduersione puniuntur: & non solum hi, sed etiam qui ministerium[r] eis ad hoc exhibuerint; uel qui subtractas ab his scientes susceperint.[s] Alij uero, qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis[t] subiugentur.

k *In tertiam partem*. nota ex maioritate delicti maiorem pœnam imponi, ut hic, & C. ad legem Iuliam de vi. l. ij. & facit suprà, de interd. § qui autem. Item hic damnatus fit infamis: ut ff. ad legem Iuliam de ui pri. l. j. j. respon. Accursius.

l *Sin autem*. dixit sup. quando sine ui aliquis commiserit stuprum, vt s. e § eadẽ. nunc quando sine vi. Vel continua cum superiori prox. §.

m *Constitutionis*. ut C. de raptu uirg. l. j.

¶ITEM LEX IVLIA. ¶CASVS. Non solum leges superiores dicuntur accusationes publicæ: sed etiam accusatio. l. Iul. peculat. dicitur accusatio publica, & hac l. punitur ille qui pecuniam reipub. surripuit; & si fuerit iudex, uel magistratus, qui hoc fecerit, pœna capitali punietur, & omnes eius complices. Si autem quis extraneus, qui non fuerit iudex, uel magistratus, pecuniam reipublicæ surripuerit, ipse & eius complices deportari debent. Franc.

n *Publicam pecuniam*. scilicet, ciuitatis Romanæ, non alterius, vt ff. de fur. l. ob pecuniam: & ff. ad legem Iul. pecul. l. iiij § pe.

o *Rem sacram*. ut calices, & thuribula, quæ sacra sunt: ut suprà de rerum diui. §. nullius.

p *Religiosam*. ut ornamenta sepulchrorum.

q *Furati fuerint*. uel etiam immiscuerint, ita quod damnificauerint rempublicam: ut ff. ad legem Iuliam pec. l. j.

r *Ministerium*. id est, adiutorium.

s *Susceperint*. s. ad custodiendum.

t *Deportationis*. deportantur enim. Et nota, quòd quinquennio durat hæc actio: ut ff. ad legem Iuliam pec. l. peculatus. *b* Item est specialis in ea, quod contra hæredes inchoetur: ut ff. ad leg. Iuliam pecu. l. fi. Accur.

Pęna maior maiori delicto debetur.

5 † *Th. incumbit.*
6 † *Th. de eis, suorũ.*
7 † *Th. Deo dedicatæ.*

* *Concor. c. peruenis. iũcta glo. in fi. extra de adulte. & stup.*

8 † *Qui pecunis, vel rempubli. Th.*

* *Nota dis[?] inter hunc locũ quali iudices, ita delinquentes una cũ adiutorib. pœna corporali, naturaliq. mor[?] plecti: quod vult & text. in l. 1. C. ad. l. Iul. exponat p deportationẽ: Quod pugnat cũ hac, & illa litera: vt hic notat Io. de Pla.*

i *Deportatio*. & omnium bonorum publicatio. Et sic nota quòd ex eodem commisso plus serui, quam liberi puniuntur, vt hic & ff. ad l. Cor. de fal. l. j. §. fi. & ff. si ex noxa cau. aga. l. pe. & ff. de pœ. l. in seruorum. imo & inter liberos magis puniuntur minores, quàm maiores: vt ff. de incen. rui. nau. l. Pedius.

Pœnæ diuersificantur ex personarũ diuersitate.

¶ITEM LEX IVLIA. ¶CASVS. Iam uidistis multas accusationes publicas: adhuc est quædam accusatio publica, per quam punitur violentia, siue sit publica, siue priuata: quia per l. Iul. de vi pub. punitur quis de ui armata, quia deportatur. Per l. autem Iul. de ui priuata aliquis punitur, qui uim fecit sine armis, quòd tertia pars bonorum suorum publicatur. & sum in uersi. Sin autem per uim. Suprà vidistis de illo, qui commisit stuprum cum ui, ut quia

¶EST ET INTER. ¶CASVS. Non solum ista sunt publica iudicia, quæ uos uidistis, sed & l. Flauia de plagiarijs, quæ interdum pœnam capitis infligit, & interdum minorem, dicitur publicum iudicium, & habet locum hæc lex, si aliquis filium alterius surripuerit, & eum uendiderit: talis enim magnam plagam parentibus infert. Idem est si seruum alienum surripuerit, & distraxerit. Franciscus.

Peculatus actio quinquennio durat.

b Dic idẽ in adulterio, & stupro, ut no. g'o. s. eo.

De

§. ij. regulariter aūt durat per annos xx. l. q̄rela. cū ibi nota. C. de fal. &c. An.
* Fabiam Paul. lib. 3. sentē. & C. Theod. & Theoph. & Cic. pro Rabi.
Phaniam vocāt hāc legem Beroald*, Pe rottus, Castellia. Cotta: Flauiā vero, id qđ magis placet. Pōponius Lętus uir ætatis suæ doctissim*, à Flauio quodā tribuno plebis. Fauiam autē nemo peritiorū modo agnoscit.
* Adde Fely ī c. qualiter & qñ, il 2. nu. 13. de accus. Fab. Cic.
Lex Iulia de ambitu in quatuor casibus habet locū.
* Adde Fely. in c. ex litteris nu. 22. de cōs. Fabr. Cic.
a Dicit Io. Fab quod hoc nō est uerū: ut l. ī cos. ff. de tutel. & in aut nt iu. sine quoq. suff. per totū; & ff. de mu. & ho. l. existimationem. tu autē dic p̄ honore sine administratiōe cō sequendo bene datis, nō autem cū administratiōe secūdū Bar. & Ang.
Qui ambit ē affectati hono

a *De plagiarijs*. ideo sic dicta, q̄a orbato patre filio, vel domino seruo, hæc lex punit orbantē, siue talem plagam inferentē: habet enim locum, qñ aliquis distrahit alienum seruū, vel filium; ita q̄ pater vel dominus non p̄t rehabere: vt ff. ad leg. Fla. de Pla. l. j. & l. leg. & l. cū. & l. pe. §. fi. Itē tenetur, qui libertum hoīem de loco ad locū transportat: vt C. ad l. Fl. de Pla. l. qm. & hoc si dolo facit, non aliter: vt ff. ad l. Fla. de pla. l. legis Flauiæ. Item hac lege tenetur, si quis seruum in fuga constitutum vendat; ita vt emptio statim teneat: vt C ad legem Fl. de Pla. l. in fuga.*
b *Capitis pœnam*. scilicet, maiorē, aliquādo minorē capitalē: cū capitalis alias sit minor, alias maior. Nam ingenuus nobilis in metallum damnatur, ignobilis gladio feritur: seruus, vel libertus bestijs subijcitur: vt C. de Pla. l. fi. & ff. ad legem Fl. l. fi. In fi. Item quę dam ciuilis pęna olim imponebatur, quæ cessat hodie, vt ff. eo. l. fi.*

Lex Flauia de plagiarijs, quandoque pœnam capitis, quandoque leuiorem irrogat. secundum Angel.

¶ Est & inter publica iudicia lex Flauia* de plagiariis,[a] quæ interdum capitis pęnā[b] ex sacris constitutionib. irrogat, īterdū leuiorē.

Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de annona: & residuis, quæ in diuersis capitulis loquuntur diuersas penas (præterquam mortis) inferunt. Aretinus.

¶ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia[c] de ambitu; lex Iulia repetundarum,[d] & lex Iulia de annona;[e] & lex Iulia de residuis:[f] quę de certis capitulis loquuntur, & animæ quidem amissionem non irrogant; aliis autē pęnis eos subiiciunt,[1] [g] qui præcepta earum[h] neglexerint.

Iustinianus finem facturus ampliorem publicorum iudiciorum determinationem, Digesta commere dicit. hoc dicit. Angel.

¶ Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus, ut uobis possibile sit summo[i] digito,* & quasi per indicem[k] ea tetigisse: alioqui diligentior eorū scientia[2] † uobis ex latioribus Digestorū seu Pandectarū libris,[3] † Deo propitio aduentura est.[l4] †

¶SVNT PRAETEREA. ¶CASVS. Scire debetis, quòd omnia fere iudicia publica de quibus tractatum est à prin. istius tit. vsque huc, sunt publica, & capitalia. Modo autē est tractaturus Iustin. de quibusdā iudicijs, quæ sunt publica, sed non capitalia; & enumerat ea in litera. Prima est lex Iul. de ambitu Secunda est l. Iul. repetundarū. Tertia est l. Iul. de annona. Quarta est l. Iul de residuis. Quando autem & in quibus ea hons locum habeant istæ leges, plenè habes notatum in gl. ordi. Istæ autem leges minorem pœnam, quàm capitalem inferunt eis, qui præcepta earum, siue earum iudicia neglexerint Franc.

c Lex Iulia de ambitu, quæ habet locum in quatuor casibus. Primo, si quis dederit clā pecuniam, vt aliquē sortiat honorē nō in ciuitate Romana: nam ibi cessat hęc lex: cū princeps ibi eligat: vt ff. ad legem Iuliam; de ambi. l. j. in princ ideo dixi, clam, quia palam potest: vt ff. de pollicita l j § j. & ff de officio prætor. l. Barbarius Secūdo habet locu, quando quis stat in magistratu vltra annum: vt C. ad legem Iuliā de ambitu l. j.* Tertio, si quis ingreditur domū iudicis cognoscentis de causa criminali: ut ff. ad legē Iuliā de ambitu. l. j Itē quartò, si quis iudex nouum vectigal instituerit, & est pœna cētum aureorū, vt ff. ad legem Iuliam de ambitu l j. Sed in casu deportatur, quando, scilicet, bis idē officium continuè est assecutus: vt C ad legē Iuliam de ambitu. l. j. Sed fallit in assessore: vt C. de asses. l. liceat. Item in proconsule: vt ff de officio procon. l. ante penult. Vel dic ibi sex fascibus, id est, sex mensibus; quia tantum durabat eius officium. Accursius.

d *Lex Iulia repetundarum*. quæ habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit, vt ff. ad legem Iuliam repetundarum l. j. 3. 4. 5. 6. & 7. Esculentum tamen potest accipere iure veteri, dummodo non nimis magnum: vt ff. de offic. proconsul. l. solent. in fine. sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium: vt in auth. vt iudices sine quoquo suffra. § scriptum est exemplar huius versicu. quapropter. ibi, aut si non est colla. ij. Pœna autem huius legis est ciuilis in quadruplum: vt C. ad legem Iuliam repe l. j Criminalis extra ordinem: vt ff ad legem Iuliam repet. l. lex Iulia § hodie.

e *Lex Iulia de annona*. hæc lex locum habet, quoties quis facit, vt annona carior fit; & est pœna in eom statuta xx. aureorum: vt ff. ad legem Iuliam de annona. l. ij.

f *Lex Iulia de residuis*. & hæc lex habet locum, quando aliquid superfuit ex aliqua administratione publica: & ipse in vsum suum conuertit, cui erat illa administratio commissa, vt ff. ad legem Iuliam pecu. l. 2. & 3. §. lege. Pœna autem huius legis est tertia parte amplius, quàm debet, qđ P. sic dixit; vt esset in quadruplum. Vel dic amplius tertia parte, quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli: vt ff ad legem Iuliam pecul. l. 4. §. sed & qui pecuniam, in gem Iuliam pecul. secundum Angelum.

g *Subijciunt*. s. leges prædictæ quatuor. vel dic, quòd loquitur indefinitè: vt patet in inferioribus.

h *Earum*. s. legum. nam in contractibus, & alijs, quæ debent de iure sortiri effectum, & non sortiuntur, iudicat lex non ualere: ut C. de legi. & con. l. non dubium. Item in criminalibus variæ constituuntur pœnę: quarum quędam sunt ordinariæ, quæ scilicet, habent certam pęnam aliqua lege inductam: vt patet per multas rubri. ff. de publi iudicijs, & in sequentibus Aliæ sunt extraordinariæ: vt ff ad se tuscon. Turpillia l. in priuatis, & ff. de extraor. cri. l. j. & in sequentibus tit. vsque ad tit. de pub. iud.

¶SED DE PVBLICIS IVDICIIS. ¶CASVS. Dixi Iustiniano: Domine, quare tantum de publicis iudicijs tractastis & tot exempla de eis posuistis? Frater (respondet dominus Iustinianus) hoc fecimus ad vtilitatem vestram, scilicet, vt de eis aliquam notitiam generalem habereiis, siue cognitionem, sed plena eorum cognitio, siue scientia ex latioribus Digestorum libris, Deo propitio, aduentura est. Modò autem sufficiat vobis hæc summo digito, & quasi per indicem tetigisse. Et nota, quòd per hæc duo verba, aduentura, & summo digito, duo dat nobis intelligere, scilicet, profunditatem, per hoc, quod dicit, summo digito. & beatam spem, per hoc quod dicit, aduentura. hoc dicit. Franciscus de Aret.

i *Summo digito*. id est, longiori digito, cum quo quis tangere potest altius, quàm cum alijs, qui dicitur medius. Accursius.

k *Per indicem*. id est, per alium digitum, qui dicitur index. vel dic, & melius, quod hæc dicta sunt ut sint index, siue demonstratio aliorum dicendorum, sicut & sub gallina ouum dimittitur, vt sit index ad hoc, vt ibi alia faciat oua. & idem in his, qui aucupantur ad columbas.

l *Aduentura est* vt ff. de publ e. iudicijs. per totum librum vsque ad titulum de appellationibus, qui sequitur. Accursius Florentinus.

ADDITIO. Velit rex cœlestis nostra crimina omnia, & priuata, & publica tollere, ne nos æthereas ad sedes impediant ascendere. Amen.

fine maximè quia pœnæ restringendæ sunt: vt ff. de pœ. l. interpretatione.

ADDITIO. Nota, quod in istam legem incidunt officiales, siue camerarij, qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio, aliquid retinent: quia tenentur ista lege, & pœna suprà dicta. Et etiam aduertas, quòd ista pœna, & lege tenentur officiales, qui vnam collectam impositam in communi, destinatā pro vsu, & necessitate cōmunis, ipsi conuertunt dictam pecuniam in alium vsum; quia & si esset pro necessitate communis. tamen incidunt in istam legem; ut est casus in l. ij. ff. ad legem Iuliam pecul. secundum Angelum.

ris crimē; Distat aūt ab ambitiōe; q̄ ambitus in affectu sit; ambitio uerò in animo.
Cæterum quod iura ciuilia pu. te dicunt; iura can. si moniā appellant.
1 † Th. subdunt.
Lex Iulia repetundarum.
Lex Iulia de annona
Lex Iulia d̄ residuis.
Pęnæ sunt restringendæ.
* Sūmo digito. et quasi per indicem. oratio est certè elegans metaphoricè sūpra, ut innuat hic se Iustin. perstrinxisse et leuiter attīgisse. Nam quod leuiter uolum* attingere, id summo digito. s. digitasummi tate facere solemus: & per indicē, quasi per capita, & summatim, dixisse. uidetur uelut ut nota*. Alc. ad finē lib. 4. de uerb. signif.
2 † Th. cognitio.
3 † Th. doctrina.
4 † al. continget.
Pęnæ ī criminalibus sunt ordinariæ, & extraordinariæ.
Oua quare sub gallinis & columbis dimittūtur

FINIS QVATVOR LIBRORum Institutionum.

CORPVS LEGVM
PER MODVM INSTITVTIONVM AB INCERTO AVCTORE IN COMPENDIVM REDACTVM,

Ex vetustissima Bibliotheca nuper emissum.

Locos, ex quibus transcriptum fuit, margini adiecit P. Prateius I. C.

EPITOME IVRIS CIVILIS.

IVRI[1] † operã daturũ pri⁹ nosse oportet, vnde iuris nomen descendat. Est enim à iustitia appellatũ. Iustitia [2] † aũt est constans,[a] & perpetua voluntas, ius suũ vnicuique tribuendi. Ius verò (ut Celsus [3] † definit, est æquitas [4] † cõstituta, vel præceptũ boni, & æqui. Huius quidem [5] † prudentia, est diuinarũ, atque humanorũ rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. Eius [6] † præcepta sunt hæc: honestè viuere, alium non lædere, suum vnicuique tribuere. Virtus [7] † eiusdem, est imperare, permittere, vetare, punire. Huius [8] † autem studij[b] duæ sunt positiones, publicum ius, & priuatum. Publicum ius est, quod ad statum Reipubli. pertinet. Priuatum est, quod ad singulorum vtilitatem spectat. Et prius quidem dicendum videtur de iure priuato, quod est tripartitum. [9] † Collectum[c] est enim ex naturalibus præceptis, vel gentium, uel ciuilibus.

¶ IVS NATVRALE EST, quod natura [10] † docuit omnia animalia, ut sunt maris, & fœminæ coniunctio, filiorumque procreatio, & educatio. Huius enim iuris peritia non solum homines, sed etiam cætera animalia censentur. Ius [11] † gentium est, quod gentes humanæ sibi ipsæ constituerunt. Huius [12] † autem iuris sunt, emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum, depositum, mutuum, pignus, permutatio, commodatum, & penè omnes contractus: Penè dictum est, propter contractus[d] donationis, stipulationis, emphyteuseos, qui iuris ciuilis sunt. Ius ciuile est, quod vnaquæque ciuitas sibi ipsa constituit. ¶ Diuiditur exhinc in ius scriptum, & non scriptum. Iuris scripti sunt partes hæ: lex, plebis scitum, & senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. Lex est, quod populus[e] constituit, senatorio magistratu,[f] veluti consule, interrogante. Plebs autem differt à populo eo, quòd appellatione populi vniuersi ciues continentur. Plebis verò appellatione cæteri, præter patritios, & senatores. Sed & plebis scita, lege Hortensia, non minùs auctoritatis habent, quàm leges. Senatusconsultum est, [13] † quod senatus iussit, atque constituit. Nam cum ita auctus esset populus, ut facilè in unum conuenire non posset legis sanciendæ causa, omne imperium condendarum legum traditum est a populo senatui. Principis [14] † placita sunt, quæ iubet Imperator, atque constituit. Quod enim principi placuit, legis habet vigorem. Hæ enim constitutiones vocantur, quarum quædam sunt communes, quæ in omnium causis valent: quædam singulares: quæ in vna tantum causa valentes, vel persona, ad exemplum trahendæ non sunt. hæc priuilegia vocantur. Est enim priuilegium ius singulare, certis ex causis contra ius commune introductum. In priuilegiis autem considerandum est, vtrum contra ius elicientur. Ait enim constitutio, Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus præcipimus refutari. Ea enim, quæ contra ius fiunt, pro infectis habenda sunt. Responsa prudentum sunt

DE IVSTITIA, & iure.

a Secundum hoc, quod à Deo creata fuit.

b Ius dicitur studiũ, quia per studium adipiscitur, ut ius calleamus.

c Subdiuisio est secundum constituentes.

DE IVRE NATurali, gentium & ciuili.

d Hæc tria iure ciuili inuenta sunt. licet enim donatio apud gentes esset, tamen ex solo pacto quis non obligabatur.

e Id moris erat, ut cũ aliqua noua causa interueniente, necessitas ingrueret cõstituendæ legis, consules in primis populum interrogẽt congregatum, & populus, si sibi placebat, sua auctoritate adhibita confirmabat, similiter & tribuni plebis.

f Magistratus est quicunque propriam iurisdictionem habet.

Secun-

1† l. 1. D. de iust. & iu.

2† l. 10. D. eo.

3† d. l. 1.

4† art. D.

5† d. l. 10.

6† d. l. 10.

7† l. 6. D. de ll.

8† d. l. 1. §. 1.

9† d. §. 1.

10† d. l. 1. §. 2. & Inst. de iur. nat.

11† d. l. 1. §. 3.

12† l. 5. D. de iust. & iu.

13† §. plebiscitum. Inst. de iur. nat. §. senatusconsultum. l. ß. ...

14† §. sed & quod la. ...

1† l. 4. D. pu. bo.

2† l. 4. D. eo.

3† l. 5. D. eo & § ser ... Inst. de ... persõ.

4† d. l. 5.

sunt sententiæ, & opiniones eorum, quibus datum est à Cæsare ius respondendi, ueluti Caij, Vlpiani, Papiniani, & cæterorum, quorum nomina, & opera in Digestis continentur. Magistratuum edicta, sunt hæc, quæ prætores constituerunt. hoc etiam ius honorarium appellatur; eo quòd ab eis constitutum est, qui honores gerebant. Huius etiam pars sunt edicta ædilium curulium. Ex non scripto ius venit, quod usus comprobauit. Nam consuetudinis, [a] usúsque longæui non uilis est auctoritas: uerùm non adeo sui valitura momento, ut aut rationem [b] vincat, aut legem. ¶ Viso autem quid sit ius, & eius partes uidendum est circa quod uersetur. uersatur autem circa res, uel personas, uel actiones. Et primitus de personis, quia earum causa omnia iura constituta sunt, dicendum est.

¶ SVMMA itaque diuisio de iure personarum hæc est, quòd omnes homines, aut [1] † liberi sunt, aut serui. Et libertas [2] † quidem est, naturalis facultas eius, quod cuique facere libet; nisi quid ui, aut iure prohibetur. [c] Seruitus autem est iuris gentium constitutio, qua quis dominio alieno, contra naturam subiicitur. Iure enim naturali omnes homines liberi nascebantur.

¶ Serui autem aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris: fiunt [3] † autem aut iure gentium, scilicet ex captiuitate: aut ciuili, cum homo liber maior xx. annis, emptore ignorante eum liberum, se vænundari ad participandum pretium passus est. Et in [4] † seruorum quidem conditione, nulla differentia est. In libertorum verò statu multæ differentiæ sunt: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

¶ INGENVVS [d] est qui ex libera matre nascitur: nec refert, utrum liberum patrem habuerit, necne. Nec etiam refert, utrum mater ingenua fuerit, an liberta. Et si liberta, utrum ancilla conceperit, uel libera: dummodo libera facta pariat. Quod si & ancilla conceperit, & postea manumittatur, deinde ob ingratitudinem ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci: quia calamitas matris non debet ei nocere, qui in utero est.

¶ LIBERTINI sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Manummissio autem est de manu missio, id est, datio libertatis. Manumissionis [e] autem olim triplex genus erat. Nam qui manumittebantur, modo consequebantur libertatem perfectam, & fiebant ciues Romani: modo mediocrem, & fiebant Latini: modò minimam, & fiebant numero Deditítiorum. Hodie uero Latinis, & dedititijs sublatis, non habita etiam vlla differentia manumissionis, siue etiam ætatis manumissoris, liberti ciuitate Romana fruuntur. Quòd licet omnis manumitti possit, non tamen omnis dominus manumittere potest.

¶ NAM IS, QVI in fraudem [f] creditorum consilio etiam, & re manumittit, nihil agit; quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Item impubes manumittere non potest. Item furiosus, & prodigus, cui interdictum est bonis, manumittere non potest. Item debitor seruum pigneratum non rectè manumittit. Item vir dotale mancipium non æstimatum acceptum manumittere non potest. Nec etiam vxor, constante matrimonio.

¶ MANVMITTITVR autem seruus in ecclesia, inter amicos Vindicta, testamento, [g] epistola, codicillis, aliisque quam pluribus modis.

¶ SEQVITVR de iure personarum altera diuisio. quidam enim sui iuris sunt, quidam alieno iuri subiecti sunt. qui alieno iuri subiecti sunt; alij sunt in potestate dominorum; alij

---

a Secundum Tullium consuetudinis ius esse putatur id qd voluntate omnium, sine lege, uoluntas comprobauerit. Item cõsuetudini ius esse, quod aut leuiter à natura tractum habuit, & maius fecit vsus; vt religionem; & si quid eorum, quæ ante diximus à natura profectum maius factum propter consuetudinem videmus; aut quod in mortem vetustas vulgi approbatione perduxerit. Age. frustra, inquit, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obijciũt, quasi cõsuetudo maior sit veritate. hoc planè verum est: quia ratio & veritas consuetudini præponenda est secundum eum, si consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius teneri.

b Isidorus, legem ratio commendat. porrò si ratione lex constat, lex erit omne, quod iam ratione constiterit duntaxat, quod religioni congruat, quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat.

DE IVRE PERsonarum.

1† l.4. D. stat. ho.
2† l.4. D. eo.

c Cum enim quis prohibetur naturalē quidem habet facultatem, sed tamen effectus est impeditus: & ideo quantum ad effectum dicit, nisi quod iure, &c.

DE INGENVIS.

d Ingenuus non nisi his duobus modis vllo modo potest effici seruus hominis: libertus etiam ob ingratitudinem, crimine verò tam ingenuus, quam libertus, non hominis, sed pœnæ seruus efficitur; si vel in metallũ damnetur, uel bestijs subijciatur. l. fina. C. de sen. pas.

3† l. 5. D. eo & § serui Inst. de iu. perso.

DE LIBERTINIS, & eorum manumissione.

e In hoc erat differentia triplicis generis manumissionis, quia ciues Romani, & liberi erant, & alienandi inter uiuos, & testandi in morte liberã facultatem habebant. Latini uero inter viuos bona sua poterant alienare, relinquere verò in morte, nisi patrono non poterant. Dedititij verò nec inter uiuos alienare, nec ulli in morte nisi patrono relinquere licebat. titu. 1. Vlpia.

4† d. l. 5.

QVI MANVMITtere possunt.

f In fraudem creditorum consilio, & re manumittit, qui creditoribus non sufficere, animo fraudandi eos, seruos libertate donauit; & ex ipsa manumissione defraudãtur creditores.

QVIBVS MODIS manumiss. procedat.

g Testamentum, epistola, codicillus, sunt ultimę dispositiones; quia causa mortis fiunt. vindicta vocabatur uirga prætoris, cuius percussione vindicabantur homines in libertatem.

DE

alij in potestate parentum. In potestate dominorum sunt serui. Quæ quidem potestas, quamuis iure gentium inuenta sit; iure tamen ciuili temperatur. Olim enim iuregentiũ vitæ, necisque seruorum ius penes dominum constitutum erat: hodie vero iure ciuili, qui seruum suum sine iusta causa occiderit, non minus punitur, quam qui alienum occiderit. etiam quandocunque per seruum acquiritur, domino acquiritur. In potestate [a] parentum sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreauimus, uel per arrogationem adoptauimus. Liberorum autem alii ciuiles, & naturales, alii naturales tantum, alii ciuiles tantum. Ciuiles, & naturales sunt quos ex iustis nuptiis procreauimus.

¶ NVPTIAE autem siue matrimonium, sunt viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens. Iustas[b] autem nuptias ciues Romani contrahunt inter se, masculi quidem puberes; fœminæ autem uiri potentes; qui & suæ mentis, & potestatis sunt, nec vlla affinitate, [c] vel cognatione, [d] vel religione, [e] aut aliis nuptiis, [f] aut potestate impediuntur, [g] Serui enim, iure ciuili nullam personam habent: ideo nuptias, quæ iuris ciuilis sunt, non contrahunt. Si uerò in parentum potestate sint, necesse est parentes consentire, in quorum potestate sunt; nisi sint furiosi. Separantur autem licita matrimonia sine pœna, si maritus vxori suæ misceri non poterit[i], si aliter, vel uterque religiosam vitam elegerit, aut ab hostibus capti fuerint. Cum pęna autem separantur, si alter cōtra Imperatorem molitus fuerit, vel si alterius vitæ insidiatus fuerit, vel adulterio deprehensus. Naturales tantum sunt, vulgo concepti, qui spurii dicuntur. Horum autem alij iure ciuili prohibiti, alii verò non cogniti. prohibitorum alii incesti, alii alia macula infamiæ aspersi, Incesti sunt, qui contra fœdus [h] sanguinis[i] fiunt: alia macula infamię aspersi, veluti hi, quorum mater non transacto anni[k] spatio à morte prioris mariti, secundis nuptiis se infectauit, uel contra aliquam prædictarum rationum, matrimonium contraxerit. Qui autem huiusmodi matrimonio se scientes copulauerint, si quidē sine liberis ex libero matrimonio sint, statim, dignitatibus amissis, bona eorum iuribus fisci A deputentur, & ipsi exilio puniantur. quòd si viliores sint personæ, etiam corporali quæstioni subiiciantur. Si autem legitimi liberi sint, pęna patris, sui iuris fiant, & paternas, uel maternas facultates accipiant: ita tamen, vt parentibus necessaria administrēt. Iure aūt ciuili nō cogniti sunt hi, quorum parentes iustas inter se nuptias contraxisse potuerunt. Hi etiā ciuiles fieri possunt, si vel curiæ donentur, vel post natiuitatē eorū, inter parentes aliquo tēpore dotalia instrumenta conficiātur, vel super his preces Imperatori porrigantur, & princeps suam interponat auctoritatē, uel si in testamento, ut legitimos hędes instituerit, vel si matrē eorū, vsquequo die defunctis est in contubernio habuerit. Ciuiles tantū sunt ij, quos adoptamus.

¶ ADOPTIO[l] autem duobus modis fit, id est, uel imperio magistratus, vel ex sacro rescripto, quæ etiā arrogatio dicitur. Imperio [1] † magistratus, id est, judicis auctoritate, adoptamus eos, qui alienæ potestatis sunt. Ex sacro rescripto eos, qui sui iuris sunt. Sed arrogati transeunt in potestatem patris adoptiui omnimodo. Adoptati verò per magistratum nō aliter, quam si auus proauus paternus, vel maternus eos adoptet. Hoc enim casu, quia tam ciuilia, q; naturalia iura concurrunt, soluitur quidem ius naturale parentis, & transit in potestatem adoptiui. Non autē permittitur [2] † cuique aliquem arrogare, nisi cautione[m] facta, promittat personæ publicæ, id est, tabulario, se daturum quartam omnium bonorum suorum ei, quem adoptat, si vnus eum emancipauerit; & insuper omnia bona sua restitutum iri. In vtraq; vero adoptione considerandum est, ut is, qui adoptat, plena [3] † pubertate, id est, xviij. annis præcedat. [n]

Item

1 † l. §. D. eo.

2 † l. §. C. eo.

3 † l. arrogatio. D. eo.

DE HIS QVI sui iuris, uel alieno iuri subiecti sunt.

a In potestate parentum sunt liberi solummodo per uirilem sanguinem ascendentium, ut patris, aui, proaui, abaui, & aliorum. Liberorum autem appellatione omnes descendentes cuiuscunque sexus sint, continent.

DE NVPTIIS.

b Legitima coniugia non sunt, quæ sine consensu utriusque personæ contrahuntur: quoniam secundum humanas, & diuinas leges, consensus in eo contractu non est, ubi ab utraque persona non intelligitur, quod agitur.

c Affinitate prohibemur uxorem ducere, ueluti nurum, nouercam, & generaliter quæcunque se alicui nostro cognato copulauerit, eam nobis in matrimonio copulare prohibemur affinitate.

d Cognatio est omnis per communem sanguinem proximitas, quandiu scitur, aut in memoria retinetur.

e Religione prohibentur, ne subdiaconus, presbiter, episcopus, monachus, Iudæus, Paganus, Christianam, otthodoxus hæreticam uxorem ducat.

f Alijs nuptijs prohibemur uxorem ducere eam, quæ alteri copulata est. Item quæ fiunt intra annum à morte mariti sui numerandum, propter commistionem sanguinis, & propter tempus luctus uxorem habere non possumus.

g Potestate prohibetur præses, ne eiusdem prouinciæ uxorem ducat.

h Sine patre. non enim intelligitur iure ciuili pater, quem iustæ nuptiæ non demonstrant.

i Fœdus sanguinis est, ut cognatorum sanguis non permisceatur.

K Seneca annum fęminis ad lugendum constituerunt Maiores, ut tandiu lugerent, sed nec diutius.

A Fiscus est Romana Respubli.

DE ADOPTIOnibus.

l Adoptio est ciuilis actus, quo quis ius liberorum nanciscitur.

m Cautio dicitur promissio per scriptum.

n Quia adoptio debet imitari naturam.

Spa-

a Spadones uero adoptare possunt.
b Non debent habere ciuiles, qui nō possunt habere naturales. Notãdum, quod si aliquis uelit aliquẽ loco nepotis adoptare, necesse est, quod habeat filium in potestate: ex quo adoptet. alioquin necesse est, ut primitus filiũ adoptet. sic in pronepote, & abnepote, & cæteris.

¶ QVIBVS modis ius patriæ potestatis soluatur.

c Qui sui iuris sit, alie. efficitur, ut econtra.

¶ DE EMANcipationibus.

¶ QVIBVS MOdis ius dominicæ potestatis soluitur.

¶ DE TVTElis.

d Agnati sunt cognati per cognationẽ uirilis sexus coniuncti.

¶ QVOMODO tutores dentur.

e Quantum ad publica munera filij familias pro patribus familias habentur.
f Nec magistratus, quia publicis negotiis, non priuatis uacare debent.
g Quod si petit aliquid de rebus, quæ sunt in eius tutela dolo, vel negligentia tutoris, tutorem emendare oportet.

¶ DE

1 † l. 1. de capi. demi. D. cap. di.
2 † l. fi. D. eo.

Item fœminæ adoptare nō possunt, nisi ad solatium amissorum liberorum. Item castrati,[a] necnon natura frigidi,[b] qui etiam generare non possunt. Item qui tres habet filios in potestate, quartum adoptare non potest. Adoptare autẽ potest quis tam loco filij, quã loco nepotis. Cum autem loco nepotis adoptat, necesse est, filium consentire ne ei inuito suus hæres agnascatur.

¶ COGNITIS autem qui, & qbus modis liberi sint in potestate, vidẽdum est, quomodo soluãtur à potestate. Soluitur autem ius patriæ potestatis morte vtriusque, capitis deminutione, maxima, & media, & minima, emancipatione, dignitate. Capitis autem deminutio,[1] † est prioris status commutatio. Huius autem species [2] † sunt maxima, & media, & minima. Maxima capitis deminutio est, cum quis libertatem amittit, & ciuitatem: quod euenit his, qui bestijs subijciũtur, & in metallum perpetuo damnantur, vel qui in hostium potestatem deueniunt. sed ij, si reuersi fuerint, recipiunt pristinum statum, propter ius postliminij. Media capitis deminutio est, cum quis, libertate retenta, ciuitatem amittit: quod euenit his, quibus aqua & igni interdicitur, vel qui in insulas relegantur. Minima capitis deminutio est, cum quis, libertate, & ciuitate retenta, familiam tantum commutat.[c] Hac autem capitis deminutione ita demum ius patriæ potestatis soluitur, si is qui habetur in potestate, minuatur capite.

¶ EMANCIPATIO est ciuilis actus, quo quis patria potestate per magistratum eximitur. Emancipatio quidem olim fiebat per æs, & libram, adhibitis ciuibus Romanis puberibus & eo, qui dicebatur libripens: quasi imaginaria venditio. Hodie vero competenti magistratu adito, & emancipatis voluntate patefacta, & auctoritate magistratus adhibita, scriptura super his subsequuta, emancipatio ritè procedit. Dignitate [3] † vero soluitur ius patriæ potestatis, si forte is; qui in potestate est, episcopatum, vel summam patritiatus dignitatem nactus fuerit, idest si eum Imperator sibi in patrem elegerit, uel si consul, præfectus, magister militum factus fuerit.

¶ Dominorum autem potestas soluitur manumissione. Item si dominus seruum ægrotum contempserit, & necessaria non præstiterit, si eo nesciente, & si contradicente, clericus, aut monachus factus fuerit, ius potestatis soluitur: uel si, eo sciente, & non contradicente, ancilla pro libera, libero homini ignoranti se in matrimonium copulauerit. Qui autem sui iuris sunt, alij sunt in tutela, uel curatione, alij neutro iure tenentur.

¶ TVTELA AVTEM EST, (ut Seruius definiuit) ius [4] † ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui se propter ætatem defendere nequit. Tutores autem sunt, qui eam uim, ac potestatem habent, unde tutores dicti sunt, quasi tuitores. Tutorum autem alij sunt testamentarii, alii legitimi, alii datiui. Testamentarii sunt,[5] † qui testamento parentum dantur: dare autem potest testamento tutores parens suis impuberibus, quos in potestate habet: & ii primo ueniunt ad tutelam: his uerò deficientibus, uocantur legitimi. Legitimi verò sunt, qui ex lege duodecim Tabularum descendunt.[6] † Hi autem, secundum antiquum ius parens, patronus, agnati [d] hodie uero cognati. Nam ad quos pertinet emolumentum successionis, eis incumbit onus tutelæ. Datiui sunt, qui a iudicibus dantur deficientibus testamentariis, & legitimis.

¶ OSTENSO, QVI DARE possunt, uidendum est, qui dari possint. Dari autem potest tutor tam paterfamilias, quàm filiusfamilias.[e] Minor uigintiquinque annis dari non potest. Item nec miles, clericus, nec monachus, nec mulier, (nisi liberorum suorum) nec furiosus, aut prodigus, rectè tutores[f] dantur. Creantur uero tutores ex inquisitione, & satisdatione. Inquiritur enim, utrum sint locupletes, & diligentes. Testamentarii autem non inquiruntur. Satisdatione tamen legitimi, & datiui, onerantur: ijdem coguntur promittere, & idoneos fideiussores dare, rem pupilli saluam fore.[g] Sine satisdatione tamen nemo idoneus tutor est. Datiui autem tutores periculo, damno tutelæ distringuntur, nisi se excusent.

3 † In Aut. consti. qua de di. co. 6.
4 † sic Th. & Harmeno. quãuis in Fl. Piã. ius legatur D. eo.
5 † l. 1. D. de test. tu.
6 † l. 1. de leg. tut.

¶ EXCV-

¶ DE EXCVSAtione tutorum.

¶ INTRA QVOD tempus se quis excusare debeat.

¶ DE SVSPECTIS.

¶ DE REDDENda ratione tutelæ.

¶ DIFFERENTIA tutorum, & curatorum.

1† l.1. C. qui nu.lib.

2† l. Athleta. §. dat. D. de exc. tut.

3† l.1. C. qui mor.

a Alias venerabiles domos, ideſt xenodochium, orphanotrophium, brechorrophium. Gerontochomium. theochium, ſeu catatrophium, locus venerabilis, in quo pauperes, & infirmi paſcuntur. xenodochium in quo peregrini, noſocomium, in quo ægri curantur. Orphanotrophium, in quo deſtituti a parentibus. Gerontochomium, in quo ſenes, brephotrophium ubi infantes.

A Dolo malo, ideſt, uoluntariè, cum nullam iuſtam cauſam corrumpendi habuerit.

4† l. quinquaginta. D. de exc. tut.

Quia

¶ EXCVSANTVR autem tutores varijs ex cauſis. Si .n. Romæ[1] † quis tres liberos in poteſtate habebat, vel in Italia quatuor, vel in prouincijs quinque, à tutela excuſatur. Item, qui capitales[2] † inimicitias cum patre pupilli habuit. Quiq; huiuſmodi morbo[3] † fatigatur, vt non ſuis rebus intereſſe poſſit, quive cauſa reipu. abfuturus eſt, quive habet onera tutelæ nõ affectatę excuſare ſe poſſunt. Sunt & aliæ multæ cauſæ excuſationum, quas in libris Digeſtorum, & Inſtitutionum, facile eſt cognoſcere.

¶ OPORTET AVTEM eos, q ſe excuſare volũt[4] † intra quinquaginta dies, ſi præſentes ſunt: ſi vero abſentes, habita æſtimatione viginti milium diurnorum, & inſuper dierum triginta cauſam ſuæ excuſationis ante competentem iudicem allegare.

¶ NON SOLVM AVTEM tutores volentes excuſantur; ſed & inuiti quandoque, vt ſuſpecti remouentur, qui ex fide[5] † non adminiſtrant. Alioquin ſi ex fide adminiſtrent, (licet ſoluendo non ſint) non remouentur, vt ſuſpecti, ſed curator eis adiungitur.

5† Cauſas ſuſpitionis recẽſet Iuriſc. l 4. §. nunc uideamus. D. de ſuſpe. tut.

¶ QVI AVTEM non excuſantur, ſiue gerant, ſiue non, de reddenda ratione, finita pupillari ætate; iudicio[6] † tutelæ, pupillis adultis factis tenẽtur. Sed ſi quidem vnius pupilli plures tutores ſint: ſi quidem diuiſam regionibus habent adminiſtrationem, pro ea parte tãtum tenentur. Si verò pro indiuiſo adminiſtrant, in ſolidum vnuſquiſque tenetur. ¶ Hæc autem omnia, quæ dicta ſunt de tutoribus,[7] † de curatoribus intelliguntur, in his ſolum habita differentia, quod tutor non rei, ſed perſonæ datur; curator non perſonæ, ſed rei. Item tutor, ad certum tempus, & ex certo tempore non datur: Curator vero, & ad certum tempus, & ex certo tempore, & ad certam rem rectè datur. Item tutor pupillis tantum datur; curator vero, & pupillis, & adultis, & in omni ætate dari poteſt. Et tutor quidem iudicio tutelæ rationem reddit: Curator verò iudicio negotiorum geſtorum tenetur.

6† l.1. de tut. & ra. diſtra.

7† l.3. §. quãuis. D. de adm. tu.

SECVNDA PARS,

ſiue Liber II.

DE REBVS DIVINI iuris, & humani.

Superiore libro de iure perſonarum actum eſt: nunc autẽ videamus de rebus, quæ in noſtro[8] † patrimonio habentur, vel extra patrimonium. Rerum enim aliæ ſunt diuini iuris, aliæ vero humani[9] † iuris ſunt. Diuini iuris ſunt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ. Sacrum eſt,[10] † quod ritè Deo, & per pontificem dedicatum eſt.

8† Inſt. de rerum diu. in prin.

9† l.1. D. eod.

10† §. ſacra. Inſt. eadem.

¶ Alioquin ſi quis ſua auctoritate velit ſacrum conſtituere, nõn eſt ſacrum, ſed profanum: vt ſunt templa, & donaria, ad perpetuum uſum diuini cultus deſtinata. Ea verò, quæ ad vſum inibi deſeruientium deſtinantur, veluti prædia, & domus, licet ſacra non ſint, tamen veluti ſacra ſi immobilia ſint, vel mancipia ruſtica, vel ciuilis annona, alienari[11] † prohibentur, vel hypothecæ, ſeu pignoris titulo obligari, niſi cauſa redemptionis captiuorum, vel iure emphyteuſeos,[12] † vel iure permutationis habitæ, vel inter eccleſiam, & eccleſiam, vel inter eccleſiam, & prochium, vel alias venerabiles domos; vel inter eccleſiam, & alias venerabiles[a] domos, & principem. Sanctum eſt, quod ſanctione quadam ſubnixum eſt, veluti muri, & portę ciuitatum; vnde & capite puniuntur, qui ea ſine magiſtratus competente permiſſione, dolo A malo corruperint. Religioſum autem locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum in eum locum infert mortuum, in quo ius inferendi habet. Licet autem religioſus locus diuini iuris ſit, ius tamen inferendi, humani iuris eſt; quod & ad hęredem tranſmitti poteſt, & inter viuos alienari non poteſt, niſi ſit tantum familiæ. tunc enim extra familiam alienari non poteſt. Res autem humani iuris, alię ſunt publicę, aliæ vniuerſitatis, aliæ ſingulorum, alię nullius in bonis. Publicę,[13] † vt mare, flumina, litora maris, vſus quoque riparum publicus eſt. Itaque per ea nauigare, naues arboribus ibi natis ligare, retia ſiccare, piſces capere, & cętera facere, quæ communi vſui impedimento non ſint, cuilibet liberum eſt. Proprietas autem riparum eorum eſt, qui prope ripam, prędia poſſi-

11† l. iubemus nulli. C. de ſacro ſan. ecc. & auth. ſeq.

12† auth. perpetua. C. eo.

13† Communes. l. quedam. D. de rer. diui. §. & quidem. Inſt.

a Quia licet omnes possint dicere, nostrum est, nullus tamen potest dicere meum est.
b Quia sicut hæredis esset, ita quicquid acquiritur per seruos, vel alio modo hæreditati acquiritur.
¶DE ACQVIrendo rerum dominio.
¶DE OCCVpatione.
¶DE SPECIficatione.
¶DE ACCESsione.
A Putans suam esse rem, quam possidet.
c Sine quibus consistere posset. sed facti magnam rei utilitatem conferunt, ut si serui instituantur artibus.
B Quantum ualeret, postquam essent sublati.
d Quod tabula pictura, non pictura tabulæ cedit.

1† l.1.§ fi. D. de acqui ren. rer. do.
2† l. denique. § qua situm. D. quod vi, aut clam.

possident. Vniuersitatis [a] sunt, & non singulorum, vt forum, theatra, stadia, & cætera, quæ publico vsui ciuitatis destinata sunt. Nullius in bonis sunt, [1] † vt bestiæ, volucres, pisces, quæ in naturali libertate retenta à nullo possessa sunt. Eiusdem [2] † etiam iuris sunt res hæreditariæ, ante quam aliquis existat hæres ex testamento, vel ab intestato. Sed tamen quia hę reditas vicem personæ sustinet, [b] cuilibet occupanti non conceduntur. Item res habita pro derelicto, nullius in bonis esse creditur. Singulorum autem res sunt, quæ in vniuscuiusque patrimonio sunt, quæ acquiruntur cuique, aut speciali iure, aut per vniuersitatem. Vt

¶ SPECIALI ENIM iure dominia rerum quæruntur iure naturali, aut iure ciuili. Iure naturali quæruntur dominia rerum sex modis, [3] † occupatione, inuentione, specificatione, contributione, accessione, traditione.

3† tot. tit. Inst. de rerum diu. & ff. de acqu. rer. dom.

¶ OCCVPATIONE QVAEruntur, quæ nullius in bonis sunt. Quod enim nullius in bonis est, occupanti [4] † conceditur. Nullius in bonis sunt, vt pisces, volucres, bestiæ, quæ feræ natura sunt. Feræ autem natura videntur esse illa animalia, quæ a nullo coercita libertate proprij arbitrij, quo volunt, se ferunt, vt leones, apri, cerui, vrsi, & huiusmodi similia. Nec interest, vtrum quis hæc in suo fundo capiat, an in alieno. Plane [5] † si videris aliquem ingredientem in fundum tuum, venandi, aut aucupandi gratia, potes eum prohibere, ne ingrediatur: qui si contra prohibitum ingressus fuerit, iniuriarum tibi tenebitur. Hæc autem ita capta, eousque nostra esse intelligantur, quousque nostra custodia coercentur. Alioquin si nostram custodiam euaserint, & in naturalem libertatem se receperint, nostra esse desinunt, & rursus occupantis fiunt. Insula, [6] † quæ in mari nata est (quod raro accidit) occupantis fit. Nullius enim in bonis esse creditur. At in flumine nata, quod sæpe accidit, si quidem mediam partem fluminis tenet, eorum est, qui prope ripam prædia vtriusque possident, pro modo latitudinis cuiusque, quæ latitudo prope ripam est. Si verò alteri proximior est, eius est, cuius & ager, cui proxima est. Thesauros [7] † quoque, quos quis in suo loco inuenerit, diuus Hadrianus, naturalem æquitatem secutus, ei concessit, qui eos inuenerit. Sed si quis in alieno solo inuenerit, si quidem fortuito inuenerit, suos esse: Sin vero ad hoc data opera, dimidium domino soli, dimidium inuentori concessit. Idem est, si quis in patrimoniali, vel fiscali loco inuenerit.

4† l.3. D. eo.
5† Inst. eo. § fera. uer. plane.
6† l.7. § insula. D. de acq. re. do.
7† § Thesauros. Instit. eo.

¶ SPECIFICATIONE nobis res acquiruntur, veluti si ex alienis vuis vinum; vel si ex alieno vino, [8] † & melle mulsum; vel si ex alieno argento scyphum fecerimus: in huiusmodi enim omnibus talis regula comprobata est, vt si quidem ea res reduci potest ad priorem massam, is sit dominus speciei, cuius fuit & massa. Sin verò minime possit reduci, is erit dominus, qui specificauit: ipse autem tenebitur domino materiei condictione, vel furti actione. Si duorum dominorum materiæ permistæ sunt, si quidem voluntate dominorum, communes erunt. Si verò fortuito casu, si quidem separari possunt, eiusdem manent, cuius & ante quodque eorum fuerit; si vero separari non possunt, communes sunt.

8† d. l.7. § cum quis.

¶ACCESSIONE NOBIS dominia rerum acquiruntur, veluti ea, quæ per alluuionem [9] † adijciuntur. Est autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem enim id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non possit, quid quoquo momento temporis adijciatur. Itaque si alieno agro flumen partem aliquam detraxerit, & agro meo adiecerit, meum erit: Item si quis in solo [10] † meo ædificauerit, accessionis loco mihi quęritur. Nec enim naturalis ratio permittit, ut alterius sit ędificium, quam cuius & solum. Sed si quidem bonę fidei A sit possessor, qui ędificauerit, necessarios, & utiles sumptus dominus ei restituere [c] compelletur. uoluptarios verò sine lęsione prioris status ei tollere permittitur, nisi & hoc casu dominus ei ęstimationem B offerat sublatorum. Malę fidei autem possessor, necessarios tantum, & utiliũ ęstimationem (in quantum res melior facta est) restituere cogitur. Item si quis in solo alieno plantam posuerit, ex quo solo radices coalescunt, erit cuius & solum. Qua autem ratione [11] † plantę solo cedunt, eadem ratione sata solo cedere intelliguntur. Item si in membrana mea, uel charta Titius carmen, & historiam scripserit, accessionis iure mihi cedit. At vero in tabula [d] picta contra est. Ridiculum est enim, picturam Apellis, vel Parrhasij, in accessione vilissimę tabulę cedere. Item si quis purpuram alienam suo uestimento adiecerit, uel

9† § præterea. Inst. eo.
10† d. l.7. ex diuersi.
11† l. qua ratione. D. eo.

a Vt cohæreat, & vnū fiat.

¶ DE TRADITIONE. & possessione acquirenda, retinenda, amittenda.

b Idest, causa, ex qua dominium transfert.

¶ QVIBVS MODIS ciuili iure dominia rerum nobis quærantur.

c Qua si tempus interrumpitur, vsucapi non potest.

1 † l. 3. D. de acq. po.

¶ QVAE RES vsucapi non possunt.

d Cum minor absolute dicitur, virum xxv annorum intelligitur.

A Rem in litigio positam nemini licet dare, vel accipere

e Quæ ducta in litigium est, & sententia definitiua terminata non est.

2 † §. per traditionē. Inst. de rer. diuis.

f Item differentia, quia in vsucapione tantum mobilis continetur.

¶ DE PRAEscriptione xxx. annorum.

B Item differentia, quia hic non requiritur titulus.

g Quòd si alij possedit, vt creditor, colonus, præscriptione nō tuetur se.

h Idest venerabiles domus, vel fiscus, personæ dicuntur: quia vicem personæ in acquisitionibus tenent, sicut de hæreditate dictum est.

i Vtilis annus dicitur, intra quem copia agendi est, alioquin si intra annum ex quo vi deiectus est, agere non potuit, fortè quia magistratum non habuit & in alium annum agendi potestas dabitur, & ita vsque xxx. annos, quandoque annus vtilis poterit prolongari.

k Restitutio in integrum est ius, quo sententia prætoris. certis ex causis per ius ciuile rescinditur.

C Per æquitatem, quia minor est, quidquid iure stricti amisit, ei restituitur, veluti in emptione.

l Si minores a Deo præditi sint honestate morum, & scientia, vt idonei ad administrationem suarum rerum sint permittitur marib post xx. annos, fœminis vero post xviij. preces Imperatori porrigere, & suarum rerum administrationē impetrare, vt idem illud, quod deest eis ex natura, mereantur ex industria per impetrationem.

¶ DE IVRIS, & facti ignorantia.

vel scypho ansā, vel statuę brachium, accessionis iure sibi cedit. Quicquid enim alicui adijcitur, [a] vt pars, vel emblema, toti cedit.

¶ PER TRADItionem nobis iure naturali dominia rerum acquiruntur; cum in alterius rei possessionem inducti sumus. Possessio vero est corporalis rei detentio. Possessio[1] † autem animo, & corpore nobis acquiritur, solo animo retinetur, soloque animo amittitur. Traditio vera est corporalis rei translatio. Incorporalis enim rei non est traditio, sed quasi traditio; idest concessio. Nihil enim tam cōueniens [2] † humanæ æquitati, quā voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi. Igitur si aliquo titulo[b] præcedente à domino, aut ab alio, domini voluntate res nobis tradatur, eius dominium rei nobis quæritur. Iusti autem tituli sunt, vt emptio, venditio, pro soluto, iudicati, & cætera huiusmodi, quibus rerū dominia transferuntur.

¶ CIVILI IVRE dominia rerum quæruntur. vsucapione, seu temporis longi præscriptione. Vsucapio autem est ciuilis acquisitio per continuationem [c] possessionis, temporis lege definiti. Si quis enim rem mobilem per continuum triennium, sine aliqua legali interpellatione possederit bona fide, & iusto titulo, vsucapione dominus rei efficitur.

¶ RES AVTEM minorum [d] vsucapi non possunt. Item, quæ diuini iuris sunt, vsucapi non possunt. Item nec res furtiuæ, vel vi possessæ vsucapi possunt: quia lex Atinia inhibet vsucapionem: nisi vitiū purgetur. Vitium autē purgatur, cum in potestatem domini reuertuntur. Item nec res A litigiosa, [e] aut liber homo vsucapi potest. Lōgi temporis præscriptio eiusdem definitionis est, cuius & vsucapio. [f] Tempus definitum in longi temporis præscriptione est decennium, uel vicenniū. Si quis enim rem mobilem aliquā, vel immobilem, seu se mouentem decēnio inter præsentes, vicennio inter absentes bona fide possederit, sciente domino, cum is, qui alienauit malæ fidei possessor fuit, suam facit. Quibus autem de causis prohibentur vsucapi, eisdem etiam prohibentur præscribi.

¶ EST ET ALIA B longi temporis præscriptio, quæ quidem possidentem dominum non facit, verum contra petentem exceptione possessorem tuetur. Si quis enim rem alienam bona fide, seu sciens alienam titulo, vel sine titulo per iuge triennium, sine aliqua legali interpellatione pro sua [g] possederit, aduersus petentem quemlibet (nisi sit venerabilis domus [h] vel fiscus) iusta se præscriptione defendet. Hæ enim personæ, non nisi quadraginta annorum præscriptione remouentur. Si autem huiusmodi possessor, post emensum præfatum tempus, siue vi [3] † possessione exciderit, si quidem bona fide possedit, & contra possidentem actionem ad eam petendam habebit. Mala fide verò possidenti nulla actio prodita est, nisi vi de possessione sit expulsus. Tunc enim interdicto, vnde vi, intra annum vtilem, [i] & ex sacris constitutionibus perpetuo agere poterit: quibus constitutionibus cauetur, vt si quis rem alicui possidenti, per uim abstulerit, si quidem ipsius auferentis erat, dominio eius cadat. Sin verò alienam, & post restitutionem rei eius vim passo, præstet æstimationem. Vi autem videtur auferre, qui non per Iudicem reposcit. Est autem uis necessitas imposita contraria uoluntati. uis est maior rei impetus, qui repelli non potest secundum Iulium Paulum. [4] † In connumerandis autem temporibus, etiam auctorum tempora successoribus prosunt. Aduersus autem triennalem præscriptionem, ipso iure minores non iuuantur, sed per restitutionem in integrum [k] sicut & in omnibus aliis causis, C in quibus se aliqua ratione læsos monstrari possunt: & si a tutoribus, uel curatoribus damnum sarcire possint post 25. annorum curricula, uel post impetrationem [l] ætatis iuxta iuge quadriennium eis succurritur, nisi dolo suo lapsi sint, uel contra matrimonium, uel iusiurandum

3 † Sine ui neluti est, possessionē absentis aliquis aggressus est.

4 † l. 2. D. quod met. cau.

DE

¶ DE IVRIS, ET facti ignorantia.

¶ DE DONATIONUM reuocat.

a Idcirco hic genus inter cæteras iuris acquisitiones non ponitur, quia a posteris principibus, quantum ad pacti infirmitatē, introductum est.

b Potestate iungitur nobis tam is, in cuius potestate sumus, quā qui in mea potestate est, uel qui mecum in eiusdem potestate est.

c Parum esse quantitatem, idest quantum sponsa donaret sponso, tantum ab eo accipiat, non ultra. Soluto matrimonio, tantum debet recipere uxor, ex donatione propter nuptias, quantum vir, ex dote.

d Et argumenta, si quid pariter inter se, cum matrimonium contraherent dederet præter quàm donationes augere pari modo, id est, ut tantum augeat vir donationes propter nuptias, quantum mulier auget dotem.

e Ideo autem huiusmodi donationes inter uirum, & uxorem prohibentur, ne propter nimium amorē cautior, minus cautā suis priuet facultatib.

¶ QVIBVS MOdis reuocantur donationes.

f Veluti si ita datum sit, si Rex uenerit in Italiam; uel propter causam, i. si ita statum est, ut aliquid fiat uel non fiat.

¶ DE REBVS CORporalibus vel incorporalib.

g I. præter illam diuisionem, Res aliæ diui ni iuris, aliæ humani iuris.

DE

1 † l. regula. D. de iu. & fa. igno.

2 † l. 1. & tit. C. de cond. inde.

3 † l. leges. C. de legi.

dum restitui postulent. Per auxilium, & in integrum restitutionis certis ex causis, & maioribus succurritur, tam aduersus præscriptiones, quam etiam cætera iura. Certæ autem causæ sunt, veluti si quis causa reipu. absit, uel in hostium potestate sit: vel si copiā magistratus non habeat, aut necessaria peregrinatione detineatur; & aliæ huiusmodi, quas facilè est intelligere ex Digestorum libris, titulo, quibus ex causis maiores in integrum restituantur. Succurritur etiam maioribus per iustam ignorantiam. Ignorantia autem alia est facti, alia iuris: Facti autem ignorantia omni generaliter succurritur, tam in lucro, quàm in damno: nisi sit supina ignorantia, ueluti cum unus ignorat, quod omnes sciunt in ciuitate. Factum enim quisque ignorare potest. Iuris uero ignorantia non omnibus subuenit, sed certis duntaxat personis; [1] † ueluti militibus. Item mulieribus, & rusticis in certis casibus: & hęc uera sunt, cum de lucro captando quæritur. Si uero de damno agatur, Iuris ignorantia omnibus subuenitur, nisi solutum sit ex causa iudicaria, [2] † uel transactionis, uel ex qua lis crescit inficiando, vel naturale sit debitum, quod solutum est. Idcirco iuris ignorantia non omnibus in lucro, & damno subuenitur, sicut subuenitur per ignorantiam facti: quia ius certum, & præfinitum est, & ab omnibus sciri debet. Ait enim constitutio, Leges sacratissimæ, quæ constringunt hominum vitas, ab omnibus intelligi, [3] † & sciri debent. Factum verò, nulla sub scientia capi potest.

¶ EST & aliud genus ciuilis [a] acquisitionis, quod dicitur donatio. Donationum autem alia inter uiuos, alia mortis causa. Inter uiuos, alia simplex, alia propter nuptias. Simplex donatio est, quæ ex sola liberalitate procedit. Propter nuptias donatio est, quæ causa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias donationum alia dos, alia tantum propter nuptias donatio. Dos est, quæ à patre sponsæ, sponso, uel patri sponsi, causa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias [4] † tantum donatio est, quæ etiam ante nuptias dicitur, quæ sponsę eadem de causa à sponso datur. Huiusmodi autem donationes, id est, dos, & propter nuptias donatio, etiam constante matrimonio, fieri, uel augeri possunt: cum cæterę donationes inter uiuos non solum inter uiros, & vxores, sed inter eas personas, quæ potestate [b] iunguntur, sint prohibitæ, nisi si quid causa quotidiani usus, inter se donent. Harum autem donationum parem esse [c] quantitatem, pactaque & de retentione pari modo componi, & augmenta [d] pari modo debere fieri, noua Iustiniani constitutio iubet. Mortis causa donatio est, [e] quæ fit propter suspicionem mortis. Huiusmodi species duæ sunt, aut enim ita quis donat, ut statim uelit eum habere, cui donat, nec etiam morte non secuta, reuocari. vel ita donat, ut mallet se habere, quàm eum, cui donat, vel eum, cui donat, quàm hæredem suum. Et prior quidem donatio simplicib. donationibus connumeratur. Hæc uerò uim obtinet legatorum, id est, morte confirmatur. In donationibus ergo inter uiuos, & quantitatem considerare oportet, quæ si maior fuerit quingentorum solidorum gestis intimari [5] † oportet, excepta donatione habita in uenerabiles domos, vel habita in Imperatorem, uel ab Imperatore.

4 † l. fin. & toto tit. C. de dona. ante nu.

5 † l. sancimus. C. de do.

¶ REVOCANTVR AVTEM donationes ob ingratitudinem. Ingratitudinis causæ sunt hæ: Si impias [6] † manus contra donatorem mouerit, uel si magnum, & intolerabile damnum ei iniecerit, uel si contumelias ei atroces fecerit. His enim interuenientibus, non solùm aliæ donationes, sed etiam libertas reuocatur. Reuocantur etiam donationes, si sub conditione, [f] uel propter causam datæ sint; & conditio, uel causa non sit secuta. Pacto autem donationis interposito, donator condictione ex lege, ad rem tradendam tenetur.

6 † l. fi. C. de reuo. dona.

¶ PRAETEREA [g] SCIENDVM quidem, quòd quædam res sunt corporales, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ tangi possunt: vt fundus, homo, uestis. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, ueluti ea, quæ in iure consistunt, [7] † sicut seruitutes rerum, uel personarum. Item hæreditas, uel obligationes. Nec nos mouere debet, quòd in his sunt corporales res. Nam ipsum ius seruitutis, ueluti ius utendi, fruendi, & hæreditatis, & obligationis, incorporale est.

7 † l. 1. D. de rerum diu.

¶ SER-

¶ DE SERVITVTIBUS prædiorum vrbanorum, aut rusticorum.

a Vrbana prædia dicuntur, quę ædificata sunt; & si sint in villis. Rustica, quæ nullum ædificium habent, etsi sint in ciuitate.

¶ DE VSV, ET vsufructu, & habitatione.

b Quia non constringuntur, vt de suo acquirant, & submittũt.

¶ QVIBVS MOdis seruitutes personarum tollantur.

1 † l. 1 D. de ser. ru. præ.

c Tollitur ususfructus, quia ususfructus est in re aliena: tollitur autem ab vsufructuario.

¶ QVIA OSTENSUM est, quæ res, & quo modo nobis quęrantur, videndum est, per quas personas nobis quærantur.

d Peculium est patrimoninm personæ in potestate constitutæ.

¶ DE ACQVISItionibus per uniuersitatem.

¶ DE TESTAmentis.

A Directo id est, nulla persona media interueniente, ueluti cum ita dicit, Pandulphus hæres esto.

2 † §. fi. Instit. de seruitu.

e Eulogium est dispositio, ultimum dicitur; quia causa mortis fit, quocunque tempore fiat.

QVI

¶ SERVITVTES AVTEM rerum sunt seruitutes vrbanorum prædiorum, vel rusticorum. Ideo autem seruitutes rerum dicuntur, quia nemo potest eas habere, nisi qui habet prædium. Prędiorum autem urbanorũ, [a] sunt seruitutes, ueluti hæ, ius prosp:ciendi, vel nõ prospiciendi, ius altius ędificandi, uel non ædificãdi, ius ẽt tignum immittendi, stillicidium, uel cloacas in suo recipiendi. Prædiorum rusticorum [1] † iura, veluti hæc, iter, actus, uia, aquæductus, pecoris ad aquas adpulsus. Iter est ius eundi, Actus ius eundi, agendive. uia est ius eundi, agendi, ducendive. Igitur qui actum habet, & iter habet: qui verò uiam habet, & iter & actum habet: sed non conuertitur. Quòd viæ quidem latitudinis octo pedum in directo, & xvj. in anfractũ spatinm esse oportet. Itineris verò, uel actus spatium non definitur. Constituuntur autem [2] † seruitutes testamento, pactionibus, & stipulationibus. Acquiruntur etiam longi temporis præscriptione.

¶ PERSONARVM SERuitutes sunt hæ, usus, ususfructus, habitatio. Vsus autem est ius utendi: ususfructus, ius utendi fruẽdi re aliena, salua rerum substantia. Habitatio est ius alienis ædibus inhabitandi. Differũt autem usus, & [3] † ususfructus; quia in usufructu usus continetur; in usu uerò ususfructus non utique. Qui enim in aliqua re vsumfructum habet, capiendo fructus omnes [4] † suos facit, quos ẽt licet ei uendere, donare, & quomodo voluerit, tractare. Qui uero usum tantum habet, fructibus ad suum usum, & familiæ suæ uti potest; uendere autem eos, uel donare vtique non potest. Item qui ædium usum, uel habitationem habet, ipse tantum cum familia sua habitare potest, aliis autem locare, vel commodare non licet. Qui verò usumfructum habet, hæc omnia facere potest: & alium usufructuarium constituere potest. Vti autem omnes ij debent sicut bonus paterfamilias: unde si quis gregis usumfructum habet, in loco capitum demortuorum, ex fœtibus alia submittere [b] debet.

3 † l. ix. D. de usufr.

4 † l. ij. D. de usu, & hab.

¶ HVIVSMODI AVTEM personarum seruitutes, tam morte usufructuarii, quàm etiam duabus capitis deminutionibus, maxima scilicet, & media finiri solent. Item pacto, item dominio rei acquisito, tollitur [c] ususfructus. hæc autem iura, quæ personarum sunt, ad hæredem non transmittuntur.

¶ HOC ETIAM LOCO admonendi sumus, acquiri nobis non solùm per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus. Et quidem quod per seruos nostros acquiritur, sine ulla distinctione nobis acquiritur. Per liberos nostros, quos in potestate habemus, constat [5] † nobis acquiri: si quidem ex re nostra, uel ex operis nostris [6] † acquirant. Milites tantum filiifamilias, & aduocati, & clerici, & qui publica administratione funguntur, & generaliter qui castrense, uel quasi castrense peculiũ [d] meruerunt, quicquid ex suis professionib. quęrunt, sibi quærunt. In his enim donãdi, testandi, aut quo uoluerint, alienandi, libera facultate concessa. Si verò aliunde filiifamilias quæritur, præter ea, quę sunt castrensis peculii, vel quasi castrensis peculii; si quidem ex re patris, vel ex operis suis, quærunt parentib. quantum ad proprietatẽ, & ad usumfructum acquirunt. Si uerò aliunde, ususfructus solum quæritur parentibus, nisi in ea conditione eis aliquid datum, uel relictum fuerit, ut nihil iuris in eo pater habeat. Item quod seruus usufructuarii, [7] † aut seruus alienus, & liber homo bona fide possessus quęrunt ex re mea, uel ex operibus suis, mihi quærunt. Item utilitatis causa per procuratorem possessionem quæri posse receptum est.

5 † suis.
6 † §. igitur. Instit. per quas personas.
7 † §. 1. Instit. p quas personas.

¶ PER VNIVERSITATEM quoque res nobis [8] † acquiruntur quatuor modis, hæreditate, bonorum possessione, arrogatione, adiectione. Est autem [9] † hæreditas successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit. [10] † Hæreditatum autem alia ex testamento, alia ab intestato.

8 † §. fi. Instit. p quas personas.
9 † l. xxiiij. D. de verb. sign.
10 † l. 1. & l. iij. D. de pets. her.

¶ TESTAMENTVM VERO est ultimum elogium, quo directò A relinquitur hæreditas. [e] Eius genera sunt duo, alia in scriptis, alia sine scriptis, quod & nuncupatio uocatur. In scriptis testamentum est, quod fit, scriptura intercedente, qua non insecuta, non valet. In hoc autem testamento condendo septem testes [11] † adhiberi debent ciues Romani, masculi, puberes, & bonæ opinionis. nomenque etiam hæredis propria manu testatoris, uel publici tabularii exprimi oportet: omnium testium signaculis uno, uel diuersis anulis signari necesse est. In testamento sine scriptis septem testibus adhibitis, sola uoluntas testatoris tam de institu-

11 † l. hac consultissima. C. de testa.

¶ QVI TESTAMENTUM facere non possunt.

¶ QVI HAEREDES institui possint, uel non possint.

a ¶ Iniustæ nuptiæ sunt, quæ contra præcepta nuptijs superius attributa, contrahuntur.

b Veluti nec cognata, nec alio modo indicta.

¶ DE DIVISIONE hæreditatis.

¶ DE LIBERIS exhęredandis, vel hæredib. instituendis.

c Cum aliquis molitur aliquid contra propriam personam Imperatoris, uel contra Rempublicam.

d Delatores sunt, qui facta in publicū deferunt.

e Quia fœminę pro marito fideiubere nō possunt, propter Senatuscō. Velle. auctoritatem.

f Nota, ꝙ in contrahendis nuptijs, filia patris uoluntati contradicere potest.

¶ DE LEGE Falcidia.

g Idest, in computando utrum aliquis habeat Falcidiam.

DE

1 † l. j. D. de mil. test.

2 † §. præterea. & §. seq. qui. nō est permis. test.

3 † de hære. inst. in prī. & l. non minus ff. eod.

4 † l. matre. C. de natu. libe. §. neq; illo. de trie. & semis.

5 † auth. licet. C. eod.

6 † §. & unum, Inst. de hære. inst.

stitutione hæredis, quàm de alijs capitulis exigenda est. Hæc autem obseruantia non solum militibus, sed & rusticis remissa est. Quocunque [1] † enim modo voluntas eorum pateat, legitimum sortietur effectum.

¶ TESTAMENTUM quidem facere, nec impubes, [2] † vel furiosus, aut prodigus, cui bonorum administratio interdicta est, possunt. Item mutus, & surdus, & cæcus, & qui morbo perpetuo laborat, non (nisi comprehenso constitutionis modo) testari possunt. Item episcopi, & cuiuslibet venerabilis domus administrator de rebus post cōsecrationis diem acquisitis, nisi iure cognationis, vsque ad quartum gradum, testari non possunt.

¶ QVI AVTEM testatur, hęredem instituere oportet. Hæredes [3] † verò instituere possumus, tam liberos homines, quàm seruos; & tam proprios, quàm alienos. Sed si prius hæres instituatur, vel etiam aliquid sibi legetur, etiam libertas tacitè videtur relicta, nisi nominatim testator aliquid expresserit. In alieno verò seruo hærede instituto, vel legato honorato, inquirendum est, utrum sciens, an ignorans esse seruum, testator ei reliquerit: vt si quidem sciens, valeat relictum: si verò putans liberum, minimè valeat. Qui verò ex iniustis [a] nuptijs procreati sunt, vel ex ea concubina, quæ uxor esse non potuit, nullo modo hæredes, uel legatarii parentibus fieri possunt. Qui autem ex ea matre nati sunt, quæ legitimè uxor [b] esse potuit; si quidem legitimi liberi extent, in uncia solummodo cum matre pro uirili [4] † portione diuidenda institui possunt. Sed si quidem mater eorum defuerit, nihilominus in unciam admittuntur. Legitimis autem liberis non existentibus, [5] † etiam totius assis capiendi ius habent, nisi & hoc casu parentes defuncto extent. Tunc enim parentibus legitima portione derelicta, reliqui ius capiendi habent. Non solum autem in testamento unus institui hæres potest, [6] † sed etiam plures.

¶ DIVIDITVR AVTEM hęreditas plerunque in duodecim vncias, quæ assis appellatione continentur. habent autem hæ partes [7] † propria vocabula ab vncia vsque ad assem: vt putà sescunx, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. Potest tamen quis & plures, & pauciores partes hæreditatis facere: quæ tamen rediguntur ad assem. Nam & si quis xx. partes suæ hæreditatis fecerit, xx. vnciæ, assis appellatione continebuntur. Itē si quis [8] † vnum tantum hæredem ex semisse instituat, totus as in semisse erit. Neque enim quis in parte testatus, in parte intestatus decedere potest, nisi sit miles.

¶ CVRARE AVTEM DEBET is, qui testatur, liberos suos legitimos, aut hæredes instituere, aut exhæredare: alioquin inutiliter testatur. In exhæredando verò causæ ingratitudinis sunt hæ. [9] † Si parentibus audaces manus imposuerint, si graues, & inhonestas contumelias eis faciant. Si in criminali causa, excepto crimine perduellionis, [c] eos accusent: si cum maleficis, quasi malefici conuersentur. Si parentum vitæ insidiati fuerint. Si se paternæ vxori; vel concubinæ turpiter miscuerint. Si per calumniam, vel delationem [d] suam graui damno parentes affecerint. Si pro inclusis in carcere (inquantum sunt idonei [e] liberi masculi) non fideiusserint. Si parentes testari prohibuerint. Si eos captiuos non redemerint. Item si furiosis parentibus curam non adhibuerint. Item si filij hæretici, parentes orthodoxi sint. Propter has autem causas, etiam liberi parentes suos exhæredare possunt. Hoc proprium in filiæ liberis obseruandum, si in contrahendis nuptiis, [f] patris voluntati non consenserit, & postea more meretricis stuprata fuerit. Quòd si nulla istarum causarum probabitur, nec etiam Falcidia [10] † relicta filiis, vel parentibus prohibetur, inofficiosi querela rumpitur testamentum.

¶ EST AVTEM FALCIDIA, si vnum quis, vel duos, vel tres, aut quatuor filios habeat, tertia debitæ portionis ab intestato. Si quis uero quinque vel sex, seu plures filios habeat, dimidia portionis ab intestato debitæ. Hanc verò portionem sine omni onere, [11] † ad parentes ex testamento liberorum, seu liberis ex testamento parentum peruenire, iuris auctores uoluere. In ratione [g] autem Falcidiæ non solùm relicta, & contra donationes, sed etiam dos, [12] † & propter nuptias donatio, computari debet: nisi specialiter aliud sensisse testatorem, probari potest. Non solùm autem iam natos liberos hęredes instituere oportet, sed etiam posthumos. [13] † Alioquin agnascendo rumperent testamentum.

7 † l. seruū. § fi. D. eo.

8 † l. 1. § si ex fundo. D. eo.

9 † § causas. in Au thē. ut cum de appell. cogn.

10 † quarta

11 † l scimus. C. de inoff. testa.

12 † l. 1. §. quo à nobis. C. de rei vxo. act.

13 † l. si posthu. D. de libe. & posthu.

¶ HAE-

¶DE DISTRIBUTIONE rerum inter liberos.

¶DE DISTRIBUTIONIBUS & restitutionibus.

¶SI HAERES LEgata soluere noluerit.

1 † l. quoties. C. fam. ercisc.

Sic incipit Iulianus Patricius principium, περὶ τοῦ φαλκιδίου.

a A quibus tota hæreditas, uel uniuersitatis pars relicta est.

b Quæ ablata sunt hæredi, qui adimplendo uoluntatem defuncti moras fecit.

¶DE LEGATIS, & fideicommissis.

2 † Inst. de vulgar. in princ.

c Nam per mediam personam excluditur fideicommissum.

LEGATI, ET fideicommissi differentia.

d Legatarius est, cui legatum relictum est: fideicommissarius, cui fideicommissum relictum est.

¶DE RETENtione Falcidiæ, ex Senatusconsulto Trebelliano.

e In retentione Falcidię omnes dicuntur extranei, exceptis ascendentibus, & descendentibus.

f Pro rata. pro id est, si ex uno detrahitur: verbi gratia, tertia pars, ex omnibus eadem detrahi debet pars.

3 † § si quis autem non implens. & seq. de hæred. et Fal. in auth.

¶HAEREDIBVS AVtem institutis, vnusquisque, mortuo testatore, suæ portionis pro indiuiso dominus est, nisi testator sui patrimonij inter eos distributionem fecerit. Tunc enim testatoris [1] † uoluntas est seruanda. Non solùm autem testamento, sed etiam quacunque voluntate huiusmodi distributionem inter liberos facere potest: dummodò huiusmodi voluntas subscriptione propria testatoris, vel liberorum confirmetur.

¶POTEST AVTEM quis in suo testamento etiam plures gradus[2] † hæredum facere: vt puta (Titius hæres esto; quod si Titius hæres non erit, Seius hæres esto.) quæ etiam substitutio vocatur. Vel ita: (Titius hæres esto; & postea rogo te Titi, vt quàm primùm poteris, hæreditatem meam Seio restituas.) quæ restitutio vocatur. Potest etiam & quot voluerit suo testamento quis substitutiones facere.

¶CVM AVTEM quis aliquem hæredem substituerit, & ab eo totam hæreditatem, vel eius partem, vel specialia fideicommissa, vel legata reliquerit, si quidem scriptus [3] † hæres parens est, vel patronus, uel aliquis ex liberis, si quidem intra annale spatium, à morte testatoris numerandum, voluntatem testatoris impleuerit, habeat firmiter hęreditatem. Sin verò post annale spatium in tantum moras faciat, vt hi, quibus relicta sunt, iudicem adeant, & uindicem sententiam capiant; & post iudiciale calculum, annale prætereat spatium; tunc legitima portione retenta, reliquum amittat, quod quidem primo loco ad substituros; secundo ad cohæredes; tertio ad generales fideicommissarios; [a] quarto ad eos, qui libertate donati sunt, deferatur. Qui verò hæc [b] habuerit, voluntatem defuncti omnino adimpleat. Quòd si extraneus institutus est hæres, & prædictam moram faciat, nullum emolumentum prædictæ hæreditatis capiat, sed tota hæreditas ad personas, secundum suprà comprehensum ordinem perueniat. His autem personis deficientibus, cognatis, & agnatis pateat aditus: quibus deficientibus, extraneis, demum fiscus admittatur: & ipse voluntatem domini impleturus. Minoribus autem institutis hæredibus, præfata mora non obest. Postquam diximus de Testamentis, videamus de Legatis, & Fideicommissis.

¶EST AVTEM LEGATVM donatio [4] † quædam à defuncto directo relicta. Inter legatum verò, & fideicommissum hoc interest, quòd legatum directò, [b] fideicommissum verò semper per interpositam personam relinquitur. Item in legato semper specialis res vna, uel plures continentur. In fideicommisso verò etiam hæreditas relinqui potest. Legari autem potest non solùm propria res testatoris, sed & aliena. Sed cùm aliena legatur, inquiri debet, vtrum testator sciens, an ignorans alienam, legauerit. Si sciuit alienam, valet legatum. Quòd si ignorauerit, inquirendum est, vtrum si sciisset, legasset, necne. Nam priori quidem casu valet legatum, posteriore verò soluitur. Re aliena legata, [5] † hæres necesse habet (cùm legatum valet) eam acquirere, & legatario [c] soluere: aut si non potest, eius æstimationem præstare. Potest autem quis non solùm purè, sed etiam sub conditione legare. Impossibilis verò conditio in relictis pro non scripta habetur.

4 † l. legatum. D. de leg. 2.

5 † §. non solum, Inst. de lega.

¶POTEST AVTEM quis non solùm vnam rem legare, vel per fideicommissum relinquere, sed etiam totum patrimonium suum legatis, & fideicommissis exhaurire. Sed hoc casu scriptus hæres contra immodica legata, & fideicommissa auxilio Trebelliani, & Pegasiani Senatusconsulti se tuebitur per interuentionem Falcidiæ. Est autem Falcidia [d] hodie, si quidem hæres scriptus sit de ascendentibus, & descendentibus, debitæ portionis ab intestato, tertia, uel dimidium, secundùm iam dictum modum. Sin uerò extraneus hæres scriptus sit, quarta suæ institutionis. Falcidia verò non in vna re, nec ex uno legato, aut fideicommisso, sed ex vnoquoque relicto pro rata [f] portione detrahi debet. Nec enim permittitur hæredi uni solida relicta præstare, & alij minuere. Alioquin si uni solida relicta præstiterit, & cæteris in solidum præstabit.

¶HOC

DE CONFECTIONE inuentarij.
a Quicquid inuentũ est in hæreditate.
A Vt faciat inuentarium, & falcidiam retineat.
B Rei scripti hæredes sint de ascendentibus, & descendentibus.
DE IMMINVTIONE, uel exclusione Falcidiæ.
DE CODICILLIS.
DE INIVSTO, irrito, & inofficioso testa.
DE HAEREDITATIBUS, quæ ab intest. defer.
A Accipiet unus, quãtum nepotes omnes ex filio.
b Vt qui proximior sit gradu, potior sit & successione.
DE BONORVM possessionibus.
B Quæ testamentũ dissoluebant.
DE ACQVISITIONE per arrogationem.
DE

1 † §. hinc nobis. in aut. de hæredi. & falcid.

¶ HOC AVTEM auxilio ita demum scriptus hæres vtetur, si antè quàm hæreditatem adeat, inuentarium [a] fecerit [1] † omnium rerum hæreditariarum, præsentibus his, quibus relicta debentur, vel procuratoribus eorum. aut absentibus, aut præsentibus quidem: uenire verò, vel procuratores mittere nolentibus, adhibitis ex eadem ciuitate testib. idoneis. Qui autem hãc obseruationem omiserit, ex suo proprio relicta soluere compelletur. Hęc A quidem toties locum habet, quoties sui patrimonij modum testator non expresserit, & scriptum hæredem Falcidia vti prohibuerit. Si quidem scriptus hæres extraneus B fuerit, Falcidia non vtetur. Qđ si item hæres scriptus hæreditatem adire noluerit, supradictis personis, prædicto modo adeundi potestas fiat.

¶ MINVITVR, vel excluditur etiam Falcidia, si pijs locis legata, vel fideicommissa fuerint relicta.

¶ NON SOLVM Testamentis, sed etiam Codicillis relinqui potest. & in Testamento 7. testes adhibentur, in Codicillo 5. sufficiunt. Intestatus decedit [2] † qui aut nullum testamentum fecit, aut non iure fecit, vel cuius testamentum ruptum, irritumue factum est.

2 † l. 1. D. de suis, & legit.

¶ RVMPITVR AVTEM TESTAMENtum inofficiosi quere'a, vel agnatione posthumi. Inofficiosi querela [3] † est allegatio, qua liberi, seu parentes ostendunt, se iniustè præteritos, vel exhæredatos. Datur aũt hæc inofficiosi querela liberis aduersus testamenta parentum, vel immodicas donationes. Alijs autem personis non datur, nisi fratri, & sorori aduersus [4] † turpes personas scriptas hæredes. Ita demum quis inofficiosi agit, si nihil ex facultatibus defuncti consecutus sit. Alioquin autem de repletione falcidiæ aget. Item posteriori testamento prius rumpitur. Irritum autem fit, cùm scriptus hæres hæreditatem non adijt.

3 † l. 1. D. de inoff. testam.

4 † l. fratres. C. eo.

¶ INTESTATORVM AVTEM hæreditates hodie primo loco liberis legitimis deferũtur, non habita differentia cuiuscunque sexus sint, vel gradus, hæreditate inter eos, non in capita, sed in stirpes A diuidenda. His aũt deficiẽtibus, ascendentibus capiendæ hæreditatis locus patet, non passim, sed secundum graduum [b] prærogatiuã. Præferantur ẽt oib. ex latere venientib. exceptis fratre, & sorore ex vtroq; parente defuncto copulatis; & exceptis filijs defunctorum fratrum. His. n. [5] † personis extantibus, pariter cum patre, vel matre defuncti, admittentur ad hæreditatem, non in stirpes, sed in capita diuidendam: ita tamen, vt filij defuncti fratris, hmõi portionem, quam pater eorum accepturus fuisset, si eo tempore viueret, capiant. Quòd si defuncta persona, neq; patrẽ, aut matrem, aut fratrem, seu sororem ex vtroq; parente copulatos, vel ẽt filios fratris habeat, tũc alij parentes ad hæreditatem vocentur, secundum sui ordinis gradum, hæreditate sic inter eos diuidenda, ut dimidiam partem habeant hi, qui per patrem ascendunt. Inter ipsos verò ascendentes, ex parte patris sequunẽ eos, qui sunt ex parte matris pro virili portione diuidenda. Qđ si nec descendentes, aut ascendentes, qui ve inter ascendentes vocantur defuncto, sint; primò vocenẽ ad hæreditatem fratres, vel sorores, germani, uel germanæ, uel defuncti fratris germani filius, uel filia, cum his ẽt naturales liberi cum matre eorum in duas uncias admittantur, ut tantum mater accipiat, quantum ad unum filium, filiamue peruenerit. Quòd si prædictæ ꝑsonæ defuerint, ueniant fratres, uel sorores uterini. His uerò deficientibus, cæteri cognati ueniant secundùm sui ordinis prærogatiuam: ut q proximior sit gradu, potior sit in successione; aliam personam ex transuerso in locum patris sui succedere, præter fratris filium, non concedimus. Nulla autem differentia habita in omnibus prædictis successionibus, uel agnationis, uel cognationis, sed solùm gradus sanguinis naturalis spectetur.

5 † §. si igitur. & seq. & Auth. de hæred. ab inte. ueni.

¶ BONORVM AVTEM [6] † POSSESIO, idem est, quod hæreditas: differt tamen, quòd hæreditas iure ciuili defertur: Bonorum uerò possessio, ex iure prætorio descendit. & bonorũ possessio intra annum a morte testatoris, uel intra centum dies petenda est; hæreditas uerò a nullo petitur. Bonorum autem possessio, alia ex testõ, alia ab intestato est. Ex testamẽto uerò est alia secundùm tabulas alia contra tabulas. B Secundum tabulas est, [7] † quam prætor scriptis hæredib pollicetur. Contra tabulas, cùm contra tabulas testamenti promittit. Ab intestato [8] † uerò bonorum possessiones, unde liberi, unde legitimi, unde decem personæ, unde cognati, unde uir, & uxor. De bonorum autem possessione, plura dicere necessarium nõ duximus, eò quòd iure ciuili ex cõstitutionibus principum omnes cognati succedere possunt.

6 † l. 2. D. eo.

7 † l. 2. D. de bo. poss. secun. tab.

8 † l. 1. in prin. D. si tab. testa. nulla extab.

¶ ARROGATIONE AVTEM uniuersitatem quærimus, cùm aliquem sui iuris nobis adoptamus. Tunc enim non solùm arrogatus, sed etiam omnia eius bona nostræ potestati subijciuntur. quod quomodo possit fieri, in tractatu adoptionum dictum est.

¶ DE EO, QVI libe. cau bona addicuntur.

a Quia de reb. actũ est, restat vt de actionibus dicatur, quarum mater est obligatio.

¶ DE PACTIS.

b Remouentur inutilia pacta, remouentur nuda, quibus ex cau. pacta non valent.

c Pactum de futura hæreditate est, veluti si paciscor cum Titio, vt me hæredẽ instituat. huiusmodi autem pactum idcirco non valet, quia libertatem testãdi quam vnusquisque in supre ma voluntate debet habere, quantum in ipso est, videtur auferre.

¶ DE CONTRACTIBUS.

d In Mutuo id agit, ut rei dominiũ trãsferatur. Commodatũ ad utendũ datur. Depositum ad custodiendum pignus causa utilitatis.

¶ DE MVTVO.

1† §. 1. Inst. de reb. ... gene.

e Si enim aliquis det equum, & equus sibi reddatur.

f Generaliter condictiones dicuntur omnes in personã actiones. §. appellamus. Insti. de act. est enim condicere, in personã agere. Specialiter uero dicuntur cõdictiones, ut cõdictio indebiti, condictio sine causa, uel ex iniusta causa, condictio furtiua, condictio ex l.

2† l. 2. D. de act. & obli.

3† l. 1. ff. ...

¶ DE COMMODATO.

4† Hac di stinctione accipias to to tit. de cõ dic. ob tur. cau.

¶ BONORVM ADdictione nobis quæritur hæreditas, cùm plures in testamento libertate donati sumus, & à scripto hærede hæreditas non aditur. Tunc n. sententia iudicis vni nostrũ desideranti conseruare libertates, bona addicuntur causa conseruandarum libertatum.

PARS TERTIA, siue Liber III.

DE OBLIGATIONIBVS.[a]

SVperest, vt de obligationib. dispiciamus. Obligatio est iuris vinculum,[1] † quo necessitate alicuius rei soluẽdæ adstringimur. Obligationum autem genera[2] † quatuor sunt. Aut enim ex contractu nascuntur, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. Contractus autem est pactũ, quod parit actionem.

¶ PACTVM [3] † VERO est duorum, pluriumve in idem placitum consensus. Pactorum verò alia sunt vtilia, alia inutilia. Inutile[b] pactum est, vnde nec actio, nec exceptio nascitur. Inutile pactum est aliud propter rem, aliud propter personam, aliud propter legem indictam pacto. Propter rem est inutile, cùm id, quod deuenit in conuẽtionem, est turpe: vt stuprum, vel contra bonos mores, vel contra legem: vt pactum de futura[c] hæreditate: vel impossibile, vt hominem volare: vel cùm de ea pacíscimur, de qua pacisci non licet, vt de rebus iuris diuini, præter cõcessum; vel de reb. ad perpetuum vsum populi destinatis. Sed cum res, quæ deuenit in conuentionem, est turpis, videndum est,[4] † vtrùm turpitudo sit ex parte promittentis; an ex parte eius, cui promittitur; an ex vtraq. Si n. ex parte promittentis tm̃ turpitudo est, licet id, quod deuenit in conuentionem, non possit peti: attamen solutum non potest repeti. Sin verò ex parte eius, cui promittitur tm̃, turpido est, & solutum poterit repeti. Quod em̃ ex turpi causa datum est, repeti põt.[5] † Sin verò ex vtraq; parte turpitudo versatur, possidentis melior erit conditio. In pari em̃ causa turpidudinis, melior est semper conditio possidentis. Propter personam est inutile pactum,[6] † cùm ea persona paciscit, cui pacisci non licet, vt pupillus si promittat sine tutorum auctoritate, aut prodigus, cui interdictum est bonis, sine curatoris auctoritate: aut furiosus, qui consentire non põt: qui n. nõ habet sensum, non habet et consensum. Propter legẽ indictã pacto, pacta sunt inutilia ex his causis, ex quib. & pp rem esse inutilia superiùs dictum est. Vtile pactum est qđ valet ad agendum, vel ad excipiendum: quod aũt valet ad agendum, aut parit actionem, aut informat, aut renouat.[7] † Informat actionem, cùm legẽ dat cõtractui, & fit incõtinenti. Renouat, cùm ex interuallo interponitur: veluti in his pactis, quæ contrahuntur consensu. parit verò pactum actionẽ, quod efficitur contractus.

5† Inst. & C. de inuti. stipul.

6† l. 7 D. de pact.

7† l. 1. D de oblig. & actio.

¶ EST ENIM CONTRACTVS pactum, quod parit actionem. Contractuum[8] † verò alij re, alij verbis, alij literis, alij consensu contrahuntur. Re contractus est, cum res intercedit ad contrahendum obligationem. Huius species sũt duæ: alius enim noiatus est, alius innoiatus. Re contractus nominati species sunt quatuor, Mutuum,[d] Commodatum, Depositum, Pignus.

¶ MVTVVM EST, QVOD ITA DATVR, ut ex meo tuum fiat: & quandoq; mihi reddatur tantundem eiusdem speciei,[e] & qualitatis. Mutuum autem locum habet in his rebus quæ pondere, ut aurum, argentum: numero, ut pecunia numerata: mensuraue, ut triticum, uinum, oleum, consistunt. Mutuo autem accepto, quocunq; modo amittatur, ad tantum eiusdem speciei, & qualitatis reddendum, semper tenebitur condictione[f] certi, qui accipit, uel hæres eius, creditori, uel eius hæredibus.

¶ COMMODATVM EST, QVOD daĩ utendum gratuitò: alioquin si merces interueniat, non est commodatum, sed locatio, uel alius contractus inoiatus. In re aũt commodata talis diligentia adhibenda est in custodiendo, qualem quisq; diligentissimus paterfamiliàs suis[8] † reb. adhibere solet: quam si præstiterit, & aliquo fortuito casu rem amiserit, securus est. Fortuiti casus sunt, ut incendium naufragium, rapina, mors naturalis, & alia hmõi. Ita demum aũt quis fortuito casu liberaĩ tam in commodato, quàm in cæteris contractib. si in fortuito casu nulla eius culpa deprehendatur. Si aũt in fortuito casu[9] † culpa eius deprehendatur, ueluti si in uentoso tpe nauigauit, cùm in securo portu esset; & ita rem commodatam naufragio amiserit, non euadet commodati iudicium.

8† §. It. is. Insti. qui mod. re contrah. obli.

9† l. in rebus. D. commoda.

¶ DE DEPOSITO.
a Dolus, est cum aliud agitur, aliud simulatur.
b Quia si hæres damnatur ex dolo defuncti non sit infamis.
¶ DE PIGNORIB.
c Naturalis æquitas est, ut si res depereat sine culpa alicuius, dño suo depereat.
¶ DE CONTRATV. innominato.
d Idcirco hmōi actiones vocantur præscriptis verbis; quia olim vnaquęque actio prę scripta verba, & certa habebat a pretore. insolita uero posteà solennitate uerborū sublata; quæ speciale nomen sortitæ non sunt, in generali noīe descendente ex prædicta formula remāserunt.
¶ DE STIPVLAtionibus.
e Idcirco pupillus nō obligatur, cum è conuerso is, qui cum eo contrahit, obligatē et. quia meliorē conditionem suam cuiq; facere licet, deteriorem vero minimè.
¶ DE FIDEIVSSORIBUS & mandatoribus.

1† l. si ut. § nunc uidendū. D. deposi. l. quod Nerua. D. eod.

dicium. Item si moram in commodato reddendo fecerit: aut si ad alium vsum, quā cuius gratia sibi datum est, commodato vtatur, veluti argentum sibi commodatū ad cænam peregrè tulerit: quocunq; modo id amiserit, restituere cogitur.

¶DEPOSITVM VERO est, quod datur custodiendū gratuitò. In hoc autē contractu, quia nulla vtilitas depositarij, sed solummodo onus versatur, non nisi [1] † dolum,[a] & latam culpam præstare depositori, uel eius hæredi compellitur: lata culpa etiā & videtur, si minus rem depositam sua propria custodierit. Qui uerò hmōi custodiam in deposito adhibuit, quocunq; mō res amissa, vel deteriorata fuerit, securus erit. Dolum autē auctoris,[b] nec in hoc contractu, nec in cæteris bonæ fidei iudiciis hæres præstabit: nisi vel ex dolo defuncti locupletior factus sit, uel cum principali reo res fuerit inchoata. L de- Est enim certissima iuris regula, ex dolo defuncti hæredes [2] † non teneri, nisi in quantum ad eos peruenit. Hæres tamen agere poterit. Hoc aūt iud c o ex proprio dolo damnatus, infamia notatur.

2† l. unica C. ex deli. defun. in quant. hæred.

¶PIGNVS EST, quod creditori causa securitatis datur. In pignore verò, & creditoris, qa in toto est sibi pecunia; & debitoris, quia facilius [3] † sibi creditur, vtilitas continetur: & ideo non exactissimam diligentiam, vt commodatarius, nec solummodò dolum, & latam culpā, ut depositarius, sed quasi mediam, idest, exactā diligentiam creditor, vel eius hæres debitori, vel hæredi eius præstare cogitur. Hanc autē custodiam si præstiterit creditor, quocunq; fortuito casu res amittatur non tenebitur: [c] nec ob id debitum retinere poterit debitor.

3† § fi. Inst. quibus mo. re contrah. oblig.

¶CONTRACTVS Innominatus est, cùm pactum quidem obligatorium est, sed tñ noīe speciali caret. Huius species sunt quatuor. [4] † Aut. n. do, vt des: aut do, vt facias: aut facio, vt des: aut facio, vt facias. In his aūt quatuor innominatis cōtractibus, & in supra dictis oīb. ex solo pacto quisq; non obligatur ciuiliter, nisi res (idest, dare & facere) sequatur. Et hęc sunt pacta, quæ tñ valent ad accipiendum, non pariunt actionem, quæ & nuda vocantur & multa alia. Re autē secuta, idest, dare, vel facere, is, qui accipit, obligatur ad dandum, vel faciēdū; vel ad id, quod interest dantis, vel facientis prę standum, vel postmodum, si maluerit is, qui dedit, ad id, quod datum est, restituendum. Et si quidem do, ut des; vel do, ut facias, vel facio, vt facias, præscriptis uerbis [d] nascitur actio. Sin autē est facio, ut des, in subsidium de dolo datur. Idcirco autē in subsidium, idest, cum nullum aliud auxilium superest, de dolo datur: quia qui eo iudicio damnatur, infamia notatur. Dare autem tam in his contractibus, quam in cæteris, per quos dominia transferuntur, ita intelligitur, ut id, quod datur, accipientis sit.

4† l. naturalis. D. de præscript. verb.

¶ VERBIS CONTRAHITVR obligatio, cum solennitas verborū intercedit, ad contrahendam obligationem: hic contractus uocatur stipulatio. Est aūt stipulatio uerborum [5] † conceptio, qua is qui interrogatur, spondet se daturum, facturumve id, quod interrogatur. Dicta est stipulatio, quasi a stipite; eo quòd antiqui firmum, & ratum tenebant id, quod stipulabatur. In hoc contractu talia uerba olim fuerunt reperta, dabis? dabo. facies? faciam: promittis? promitto. fideiubes? fideiubeo. Quæ si non dicerentur, non committebatur stipulatio. Hodie uerò solennitate uerborū tam in hoc contractu, quam etiam in omnibus iudiciis sublata, quibuscunque uerbis conuenienter ad interrogationem respondeatur, connectitur stipulatio. Verba [6] † aūt ex utraq; parte intercedere oportet, alioquin nō erit stipulatio. Vnde constat mutum, surdum, absentem stipulari non posse: quoniā eum, qui stipulatur, uerba promittētis exaudire oportet. Pupillus [e] uerò si stipulatur, uel aliquo modo paciscitur, qui secum contrahit, obligatur; ipse uerò ei nō tenebit. Loquimur aūt de eo pupillo, qui eius ætatis est, ut intelligat id, quod agit; alioquin non paciscitur. hoc aūt iudicio is, qui promittit, si quidem certum est, quod promittit, ad id præstandum certi condictione tenet. Sin uerò incertū est, ex stipulatu agetur. Certum autē dicimus, quod constat pondere, numero, uel mensura.

5 † l. 5. §. 1. D. de verb. obl.

6† l. 1. in prin. D. eo.

¶PRO HIS AVTEM, a quib. stipulamur, solent alii intercedere, qui fideiussores, uel mādatores dñr. Cùm uerò unius rei plures fideiussores, uel mandatores sunt, unusquisq; [7] † pro sua tñ parte tenetur, nisi noīatim sit expressū, ut unusquisq; insolidum teneatur; ꝙ si hoc expressum est, in præsentes, qui soluendo sunt, insolidum competit actio. Onera. n. præsentiæ, uel absentiæ præsentes, & locupletes insimul sustinere debent. Ad inquirendū uerò, qui sunt locupletes necne, agēti stipulatori ante iudices omnes præsentes se exhibere debet. Nulli tamē creditori licentia permittatur antecessores conuenire, nisi cùm principali reo debitū minimè possit consequi. Quòd si reus [8] † absens, sit, tunc creditorem præfinire intercessoribus cōpetens

7† ex epistola diui Hadriani. § fideiussores. Inst. de fideiuss.

8† §. si quis igitur. in Auth. de fideius. authen. præsente. C. eo.

Cc 2 tempus

tempus oportet, intra quod debitorem principalem exhibeat: quod si tempus elapsum fuerit, & debitor sit minimè exhibitus, intercessores creditori satisfaciant: & creditor eis suas actiones, quas aduersus debitorem habebat, cedat. Quòd si tam reus, quam intercessores absint, prius in rem principalem debitoris, his deficientibus, in res intercessorum creditor mittatur, hoc obseruando, vt nec etiam hypothecariæ actioni locus fiat quousque personales actione effectum habere possint. Hæc quoque locum habeat, non solum si intercessores sint fideiussores, vel mandatores, sed sint pecuniæ [a] constitutores. Mulier autem pro alio intercedere non potest; quia succuritur ei Senatusconsulto Velleiano, nisi primam intercessionem post biennium sequenti intercessione firmet.

¶SCRIPTVRA CONtrahitur obligatio, cum scriptura intercedit, ad contrahendum obligationem, veluti chirographo emisso. Qui autem se alicui per scripturam obligat, quasi aliquod acceperit, si quidem ei posteà non numeretur, 1 † intra biennium contra agentem ex scriptura, exceptione non numeratæ pecuniæ uti potest. Biennio autem elapso, nisi intra prædictum tempus contestatus fuerit eam, ac si accepisset, conuenietur.

¶CONSENSV A CONTRACTVS fit, cùm solus consensus ad contrahendam obligationem sufficit. huius species sunt hę, emptio, uenditio, locatio, conductio, societas, mandatū. Est & præter hæc mandatum donatio, de qua superius dictum est.

¶IN EMPTIONE, ET Venditione contrahenda, pretium oportet constitui. Pretium autem constat in pecunia numerata. Alioquin si res pro re datur, non est pretium, [2] † sed aliud generis contractus. Sed si pretium constitutum fit, & postea res alia in solutum detur, constat ritè contrahi emptionem, & uenditionem. Emptio tam [3] † purè, quam etiam sub conditione

a L. debitores ex aliqua causa, & postea alius, uolente creditore, debitū i se trāsfert & se facit debitorem.

DE OBLIGATIO. scripturali.

¶DE CONTRActo ex consensu.

A Idest, cum nec res, nec uerba, nec scriptura exiguntur.

¶DE EMPTIONE & uenditione.

B Quia ex huius facto, seruus effectus non est.

C Veluti redemptionis causa captiuorū.

b Quamuis emptio propter rem, quæ deuenit in conuentionem, ipso iure, non ualeat; attamē lex ,p fauore iustæ ignorātiæ emptoris, atque odio scientiæ uenditoris, actione ex empto uēditorem facit.

c Idest, quæ fideliter cōtracta esset, de quibus pacisci licet.

d Idest, ad eam utilitatem possedendam quā secutus esset emptor, si ei tradita secūdum pactum fuisset.

e Vt si euincatur ab aliquo, qui ostendat suam esset, uel sibi pignoratam hic uenditor emendet, quanto minoris, f. emisset, si ita morbosam uel uitiosam eam scillicet hic intra annum.

D Vel aliena uel alteri obligata, esse ostendatur. E. Aut fur uel fugax ostendatur.

f Idest, si res perit ex toto, uel deterioratur ex parte.

DE LOCATIONE & conductione.

Qua

1 † l. in cō tr. C. de non nu. per.

2 † emptio.

3 † §. pen. Inst. de emptio.

potest contrahi. Sed & ita venditionem [4] † posse contrahi, admissum est, vt tanti res sit empta, quanti Titius æstimauerit. Quod si Titius æstimauerit pretium, tanti erit emptio. Sin verò Titius minimè arbitratus fuerit, arbitrio boni uiri contracta emptio intelligitur. Liberi autē hominis, licet nulli alii contractus esse nō possint, tamen emptio, & venditio contrahi potest, non solum inter ignorantes, sed etiam inter scientes, scilicet, cum pater propter ineuitabilem necessitatem famis filium vendit: quod tamen filius si emptori, aut id, quod pro se datum est, exoluerit, aut mancipium tanti operis, vel etiā ei ex operis suis satisfecerit in propria se libertate B tuebitur. Res autē diuini iuris, & quæ ad publicum vsum populi destinatæ sunt, licet, nisi ex certis causis, C nullius, fieri possint attamen si sciens venditor ignoranti [b] emptori vendiderit, ex empto nihilominus, quod si constitisset emptio, tenebitur, quod sciens emit si quidem pretium solutum est, non poterit repetere, nec ex empto ageret Donare. n. uoluisse intelligitur. Quod si non est solutum, non pōt a venditore peti. Sin verò uterque ignorauerit, non consistit venditio. Contracta aūt emptione, [c] & venditione venditor quidem ad rem tradendum, vel ad id, quod interest [d] emptori prǣstādum empti actione cōstingitur. emptor venditi iudicio ad pretium venditori cogetur, & ad usuras ex mora præstandas. Non solū aūt rem tradere venditorem oportet, verum ēt de euictione [e] cauere. Quòd si rem alienam, vel alteri obligatā D tradiderit venditor, & postea euicta fuerit, vel vitiosa, aut morbosa appareat. E & si non cauit venditor de euictione, ex empto tamen ad id, quod interest, aut redhibitoria, vel quanto minoris ignoranti emptori tenebitur. Periculum [f] verò rei emptæ traditionem, si sine culpa venditoris, aut ante moram interueniat, ad emptorem pertinet, si res vendita sit certa [5] † descriptione monstrata, veluti hominem Stichum. Aut si quis incerta descriptione vsus, ueluti hoīem, aut decem modios tritici, vel uini vendiderit, nec quem hoīem, vel qd vinum aut triticum adiecerit, & antequam trādatur, homo mortuus sit, vel vinum acidū, uel mucidū, uel triticum quoquomodo corruptum sit, de quo ipse sentiebat, ad eum periculū pertinebit. Illud ēt considerandum, ꝙ si quis rem minus dimidio [6] † iusti pretii uendiderit, emptorem uel ad rem reddendam, uel ad iustum pretium exoluendum, conuenire poterit.

¶LOCATIO, ET CONDVCTIO proxima est emptioni, & uenditioni, eisdemq; etiam regulis iuris [7] † consistit. Nam sicut emptio, & uenditio sine pretio constitui non potest, ita locatio, & conductio, nisi merces interueniat, non contrahitur: & sicut pretium in pecunia numerata constat, ita & merces

3 † l. §. C. eod.

5 † necess. fatis. Dig. de peric. & com. rei vē.

6 † l. 2. C. de rescin. vendit.

7 † l. 2. D. eo.

cēs

a Qua tenemur domino fundi pro mercedibus pignoris iure, ea quæ colonus inuehit, & dicit in fundo, licet nulla conuētio super his præcessisset.

b Ius locationis, idest, ius quod habebat in re sibi locata.

c Pro hac enim causa, ceu non ei retinere permittitur.

¶DE SOCIETATE.

d Si quid percepit, ad restituendum tenetur, si quid impēdit, potest recuperare.

e Quicquid bona fides exigit, idest, quicquid ex natura pacti alterum alteri præstari æquum est, hoc totū, licet nominatim nō sit expressum, præstari conuenit.

f Rerum furtiuarū, & generaliter omniū inhonestarum societas contrahi non potest.

g Vt vnus totum dānum, alter totum lucrum habeat, non directo damno non ualet pactum. Damnū propriè dicitur, ubi de nostro aliquid dimittimus, nō ubi nō lucramur.

h Licet contrario cōsensu utriusque, uel alterius tantum societas soluatur, tn̄ actio pro socio, etiam finitam societate, durat.

¶DE MANDATO.

i Procurator est, qui rem alienam domini mandato administrat.

K Directum iudiciū ē, quod competit mādanti contra mandatarium. Contrarium, quod mandatario aduersus mandantem.

A Velut si præceptum est, ut emat equum 20. si potest minus, ultrà dare non debet.

l Vel si Titius, quod Seius debebat, uel donauit actiones, ut uel aduersus Seium agerem, mihi mandauit, tūc enim in rem meam procurator sum; quia id quod Seio exigo, nō Tertio, sed mihi exigo.

¶DE OBLIGA. quasi ex contractu.

B Id, quod expēdit, uel liberationem ad obligationem.

m Quod debitum est iure naturali, indebitum uerò iure ciuili, repeti nō pōt: nisi fauore soluentis iure ciuili sit indebitū, uelut cū mulier pro alio intercedit, nō solum contra creditorē petētē auxilio senatuscōsulti Velleiani pōt se tueri; sed etiam ex ea causa solutū; licet iure

ces sine pecunia consistere non potest. Item sicut natura emptionis, & venditionis contigua est, ita locationis & conductionis. Differunt tamen, quia in venditione de dominio tradendo agitur: In locatione verò non de dominio rei, sed de vsu agitur: In hoc autem contractu maximè bona fides exigitur; & ideo si quid conductor deliquit, siue plus debito percepit, hoc totum locatori, locati actione, ad vsum rei tradēdum, uel ad hoc, quod interest eis præstandum, tenetur, & conductor si quidem colonus sit, & per continuum biennium debitam pensionē locatori non soluerit, non solum locati, & Seruiana [a] tenetur, sed etiam ius locationis [b] admittit, nisi communis sterilitas [c] regionis, & improuisa acciderit.

¶ SOCIETAS EST pactum de alicuius rei communicatione. Ex hoc autem pacto mutuæ nascuntur actiones, quæ vno nomine p̄ socio vocātur; quibus socius socio, si quid deliquit, si quid percepit, [d] si quid in societata impenderit, & generaliter quicquid bona fides [e] exigit, prestare cogitur. Custodiam verò talem pro ea exhibebit, qualem suis rebus adhibet. De se enim queri debet, qui sibi parum idoneum socium elegit, hoc ita est, nisi se diligentem esse promisit: tunc enim diligentiam præstabit. Societas autem, & unius rei, & totorum bonorum [f] cōtrahi potest. Item si unus rem, alius operam suam confert, constat societatem contrahi posse. Partes autem in societate, si quidem expressæ sint, hæ seruentur. Sin uerò minimè expresse sunt, æquales erūt. Sed ita pacisci admissum est, ut unus [g] ex sociis maiorem partem lucri, damni minorem sentiat. Finitur autem societas morte socii, capitis diminutione maxima, & media, interitu etiam rei contraria voluntate. [h] Inuitus enim in societate, uel in communione nemo stare cogitur.

¶ MANDATVM est pactum de negotio gerendo gratuitò. Contrahitur uerò mandatum quinque modis, uel gratia mandātis tantum, uel gratia mandantis, & eius, cui mandatur, idest mandatarij, [i] uel gratia utrisque, & aliena: uel mandantis tantū, & aliena: uel mandatarii tantum, & aliena. Quod [1] † si gratia mandatarii tantum interueniat, mandatum non est, sed consilium: & ideo non est obligatorium. Mandatum non suscipere [2] † cuilibet liberum est. Susceptum autem consummari debet, uel quam primum renunciari, ut salua sit utilitas mandati. Postquam enim susceptum est: is, qui suscepit, idest, procurator non solum de gestis, sed etiam de gerendis, tenetur. & si quid dolo, uel culpa eius commissum est, siue quid ex mandato percepit, iudicio mandati directō [k] præstare debet. Si quid uero ex suo in negotio gerendo iustè expendit, contrario iudicio mandati cōsequetur. Legem A in mandato dictam transgredi non debet, Mandatum tam morte, quam duabus capitis deminutionibus itē prohibitione domini (nisi uel in rem [l] suam factus sit procurator, uel se administrationi miscuerit) finiri constat.

¶ QVASI EX CONTRACTV obligatur quis, cum pactum quidem non intercessit: attamen inter aliquos ne otium gestum est, ex quo alterum alteri obligari, æquum est; ueluti cum quis alicuius curam, uel tutelam gesserit: licet enim inter pupillum, & tutorem nullum pactum intercesserit; attamen pro reddenda administrationis ratione, tutelæ iudicio directò tutor conuenietur. In qua ratione non solum gesta, sed etiam gerenda uenient. Si quid uerò ex suo pupilli iure expendit, uel si cui propter pupillum obligatus est, contrario iudicio tutelæ B consequetur. Idem inter curatorem, & adultum est. Item is, qui absentis negotia gessit, ad reddendam rationem directò negotiorum gestorum iudicio ei, cuius negotia gesta sunt, quasi ex contractu tenebitur. Sed is de gerendis non astringitur, nisi cum alius uellet ea gerere, ipse se obtulit. Si quid uero de suo in gerendo expendit, contrario iudicio negotiorum gestorum is, cuius negotia gesta sunt, restituere compelletur. Item is, cui indebitum iure ciuili, & naturali, [m] uel naturali tantum, per errorem solutum est, nisi ex ea causa solutum sit

1 † l. 1. D. eo.

2 † § mandatū. Inst. eo.

re naturali sit debitũ quia eius fauore S.C. factum est poterit repetere. Si uero nõ fauore soluentis, sed alia cã si indebitum iure ciuili tm̃, non potest repeti, uelut cum filiofamilias mutua pecunia contra decretum amplissimi ordinis data sit. licet n. creditor petere non possit, attamẽ ei soluta repeti non põt. Qđ ex cã transactionis iudicati, uel ex qua lis inficiando crescit, soluitur, & si indebitũ sit, repeti non põt.

a Transactio est pactum de re dubia, ob aliquid datum, uel promissum.

¶DE COMMVni diuidundo.

¶OBLIGATIO quot modis tollatur.

b Oblatũ, idest, prius offerret creditori debitor, qđ si nec tunc accipiet, deponit id, quod debet in ædem publicam, uel ecclesiam, & si quidem pecunia est, consignabitur, & liberabitur.

¶DE ACCEPTIlationibus.

c Veluti si re connexa est, resoluitur. si uerbis, uerbis. si consensu, consensu. si literis, literis.

d Quæ solo consensu contractæ non sunt.

¶DE COMPENsatione.

¶DE ACTIONIbus. quæ ex maleficio nascuntur.

¶DE FVRTIS.

DE

sit ei, ex qua lis inficiando, vel ex causa transactionis,[a] vel iudicati ad restituendũ id quod accepit, indebiti cõdictione, quasi ex cõtractu obligatur. Quòd enim ex meo apud aliquem est sine causa, vel iniusta causa, vel turpi; si mea turpitudo non intercedat, condicere possum.

¶ITEM SI IN CONmunionem aliquam incidimus sine nostro pacto, ad personales præstationes p̃standas, quasi ex contractu obligamur.

¶TOLLITVR AVTEM omnis obligatio solutione eius quod debetur, non solùm debitore soluente, sed etiam quolibet pro eo ipso, etiam debitore ignorante, & inuito. Item si quis aliud pro alio soluerit voléti creditori, constat obligationem perimi. Quod si creditor id, quod ei debetur, noluerit recipere, oblatione, & depositione, cum consignatione habita in ædem publicam, sacram, inuito creditore, obligatio tollitur: nec amplius esse debitorem, vel eius hæredes, quocunque modo res deposita, & consignata amissa sit, poterit mouere actionem, nisi in deponendo dolo, aut culpa debitor versatus sit.

¶ITEM ACCEPTIlatione tollitur obligatio, quæ verbis cõtracta fuit. Est autem acceptilatio, verborum conceptio, qua is, cui promissum est, per stipulationẽ debitore interrogante, vtrùm [1]† quod ei per stipulationem promissum est, habeat acceptum, & se recepisse profitetur. Omnes autem [2]†obligationes acceptilatione possunt tolli, si in stipulationem ductæ nouantur. Item hæ obligationes, quæ solo consensu contractæ sunt, contrario consensu dissoluuntur. Consentaneum est rationi, eodem modo [c]dissolui obligationem, quo modo cõnexa est. Cæteræ [d]autem obligationes, licet pacto, ipso iure communi tollãtur: attamen per exceptionem pacti conuenti elidũtur. Item si quis creditori, vel debitori suo hæres extiterit, pro ea parte, qua hæres est, sublata est actio confusione.

1† §. 1. In sti. quibus modis tol. oblig.

2† l. 2. D. de accepti la.

¶ITEM COMPENSATIONE tolli obligationem constat. Est autem compensatio, [3]† debiti, & crediti inuicem contributio. Id verò debitum compensari potest, de quo nulla quæstio est, siue naturali iure, & ciuili debeatur, siue tantum naturali. Contrà in rem tantum actionem, nulla admittitur compensatio, ne inuitus quis rem suam cogatur vendere.

3† l. 1. D. co.

¶EX MALEFICIO NASCVNTVR obligationes, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, ex iniuria contumelia.

¶FVRTVM AVTEM EST contrectatio faudulosa, [4]† quæ fit, inuito domino, alienæ rei vsus possessionisvè. Dictum est autem furtum, a furuo, eo quòd absconsè fit, & plerunq; nocte, vel ab auferendo: vel a Græco sermone, quo fures appellantur φῶρες, ἀπὸ τοῦ φέρειν. Furtorum genera duo sunt, manifestum, & nec manifestum. Manifestus fur est, qui cum ipsa re furtina deprehenditur, vel eo in loco, in quo furtum fecit, vel antequam perferret eò, quò dest nauit. Nec manifestus quis sit, ex hac ipsa definitione perpenditur. furtum autem non committitur, nisi animum furandi quis habeat. Itaque si equum mihi commodatum vsque ad certum locum, longius duxero; si quidem putaui me id facere, nõ inuito domino, etiam si dominus noluerit, furtum non committitur. Item si, domino volente, id feci; ego verò id, domino volente, putaui me facere, furtum non committi constat. Furtum enim, nisi inuito domino, non committitur. Planè si seruo alieno [5]† persuasero, vt quasdam res domino furto surripiat, & ad me perferat: seruus autem, domino sciente, & concedente faciat, non solum furti, sed etiam serui corrupti placuit hoc casu actionem dari. Liberorum etiam hominum furtum fieri posse placuit, veluti si quis liberos nostros nobis furetur. Item rei sacræ, & religiosæ furtum committitur. Non solùm autem alienæ rei furtum fit, sed & propriæ ipsius: [6]† veluti si debitor pignus a creditore surripuerit. Furti autem tenetur non solum qui furtum fecit, sed etiam cuius ope, & consilio furtum factum est; veluti qui scalas fenestris ad furtum faciendum apposuit. Pœna manifesti furti, tam ex lege 12. tabularum, quàm ex edicto prętoris, quadrupli [7]† est. Nec manifesti, dupli, & extra quadruplum, vel duplum, rei persecutio non est, quàm vendicando, vel condicendo, is, cui furtum factum est, poterit petere. Hæc autem actio hæredi quidem datur. In hæredem verò non competit, nisi vel cum actore lis contestata sit, vel locupletius eius patrimonium factum est. Est enim regula iuris, pœnales actiones ex maleficijs in hæredes non trãsire. Hac actione damnatus, [8]† infamia notatur.

4† l. 2. D. de furtis.

5† l. si quis seruo. C. de furt.

6† §. aliquãdo. Instit. de obl. quæ ex de l. nas.

7† §. ex maleficijs. Inst. de ac. l. si quis. §. f. ff. de furt.

8† l. athletas. §. ff. de infam.

hæres

1† l. furti. §. si quis. D. eo.

¶ DE RAPINA, & ui bo. rapt.
¶ DE DAMNO, & lege Aquilia.
¶ DE INIVRIIS.
a In arbitrio posita, non certa quantitate terminata.
Idcir-

hæres[1] † verò non vtiq;. Ei aût generaliter cōpetit hæc actio, cuius interest, rem saluam fore, siue sit dominus, siue non. Nec ēt aliter domino competit, quàm si eius intersit.

¶ QVI RES ALIENAS RAPIT, tenetur ēt furti. Quis enim magis, inuito domino, rem contrectat, quàm qui vi rapit? Nascitur autem ex hoc facto propria[2] † actio, quæ appellatur ui bonorum raptorum; quæ locum habet, etiam si vna res rapta fuerit. Est autem hæc actio intra annum quadrupli; post annum verò simpli. In quadruplo autem, vel simplo rei persecutio[3] † continetur. Ita demum autem locum habet hæc actio, si rem mobilem putans alienam, ui quis rapuerit, hac actione non tenebitur: sed ex sacris constitutionibus,[4] † is, cui res raptæ sunt, agere poterit. Quibus cauetur, si quis aliquam rem alicui possidenti, proprio nomine, sine iudice abstulerit, si quidem suam, restitutione eius rei, dominio careat; Sin uerò alienam, etiam æstimationem rei ei, cui abstulit, cōpellatur præstare. Quod non solum in rebus mobilibus, vel se mouentibus; sed etiam in inuasionibus, quæ fiunt circa res soli, obseruari sacræ constitutiones voluerunt. Liberum est[5] † autem ei, qui rapinas passus est, & priuato iudicio vi bonorum raptorum; damnum persequi, & criminaliter iudicio vis publicæ, aut priuatæ reū facere.

2† Inst. vi bo. rapt. in prin.
3† d. §. ex maleficijs.
4† l. si quis, in tantam. C. vnde vi.
5† per l. fi. D. de publ. iud.

¶ DAMNI INIVRIAE ACTIO constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est[6] † Si quis seruum alienum, vel ancillam, vel eam quadrupedem, quæ pecorum numero sit, iniuria occiderit, tantum domino dare damnetur, quanti ea res, eo anno plurimi fuerit. Secundum[7] † capitu. in vsu non est. Tertio capite, de cætero dāno cauetur, vt quāti ea res 30. proximis diebus fuerit, & intelligēdum est, plurimi emendetur. Tria ergo in lege Aquilia considerantur, damnum esse datum, et iniuria esse datum, & domino esse datum. Iniuria idcirco datum esse requiritur; quia si iure datum est, non tenebor;[8] † veluti si seruum tuū latronem (cûm aliter periculum euadere non possum) occidero; vel adulterum in ipso adulterio cum vxore mea deprehensum, si cum contestatione id fecero. Item si[9] † putator, eiecto ramo ex arbore, seruum tuum transeuntem occiderit, distinguendum est, vtrum prope viam publicam, vel vicinalem, aut in suo agro, vbi nulli erat mos eundi, id fecerit. Nam prope viam publicam, vel vicinalem, seu in illo loco, in quo erat ius eundi, id fecerit, & non proclamauerit, culpæ reus est: quòd si proclamauerit, vel in eo loco erat, in quo non erat ei ius eundi, & seruus se cauere non curauit, non tenebitur. Imperitia[10] † quoque culpæ annumeratur. Itaque si medicus[11] † seruum suum secuerit, & ob eius imperitiam, seruus mortuus est; vel si citius, quam deberet, dereliquit curationem, lege Aquilia tenebitur: hac actione non minus quis ex culpa, quam ex dolo punitur. Quocunque enim modo damnum quis, & culpam dederit, etiamsi dolo careat, hæc actio locum habet. Ita demum quis directò hac actione agere poterit, si corpus corpore læsum sit, alioquin, nisi seruo alieno persuasero, vt ibi damnum det, vtili iudicio, non directo tenebor. Item[12] † si seruo tuo persuasero, vt is se de ponte præcipitet, vel arenā frumento tuo immisceat: & is id fecerit, vtili iudicio tibi tenebor. Quod si seruum tuum compedibus vinctum, ductus misericordia soluero, & is aufugerit, neque[13] † directo iudicio, neque vtili tenebor; sed in factum in me placuit actionem dari. Licet autem actio directò soli domino competat: attamen vtilem etiam his, quibus iustè interest, dari placuit. Cûm autem libero homini, proprio corpore damnum datum est, impensarum, & sumptuum, quos in curatione fecerit, æstimationem habebit. Item operarum, quibus caruit, aut[14] † cariturus est, rationem hoc iudicio consequi poterit; deformitatis verò ratio non habebitur. Liberi enim corporis, placuit nullam fieri posse æstimationem.

6† l. ij. D. ad l. Aqui.
7† l. si seruum. § huius legis. D. eo.
8† l. 4. D. eod.
9† l. si putator. D. eo.
10† l. imperitia. D. de di. reg. iur.
11† l. qua actione. §. fi. D. ad le. Aquil.
12† §. fin. Inst. eo.
13† d. §. fi.
14† l. fi. D. de ys, qui deiecc. uel effud.

¶ GENERALITER INiuria dicitur omne, quod non iure fit; specialiter aliàs iniquitas, & iniustitia, vt in lege Aquilia, damnum iniuria dicitur contumelia, quæ à contemnendo dicta est. Iniuria[15] † autem fit non solùm cûm mala alicuius pugno percutitur; sed etiam cûm conuitium ei fit; vel cûm quis carmen vel libellum[16] † ad infamiam alicuius scripsit, edidit ve, vel edi fecit, aut scribi dolo malo. Et generaliter quoties aliquid fit, quod apertè in alicuius contumeliam pertineat, si quidem dolo malo factum est, locum habet hæc actio. Itaque si filiæ Titij, quæ Pamphilo filio Seij nupta est, iniuriam fecero, non solùm Pamphilus; sed etiam Titius, & Seius iniuriarum mecum agere poterunt. Sin autem[17] † marito iniuriam fecero, vxori iniuriarum non tenebor. Defendi enim vxores à viris, non uiros ab vxoribus, æquum est. Alijs autem personis, quæ non sunt in nostra potestate, si iniuria fiat, nos agere non possumus, nisi nominatim in nostram contumeliam facta sit. Item si libero homini, vel seruo alieno, bona fide possessis, iniuria fiat, vel etiam si seruo meo proprio, ita demum iniuriarum mihi competit actio, si in meam contumeliam apertè respiciat. Hæc autem actio arbitraria[a] est; & ideo permittitur iniuriam passo iureiurando

15† l. 1. de iniur.
16† §. 1. Inst. eo.
17† §. 2. Inst. eo.

iniuriam æstimare, taxatione habita à iudice secundum qualitatem facti, & personarum similiter facientis, & patientis: nec non etiã locus, in quo facta est, idest, vtrum [c] † in publico, aut in priuato, & locus etiam vulneris, secundũ quæ & atrox est iniuria, æstimabitur. Aliter enim est iniuria æstimanda, si senatori fiat; aliter si humili. Item aliter si in theatro, vel in senatu, aliter si in clanculo fiat; aliterque si in oculo, quàm si in pede stat, æstimabitur. Hęc autem actio, [a] quia ex iure prætorio descendit, anno terminatur: & ideo, si quis iniuriam passus intra annum non fuerit contestatus, ampliùs non poterit agere. Item si quis iniuriam passus ad animum statim non duxerit, postea agere non poterit. Sed si hæc actio ex iure descendat ciuili, veluti ex lege Cornelia, quæ cõpetit ob eas causas, quod quis se pulsatum, verberatum, 2 † domum suam vi introitum esse, dicat; etiam post annum, si ad animum statim, vt facta fuit, reuocauerit, agere poterit. Domum autem siue propriam, siue conductam, siue gratis concessam, accipere debemus. Hæc autem siue prætoria, siue ciuilis, quia personalis est, nec hæredi, nec in hæredem datur: nisi inter principales personas lis fuerit inchoata. Liberum est autem ei, qui iniuriam passus est, & priuato iudicio iniuriarum æstimationem persequi criminaliter, [b] & publico lege Cornelia accusare. Nũquam enim plures actiones (præsertim pœnales) de eadem pecunia concurrentes, altera consumit.

¶SI IVDEX LITEM SVAM FECErit, propter imprudentiam quasi ex maleficio obligatus videtur: tunc autem litem suam facere videtur, cùm iniquè sententiam dicit. Item si ex eius 3 † cœnaculo proprio siue conducto aliquid deiectum effusumve est, quod alicui nociturum videtur esse, quasi ex maleficio obligatus videtur. Item si quis eò, quà vulgo iter fit, positum suspensumve aliquid habuerit, quod si ceciderit, iter agentibus nocere possit, quasi ex maleficio tenebitur. 4 † Cùm autem iudex per imperitiam litem suam fecerit, æstimatione cõpetentis iudicis pœnam sustinere cogitur, secundum quod ei bonum, & ęquum esse videbitur.

QVARTA PARS,

siue Liber quartus.

DE ACTIONIBVS. [c]

RESTAT, vt de actionibús tractemus. Actio aũt nihil aliud est, q̃ ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur.

¶ ANTEQVAM DE actionib. tractemus, pauca de iudicijs proponamus. Iudiciũ ergo est cãę discussio, cum certarũ personarum interpositione. In iudicio aũt quinq; sunt cõsiderãda, persona, iurisdictio, tempus, locus, causa. Personarum quędam sunt necessarię, quędam vtiles tantum. Necessariæ sunt, sine quib. iudicium consistere non potest, hæ sunt Iudex, actor, & reus: his .n. personis deficientib. vel aliqua earum, iudicium quidem non erit. Eremodicium verò certis in casib. esse poterit, ueluti si contumaciter, 5 † post trinam edictorum solicitationem, uel post unã peremptorij edicti commonitionem ualẽtem pro omnib. abesse dignoscitur, vel si iam ferè elapso 6 † triennio à litis exordio, una parte præsente, altera qualibet absente, iudex sententiam dixerit. Vtiles tantum sunt, sine quibus quidem iudicium consistere potest, adhibitæ tamen faciliorem iudicij exitum parant; vt sunt aduocati, testes. item iudicis officiales, ut sunt apparitores, pręcones, [d] executores, assessores, scribæ. In personis communiter considerandum, quę admittantur, seu quę prohibeã tur. Hoc sciendum quod quæcunque persona, si non specialiter prohibetur, communi iure admittitur.

¶QVI AVTEM 7 † PROHIBENTVR, alij prohibentur ętate, alij morbo, alij casu, alij conditione, quidam sexu, quidam religione, quidã moribus, quidam ẽt ob specialem cãm, quidam ob familiam, quidam munere. Itẽ qui ꝓhibentur, quidam prohibentur certis causis, uel certis personis interuenientibus, quidã perpetuò. Aetate perpetuò prohibentur impuberes, ne sint Iudices, testes, aduocati. item actores, uel rei sine tutoris, uel curatoris auctoritate. Minor etiam octodecim annis aduocatus esse non potest, uel iudex. Aduocatus uerò est, qui causam suam, uel amici ante eum, cui iurisdictioni pręest, exponit. Qui autem aduocatum non habent, à iudice petere possunt.

a Idcirco iniuriarũ actio, quæ descendit ex iure prætorio, anno terminabat: quia ipsius prætoris potestas anno finiebatur: quę uero ex iure ciuili descendit, non solũ hac, sed generaliter omnes non' nisi 30. anno. curriculo finiuntur.

b Criminalis accusatio ideo dr̃, quia cuiuis de populo datur.

¶DE ACTIONIbus, quæ quasi ex maleficio nascuntur.

c Cum aliquis mecũ contrahit, uel Maleficium mihi facit, ius statim ex ipso cõtractu, uel maleficio eum mihi uincit, & obligat: quia uinculũ iuris dr̃ obligatio. Ad hoc uerò exequẽdũ, & petendum, in quo mihi uinctus est, prodictum est aliud ius, quod dr̃ actio: quo iure eum, qui debet mihi ex contractu, uel ex maleficio, ut id, quod mihi debet, soluat, cogo per iudicẽ, idest, si quis rẽ meã possidet.

¶DE IVDICIIS.

d Præcones, qui uocantur executores, qui quod iudex præcipit exequuntur. Assessores, quia assidẽt iudici. Scribæ, qui scribunt gesta.

¶ QVIBVS EX causis personæ prohibeantur. Quia

1 † §. pen. Inst. ead.

2 † l. lex Cornelia. D. eo.

3 † 1. l. D. de ijs, qui deiece. vel effud. l. 5. §. 5. D. de oblig. & actio.

4 † l. si. D. de var. & extraord. cognit. & vide Iurispru. med. Prate lib. 1. c. 19.

5 † l. contumacia. D. de re iud.

6 † l. properandum. C. de iud.

7 † l. 1. D. de postul.

a Quia per procuratores poſſunt.
b Perduellionis crimen eſt, cum quis contra perſonã Imperatoris, vel contra rempublicam molitur.
c Religio eſt diuini numinis cultus: ſuperſtitio, vana religio.
d Munus quid ſit, docet iuriſconſul. l. munus. ff. de verb. ſign.
¶DE IVRISDICtione.

ſunt. Ait enim Prætor, Si Aduocatum non habent, ego dabo. Morbo prohibentur alij ob morbum corporis; alij ob morbum animi. Ob morbum corporis prohibetur, qui diutino morbo laborat, nec etiam ſuis pedibus ſupereſſe poteſt, vt ſit iudex. Item aduocatus, niſi in propria cauſa. Teſtis verò volens admittendus eſt; inuitus autem non eſt cogendus. Item actor, vel reus ſi vult quidem eſſe, ſuſcipiat. Si mauult in ciuili cauſa procuratorem ei dare, concedatur. Ob morbum animi prohibentur, furioſus mente captus, qui generaliter per ſe nullam legitimam perſonam in iudicio conſiſtendi habent. Caſu remouentur, cæcus, mutus, ſurdus. Cœco enim non permittitur iudicem eſſe, niſi hoc ei poſt ſuſceptum magiſtratum acciderit, neque aduocatum, niſi in propria cauſa, vel ſuorum familiarium. Reus verò, vel actor quidem eſſe poterit, ſed procuratorem ei dare non denegatur. Item teſtis in quibuſdam iure ſuſcipitur. Mutus verò, & ſurdus in iudicio per ſe conſiſtere non poſſunt.[a] Qui conditione prohibentur, aut ſunt ſerui, aut liberti. & ſerui quidem nullam conſiſtendi perſonam per ſe habent in iudicio, niſi in crimine perduellionis.[b] Inter ſeruum enim, & liberum, conſtat nullum poſſe conſiſtere iudicium. Liberti verò nec patronum, nec pro patrono teſtimonium dicere poſſunt, vel eum accuſare, niſi in crimine maieſtatis. Patronus autem contra libertum teſtimonium dicere non compellitur. Sexu remouentur mulieres, ne ſint iudices, nec etiam ad poſtulandum, niſi in cauſa propria, vel filiorum ſuorum, quorum tutelam gerunt, accedant. Item in teſtamentis adhiberi teſtes minimè poſſunt. In iudicijs verò niſi adulterio damnatæ ſint, rectè admittuntur. Religione[b] prohibentur,[1] † veluti hæretici, ij nec teſtes, nec iudices, ſeu aduocati contra Orthodoxos fieri poſſunt. pro Orthodoxo tamen aduerſus hæreticum teſtimonium rectè hæretici admittitur. Item nec Iudæum Chriſtiani iudicem eſſe poſſe, vel aduerſus eum teſtis recipiendus eſt. Pro Chriſtiano, & contra Iudæum teſtis eſſe poteſt. Chriſtianus verò Orthodoxus Iudæi, & hæretici iudex, & in eos teſtis eſſe poteſt. Moribus prohibentur infames, ne iudices creentur: item ne in teſtimonio recipiantur; nec aduocati ſint, niſi cauſa ſua, & ſuorum familiarium, vel quorum adminiſtrationem gerunt. Ob ſpecialem cauſam prohibentur, ueluti propter inimicitiam capitalem. Hi contra ſe teſtes eſſe non pñt. nec accuſatores qui añ litem motam ſeparãtur. Item ſi capitales inimicitias contra patrem habuit, contra filium teſtis eſſe non poterit. Iudex autem eſſe non prohibetur: ſed ſi ſuſpectum iudicẽ quis habuerit, liceat ei epiſcopũ ciuitatis ad cauſam diſcutiendam vna cum iudice ſuſpecto aduocare. Ob familiam ius dicendi in me, vel pro me teſtimonium, præter in crimine perduellionis, non hñt filius, vel filia, nepos vel neptis, neq; omnes, qui ptãte mihi iunguntur. Amplius qui buſcunq; imperare poſſumus, vt inuiti teſtimoniũ dicant, hi nobis iure, teſtes eſſe non poſſunt. Iudex autem & pater filio, & filius patri, et ſi in eius poteſtate ſit, eſſe poterit. Munere[c] prohibẽtur milites, ne priuatorũ, aut aduocati, aut iudices, aut accuſatores exiſtãt. Et generaliter[2] † nullus ad teſtimonium ducendus eſt, niſi quẽ & vitæ dignitas, & morum honeſtas, vel vox aliorum legitimorum teſtium, commendat; & in ſumma talis debet eſſe omnis teſtis, vt fidem debitam iudiciariæ religioni omni gratiæ, & potẽtatui poſſit præponere. Quòd autem clericus aduerſus laicum teſtis eſſe non poſſit, vel econtra in capitulari legis Longobardiæ cautum eſt. In legibus autem Romanis, non memini, me inueniſſe; immo contrarium in multis locis conſtitutum eſſe cognoui.

1 † l. ſi. C. de poſtu.
2 † l. 1. & 3. D. de te ſtib.

¶ IVRISDICTIO EST IVS DIcendi ius. Hæc autem alia voluntaria, alia contentioſa. voluntaria eſt, quæ, vtraque parte uolente, expeditur, ut adoptio, emancipatio, manumiſſio. Poteſt tamen & quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanam reſpuere permittitur. Contentioſa eſt, quæ per litem, & contentionem expeditur. Hæc alia mera, alia miſta. Mera iuriſdictio[3] † eſt, ut poteſtas gladij: Miſta eſt, quæ in ſe alicuius rei habet ſententiæ ditionem. Item iuriſdictio, alia propria, alia demandata, alia ex communi partium conſenſu data. Qui propriam iuriſdictionem habent, iudices ordinarij dicuntur: nec intereſt, vtrum habeant poteſtatem gladij, necne. Qui autem demandatam habent, dati vocantur; qui eam ex communi conſenſu partium habent, arbitri appellantur. Poteſt tamen idem & datus iudex arbiter eſſe. ueluti ſi ego, & Titius in Seium compromiſerimus, & poſtea à proprio ordinario, eum nobis dari iudicem petierimus. Qui autem propriam iuriſdictionem habet, demandare eam poteſt. Qui autem ſolum demandatam habet, eam mandare alij non poteſt, niſi ei à principe ſit demandata. Ait enim conſtitutio, Iudex[4] † à iudice delegatus iudicis dandi non habet poteſtatem, cum: ipſe iudiciario munere fungatur niſi à principe iudex datus fuerit. Mera iuriſdictio

3 † l. merũ imperium.
4 † l. 5. C. de iud.

¶ DE ARBITRIS.
a Ex compromisso, vt insimul inter se partes pœnam promittant, si se liberum dicit.
b Sententia ab eo dicta, qui eam iure prohibetur dicere, nullius est momenti. Omnis diffinitiua sententia, aut est condemnatoria, aut absolutoria. Omnis absolutoria exceptionem parat. condemnatoria vero omnis actionem, vt ea, quę data est non ab ordinario iudice, vel non ab ordinario dato.
¶ DE TEMPORIbus iudiciorum.
c Ceremoniæ sunt veluti eleemosynæ, ieiunia, imo est cultus Dei per actus exteriores.
¶ DE LOCO VBI quis agere, vel conueniri debeat.
d Actor in ciuili cā, accusator in criminalibus.
¶ DE

dictio demandari non potest. Item nec causa status: nec totius patrimonij controuersia.

¶ ARBITER AVTEM ex compromisso eligi oportet. Alioquin nisi ex compromisso [a] pœna adhibita, vel pignore dato eligatur, & post eam sententiam si quis dicat absolutoriam, exceptio ex sententia [b] parabitur. Sin vero condemnatoriam, actor ad exequendum non habet iudicati actionem. Sacramento verò dato arbitrum eligi noua constitutio prohibet. Arbiter ex solo cōsensu electus, diem dandæ sententiæ, inuitis litigatoribus, mutare non potest. Post diem verò statutum elapsum sententia ab eo dicta nullam obtinet firmitudinem, nisi vtraque pars consenserit.

¶ TEMPVS CONSIDERATVR in iudicijs, & in quo fieri debeant, & intra quòd finiri. Nam dies feriarum non esse iuridicos sacræ constitutiones præcipiunt. Hi sunt gemini menses, [1] † quos indulgentior annus ad requiem laboris accepit; æstiuos ad segetes colligendas; autumnos fructibus decerpendis: & hæc secundum regionis qualitatem, considerari debent. Dies quoque natalis Domini, & kalendarum Ianuarium, dies etiam epiphaniarum Christi. 40. dies, qui Dominicam Resurrectionem, auspicio cæremoniarum [c] anticipant: dies quoque Paschæ, qui septeno præcedunt numero, uel sequuntur; necnon dies Dominici, qui repetito in se numero, reuoluuntur, & Ascensionis, & Pentecostes, & Litaniarum otio emancipant. Pari quoq; reuerentia necesse est haberi natalitios Apostolorum, necnon diem ortus Imperialis personæ. In omnibus tamen prædictis diebus voluntariæ iurisdictionis effectus non prohibetur. Item criminales causæ in prædictis duobus mensibus exerceri non prohibeantur. Item causæ orphanorum, & viduarum præd cto etiam tempore agantur. Item causæ piorum locorum. Tempus, intra [2] † quod finiri debet, consideratur, idest, triennium à litis contestatæ tempore, si causa ciuilis est. Sinautem criminalis, vltra biennium non prolongatur: & si quidem reus præsto est, actor uerò absit, liceat iudici actorem commonefacere, vt vel ipse veniat, vel procuratorem mittat legitimum. Sinautem actor minimè venerit, nec procuratorem miserit, vocetur per tria edicta, per interuallum in singulis, non minus triginta dierum; & si nec tunc venerit, habeat inducias vnius anni adhuc. Quo elapso, præsente reo, litem audire iudici liceat, & consentaneum calculum proferat. Quòd si intra prædictum annum venerit, & litem agere voluer t, non tamen antea suscipiatur, quàm impensas reo præstet; iterum ad iudicium accedat. Alioquin si impensas reo soluere noluerit, & annus transierit, careat actionibus. Illa enim regula, qua cautum est, ne quis [3] † inuitus agere, vel accusare compellatur, tunc locū habet, cum actor aduersarium suum teneri in iudicio non fecit. Hæc autem locum habent, nō solum si lis contestata fuerit, sed etiam si sola admonitio, & præcum intimatio iudici facta est. Quòd si reus quidem [4] † absfuerit, vel etiam, reo absente, non instet, liceat iudici, si quidem ex contumacia reus abest, peremptorio edicto cū citare, vel voce præconia vocare, & litem (secundum iuris ordinem) finire. Sin verò reus non ex contumacia abest, & triennium iam transierit, ita vt sex menses tantum supersint, in de eum tribus edictis uocare per prædicta interualla oportet. Quòd si nec tunc veniat, causas audiat, & secundum quod iustum inueniet, sententiam proferat. Curare autem semper debet Iudex in definitiua sententia, quatenus victum victori in omnes legitimas expensas, [5] † quas victor iurauerit se in totali re fecisse, condemnet. Sinautem vndique variæ lites sint, & propter hoc alterum alteri minimè in expensis condemnare maluerit: & hoc in sua habeat potestate. Has tamen impensas victor absentis petere potest. Sinautem utraque parte præsente, vel altera iudex causam finire minimè voluerit, totam litem ex litis facultatibus sine omni inquisitione emendare cogatur.

¶ LOCVS CONSIDERATVR IN iudicijs, vbi quis agere, vel conueniri debeat. Vbi enim quis domicilium habet, aut vbi contraxerit, vel deliquit, aut vbi res sitæ sunt, si in rem agit, apud eius loci iudicem conueniri debet. Actor enim [d] rei forum, [6] † non reus actoris sequetur. Item Romæ omnes conueniri possunt, quocunque loco sit contractum. hoc tamen ex priuilegio legatis [7] † causa reipublicæ remittitur. Item apud quem iudicem quis agat, apud eum respondere cogitur. Clericus autem in ecclesiastico negotio nec agere, nec conueniri apud præsidem prouinciæ debet: sed apud proprium Episcopum debet definiri. Sinautem is, qui conuenitur, est laicus, volens quidem ante antistitem litigare, admittendus; inuitus verò non est cogendus. Quòd si in causa criminali (quæ ad ecclesiasticum

1 † l. omnes dies. C. de ferijs.
2 † l. properandum. C. de iud.
3 † l. vnica C. vt nemo inuitus ag.
4 † d. l. properandum.
5 † d. l. properandum.
6 † l. 2. C. de iurisd.
7 † l. 2. §. legatis. D. de iud.

st cum negotium non pertinet (clericus [1] † accusetur, licet in hoc casu Episcopum cognoscere, vt tamen si dignum capitali supplicio clericum inuenerit, omni clericatus honore denudatum ad puniendum iudici tradat. Sin verò clericus ante Præsidem accusetur, non liceat Præsidi ante clericum punire, quam a proprio Episcopo a clericatus honore fuerit denudatus. Quòd si ipse viderit acta non iustè constitisse, liceat ei gradus denudationem sibi legitima cautela mittere, quousque super ea re principi suggeratur, iustè finem causæ impositurо. Sin verò inter clericum, vel quemuis alium, & proprium Episcopum causa emerserit qualiscunque, primum metropolitanus adeundus est, qui secundum canones, & leges, negotium discernat. Et si quis iudicatis acquiescere noluerit, ad Patriarcham illius regionis referatur; & ille secundum canones, & leges fidem eis præbeat, & nulla pars valeat contradicere eius sententiæ. Item obseruandum, & si inter duos Episcopos eiusdem concilii, de quacunque causa lis interueniat, adhibere etiam debet in iudicando Episcopum Metropolitanum, & quosdam de Episcopis eiusdem Concilii. Sinautem contra Metropolitanum quisquam adire noluerit, regionis illius Patriarcha negotium discernat.

¶CAVSA AVTEM EST ante eum, qui iurisdictioni præest, agentis, vel rei controuersia. Hæc alia ciuilis, alia criminalis. Ciuilis causa est, quæ per actionem, vel iudicis officium [a] exercetur. Criminalis verò est, quæ per accusationem, & solemnem inscriptionem proponitur. Et primitus quidem de ciuili causa videamus. In hac autem quędam considerare oportet, quę eam præcedunt, quædam quæ insunt, quædam quæ sequuntur.

2 † *Iudiciorum ordo.* [2] † Causam præcedit actionis editio, in ius vocatio, libelli conuentio; & hoc ordine certo. Si enim quis contra aliquem actionem putat se habere, prius eum adire debet, & actionem suam, atque rationes edere, vt secum [3] † ad-

3 † *l. 1. D. de eden.*

uersarius deliberet, vtrum soluere, quod ab eo petitur, malit, an reluctandum existimet. Qui soluere voluerit, non est in iudicium vocandus, alioquin iniuriarum actor tenebitur. Quod si reluctandum putat, tunc actor iudicé adeat, & causam suam iudici exponat, & eam gestis inscribi faciat. Index verò libello conuentionis facto, p apparitorem reum in ius vocet. Libellus autem conuentionis in hunc modum fieri debet. Metellus iudex Iugurthæ. Notum sit ibi Atherbalem questum mihi de te fuisse, quod vitæ eius fueris insidiatus, cuius rei gratia te moneo, vt placitum venias, eique iustitiam facias, libellumque eius accusationis suscipias. quo subsequuto, habet reus spatium viginti dierum, in quo liceat ei, vel recusare, vel si eum suspectum habet, Episcopum loci, vel alium iudicem cum eo ad causam discutiendum aduocare: vel id, quod debet reus, intra prædictos viginti dies confiteri. & si quidem iudicem recusandum putauerit, libellum non accipiat, sed ante iudicem repræsentatus, fori præscriptione vtatur. Nemo enim neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione a Præside prouinciæ [b] vocatus, fori præscriptione vtatur.

¶OMNIS ENIM A IVDICE vocatus ante iudicem sui copiam faciat, vt hoc ipsum sciatur, vtrum eius iurisdictioni subiaceat. Si autem libellum conuentionis acceperit, tunc personales prçstet fideiussiones, & sportulas executorum det, & subscribat contradictionis libello [c] tempus, & diem, quo eum excepit, & vsque ad prædictum spatium nullam molestiam patiatur. Sinautem prędictum tempus elapsum sit, tunc ad respondendum actori, si se non excusauit, teneatur. In ius autem vocare patronum prohibetur libertus, prçterquam si veniam edicti impetrauerit. quod si aduersus hoc facere ausus fuerit, quingentorum aureorum pœna mulctabitur. Cum autem vtraque pars ante iudicem sui copiam fecerit; tunc si quas prçscriptiones personales inter se litigatores opponere uolunt, audiantur ante litis contestationem: alioquin postea opponere non licebit, satisdationesque exponant, reus quidem iudicatum solui, & actor verò litem vsque ad definitiuam sententiam executurum. Sinautem per procuratorem litigatur, tunc si de mandato dubitatur, nisi sit pater, vel maritus procurator actoris, etiam rem ratam dominum habiturum satisdatione confirmet: procurator verò rei iudicatum solui satisdet.

¶HIS QVOQVE subsecutis, actor iuret, quòd se putans habere iustam causam, venit ad litigandum. Reus uerò putans, se vti bo-

1 † *c. si diligenti. de foro comp.*

¶DE CAVSIS.

a Veluti restitutio in integrum.

b Prouincia est regio certis finibus unius iudicis officio destinata Idem ius Præses habet in prouincia, quod prætor in urbe.

¶DE IN IVS uocando.

c Idest, debet alium libellum facere, & in eo contradictionem suam, & in ultimo diem ponere, quo per executorem conuentus est. Libellus uero contradictionis hoc fine clauditur: Met. Lug relatione uestrarum literarum dicit, Athereb. de me apud tribunal uestrũ questũ fuisse, quod uitæ eius fuerim insidiatus: huius rei qui dẽ causa iudicio me sisti tali die spondeo, & contradictionis libellum mitto, & accusationis scriptum quinto Idibus ianua. apud oppidum Vaccan me recepisse profiteor.

¶DE IVREIVrando Actoris. Rei; & Aduocatorum.

¶DE

na

¶ DE SACRAMENTO dando pro suspicione.
¶ DE LITIS contestatione.
¶ DE QVAESTIONE facti, uel iuris, seu nominis.
¶ DE PROBATIONIBUS.
a Veluti cum generaliter sit prohibitũ homicidium, qui dicit, se iure occidisse probare debet.
¶ DE TESTIBVS.
b Præsumptio est fides habita de aliqua re per aliquã extrinsecam causam sufficientem.
¶ DE FIDE INSTRUMENTORUM.
c Instrumenta dicũtur scripta per excellẽtiam, eo quod nos instruunt ueritatem.
d Testes in inferiori parte subscribantur, interfuisse negotio, quod est in quæstione.

1† l. rẽ nõ nouam. §. patroni. C. de iud.

na instantia ad reluctãdum. Addant etiam, quia nec delationis, aut calumniæ, nec vexandi aduersarii causa, probationes in tota causa ab aduersario suo exigant. Aduocati [1]† etiam vtriusque partis præbeant iusiurandum, nihil se, nisi quod iustum, & vtile litigatoribus putauerint, esse in tota causa allegaturos, neque etiam dolo malo prætermissuros.

¶ QVOD SI ETIAM suspicio emerserit, quòd aliquis litigatorum aliquid dederit, vel promiserit iudici pro hac causa, iurare debet, quòd nihil dederit, vel promiserit. Quod si aliquis eorum hoc iusiurandum subire noluerit; si quidem actor est, actione cadat; si autem reus, pro condemnato habeatur. Planè si confessus fuerit aliquis, se dedisse, vel promisisse, & cui, & hoc probauerit, ipse quidem a pœna immunis erit. Conuictus verò si quidem ciuilis causa fuerit, magistratu expoliatus, promissum in duplum datum in triplo præstabit. Sin autem criminalis sit causa prius bonorum publicatione in exilium mittatur. Quòd si litigator iudicem accepisse conuincere non potest, Iudex iureiurando se expurget. Litigator verò fisco æstimationem præstet, & lis legitimo modo finiatur; & hoc si ciuilis causa fuerit. Sin autem criminalis sit, bona eius fisco publicabuntur. Causa vero legitimum finem accipiat apud competentem Iudicem. Quòd si Iudex iusiurandum dare minime voluerit, eadem pœna teneatur, qua supra litigatorem teneri diximus. Hæc autem omnia non solum in omnibus ordinariis iudiciis, sed inter arbitros locum habere volumus. Oportet etiam iudices ab ipso principio litis vsque ad finem (maximè in definitiua sententia) habere ante se proposita sacrosancta euangelia, attendentes, quòd sicut iudicant homines, sic iudicabuntur a Deo. Principium vero litis, est litis contestatio.

¶ LIS AVTEM contestata tunc videtur, cum vtraq; parte præsente, vnus proponit, alius contradicit, [2]† Hac autem contestatione, actiones, quæ temporales erant, vel quæ in hæredem transire non poterant, seu quæ iam fori præscriptione exclusæ erant, & in hæredem perpetuæ efficiuntur, nec vlla nisi tricennali præscriptione, post litis contestationem habitam; excludũtur. Hoc idem facit precum porrectio, episcopalis admonitio, & quædam alia. Litem autem cõtestãdo, res in cõtrouersia deducitur.

2† Docto. in l. cũ notiss. C. de trã sact.

¶ CONTROVERSIA [3]† verò triplex est: aut. n. erit facti, aut nominis, aut iuris. Facti controuersia est, cum de facto quæritur, vt feci sti hæc? non feci. Hæc a rhetoribus cõiecturalis appellatur. Iuris quæstio est, cum de facto quidem constat; de iure vero dubitatur. Hæc & generalem, & translatiuam includit. Nominis est quæstio, cum de facto, & iure facti constat, de nomine eius facti dubitatur, si auferaĩ res sacra de ecclesia, & vnus dicat furtum esse; alius vero sacrilegium appellet, hæc in se diffinitiuam includit vicissim.

3† Fabius lib. 3. c. 13. & lib. 7. c. 3. 4. & 5.

¶ CVM VERO quæstio facti est, qui dicit, factum esse aliquid, probare debet. Ei enim incumbit [4]† probatio, qui dicit, non qui negat. Factum enim negantis naturali iure, nulla est probatio. Si verò iuris sit questio, qui negat ius, probare debet, nisi generalis prohibitio [a] sibi obsit. Si vero nominis est quæstio, qui aliquod emolumentum cõsequi vult ex nomine, probare dẽt. Item considerandum gñaliter, quòd q agit, vel accusat, probare debet. Ait. n. constitutio, [5]† qui accusare volunt, probationes habere debent: & post pauca: Actore n. non probante, qui conuenitur, & si nihil præstiterit, obtineat. Item alia constitutio. [6]† Res alienas possidens, licet nullam iustam cãm possidendi habeat, tamen non, nisi implenti intentionem suam, restituere cogitur. Non solum autem, qui ab initio agit, probare debet sed etiam reus, si excipiat, [7]† probare debet. Reus. n. in exceptione actor est. Probantur verò quæstiones, si quidem facti sunt, testibus, instrumentis consentiente fama, præsumptionibus, indiciis.

4† l. 2. D. de probat.
5† l. qui accusare. C. de edẽ.
6† l. fin. C. de rei vendic.
7† l. in exceptionib. D. de proba.

¶ IN TESTIVM probatione considerãdũ, quòd vbi numerus testium specialiter non exigitur, duo [8]† sufficiunt. Vox [9]† autem vnius solus testis nullo modo ad probationem est idonea, ad præsũptionem [b] faciendam põt admitti. Et hic considerãdum, vt nullus sit testis, iudex, vel actor. Nullus. n. duas personas in iudicio necessarias in eodem iudicio habere potest. Item omnis testis iuratus testimonium [10]† dicat, & antequam ad dicendum testimonium accedat, separetur, [11]† & vtrum verisimile, & cõcordãs testimonium alterius testis dicat, discutiatur. Quòd si plures testes sint, & discordãt, tu honestioribus [12]† credẽdũ est: a reliquis si viles sint personæ, per tormenta veritas exigenda est.

8† l. vbi numerus. D. de test.
9† l. iurando. C. a.
10† d. l. iurandi.
11† generaliter dine per l. nulla. C.
12† l. ob carmen. D. eod.

¶ INSTRVMENTIS [c] questio probatur, cum scriptum aliquod ad probandum factum, quod in quæstione est, indicitur. hoc autem tale esse debet, vt tabularii publici conscriptione, & testium [d] subscriptione roboretur. Quod si ta-

¶DE ACTIONIbus, quæ ex obligatione naſcuntur, dicuntur in perſonam quæ ex rei detentione, iurein uocantur.
a In perſonam idcirco dicuntur actiones, quæ ex obligatione naſcuntur; qa quocunque modo res, in quam obligatur, quis alienet, perſona tamen eius, qui debet, obligata permanet, quouſq; mihi ſatisfaciat. At uerò ſi in rem actione mihi aliquis tenetur, fortè, quia rem meã poſſidet: quocunque modo ſine dolo ſuo deſinat poſſidere, amplius non mihi tenebitur, ſed aduerſus eum, qui cœpit poſſidere, actionem intendam in rem.
1† l. placuit. C. de iud.
A Quæ competunt in perſonam ſcilicet re, uerbis, literis, conſenſu.
2† l. 1.
¶EX QVO IVre proficiſcatur actio.
b Ex iure prætorio, uel ciuili cui competit actio.
B Ex maleficio, ut furto, rapina.
¶ADVERSVS quem competat.
c Ideſt, ex ea cauſa, ut ex tumultu, incendio, ruina, naufragio.
¶ Conuenitur ſi dolo deſijt poſſidere, ac ſi poſſideret.
¶ QVID IN actionem uenit.
e Actiones ex contractu ſunt commodati, depoſiti, pignoratitia, mandati: quaſi ex contractu ſunt tutelæ, negotiorum geſtor.
Omnes

ſi tabularij conſcriptionem non habent, teſtium ſacramento firmetur. Sin verò & teſtes, & tabularius mortuus ſit, dubitatio autem emergat, vtrum tabularius ſcripſerit, tribus publicis inſtrumentis, & de quibus dubium non ſit, dato ſacramento comparantis, comparatio fiat literarum. Cum autem quæſtio iuris eſt, per ius ſcriptum, vel per æquitatem, vel per ſimile probari debet. Sin verò æquitas iuri ſcripto contraria videatur, ſecundum ipſam iudicandum eſt. Ait enim conſtitutio:[1] †placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ, æquitatisque, quàm iuris ſtricti rationem. huic.n. aduerſari videtur conſtitutio[2] †poſita in primo libro Codicis, titu. de legibus, & conſtitutionibus, inter ius, & æquitatem interpoſitam, interpretationem nobis ſolis, oportet, & licet inſpicere. Cum autem nominis eſt quæſtio, per definitionem, vel per ſcriptam legem probari oportet. Viſo autem qd ſit iudicium, & eius cauſa, cætera, quæ ſequuntur, ad tractandum de actione redeamus.

¶IN ACTIONE oportet inſpicere, ex qua cauſa naſcatur, ex quo iure proficiſcatur, cui competat, aduerſus quem, & quid in eam veniat, & iudicis officium in ea.

¶NASCITVR AVTEM omnis actio ex obligatione, vel rei detentione. Ex obligatione naſcuntur omnes perſonales [a] Actiones. Obligatio autem quibus modis contrahitur, ſuperius dictum eſt. Ex rei detentione naſcuntur actiones, cum perſona quidem nullo modo obligata eſt, ſed in rem, quam poſſidet, aliquod mihi ius dico habere, & hę actiones vocantur in rem. Harum alię ſunt ciuiles, aliæ prætoriæ. Ciuiles alias de vniuerſitate, alias de re ſpeciali. De vniuerſitate ciuiles actiones proditæ aliæ de petendum, aliæ ad diuidendum. Ad petendum prodita eſt petitio hæreditatis, quæ competit hæredi ad petendum hæreditatem. Ad diuidendum[3] †prodita actio familiæ erciſcundæ, quæ hæredi competit ad diuidendum. In rem[4] † ſpecialem ad petendum prodita eſt vendicatio, quæ domino competit ad rem ſuam petẽdam. Ad diuidendum,[5] †ſpecialis eſt communi diuidendo, quæ eis competit, qui rem aliquam cõmunem habent. Item in rem ciuilem eſt finium[6] †regundorum, quæ datur eis, qui confines agros poſſident, ad fines diſtinguendos. Iure prętorio proditæ ſunt actiones in rem, veluti de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum, & ruſticorum. Item publiciana,[7] †quæ datur bonæ fidei poſſeſſori. Item Seruiana, & quaſi Seruiana quæ etiam hypothecaria vocatur. Per Seruianã autem experitur[8] † quis de reb. coloni, quæ domino fundi pro penſionibus obligatæ tacito iure videntur. Quaſi Seruiana, qua creditor de re ſibi pignorata experitur, quæ hypothecaria vocatur. Inter pignus verò, & hypotecam nihil aliud intereſt, niſi quia pignus ſine traditione fieri, in hypotheca verò poteſt.

3† l. 1. ff. fam. erisc.
4† l. in rẽ actio. D. de rei vendi.
5† l. communi diui.
6† l. 2. l. 4. §. fi. D. fin. regum.
7† l. 3. D. de pub. in rem act.
8† §. item Seruiana. Inſti. de actionib.

¶EX QVO IVRE proficiſcitur actio, [b]ſi quidẽ ex contractu eſt, ei qui contraxit, vel hr̃di eius. Sin verò ex maleficio, [B]ei, qui maleficium paſſus eſt, vel hr̃di eius, p̃ter actionem iniuriarum, q̃ nec hæredi, nec in hæredem datur: & ſi q̃ ſũt ei ſimiles. Quòd ſi in rem ſit actio, ei competit, qui ius in ea re, quę petitur, habere dignoſcitur, & hæredi eius, niſi in perſona ius cohæreat, vt vſusfructus, vſus, habitatio.

¶ADVERSVS QVEM competit? ſi quidem ex contractu eſt: aduerſus eum, qui contraxit, uel eius hęredem, niſi ſit depoſiti, de quo lis creſcat [c] in inficiando. Si uerò ex maleficio, aduerſus eum, qui maleficium fecerit, uel eius hæredem poſt litis conteſtationem. Sin uerò in rem ſit, aduerſus eum competit, qui poſſidet, uel q dolo fecit, quominus poſſideret. Dolus enim ſemper pro poſſeſſione [d] habetur & eius hærede.

¶ QVID IN ACTIONEM uenit? ſi quidem in perſonam eſt ex contractu, uel quaſi contractu, uidendum eſt, utrum contractus talis, uel quaſi contractus ſit, unde mutuæ naſcantur obligationes, ut ſunt commodatum, depoſitum, pignus, mandatum, tutelæ, negotiorum geſtorum. Ex his enim omnibus prædictis, duplices[9]† naſcuntur actiones; una directa, altera contraria. Directa actio[10] †eſt, quæ datur domino rei, ueluti commodanti, deponenti, debitori, mandanti, pupillo, ei, cuius negotia geſta ſunt. Contraria eſt, quæ datur his, qui rem geſſerunt, cõmodatario, depoſitario, creditori, mandatario tutori, curatori, negotiorum geſtori. Et in directis quidem actionibus uenit res, quæ in conuentione poſita eſt, ut præſtetur, ſeu reſtituatur. Item dolus, & lata culpa ſolummodo in quibuſdam, ueluti in depoſito, & etiam in pro ſocio: utrunq; in quibuſdam,

9† notatur in rubri. C. de obli. & actio.
10† l. ſi mãdatum. C. de nego. ge.

busdam, dolus & omnis culpa, & diligētia, vt in pignoratitia, mandati, tutelæ, negotiorum gestorum. In alijs exactissima diligentia, vt in cōmmodato. In contrario iudicio venit hoc, quod impensum est. In venditi iudicio conuenit pretium. In empti verò res vendita; & si quid in ea deliquit dolo, uel culpa, ueniunt etiam accessiones. Itē in locati actione uenit merces, & delictum; & custodia diligens, uenit ipsa res, quæ locata est. In conducti iudicio uenit, si quid impendit, si quid deliquit. Et notandum, quòd omnes prædictæ actiones [a] ad interesse spectāt, ut siquidem hoc, quod in natura actionis est, præstet reus cum suis accessionibus, absoluatur. Sin autem, ad interesse reus condemnetur. Et notandum, quòd omnes prędictę actiones, bonæ fidei sunt. Item bonæ fidei est, ex stipulatu, [b] quæ B competit mulieri ad acquirendam dotem. Itē præscriptis verbis, quæ competit de æstimato, & ea, quæ ex permutatione. [c] & hoc sciendum generaliter, quod in omnibus bonæ fidei iudicijs, nō solum res, quæ est in conuentione, uenit, sed omnes personales præstationes. Item omnes accessiones. Item quicquid alterum alteri, ex bono, & æquo præstare conuenit. Item si pecunia est, usurā [d] ex mora præstari conuenit. In alijs autem ex cōtractu, ueluti in condictione certi, quæ descendit ex mutuo, & in stipulatu, præter in supradicto casu, & indebiti condictione, & in præscriptis uerbis actione, ex alijs causis præter supradictas competente, quia stricti iuris sunt, res ipsæ tantum quæ in conuentione positæ sunt uocauit, uel per errorem solutæ. Post litis autem contestationem etiam accessiones veniunt. In his autem accessionibus, quæ nascuntur ex maleficio, vel quasi maleficio, in quibusdam venit simplum, in quibusdam duplum, in aliis triplum, in aliis quadruplum. Simplum venit, velut in actione legis Aquiliæ. Item de dolo, & post annum vi bonorum raptorum. Duplum in actione furti nec manifesti, serui corrupti, & in actione depositi, ex in cēdio, ruina, naufragio, si inficiatur. Triplum, veluti si quis maiorem summam in libello conuentionis inseruit, vt viatores maiores sportulas a reo exigerent. Quadruplum consequitur, actione furti, vi bonorum raptorum. Item de calumnia, & in aliis multis casibus: vltra quadruplum, nulla actio prodita est. Per actionem verò in rem consequitur quis ipsas res, in quas intendit, & in alijs quidem venit res ipsa, quæ petitur, in quibusdam ius tantum in re, in quibusdam sola possessio. Res ipsa venit in actione iure speciali, quæ vendicatio appellatur; veniunt etiam partus, & fœtus, & fructus, & accessiones, & hoc varie secundum qualitatem possessorum. Si enim bonæ [e] fidei sunt possessores, de consumptis non tenentur: malæ fidei possessor omnium rationem reddet. In petitionem autem hæreditatis, quæ competit hæredi, solummodo contra eum, qui possidet pro hærede, C vel pro possessore, veniunt non solum res, quæ fuere defuncti, sed & commodatæ, & depositæ, & quæcunque defunctus possedit quoquo iusto modo tempore mortis, quæ non tantum personales fuere, vt vsufructuariæ. Item in familiæ [f] erciscundæ, & communi diuidundo res ipsæ ueniunt non ad hoc, ut restituantur sicut in supradictis, sed ut diuidantur: ueniunt etiam personales præstationes, non vnde per finium regundorum iudicantur. In finium uerò regundorum ueniunt res, non ad hoc ut restituantur, uel diuidantur, sed ut eorum termini erigantur. [1] f Ius in re consequitur quis actione in rem proposita de usufructu, & usu & habitatione. Item ius in re cōsequitur quis, de seruitutibus urbanorum prædiorum, & rusticorum, quæ dantur tam ex parte petentis, quàm possidentis; [g] cum in nullo alio iuris articulo possidenti actio sit prodita. Possessionem consequitur quis Seruiana, & quasi Seruiana. Per actionem uerò ad exhibendum neque rem consequimur, neque ius in re, sed tantum, ut ostendatur nobis, ut postea uendicare, uel alio modo petere possimus:

qua

a Omnes personales actiones ita sunt proditæ, vt id, quod in conuentione est, in primis per eas petamus: ut si equum ab aliquo emi, & mihi venditor non tradat, agam ex empti actione, petendo equum, ut mihi secundum conuentionem tradat. Quod si tradere noluerit, iudex eum condēnare debet, ita ut uel equum mihi tradat, vel interesse mihi præstet, i. tantum mihi præstet, quantum mihi potero ostēdere meā vtilitatem futuram ex traditione equi, veluti si eo die, quo mihi tradere debuit eum precio c. solidorum vendidi habui, cum tantum eū non nisi 40. sciuissem, c. mihi præstabit.

b Ideirco huiusmodi actiones bonæ fidei dicuntur, quia cum generaliter in omnibus actionibus, quæ nascuntur ex cōtractu, uel quasi contractu, bona fides exigatur, in his tum maximè exigitur, & ideo non solum id, quod in conuentione positū est, vel eius interesse per has, sicut per eas, q stricti iuris sunt, petitur, & fœtus, & accessiones, & generaliter quicquid ex bono & æquo alterum alteri præstare oportet.

B Siue intercessit stipulatio, siue non: iure enim tacito semper intercessisse intelligitur.

c Permutatio differt a mutuo; quia in mutuo eadē qualitas, & quantitas restituenda est. In permutatione vero, & eadem, & diuersa p stari possunt. Item mutuum constat in his rebus; quæ consistunt pondere, numero, mensura. Permutatio vero omnium rerum, corporalium fieri potest.

d In omnibus bonæ fidei iudicijs vsuræ ex mora veniunt. Moram autem facit, qui, postquam debuit soluere, interpellatus, cum nullam iustam causam habeat, noluit.

e Quicquid aliquis sperat ex bono, & æquo se consecuturum ab eo, cum quo contraxit, uel quasi contraxit, bona fides dicitur.

C Qui possidet, quia putat se hæredem cum non sit.

f Nota has dictas actiones mistas in rem, & in personas.

g Per quam possidēs negat esse Titio ius, veluti altius ædificādi.

A ctio,

a Actio, quæ dicitur condictio furtiua, competit domino ad rem sibi furatam tantum persequendam, & distat ab actione furti: quia per eam pœnam tantum consequimur, per condictionem furtiuam rem tantū furatam. Actione, quæ dicitur damni iniuriæ consequitur quis & æstimationē damni, idest, rem, & quanti eo anno, vel xxx. proximis dieb. plurimi fuerunt, quod est pœna.

¶ DE OFFICIO iudicis.

¶ DE ACTIONE in nos ex contractu filiorum, vel seruorum.

b Amplissimi ordinis decretum, idest, senatusconsultū Macedonianum: quod inhibet repetitionem eius pecuniæ, quæ data est filio familias, nisi data sit filiorum causa, vel militiæ, vel simili ratione: alias idcirco ab his mutuæ pecuniæ repetitio inhibetur, quia in hoc toties coacti à creditoribus vitæ parentum insidiabantur.

¶ DE NOXALIbus actionibus.

¶ DE PAVPERIE.

c Quæ dicta sunt de seruo, & bruto animali.

¶ DE INTERDICTIS.

Vi

qua quidem actione potest agere is, cuius interest, vt exhibeatur ex aliqua probabili causa. Item sciendum, quòd quædam actiones sunt rei persecutoriæ tantum, quædam pœnæ tantum, quædam rei, & pœnæ, quæ mistæ vocantur. Rei persecutoriæ sunt omnes actiones in rem, item in personam, omnes ex cōtractu, vel quasi contractu, præter actionem depositi, quæ competit eo nomine, cuius depositum est. Tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa contra inficiantem. Ex maleficio vero quædam pœnæ tantum sunt persecutoriæ, quædam mistæ. Pœnam tantum consequitur, quia actione [a] furti, iniuriarum, quòd metus causa, intra annum. Item de eo, quod suspensum; positumve est, quod vulgo iter facientibus nocere possit. Pœnam verò, & rem consequitur actione vi bonorū raptorum, damni iniuriæ, & alijs multis. Rem tantum consequitur veluti condictione furtiua.

¶ OFFICIVM IVDICIS est id, quod venit [1] † in vnaquaque actione exequi. Itē compensationes admittere, prçter quam in actionibus in rem, cum de ipsa re est controuersia. Item in bonæ fidei iudicijs, si pecunia est ex mora, in vsuras condemnare. Nonnunquam ipsum petentem ad taxationem rei, quæ petitur cum iureiurando admittere. Et generaliter quicquid alterum alteri ex bono, & æquo debere viderit, in id debet eum condemnare.

1 † §. præterea. Inst. de actionibus.

¶ ITEM SCIENDVM de actionibus, quod non solum conuenimur quandoque ex nostro contractu, vel eius, cui successimus, sed ex alieno, veluti ex contractu eorum, quos habemus in potestate; [2] † idest, filiorum, vel seruorum, ita demum quis ob eorum contractum in nos agere poterit, si vel iussu nostro contractum est, aut in rem nostram versum est, aut si eos tabernæ, vel alicui negotiationi prçposuerimus: aut si eos nauis exercitores fecerimus, aut peculium aliquod habere dignoscuntur actione, quòd iussu agitur, cum nostro iussu aliquis negotium cum his, quos in ptāte homines gestum est: & hac actione actor solidum consequetur. De in rem verso actione agitur, cum quòd gestum est cum prædictis personis, in rem nostrā versum est: veluti si seruo meo Titius mutuo x. dederit, & seruus omnes, vel partem eorum in vtilitatem meam vertit, & hoc iudicio, id solū, quod actor in rem nostrā versum esse probabit, consequetur. Institoria agit, qui cum seruo, vel filio contraxit, quem tabernæ, vel alicui negotiationi præposueramus, eius rei gratia, cui præpositus fuerit. Exercitoria agit, qui aliquod negotium gessit cum eo, quem naui præposueramus eius rei gratia, cui præerat. De peculio agit omnis, qui contraxit cum his, quos in ptāte habemus, cum ipsi aliquod peculium habere dignoscuntur. Peculium autem est patrimonium personæ in ptāte constitutæ. Ita demum quis de peculio aget, si contra decretum amplissimi [b] ordinis, mutuo pecunia data sit. Tunc enim creditor ad petendum nullam actionem habebit. hac autem actione tantum quis consequetur, quantum in peculio est, deducto hoc, quod patri, dominove debetur: quòd si nihil sit in peculio, hac actione nihil consequetur. Est & alia actio, quæ datur in nos ex contractu filij, vel serui, quæ tributoria appellatur. Hæc autem actio tunc locum habet, cum seruus, vel filius negotiatur in merce peculiari, & eius rei causa, cū eo aliquod negotium gestum est. Hac aūt actione [3] † pater, vel dominus non deducet id quod sibi debetur, sed cum omnibus creditoribus æquam condictionem habebit.

2 † l. 1. D. quod iussu.

3 † l. peculium autē. D. de pec.

¶ EX MALEFICIO autem filiorum familias in parentes nulla datur actio, sed ipsi suo nomine conueniuntur. Ex seruorum verò dantur actiones in dominos, quæ noxales appellantur. Est autem noxa, [4] † ipsum animal, quod nocuit: noxia verò ipsum maleficium vocatur: tamen quandoq; & ipsum maleficium noxa dicitur. hoc autem iudicio ita dominus damnatur, vt vel ipsum maleficium, veluti furtum rapinā, damnum, iniuriam ita emendet, ac si liber homo fecisset, vel seruum ipsum noxç dedat. Illud [5] † intelligendum est, si animal alicuius, velut equus, asinus, mulus, canis pauperiem faciat.

4 † §. 1. Insti. de nox. act. l. 1. D. si quadru. paup.

5 † Idē, & rectius.

¶ EST AVTEM PAVPERIES damnum sine iniuria facientis datum. [6] † Nec enim potest dici iniuriam fecisse, qui sensu caret. Ita autem actio de pauperie locum habet, si contra naturam aliquo seruore, aut feritate damnum datum sit. Hæc autem [c] toties tenenda sunt, quoties nec seruus domini iussu, vel voluntate damnum dederit, aut animal alicuius instigatu [7] † pauperiem fecerit. tunc enim & directo dominus suo nomine tenebitur, & is, cuius instigatu damnum datum est, in solidum emendare cogitur.

6 † Insti. si quad. pau. in prin.

7 † d. l. 1. §. sed & si instigatu.

¶ SVPEREST, vt videamus de interdictis. Sunt autem interdicta, [8] † formulæ, & conceptiones

8 † Insti. e. in prin.

a Vi possidet, q aliū ui expulit; clam possidet, qui sciens rem alienā, insciente domino, timens cōtrouersiam futuram, latenter possidet. Precario, qui precibus impetrauit possessionem, veluti colonus. hi omnes interdicto unde ui, agere non possunt.

b Carboniano interdicto cautum est, ut si pupillo patri uolenti succedere, generis controuersia moueatur, ueluti si dicatur non esse filius defuncti, ut hęc quæstio usque ad pubertatis annos differatur, & interim pupillus possessionē rerum hæreditariarum habeat, & unde ei alimenta præbeantur.

c Differunt tamen hæc duo interdicta, quia uti possidetis, locum habet in rebus immobilib. utrobi uero in mobilib.

¶ DE EXCEPTIONIBUS.

d Modi soluendæ actionis superius dicti sunt.

¶ DE PVBL. IVD.

¶ DE POENIS.

Si ca

1† l. 1. D. eo.

2† §. sequens. Inst. de actionibus.

3† §. in honorarijs. ff. de obli. & act. & Inst. de perpe. & tem. act.

ceptiones verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat. Interdictorum [1]† autem alia sunt exhibitoria, alia prohibitoria, alia restitutoria. Exhibitoria sunt, veluti de libero homine exhibendo, vel de liberis exhibendis. Prohibitoria sunt, veluti interdictum, per quod prætor prohibet fieri vim sine vitio possidenti. Item ne quid fiat in loco sacro, vel religioso, quo ius loci lædatur. Item ne quid fiat in flumine publico, vel eius ripa, quo peius nauigetur. Restitutorium est, veluti interdictum vnde vi, quod competit ei, qui vi de possessione eiectus est, cum [a] nec vi, nec clam, nec precario, ab aduersario possidebat. Item interdictorum, alia sunt [2]† comparata gratia adipiscendæ possessionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. Causa adipiscendæ possessionis sunt comparata interdicta: veluti, Quorum bonorum, quod competit eis, qui iure prætorio hæredes existunt ad petendam hæreditatem. Item, Quorum legatorum, quod competit legatarijs ad legatorum possessionem adipiscendam. Item Carbonianum edictum, [b] quod causa adipiscendæ possessionis introductum est, quod competit puero ad hæreditarias res possidendas, quousque discernatur, an filius defuncti sit, qui toties locum habet, quoties de partu dubitatur. Retinendæ possessionis causa, comparata sunt interdicta, [c] Vti possidetis, & Vtrobi: quæ tunc dantur, cum vterque se possidere contendunt, per quod inquiritur, quis maiore parte eius anni nec clam, nec vi, aut precario ab aduersario possederit. Restituendæ possessionis causa comparatum est interdictum, Vnde vi, quod ei competit, qui de possessione vi expulsus est intra annum vtilem: vtilis annus est, intra quem copia experiundi fuit. In hoc interdicto nihil aliud quæritur, nisi si possessor, qui vi expulsus est, ab eo qui expulit, nec vi, nec clam, nec precario possidebat. Et notandum, quòd tam interdicta, quam etiam omnes actiones prætoriæ, si in rem sunt, perpetuæ sunt: si in personam, anno [3]† terminantur. Omnes verò actiones, vel interdicta ita demum locum habent, nisi vel ipso iure sublatæ sint, vel præscriptione remoueantur: vel exceptione elidantur. Quomodo autem ipso iure tollantur vel præscriptione remoueantur, superius dictum est. Nunc verò videndum, quomodo exceptione inefficaces ostendantur.

¶ EST AVTEM EXCEPTIO,[d] contra actionem, ipso iure tenentem, gratia eius, cum quo agit, ex æquitate inducta defensio, veluti hæ [4]† Doli mali, Quod metus causa, Pacti conuenti, Iurisiurandi, Rei iudicatæ, Non numeratæ dotis, Non numeratæ pecuniæ. hæ autem exceptiones tunc locum habent, cum is, qui conuenitur iure quidem stricto tenetur actione; sed ei contra ius strictum aliqua prædictarum causarum interueniente ex æquitate succurritur. Si enim non tenet actio, nullo modo locum habet exceptio. tenet verò actio donec certus modus eius soluendæ interuenit. Itaque si alicui nouum per stipulationem promisero: posteaque, ne à me petat, cum eo conuenero, uel mihi, eo deferente, iusiusandū non me sibi eadem debere iurauero: vel si iudicatum erit, me sibi decem non debere, vel si dolo id fecit, vt ego promitterem, vel metu ad promittendum me coegit; vel si ideo promisi quòd mihi eum numeraturum putaui, licet stricto iure eius contra me ex stipulatu actio teneat. Hæc enim, [5]† non nisi solutione, vel acceptilatione tolli potest: tamen petentem exceptione pacti conuenti, vel iurisiurandi, aut iudicati, aut doli, aut metus, vel non numeratæ pecuniæ, summouebo.

¶ CRIMINALIS CAVSA EST, cum crimen aliquod intentatur: vnde non pecuniarium commodum, sed vindicta personæ speratur. hæc verò non per actionem exercetur, sed per accusationem, & solennem [6]† inscriptionē. Is enim, qui aliquem accusare vult, conficere debet libellum accusationis, in quo & crimen contineat, [7]† & locum, & tempus, & diem, & nomen accusati, & quo consule factum esse ostendat, & ad iudicem deferre. In publico autem crimine cuilibet ex [8]† populo accusandi potestas datur: vnde & publica dicuntur, quasi populica, dum aliqua speciali ratione non prohibeatur. [9]† Prohibentur autem serui, liberti, contra patronos (nisi in crimine maiestatis) parentes, liberi, mulier, miles, nisi in sua causa, suorumque. Item publico crimine accusatus prohibetur alium accusare, donec se [10]† expurget. Item impuberes, & qui sensu carent. Item de adulterio accusatio contra mulierem, marito primitus, & postea propinquis defertur. Item de homicidio prius hæredibus interfecti, postea cuilibet accusatio defertur.

¶ ITEM IN PVBLICO Iudicio tria genera pœnarum consideranda [11]† sunt. Summum

4† a titulo de exceptionib. ad titulum de oblig. & act.

5† Inst. quib. mod. tol. obl.

6† Inst. de pub. iudi. prin.

7† l. libellorum. D. de accusationib.

8† Inst. de pub. iudi. prin.

9† l. qui accusare. & l. seq. D. de accu.

10† l. negandi. C. qui accusa. non poss.

11† l. aut damnum. D. de poe.

mum

a ¶ Sica, est ferreus culter: ponitur tamen pro quolibet gladio.

b ¶ Item eadem puniuntur magi, aruspices, augures, qui nocturna dæmonum sacrificia celebrant: & per incantationes dęmones inuocant, consuluntve, tempestatesque emittunt, quique homines immolant: hi autem bestijs subijciantur, aut viui vrantur, aut capite puniantur.

c ¶ Suffragia dicuntur voces acclamantium in turba.

¶ DE

mum genus est suspensio, crematio, decollatio, bestiarum subiectio. Medium genus pœnæ metallum, ludus, deportatio. Minimum relegatio, exilium, publica vincula. Omnes autem pœnæ tam publicorum iudiciorum, quàm & priuatorum molliendæ sunt, non [1] † exacerbandæ: beneficia verò exaggeranda sunt, & ideo pœnæ ad exemplum trahendæ non sunt. Sunt autem publica iudicia hæc, lex Iulia, quæ adulteros, punit capite. Item de stupro, quæ tutorem, qui pupillæ [2] † virginitatem corruperit, in exilium damnat, & res eius fisco deputat. Eadem lege punitur capite ea, quæ seruo proprio [3] † occultè se miscuerit, seruus etiam viuus igni traditur, & huius criminis accusatio etiam seruis conceditur. Item capite punientur ex sententia eiusdem legis masculorum concubitores.[4] † Lex Cornelia[5] † testamentaria quæ punit eum, qui testamentum, quive aliud instrumentum dolo malo conscripserit, recitauerit, subiecerit, amouerit, deleuerit, commutauerit, qui vt sigillum adulterinum fecerit, impresserit; quive falsam monetam, vel adulterinam fecerit; qui falsum testimonium dixerit; qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum, aliquid acceperit, dederitve; quive iudicem, vt sententiam ferat, vel non ferat, corruperit, corrũpive curauerit; qui ob sententiam dicendam vel non dicendam acceperit; honestiores personas quidem deportatione, & publicatione bonorũ: humiliores, aut in metallum, aut fortè suspensione. Serui autem post commissum, manumissi capite puniuntur. Itẽ lex Cornelia de sicarijs,[a] & veneficis,[b] quæ pœnam infligit his, qui hominem occiderint, vel eius rei faciendæ causa furtiuè cum telo fuerint; & qui venenum hominis necandi causa habuerint, vẽdiderint, parauerint, qui falsum testimonium dixerint; ob quod quis mortuus fuerit, mortisve causas parauerint. si quidem honestiores sint personæ, capite puniuntur aut in insulas deportantur.[6] † Humiliores verò aut furcis [7] † suspenduntur, aut bestijs subijciuntur. Itẽ lex Pompeia[8] † de parricidijs, quæ punit eos, qui patrem, matremve, aut aliquem ascendentem; filium, filiamve, aut aliquem de descendentibus; fratrem, sororemve, vel alium propinquũ occiderint. Hi enim immissi culeo, cum gallo gallinaceo, item simia, aut vipera, in vicinum marè, aut amnem (prout qualitas regionis tulerit) proijciantur. Item lex Fabia de plagiarijs.

1 † l.pen. D. de pæn.
2 † §. item lex Iulia. Inst. de publ. iud.
3 † l. vnica C. de muli. quæ seruis prop.
4 † l. cum vir. C. de adul.
5 † l. i. ij. vij. ix. D. de fal.
6 † l. i. D. de sica.
7 † l. i. D. de parric.
8 † l. unica, C. de ijs, q. par.

Plagium est liberi hominis furtum, quæ capite punit eos qui liberos alienos furantur. Item lex Iulia repetundarum, quæ iubet, vt iudices post depositam administrationem per [9] † quinquaginta dies in eadem prouincia morentur: & si inuenti fuerint furtis, aut sceleribus se commaculasse, omni honore exuti, inter infames habeantur. Item [10] † lex Iulia de vi publica, seu priuata, qua honestiores tertia parte bonorum amissa, relegantur. Humiles in metallum damnantur. Item lex Iulia peculatus,[11] † qua capite punitur, qui publicam pecuniam furatus, in suos usus conuertit. Est autem peculatus, furtum publicę pecuniæ. Item lex[12] † Iulia maiestatis, quæ pœnam infligit his, qui arma contra Imperatorem, vel rempublicam mouerint; cuiusve ope, vel consilio mota sunt, exercitusve in insidias deductus est; quive sine iussu Imperatoris bellum mouerit, exercitumve conduxerit, solicitauerit, comparauerit. huius quidem pœna, humiliores bestijs subiiciuntur, aut viui vruntur. Honestiores verò capite puniuntur, ac post mortem memoria eorum damnatur. Item lex Iulia de ambitu,[13] qua in insulam deportatur, qui turbam suffragiorum[c] causa conduxerit, vt aut consulatum, vel aliquam dignitatem adipisceretur; aliquid alicui dederit, vel promiserit. Itẽ publicum crimen est raptus, quo crimine puniuntur capitali sententia, qui virginem,[14] † seu viduam, vel quamlibet mulierem raptum sibi, vel alii in matrimonio, vel contubernio sociare voluerint; quive etiam ad huius factum assensum, & consilium, opemve præbuerint. Eadem puniuntur, qui virgines, vel viduas sacras, causa iungendi in matrimonio non[15] † dicam rapere, sed tantum fuerint ausi attentare. Item publico crimine, si vilior persona est, fustibus cæditur, si quis latronem,[16] † vel in publico crimine reum in domo sua occultauerit, aut Iudici tradere neglexerit. si verò honestior sit persona, iudicis arbitrio damnum patietur. Item æstimatione iudicis punientur, qui seditionem[17] † audent commouere. Item fustibus cæditur, qui iniuriam publico iudicio fecisse conuincitur. Itẽ [18] † qui sacrilegium faciunt, vel deportantur ad tempus honestiores, vel humiles in metallum damnantur. Item qui terminos [19] † effodiunt, vel exarant, vel aliò in alicuius fraudem commutant; si quidem serui fuerint, in metallum damnantur; si verò humiliores personæ, in opus publicum: honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum, relegantur, & damnum soluere coguntur. In omnibus autem publicis criminibus non solum is tenetur, qui facit, sed etiam qui faciendum mandat,[20] † cuiusve etiam consilio facta sunt. Item publico crimine damnatur qui se periurasse conuincitur, qui vltimo supplicio ferietur.

9 † auth. vt iudici. sine quoquo suffr.
10 † §. item lex Iulia. Inst. de publ. iudic.
11 † l. i. D. ad le. Iul. pec.
12 † l. i. & toto tit. D. ad le. Iul. maie.
13 † l. i. D. ad leg. Iul. de ambi.
14 † l. vnica. C. de rap. virg.
15 † l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle.
16 † l. i. C. de ijs, qui latro.
17 † l. i. C. de seditio.
18 † l. iij. & ix. D. de pecula.
19 † l. i. C. de accus.
20 † l. non ideo minus. C. de accus.

¶ DE BONIS DAMnatorum.
¶ DE SENTENtijs, & prouocationibus.
a ¶ Excepta episcopali sententia: quæ & sine scriptis proferri potest: nisi partes, vt in scriptis proferatur, desiderauerint. hinc datur executioni, quandoiudex facit eã impleri.
b ¶ Præfecti prætorio tantum tres erant, unus in urbe, duo extrà
¶ QVI PROVOcare non possunt.
¶ INTRA QVOD tempus omnis prouocatio fieri debeat.
¶ DE CALVMniatoribus.

1 † auth. bona damnatorũ. C. de bo. proscri. & §. oportet. i Aut. de manda. princ. coll. iij.

¶ BONA AVTEM capite damnatorum, non vt olim ad lucrum præsidis pertinere debent, sed ab intestato [1] † venientibus restitui oportet. Et hæc nos summatim de publicis iudicijs dixisse, sufficiat. Alioquin in libris Digestorum seu Pandectarum diligentior disciplina paratur.

¶ NVNC DE SENTENtijs, & prouocationibus consideremus. Omnis sententia definitiua, & certam rem, vel quantitatem continere, & in scriptis [2] proferri debet. Alioquin nullas vires habebit, nec ab ea prouocandum est. Iure vero sententia data, executioni mandanda est, nisi ab ea prouocetur. Prouocatione verò sententia suspensa, executio differenda est. Prouocare autem potest quis, non solum in ciuili causa, sed etiam in criminali. Item contra omnem sententiam appellari potest, nisi is, qui sententiam dedit, sit præfectus [2] † prætorio: [b] tunc enim non prouocatio, sed retractatio locum habet. Item omnis prouocatio intra x. dies à die latæ sententiæ fieri debet, posteà non admittitur Quod autem contra omnium iudicum sententias possit appellari, Iustiniani Imperatoris nouella constitutio ostendit, titulo de appellationibus; & intra quæ tempora, &c. Omnes iudices porrectas apellationes suscipiant, nisi sit [3] † præfectus prætorio. Quòd autem intra decem dies quis possit appellare, eius noua constitutio præcipit, dicens, Omnis prouocatio siue per se, siue per alium quis velit prouocare, intra decem dies porrigatur, quos numerari constitutio [4] † præcipit ex ea die, qua definitiua sententia recitata est.

2 † l. à proconsulibus. C. de appel.

3 † in fin. princip.

4 † i Auth. de appel. & intra q̃ tẽp in uer. & sancimus.

¶ QVI AVTEM ex contumacia absunt, condemnati prouocare non possunt. Item qui in aliquo negotio bis victus appellauit, tertiò appellare non poterit. Ait enim prædicti Imperatoris noua constitutio, [5] † Prouocationes damnato non denegentur, nisi fortè ter appellare quis malueri. Nam & tertia prouocatio interdicta est. Sed nec contumaces appellare possunt.

5 † l. unica. C. ne lice. in vna, eodemq; causa.

¶ LEGITIMA AVTEM prouocatione iudices intra statutos x. dies eam recipere non recusent. & xxx. dies postquàm prouocatio subsecuta est, literas dimissorias, quæ vulgo apostoli nominantur, & etiam acta negotij apud se confecta, [6] † dare non differant. Qui si non fecerint, calculus quidem temporis transactione minimè confirmabitur. Ipse verò Iudex, & qui ministerium ei præbent, omne damnum, quod ex hac causa reus passus est, reddere cogatur, & denas libras [7] † auri, priuatis largitionibus Imperatori pœnæ nomine exoluat. hoc etiam obseruandum in omnibus [8] † prouocationibus, vt appellationes factæ intra statutum tempus; si quidem vtraque pars præsens fuerit, iudex, qui de appellatione cognoscit, sine dilatione, quæ acta sunt perscrutetur, & legitimum calculum proferat. Quòd si solus appellator intrauerit vsque ad vltimum fatalem diem, id est, vsque ad finem biennij lis differatur: quo elapso iudex legitimam sententiam dicat. Quòd si solus victor intrauerit, non solum vltimum fatalem diem, sed & tres menses, [9] † idem tempus reparationis expectet. Quòd si etiam tunc non venerit, nullatenus biennalis præscripto opponatur, sed acta considerentur, & secundum quod rectum Iudex inuenerit, sententiam ferat: & generaliter semel appellatione introducta ab vna parte, vel ab utraque, non biennalis temporis transactio, sed rei veritas priorem calculum confirmet, siue vna parte præsente, altera absente, siue vtraque præsente. Ex hoc sciendum, quòd si is; qui appellat, absens fuerit, siue vincat, siue vincatur impensas [10] † soluere cogitur. Si autem & calumniator esse conuincetur, in quadruplum eas exoluet, & perpetuæ infamiæ sub iacebit.

6 † l. Iudici 6. §. de ap.

7 † l. quoniam iudi. ces. C. eo.

8 † l. eu qui. C. eo.

9 † l. ij. C. de temp. appel.

10 † L. ii. C. de appel.

¶ EST AVTEM CALVMNIATOR, qui sciens litem ad se non pertinere, aduersarij vexandi gratia, litem mouit. Ad quos autem iudices appellare liceat, dicere necessarium non duximus; eo quòd ij, quos lex nominat, apud nos non habentur. Hoc tamen sciendum, quòd si datus iudex sententiam dederit, ad eũ, qui dederit, esse [11] † appellandum. Ab arbitrio autem, tantum communium partium consensu [12] † electo, prouocandum non esse, tam diui principes, quam etiam Iurisconsulti voluere.

11 † L. i. C. qui pos. in.

12 † L. i. C. de arbi.

F I N I S.

ἡ ἀρετὴ τῶν πρόνων κρίσική.

CAII

CAII INSTITVTIONVM LIBRI DVO.

Quorum prior de personis, posterior de rebus.

Tituli Libri Prioris.

De statu hominum.
De numero seruorum testamento manumittendorum.
De iure personarum.
De matrimonijs.
De adoptionibus.
Quibus modis filij exeant a potestate patris.
De tutelis.
De curatione.[1]†

1† curatoribus.

De statu hominum. Tit. I

OMNES HOMINES aut liberi sunt, aut serui: sed ex ipsis, qui liberi sunt, alii sūt ingenui, alii libertini. Ingenui, qui ingenui nati sunt. Libertini, qui iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum verò ideo non vnus est; quia tria sunt genera libertorum: [2] †quia liberti aut ciues Romani sunt aut Latini, aut Dedititii. tamē qui ciues Romani sint, qui Latini, breuiter explanandum est. ¶Ciues Romani sūt, qui iis tribus modis, id est, testamento, aut in ecclesia, [3] †aut ante Consulē fuerint manummissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuii adhibitione manumittuntur. Dedititii [4] † verò sunt qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publice pro criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore quęcūque indicia aut igne, aut fero impressa sunt: & ita impressa sunt, vt deleri non possunt, ii, si manumissi fuerint, Dedititii appellantur. Sed intra hęc tria genera libertorum [5] †ideo ciues Romani meliorem statum habent; quia & testamenta facere, & ex testamento quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dedititii nec testamenta condere, nec sibi ex testamēto aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare: tamen Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum Libertorū consequi possunt. Dedititij verò nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum Libertorum[6]† beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, [7]†aut ante Consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cuius sublātia a creditoribus teneatur obnoxia, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet. Aut si Libertus ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non valebit. Preterea minor [8]† quicunque viginti annorum dominus seruo suo libertatem dare non potest, nisi fortè tantū minor manumissor, cui pater suus, & mater a patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut per tè pædagogum, aut conlactaneum manumittat. Nam quamuis dominus, id est, quatuordecim annos egressus testamētum facere possit, & hæredem instituere, & legata relinquere; libertatem tamen seruis non potest in hac ætate conferre.[9]†

2† libertatum.
3† Censu. sic Vlpianus in epito. ti. 1.
4† Vlpia. titu. i.
5† libertatum.
6† ordinis beneficio.
7† Censu.
8† Vlpia. epito. tit. i.
9† Vetante lege Aelea Sentia.

De numero seruorum testamento manumittendorum. Tit. II.

Constitutum est, [10] †quantum seruorum numerū testamento, de quanta familia liceat manumitti, hoc ordine. Vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. Qui verò tres, duos testamento manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, decē, & quinque, decē & sex, decē & septē, similiter quinque. Qui decē, & octo, & sex. Et ab hoc numero usque ad triginta tertiā partē manumittere liceat. Qui amplius quàm triginta habuerit, vsq; ad centū quartā partē de numero seruorum manumittere potest. Qui verò plures, quā centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, ut de qualibet grandi familia nulli amplius, quam centum testamento manumittere liceat. Nam qui voluerit aut in Ecclesia, [11] †aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest iis manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si aliquis testamanto plures manumittere voluerit, quàm continet numerus suprascriptus, ordo seruadus est. Vt illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, vsque ad illum numerum, quem explanatio cōtinet superius comprehensa. Qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integrè in seruitute eos decretū est permanere. Quòd si non nominatim serui, vel ancillę in testamento manumittantur, sed confusè omnes seruos suos, & ancillas is, qui testamētū facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine

10† Lege Furia Caninia epit. Vlpia. ti. i.
11† Censu

manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, idest in circulo, vt qui prior, qui posterior nominatus sit, possit agnosci, nulli ex iis libertatem valere manifestum est: si agnosci non potest qui prior, qui posterior manumissus fuerit. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem huius legis facere voluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscunque aliis rebus seruis suis pluribus, quàm per testamentum licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, iis, qui prius manumissi fuerunt vsque ad numerum superius constitutum,¹ †liberi erunt. Qui verò post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. Nam si in coloniis quoscunque diuerso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

1† comprehensam.

De iure personarum. Tit. III.

ALiquæ personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostenditur, quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tùc euidenter agnoscitur, quæ sui iuris sint. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere, certum est. sed si distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi² † tantum seruos suos domini licentiam non habebunt, nisi fortè seruus, dum pro culpæ modo cæditur, casu forsitã moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admiserit, iis iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, vt pro suo crimine publicè puniatur. In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

‡2 tamen

De matrimoniis. Tit. IIII.

LEgitimæ sunt nuptiæ, si Romanus Romanã nuptiis interuenientibus, vel consensu ducat vxorem. Sed non omnes personas vxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auiam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est, adfiliatis, iussum est obseruari. Nã si p̃ emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas. Inter fratrem quoque, & sororem, siue eodem patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus, aut patribus matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi fortè adoptio emancipatione fuerit dissoluta. Nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licitè contrahuntur. Fratris quoque, & sororis filiam vxorem ducere non licet. Sororem quoque patris, ac matris vxores accipere non licet. Genero quoque socrum suam, nec socero nurum vxorem accipere licet: neque vitrico priuignam, neq; priuigno nouercam. Fratres etiam amitinos, vel consobrinos matrimonio iungi, nulla ratione permittitur. Sed nec vni viro duas sorores vxores habere, nec mulieri duobus fratribus iungi permittitur: quia si quis incestas, uel nefarias, id est, quæ sunt superius compræhensæ, nuptias inierit, nec vxorem habere videtur, nec filios. Nam iĳ, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, licet videantur habere, patrem verò nullatenus habere censentur, & tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur, qui Spurii appellantur. hoc est, sine patre filii. Regula iuris hoc continet, vt qui legitimè concipiuntur, tempore conceptionis statum sumat. Qui verò non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiam si mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille, qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur. Nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur. Si verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, seruus nascetur: quia non legitime, sed vulgò conceptus est.

Spurij.

De Adoptionibus. Tit. V.

ADoptio naturæ simillima adeò est, vt aliquis filium habere possit, quem non generauit. Et ipsa adoptio duobus modis fit. Vna, quæ arrogatio dicitur, alia, quæ adoptio. Arrogatio est, quando quis patrem non habens adoptatur, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo arrogatio dicitur: quia & ille, qui adoptat, interrogatur, vtrum illum, quem adoptat, filium habere velit: & ille, qui adoptatur, interrogatur, vtrum id fieri velit. Illa verò alia adoptio est, vbi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur. Et ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate. Nam & fœminæ adoptari possunt, vt loco filiarum adoptiuis patribus habeantur: fœminæ verò adoptare non possunt: quia nec filios ex se natos in potestate habent. Spadones autem, qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptauerunt, filios habere tamẽ possunt. Si quis verò filios habens se dederit

Arrogatio

Adoptio

adoptandum,

adoptandum, non solum ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filii eius. si tamen auum paternum non habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

Quibus modis filij exeunt è potestate patris. Tit. VI.

FIlii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre, sui iuris fiunt. Sed si hic filius. qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, qui in eius post patris sui obitum erunt filii potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest. quia in aui remanet potestate, qui, auo mortuo, sui iuris efficiuntur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi, & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem nō veniunt. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exilium missus fuerit: quia nō potest filium ciuem Romanum in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Item filius si viuo patre in exilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romanus esse non potest: quia similiter peregrinę cōditionis factus esse agnoscitur. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate quandiu apud hostes fuerit, filios nō habebit.[1] † Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminii omnem sicuti in aliis rebus, ita & filios recipit in potestatem. Si verò pater, qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tēpore, quo ab hostibus captus est, filii sui iuris effecti intelliguntur. Item per emancipationem filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Emācipatio autem, hoc est manus traditio, quædam similitudo venditionis est: quia & in emancipationibus præter illū, hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri emancipat, hoc est, manu tradit, a quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos nummos, quasi in similitudinem pretii, accipit; & iterum eum, acceptis nummis, fiducario patri mancipat, ac tradit. Et sic de patris potestate exit. Quæ tamen emancipatio solebat añ Pręsidem fieri, modo añ Curiam facienda est, vbi quinque testes ciues Romani in præsentia erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus[2] † appellatur alii duo, vt septē testiū numerus impleatur. Tamen cum tertiò mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patre mancipetur, & a naturali patre manumittatur: vt si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Fœminæ, vel nepotes masculi ex filio, vna emancipatione de patris, vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et ij ipsi quamlibet vna emancipatione de patris, vel aui potestate exeunt, nisi à patre remancipati fuerint, & a naturali patre manummissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt. Nam si remancipatum sibi naturalis pater, vel auus manumiserit, ipse eis in hęreditate succedit. Quod si habeat quis filium, & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio ei s est, vt si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed de pronepotibus similiter facere potuit.

1 † *Quod.*

Emancipatio.

2 † *Antestari, Budaeo teste, est carere in testem.*

De tutelis. Tit. VII.

TVtores aut legitimi sunt, aut testamentarii. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitate coniunguntur, & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is, qui proximus fuerit ad hæreditatem, ipse proximus est ad tutelam. Testamētarii sunt, quos patres, aut aui paterni in testamēto suo tutores filiis, aut nepotibus dederint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit nec legitimus, tunc inquisitione Iudicis pupillis tutores dantur.

De Curationibus. Tit. VIII.

PEractis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sūnt minores ætate, maiores euersores, insani. Ij qui minores sūt, vsque ad viginti, & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui verò euersores,[3] aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

Institutionum Caij Libri prioris, de personis

F I N I S.

CAII INSTITVTIONVM LIBER POSTERIOR, DE REBVS.

Tituli Libri Posterioris.

De rerum diuisione.
De testamentis.
De exheredatione liberorum.
De substitutionibus, & secundis tabulis.
De Legatis.
De Lege Falcidia.
De Fideicommissis.
De [1] †Intestatorum hæredibus.
De obligationibus.
Quibus modis obligatio tollatur.
De obligationibus ex delicto.

1 † hæreditatibus.

Caius superiore Commentario de Iure personarum disputauit, hoc Commentario de Rebus tractat.

De rerum diuisione. Tit. I.

OMnes itaque res aut [1] nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt ecclesiæ, idest, templa Dei, ac patrimonia, ac substantiæ, quæ ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt, muri, forum, portæ, theatra, circus, arena, quæ antiquitus sancta appellata fuerunt, pro eo quòd exinde tolli aliquid, aut contingi nô liceret. sed hæc omnia in nullius bonis esse videntur: ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hæreditariæ, antè quàm aliquis hæres existat, id est, quandiu dubitatur, utrum scriptus, aut legitimus hęres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur. Præterea quædam res corporales sunt, quędam incorporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt, uelut ager, mancipium, uestis, aurum, argentû, & ijs similia. Incorporales sunt, quæ tâgi non possunt: qualia sunt ea, quæ non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hæreditas, & obligationes de diuersis contractibus scriptæ. Et licet hæreditas, vel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant: ius tamen ipsius hæreditatis, uel emptionis, aliorumq; contractuû incorporale est. Incorporalia etiâ sunt iura prædiorû vrbanorû, vel rusticorû: Prædiorum vrbanorû iura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ, [2] † & luminû, vt si ita quis fabricet, vt vicinæ domui lumen non tollat. Prędiorum verò rusticorû iura sunt, via, vel iter, per quod pecus, aut animalia debêt ambulare, vel ad aquam duci, & aquæductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hæc iura tamê rusticorum prædiorum seruitutes appellantur. Item regulariter constitutum est, vt superposita inferioribus cedant: vt si quis in solo nostro sine nostro permissu domum ædificauerit, ad eum, cuius terra est, domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas vel plantas quascunq; posuerit: similiter superficii [3] † solo cedat. Vel si in campo seminauerit, omnia hæc, quæ in terram alienam iactantur, domino terræ acquiruntur. Quod [4] † de chartis & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis, vel argenteis, literis similiter eius est scriptura, cuius charta, aut pergamena fuerit. Quod & de tabellis, hoc est, si aliquis in tabella mea picturam fecerit, obseruetur: quia statutum est, ut tabellæ pictura cedat. Quòd si quis ex vuis meis, vinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius vinum, triticû, vel oleum est, cuius spicæ aut vuæ aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcunque ad vsum pertinens, fecerit, simili ratione eius erunt, quæ facta fuerint: de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam, si ex lana, vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana, vel linum fuisse probabitur. Similiter etiam si ijs omnibus superius comprehêsis quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificauerit, aut horum, quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis, qui aliena præsumpserunt, hoc competit, vt expensas, vel impendia, quæ in iis fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint. Acquiritur autem nobis non solû per nosmetipsos, sed & per eos, qui in potestate nostra sunt, sicut filii, vel serui, [5] † ita ut quicquid ijs, a qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, aut hæredes fuerint instituti, [6] † idem parentibus, & dominis sine aliqua dubitatione adquiritur, præter eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permissum est. Ij verò serui, qui in vsufructu nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantum vsufructuario acquirere possunt quod opere, aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. nam si eis aut hæreditas, aut legatum relinquatur, aut donatione aliquid conferatur, hoc proprietatis domino, non vsufructuario acquiritur.

Iura prædiorum.

2 † aut.

Seruitutes.

3 † [illegible] superficies.

4 † quod ad chartas, & membranas adtinet.

5 † quis.

6 † id.

De Testamentis. Tit. II.

PEr vniuersitatem, hoc est, omnia simul bona acquirimus hæreditate, emptione, adoptione; quia is quem adoptauerimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit: Id quoque constitutum est, ut non omnibus liceat

1 † sed. liceat facere testamentum. Sicuti ij sunt, qui sui iuris non sunt, [1] † & alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filii tam ex nobis nati, quàm adoptiui. Item testamenta facere non possunt impuberes id est, minores XIIII. annorum, aut puellæ XII. Item & ii, qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed ij, qui insani sunt, si interualla ipsius insaniç habēt, per interualla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

De exhæredatione liberorum. Tit. III.

IS, qui filium suum in potestate habet, curam agere debet, vt testamentum faciens, masculum filium, aut nominatim hæredem instituat, aut nominatim exhæredet. Nam si masculum filium in testamento præterierit non valet testamentum: si verò filiam præterierit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suam sicut alii fratres, consequitur portionem. Si verò testamento extranei hæredes scripti fuerint, stante testamento, filia medietatem hæreditatis acquirit. Nam si facto testamento, in quo filius masculus prætermissus est, euenerit, vt, viuente adhuc patre, filius qui prætermissus est, moriatur, sic quoq; quomodo filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est, non valebit. Posthumorum autem duo genera sunt. quia Posthumi appellantur ij, qui post patris mortem de uxore nati fuerint, & illi, qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is, qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit; Quicunq; filius, aut filia mihi natus, natave fuerit, hæres mihi sit. aut certè dicat, exhæres sit: ualere eius non potest testamentum: quia sicut superius iam dictum est, legitimè concepti pro natis habentur, nisi quòd melior conditio est posthumæ, quàm natæ: quia nata si prætermissa fuerit, non rumpit testamentum: posthuma verò, sicut masculus testamentum rumpit. Si quis post factum testamentum adoptauerit apud populum illum, qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet, aut apud Prætorem illum adoptauerit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentum. Posteriore quoque testamento quod iure factum est, id quod iure factum ante fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento, hæres scriptus, aut ante aditionem hæreditatis moriatur, aut uiuo testatore, defecerit, aut conditio possibilis, sub qua hæres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, intestatus mori uidetur; quia testamentum, quod prius fecerat, testamēto posteriore rescissum est: & quod posterius factum est, iis rebus, quas diximus, infirmatur. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur: ueluti si aliquis post factum testamentum capite minuatur, id est, ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exilium deportetur. Similiter & is, qui adoptatus fuerit, testamentum, quod antequàm adoptaretur, fecerat, non valebit. Hæredes autem sui sunt, aut non sui, aut necessarii sunt, aut extranei. Sui hæredes appellantur, filij, ac nepotes ex filiis masculis, quos in potestate auus, uel pater habet. Necessarii sunt, hæredes serui, qui cum libertate hæredes instituuntur. Necessarii ideo, quia uelint, nolint, necesse est eis hæredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxij, & putant se non tantū in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, & hæredes necessarios faciunt, vt quò magis hæres quam dominus infamiam incurrat: cum res eius, id est, hæreditas domini pro debitis uēditur, & creditoribus datur. Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iungūtur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit hæredes.

Hæredum genera.

De substitutionibus, & de secundis tabulis. Titu. IIII.

SVbstitutio est, quç post institutionem a testatore fieri solet, id est, secundi hæredis appellatio. Et duæ sunt, quarum una uulgaris dicitur, alia pupillaris. Vulgaris dicitur illa: Hçres mihi esto, hoc siue filio, siue extraneo: Quòd si hçreditatem meam adire nolueris, illum substituo, ad quem hæreditas mea debeat pertinere. Pupillaris substitutio filiis tantummodo impuberibus fieri potest, quæ ita fit: ille filius meus, si intra pupillarem ætatem decesserit, illum ei substituo. Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, ut ad notitiam substituti peruenire non possit: ne vitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliatur. Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneant, & prior pars testamentis, qua hæres scriptus est, referatur. Hoc etiam, & de bonis fieri potest. [2] † nam si extraneus hæres scriptus sit, ei aliquem substituere non possumus, ut si hæres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei hæres sit. Potest tamen per fideicommissum, ut alii, rogatus a testatore, hæreditatem, aut integram, aut pro parte restituat.

Vulgaris substitutio.

Pupillaris

2 † *hic locus in omnibus exēpla. non caret suspitione, nisi legas sed.*

De legatis. Titu. V.

LEgatorum genera sunt quatuor, uindicationis, damnationis, sinendi modo, & prçceptio-

Legatorū genera.

ceptionis. Vindicationis legatum est, si testator sic loquutus fuerit, illum seruum tibi do, lego. vel, Illam rē tibi præsume, habe, vindica. Quod post mortem testatoris statim legatarius, non expectato hærede, sibi præsumat. Quam si præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab hærede potest calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit, quæ legata est, legatarius hoc poterit ab hærede repetere. Si per vindicationē vna res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere velint, æquales singulis de re legata capiunt portiones. Per damnationem isto ordine legatur, vt testator in testamento scribat. Tu hæres meus illi hoc da. aut, Illud illi ab hærede meo dari iubeo. In quo genere legati etiam alienę res per legatum relinqui possunt. Et si necesse est hęredi aut redimere eam rem, quæ iuris alieni est, & legatario tradere; aut si is, cuius est res, vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam, quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab hærede petere non potest; & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatū dederit, necesse est, ab hærede aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretium legatario dari. Cæterum inter damnationis legatum, & vindicationis hoc interest, q̄ per vindicationem res aliena relinqui non potest: per damnationē eo pacto, quo superius cōprehensum est, potest. Illæ etiam res, quæ in rerum natura non sunt, per damnationem in legato relinqui possunt, velut si ita testator in testamento scribat, fructus, qui ex illo agro nati fuerint, aut id, quod ex illa ancilla natum fuerit. qđ in legato vindicationis fieri non potest: quia nō potest hæc legatarius, testatore mortuo, continuo vindicare. Et inter legatum vindicationis, & damnationis ista similitudo est, quod legatū vindicationis, siue & damnationis, si cōiunctim id est, duobus, aut pluribus vna res in legato relicta fuerit omnibus, in vtroque simul ab omnibus præsumatur. Inter legatum vindicationis, & damnationis ista distantia est, vt si disiūctim, id est, singulis quęcunque res per legatum dānationis relicta fuerit, singulis [1] † integra debeatur, id est, vt vnus rem ipsam accipiat, alii æstimationem rei ipsius in pretio ab hærede percipiant. Sinendi modo hæc legati verba sunt, Ille hæres meus rem illam illum permitte præsumere, & sibi eam habere. Nam & propriam rem testator & hæredes sui, & alienā per sinendi modum legatum relinquere potest. In quo legato nō quidem hæres legatario rem, quæ relicta est, iubetur tradere; sed vindicanti legatario nō permittitur prohibere. Præceptionis vero legatum non nisi vni ex hæreditate præcipuum relinquatur. & si aut coniunctim, id est, multis, aut disiūctim singulis relinquatur, omnibus aut vna res tantum, quæ nominata est, debetur, non vni res, & alii æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

De lege Falcidia. Tit. V.

Lege Falcidia constitutum est, quicunq; hæres fuerit institutus, quartam partem totius hæreditatis habeat. Quòd si testator hæreditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, vt Falcidiam sibi de imminutione legatorum hæres retineat, constante nihilominus testamento.

De fideicommissis. Tit. VI.

Potest aliquis recto iure hæredem instituere, & rogare eum, vt hæreditatem suam, aut omnem, aut ex parte alii per fideicommissum reddat. Nam si hæredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest [2] † ad alium acceptam hæreditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est, vt hæres institutus etiam si omnem hęreditatem alii restituere iussus sit; ita hæreditatem alii restituat vt quartam sibi ex ipsa hæreditate retineat. Et singulæ quæcunque res per fideicommissum relinqui possunt, hoc est, aut fundus, aut domus, aut mancipium aut argentum, ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum relinqui potest. Et a legatario, licet legatum relinqui non possit, fideicommissum potest. Et non solum propriæ res a testatore per fideicommissum relinqui possunt, sed etiam ipsius hæredis, aut legatarii, aut cuiuslibet extranei, ne legatarius, cui per testamentum parum relictum est, si plus alii per fideicommissum, quàm id, quod consequitur, reddere iubeatur. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est hæred. tenere, vel legatario, rem illam, quæ per fideicommissum est relicta, aut redimere, vel reddere, aut fideicommissario dare, aut pretium eiusdem rei, quanti ęstimata fuerit, fideicommissario numerare: sicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiam seruis per fideicommissum dari possunt, vt hæres, vel legatarius ea mancipia manu mittant, quæ testator ab iis, vt manumitterent, sperauit. Nec interest, vtrum hoc testator de sui serui, an de ipsius hæredis & [3] † legatarii, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur hæres emere ipsum seruum, & manumittere. Quòd si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re hæres ęstimationem in pretio dare non cogitur. sed cum per fideicommissum libertas datur, is, qui manumissus fuerit, non testatoris, sed

heredis

1 † in integrum

2 † ab alio

3 † vel

hæredis libertus est. Præterea inter fideicommissa, & legata sunt quædam distantiæ. Fideicommissum ad eum, cui aliquid commissum est, hærede mortuo, peruenire, si talis fuerit conditio testamenti. Nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillos relictum non valet, nisi codicillis testamento fuerint confirmati. Per fideicommissum verò, etiam si testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item per legatum seruo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. Item per codicillos nemo hæres institui potest, quamuis testamento confirmati sint: sed is, qui in testamento hæres fuerit institutus, potest per codicillos rogare, vt hæreditatem, quæ ei data est, alij eam totam, vel pro parte restituat. Quod validum est, etiam si codicilli testamento non fuerint confirmati. Item quamuis non possimus post mortem eius, quem hæredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare eum possumus, vt cum morietur, alij eam hæreditatem; vel totam, vel pro parte restituat. Et quia (sicut superiùs dictum est) etiam post mortem hæredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest, quod hoc ordine fit, vt testator scribat, Illum hæredem instituo, & volo, vt cum mortuus fuero, ad illum hæreditas mea perueniat. [1]† Præterea & in hoc alia fideicommissorum & legatorum conditio est: quia fideicommissa, si tardius, quàm scriptum est, soluta fuerint, vsuræ & fructus debentur. Legatorum verò vsuræ non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

Legatorũ & fideicõmissorũ distantia.

1 † pertineat.

De intestatorum hæredibus.[2] † Tit. VIII.

2 † hæredibus.

INtestatorum hæreditates primùm ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes appellantur, filius, filia, nepos, vel neptis, pronepos, pronepotis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes, sui vocantur. Naturales sunt hæ personæ, hoc est, adoptiuæ. Adoptiuorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos, vel neptis ex filio, auo suo hæredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit. Nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat constitutum, & ex eo nepotes, illi, viuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui hæredes auo esse non possunt. Similiter & posthumi, quasi viuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui hæredes sunt. Si aliquando quis moriatur, & reliquerit filium, aut filiũ, aut ex alio filio mortuo nepotes, neptes, siue filij nepotes ex filio, defuncto patre, vel auo, hac ratione succedunt, vt filius, ac filia sua partes accipiant; & nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. Quia regulariter constitutum est, vt inter suos proximos longiore gradu positos non excludat, & non in capita, sed in stirpes diuidatur hæreditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filijs dimittat nepotes, hoc est, ex vno filio vnum, vel duos nepotes; & ex altero tres, aut quatuor similiter, sicut superius dictũ est, in stirpes, non in capita hæreditas diuidatur; hoc modo, vt illi duo nepotes ex vno filio medietatem percipiant; & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem. hoc est, vt tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant. Si defuerint hæredes sui, tunc hæreditas defuncti pertinet ad agnatos; Agnati. n. sunt per virilem sexũ defuncto propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de vno patre nati. Nec disputari potest, si de diuersis matribus nascantur, qui vno patre geniti sunt. Item patruus, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est: ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur, qui sint agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti. Non tamen omnibus simul agnatis lex [3]† hæreditatem propinqui intestati dat, sed ijs, qui defuncto mortis suæ tempore proximiores inueniuntur. In fœminis verò alia conditio est; quia inter fœminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, vt germano suo defuncto ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquæ fœminæ, hoc est, amitæ, i. patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hæreditatibus propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum verò hæreditates ad masculos propinquos agnationis conditione perueniunt. Regulariter constitutum est, vt inter agnatos proximior posteriorem excludat: & inter eos non in stirpes, sed in capita ab intestato diuidatur hæreditas. Nam inter suos, (sicut superius diximus,) alia ratio est, vt proximior posteriorem non excludat; & semper hæreditas in stirpes, non in capita diuidatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios, germanus fra[t]er, quia gradu proximior est, solus succedet, fratris filij non succedent. Item si moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, & ex vno fratre dimiserit duos, & ex alio quatuor, similiter masculos, omnes quidem fratrũ filij patruo suo intestato succedunt, sed non in stirpes,

Sui hæredes.

Agnati.

3 † Legem 12. tab. intelligi.

stirpes, sed in capita: ita vt illi duo ex vno patre duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patrui hæreditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in auunculi hæreditate succedunt. Nam & hoc regulare est, vt cognati tunc intestatorum propinquorum hæreditates capiant, quando aut sui, aut agnati defuerint.

De obligationibus. *Tit. IX.*

OBligatio in duas species diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex culpa. Eorum, quæ ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quæ singulæ hoc ordine distinguuntur. Aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut consensu. Re contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quæ in his rebus contingunt, quæ pondere, numero, & mensura continentur. hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pendendo, aut metiendo ad hoc damus, vt eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore, non ipsæ res, sed aliæ eiusdem naturæ, quales datæ sunt, atque ipsius ponderis, numeratæ, vel mensuratæ reddantur. Propter quod mutuum appellatum est, quasi à me tibi ita datum sit, vt ex meo tuum fieret. verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & responsione accipientis: ita, vt si ille, qui dat, interroget, Hoc mihi dabis? Qui accipiet, respondeat, Dabo. Aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor accedat, ille, qui personam fideiussori tradit, interrogetur. Istum fide tua esse iubes? Et ille respondeat, Fide mea esse iubeo. In hac conditione non solum ille, qui debitor est; sed & is, qui fideiussor existit, obligatur. Et non solum fideiussor ipse, dum viuit, sed & hæredes ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxij. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam, quem velit tenere, vtrum ipsum debitorem, an fideiussorem absolui. Sed si [1]† debitorem tenere elegerit, [2]† fideiussorem absoluit: quia, vno electo, quem idoneum creditor iudicauit, alterum liberat. Sunt & aliæ obligationes, quæ, nulla præcedente interrogatione, contrahi possunt, id est, vt si mulier siue sponso, siue iam marito vxor futura dotem dicat. quod tam de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & pater eius, & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat [3] † marito creditoris, ipse debitor in dotem

Mutuum.

1† Fideiussorem.

2† Debitorem.

3† Sponsi.

dixerit. Hæ tantum tres personæ, nulla interrogatione præcedente, possunt [4] † conditione dotis legitimè obligari. Aliæ verò personæ, si pro muliere dotem marito promiserint, communi iure obligari debent, idest vt interrogatæ respondeant, & stipulationem præmittant. Item & alio casu, vno loquente, & sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iurauerit. Exponendum hic, quid sit donum, munus, vel operæ. in qua re supradicti liberti non tam verborum solennitate, quàm iurisiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest. Præterea inutilis est promissio, etiam si, stipulatione interueniente, facta sit; si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est, hoc est, si aut ingenuum hominem, quasi seruum se daturum, promittat. Aut si mortuum aliquis, quem viuum credebat, promiserit. Aut locum sacrum, aut sanctum aut religiosum daturum se cuicunq, promiserit. Præterea inutilis est promissio, si quis rem sub tali conditione promittat, quæ impleri ob rei difficultatem non possit Præterea & inutilis est interrogatio, & promissio, si ita aliquis interroget debitorem, Post mortem meam, vel tuã, illud dare spondes? Quod propterea inutile visum est: quia à persona hæredis obligatio incipere non potest. Et ideo nec hæredi creditoris sub hac sponsione obligatur debitor, nec debitoris hæredes creditori tenentur obnoxij. Itẽ inutilis est obligatio, si dicat creditor, Pridie, quàm moriar, hæc dare spondes? Vel interroget debitorem, Pridie, quàm moriaris? Similiter & hæc stipulatio inutilis iudicatur; quia non potest sciri, quando si Pridie, quàm aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit. Item si purè interroget creditor, & debitor sub conditione promittat. Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, & debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur. Si quis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum compellere, vt pecuniam, quam nobis redditurus erat, alteri se caueat redditurum. Neque potest ei, cui pro nostro debito cauet, de cauto, & non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre; cùm id, quod à nobis accepit, alteri cauerit redditurum. Nec potest ei, nisi literis obligatio fiat, aut à re in personam, aut à persona in personam dari. A re in personam, velut si id, quod ex emptione, aut ex conductione, aut societate debes, alij reddas. A persona in personam, velut si id, quod mihi alter debet, alteri personæ delegem, vt mihi reddere debeat. Consensu fiunt obligationes, ex emptionibus, & venditionibus, locationibus,

4† Dictionem dotis legitimè obtinere.

nibus, conductionibus, societatibus, & mandatis. Quia in eiusmodi rebus consensus magis quàm scriptura aliqua, aut solennitas quæritur. In quibus rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in alijs rebus fieri non potest. Emptio igitur, & venditio contrahitur, cum de pretio inter emptorem, & venditorem fuerit definitum, etiam si pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretii, aut arrhadata fuerit. Locatio, & conductio simili ratione consistunt. Et consensu, & uerbo definito inter consentientes firma permaneat. Societatem inire possumus aut omnium bonorum, aut vnius alicuius negotiationis. Et potest ita coiri societas, si tamen hoc inter socios conuenit, vt vnus pecuniam det, & alter operam suam pro pecunia ponat. Et huius rei definitio etiam verbo inita valet; ita vt quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit acquisitũ sociis commune fit. Permanet autem inita societas, quandiu in ipso consensu socii perseuerant: quia ut consensu cõtrahitur, sic etiam dissensu dissoluitur. Dissoluitur ergo societas aut morte huius socii, aut contraria uoluntate, aut capitis diminutione, id est, si unus ex sociis (sicut frequenter suprà diximus) capite fuerit deminutus. Similiter & mandari uerbo potest. Et cùm uerbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia, aut aliena cuicunque agẽda mãdare, dummodo honestum aliquid agi[1] † mandemus. Nam si contra mores bonos aliquid mandare uoluerimus, hoc est, si cuicunq; mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in iis rebus mandat, obligatio non contrahitur. Soluitur autem mandatum aut morte eius, cui mandatum est, aut contraria illius voluntate, qui mandauit. Sed is, cui mandatur, mandati formam egredi non debet. Aut si egressus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius; & quod extra mandatum egit, mandatori non nocet.

Emptio.

Locatio.

Societates

1 † *Volumus*.

Quibus modis obligatio tollatur. *Tit. X.*

Tollitur obligatio solutione debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud, quàm cautum fuerat à debitore, creditori reddatur. Nam si quicunque pro pecunia, quam creditori[2] † cauit, acquiescente creditore, aurum, aut argentum, aut mancipia, vel alias quaslibet species, habita æstimatione, consentienti reddiderit, obligatio euidenter tollitur.

2 † *dedit*.

De obligationibus ex delicto. *Tit. XI.*

Quia de obligationibus, quæ ex contractu nascuntur, diximus: superest, vt de ijs obligationibus quæ ex delicto nascuntur, disputemus. Ex delicto nascuntur obligationes, si quis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel dãnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarũ omnium rerum vno genere ex delicto nascitur obligatio. Furtorum autẽ sunt genera quatuor, manifesti, nec manifesti, concepti, & oblati. Manifestum furtum dicitur, si quando fur cuiuscũque rem tollit, & in ipso furto deprehenditur. Nec manifestum furtum appellatur, quod quãuis dum fieret, inuentum non est, tamen furtum [3] † fuisse, probatur. Conceptum furtum dicitur, cùm apud aliquem alterum res furata inueniatur. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua alicui ita à fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit. Præterea qui rem alienam inuito, aut nesciente domino, contingit, vel tollere, aut de loco mouere [4] † præsumpsit, furtum facit. Et si quis rem vtendam acceperit, aut commodatam apud se habuerit, & aliter ea vsus fuerit quàm accepit, furti actione tenetur. Prçterea si quis iumentum alterius ad hoc accepit, vt eũ quinque milibus duceret, si id decem milibus, aut longius, quàm ab illo, qui dedit, fuerit constitutum, duxerit, furti reus erit. Et multa præterea his similia sunt, secundum quæ & ille furti tenetur, si, vt fieret, opem, aut consilium, aut studium commodauerit. Vel si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, vt alij eam rapere possent.

Furtorum genera iiij.

3 † *esse factum probatur*.

4 † *idem apud Laertium posuit Solon*.

Institutionum Caij Libri posterioris de rebus, Finis.

ἡ ἀρετὴ τῶν πρόνων κριτική.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd.

Omnes sunt quaterniones, præter Dd qui est ternio.

VENETIIS,

APVD IVNTAS, MDXCVIII.

ADDITIONES NOVAE SVPER INSTITVTIONES, ILLVSTRISSIMO DOMINO IACOBO ANELLO DE BOTTIS, Regio Consiliario in sacro Regio consilio Neapolitano, authore.

De iure natur. gent. & ciu.

IN §.*ius autem.ciuile,in fi.versic.sed quoties.*] Quæ sit ratio huius tex.uide latè per Gomes.infra, de act.in princip.nume.42.ubi quinque enumerat intellectus.

§.*sed & quid Principi placuit.*] Declara istũ tex.ut ꝑ Curt.in l.1.nu.48.ff.si cert.petat.

De iure personarum.

§.*seruitus*.] Seruitus quo iure est introducta, latè per Cardin.Alexand.in c.fi. de coniugio seruorum.

§ *serui autem.in verbo,cum homo liber.*] Vide Card.Alexand. in c.fi.de coniugio seruo.& ibi,quid si est uxoratus.

Eod.§.in glo.in verbo, maior.in verbo,quia non est mutanda.] Vxor benè potest reuocare uẽditionem,ut declarat Luc. de Penna.in l.cum scimus.C. de agric. & censit.

De libertinis.

In §.serui verò.in glo in verbo,transitu.] Ex hac Glo.nota,ꝙ illud quod fieri potest propria authoritate, multo magis fieri potest per iudicem competentem, de quo Guil. Bened.in cap.Raynutius.fol.75.2. parte num.39.

De his, qui sunt sui, vel alieni iur.

§.*sed & maior*.] Adde quòd dominus potest seruum in perpetuus uinculis iudicare. Bal.in l.in ipsius per illum tex.C.famil.ercifcum.

De patria potestate.

§.1.*in verbo,indiuiduam*.] Bal.in l.si tibi filius in fi.ff.de adoptio. dicit quod Papa potest facere quod monachus ducat uxórem ad tempus, puta usque ad procreationem sobolis,de quo Cotta in uerbo, filius unicus.

§.*ius autem ciuile.in glo.in verbo, Romanorum. in verbo.vt Francigena.*] Nota, quòd Francigenæ non habent filios in potestate.de quo uide Cottam in uerbo, Francigenæ, ubi quid in filijs Gallorum, & Iudæorum.

De nuptijs.

Rubrica.] Adde ad hanc rubricam, quòd filius legitimatus per rescriptum Principis, efficitur & subijcitur potestati patris.§. sit igitur.& ibi notat Bar. in Authen.quib.mod. natur.effic. legi.glo. in l.item in potestate.ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iur.

§.1.*in glo.verbo, viripotentes. in verbo, videtur quod nubere possit.*] Vide glo.in consuet.quartam autem.in uerbo, à quo, nume.39. cum sequen.& Gram.in consil.ciuili 21. & Ioan.Fab.hic, ubi dicunt hoc non procedere de iure canonico.

Eod §.in verbo, dum tamen si filij famil.sint.] An possit exhæredari,uide Pet.Duen.in regu.373.an filia nubens sine consensu patris, possit petere dotem, uide Guil Bened.in cap.Raynutius.in uerbo, dotem.nume.30.& an de iure canonico requiratur talis consensus. Decis.consil 231.& ibi, an ualeat statutum quòd requiratur consensus patris: & an statutum possit imponere pœnam: & quid si matrimonium est contractum cum turpi persona,& an denegantur alimenta.Adde Andr.in constit. si quis rapere, & ibi Affl.nu.14.

§.*duorum.*] An hodie puniatur contrahens nuptias in hoc gradu prohibito de iure canonico, uide Signorolum consil.25.

§.*aliquando.in verbo.compositis in potestate.*] Instrumenta dotalia non sunt necessaria,ut per Feli.in cap.1.in 6.colum.extra, de spons.

Quibus modis ius patr. potestatis soluitur.

In §.cum autem his.] Adde, quòd si monachus ex licentia Papæ restituitur ad sæculum, acquirit patriam potestatem in filios.Gram.in decis.54.nu.10.

Eod.§.in glo. in verbo, retinentis.in versic.sed bannitos nostri temporis.] Vide latè per Maran.in repetit.l is potest.nume.124. cum sequen.ff. de acquiren.hæred. Mod. in C. Regni si iustè.nu.45.& Tiraq.de retrac.lignag §.1.in glo. 9.nu.28.

§.*præterea.in versic.nostra autem constitutio.*] An emancipatio facta coram notario ualeat, uide Ange.in consil.93 uisis & inspectis.in 1.dubio.

De legitima agnatorum tutela.

§ *sed agnationis.*] Limita ut per Ioan.Fab.in fi.huius §.an emancipati dicantur agnati in materia statutaria, vide Deci.consi.13.

De capitis diminutione.

§.*maxima capitis.*] Ad materiam istius tex.vide latissimè per Maran.in reper.l. is potest.nume.106. cum seq ff. de acquiren.hæred.

§.*minima capitis.*] Ad istum tex.vide glo.not.in l.4.§.fin.

ff.ad Macedon. vbi declarat nō minui capite effectum sui iuris morte patris, vel dignitate.

De authoritate tutorum.

§.*neque tamen.*] Ratio ad istum tex. ponitur per Doc. & maximè per Ias. in l antepe. in 2. not. C. qui admi.

De curatoribus.

§.*qui si tutor. in verbo, decreto constituet.*] Vide Affl. in decis. 262. vbi intelligit hoc ante litis contestationem, limitat tamen non habere locum in tutore vel curatore testamētario, cui fuit libera administratio concessa per testatorem, si fecit inuētarium, vel fuit sibi remissum per testatorem: alleg. Bal. in l. 1. 2. opp de bon. mater. & de modo constituendi actorem vide Alexandri. consi. 162.

De excusat. tut. vel curat.

§.*item propter litem.*] Qualiter hoc procedat vide per Ange. in §. 1. in Auth. vt hi qui obligatus, &c. vbi dicit quod si quantitas sit magna, vel parua relinquitur arbitrio iudices.

§.*item tria onera. in verbo, non affectata.*] Vide multa ad propositum quod procurans perdit priuilegium, per Feli. in c. fi. col. 2. de testibus.

§.*Inimicitia quai.*] Quid in tutore testamentario, vide omnino Couar. in c. 18 pract. q. nu. 3.

De rerum diuisione.

§.*& quidam in versic. nemo igitur ad litus.*] Adde quod habēs regalia potest prohibere ne quis nauiget mare, iuxta suum territorium. ita Benuenutus in tract. de nauigatione nu. 6. de quo vide omnino Suarez in allegatione 17. vbi quod non requiritur licentia, nec potest prohibet.

§.*flumina autem.*] An licitum sit piscari in flumine publico, vide multa p Boer. in addit. ad Dinū in proœm. tit. de regul. iur. fol. 2 litera B. & omnino Suarez. in allegat. 16. & in 17. vbi an requiratur licentia Principis nauigandi, vel nauim applicādi in portu. vide ad materiam fluminum huius Regni Loffr. consi 13. col 3.

Eod. §.*in verbo, & portus.*] Quid si portus sunt ingenio hominum fabricati, vide Ioan Ant. de Nigr. in 1. rubr. capitulorum Regni. nume 3. & de materia piscationum vide Iacobi in verbo, & cum piscationibus, & in verbo, fluminibus, & adde quæ addita sunt in §. præcedenti. An delictum factum in flumine puniatur sicut factum in strada publica, vide Bal. in l. fin. ff. de seruit. rust. & de portubus cuius sint in Regno. vide Frec. in suo opere fol. 9. & de flumine non nauigabili, an licitum sit ducere aquam, vide Aimon. consi. 124. nu. 5.

Eod §.*in versic. est autem litus.*] Littora cuius sint, & an veniant in concessione castri, vide Frec. in suo opere fol. 28. nu. 21. cum seq.

§.*sancta quoque. in verbo. veluti muri & portæ ciuitatis.*] Muri ciuitatis an sint ciuium. vel Regis, vide Capic. in decis. 27. nu. 41. de transcendētibus muros ciuitatis, vide Boer. in decis. 232.

Eod §.*in versic. plani qui alienum.*] Vide ad materiam Iacobi. in verbo, & cum venationibus: & addi. ad Dynum in proœm. tit. de reg. iur. fol. 2. litera B.

§.*gallinarum. in glo. quis lucrandi animo. in verbo, sic nunquid dolus.*] Vide Moder. in C. Regni ad hoc. nu. 35 36. & 118. & Didacum Couar. in 1. lib. variarum resolutio. cap. 5 numero 12.

§.*præterea.*] De materia alluuionis uide Tiraq. de retrac. conuentio in fi nu. 91. cum seq. & uide Molendi. in consuetu. Paris. in §. 1. in glo. 5. nu. 99. cum sequen. vsque ad fi. glo.

§.*thesauros.*] Vide Constitut Regni. quia non decet. & ibi scribentes fol. 145. & Guliel. Bened. in cap. Raynutius. in verbo, cætera bona. nume. 30. 34. & Tiraq. de retrac. conuentio. in fi. nume. 96. & Afflic. in constitut. dohanæ secreti. 1. colum.

§.*venditæ verò.*] Adde quod præsumitur habita fides de pretio. Alexand. in consi. 86. nu. 6. vol. 6. quid si statim habita fide de pretio decoxit emptor, vide Glo. Paris. in §. 13. glo. 3. nu. 6.

De vsufructu.

§.*finitur autem.*] Quid si alicui sit concessa domus in feudum ad utendum & fruendum, an transeat ad hæredes, Iacobi. in uerbo in feudum, tenet quod sic nu. 18. An p rebellionem ususfructuarij finiatur ususfruc. uide Eoffre. in consil. 5. in 3. dubio. & de vsufruc. relicto ecclesiæ, vel ciuitati, vel in perpetuum, vide in l. si ususfructus municipibus ff. de ususfruc. lega.

Eod. §.*in versic. item finitur vsusfructus.*] Vide tex. in l. quoties. ff. eod. ubi est casus quod licet sit facta consolid. tamen non amittitur ususfr.

Eod. §.*in glo. in verbo, cedendo.*] Adde Negusan. in tracta. de pigno. 3. mēb. 2. par. nu. 9 & ibi, an & quando uendi possit pleno iure. & quando uendendo ad proprietatem redit, Tiraq de retrac. lignag § 26. in glo. 1. nu. 43. adde tamē quod uendendo usumfructum interpretatur uendidisse commodatum fructuum, ut actus ualeat Aimo cō sil 2. num. 5. & quid in ususfructu debito parti in bonis filij aduentitijs, an consolidetur proprietati si alienetur res per patrem, uide per Didac. Couar. fol. 131.

De usu & habit.

§.*1. in verbo, vt neque domino fundi.*] Per istum tex. dicebat Ioan. Andr. in cap. dilecti. de arbitr. quod si communitas aliqua usum nemoris præscripsisset, contra aliam communitatem, & contingere. commoditatem nemoris nō sufficere ambobus castris, præfertur communitas illa cōtra quam præscriptum est. sequitur Guliel Bened. in repetitio cap Raynutius. in uerbo, & uxorem. nume. 252. de testamen.

De vsucap. & longi temp. præscript.

§.*in verbo, ne rerum dominia in incerto essent.*] Id est, quia propter talē incertitudinē homines perueniebant ad lites; ita Alciat. in l. 1. fol. 8. C. de quinque pedū præscrip.

Quibus alienare licet vel non.

§.*contra autem.*] Vide omnino Negusan. de pignor. in 1. memb. 2. par. nu. 11. 12. 13. 24.

Per quas personas nobis acquiritur.

§ *igitur liberi.*] Adde quod quæsitum opera, & industria filij dicitur aduentitium, de quo per Bal. in auth. ex testamento. 4. col. uersic decimum. & Affiic. in decis. 308. nu. 4. Deci consi. 670. omnino.

De testamen. ord.

§.*1. in verbo, quod testatio mentis sit.*] Vide Moder. in l. 1. ff de acquir. possess. & in l. 2. §. appellata. ff. si cert peta. & Cottam in uerbo, testamentum secundum.

§.*vestes autem.*] An monachus possit esse testis, Guido decis. 517. an executor testamēti possit esse testis, Ioan. Dilectus de arte testandi, tit. 2. caut. 9.

§.*legatarijs.*] Amplia quod omnes testes possunt esse legatarij, ut est tex. in l. si quis ita ff. de rebus dubijs. & ibi Soci. uide omnino Ioan. Dilectum de arte testandi titu. 2. caut. 9.

De exhæredatione liberorum.

§.*finali.*] Ad materiam istius §. uide Moder. in l. 1. C. de contratabul. & addi. ad Bartol. in l. illud §. ad testamenta. ff. eodem.

Quibus

Quibus mod. testa. infirm.

§ *posteriore*.] Vide omnino ad materiã Guil Bene. in repe. c. Raynutius. in ver. testamentum. lo 2 nu 7. cum seq. & Dec. 512. & Ias. consi. 169. vol 4. nu. 1. Corn. consi. 149. vol. 2 & consi. 7. vol 4 vbi an saltim secundum valeat iure codicillorum si est imperfectum. & vi. omnino Dec in d consi. 512. quia multa dicit ad declarationem Et quid si in primo testamento filij de ordine patris promiserit omnia in eo disposita obseruare, vi. Cur. iun. in cõsi 26.

§. *non tamen*.] Iste tex. declaratur per tex. in l. pen. §. testamento. ff. de secun. tab. vt dicit Alex. in l. si. in 5. col. in fi. C. vnde legitimi.

De hæredum qualit. & differ.

§. *sui autem*.] Ad istum tex. vi. Mod. in l. qui se patris C. unde liberi. & Alex. in l. si emancipati in 2. col. C. de coll.

Eod. §. in ver. qui modo in potestas morientis fuerint.] Hoc fallit in posthumo, ut declarat Ias. in l. posthumo. in 1. not. C. de contra. tab. & ui. ibid. Dec. in 1. not. & in l. qui se patris nu. 3. C. unde lib.

De legatis.

§ *sed olim quidem*.] Ad istum tex. uide omnino Ias. in l. 1. in prin. ff de leg. 1.

. non solum.] Adde quod licèt testator possit disponere de re hæredis, tamen in dubio uidetur disponere de re sua, non hæredis: Aimo. consi. 25. nu. 19.

Eod. §. in ver. non si ignorabat.] Limita istum tex non habere locum, si talis res fuisset legata filio pro legitima. Cot. in uer. legatum rei. & an procedat de iure canonico Zanet. in 29. differ. iur. ciuil. & cano & quid si legetur consanguineo, Gram. in consi. 31. nu. 4. in ciui.

§. *si rem suam*.] Quid si testator instituit hæredem ecclesiam construendam in domo sua, & postea domum alienauit, an videatur reuocasse institutionem ecclesiæ, Bar. in cõsil. 26. tenet quod non. sequitur Ias. in l. 3. C. de leg. & ad materiam huius §. vi. Cor. in ver. legatum factum. & an per promissionem de vendendo rem legatam videtur reuocatum legatum, vi Alex. in consi. 168. incip. statib. uer. uol 6. & in consi. 76. col. 3. uersi. circa tertiam dubitationem. uol 5. refert Boer. in decis. 48 nu. 13. & ui. Couar. in rub. de testa. par. 3. nu. 19 col. 4 fol. 237. & an mulier dando bona sua in dotem marito dicatur reuocasse legatum antea factum alicuius fundi, ui. Aimo. consi. 144. nu. 11.

De fideicom. hæred.

§ *præterea intestatus*.] ui. Ias. in l. 1. nu. 38. uersi. ratio. & nu. 39. ff. de leg. 1.

De singulis reb. per fideic. rel.

§ 1. *in fi. in ver. quamuis*.] Quæ sit ratio istorum uerborum, ui. Ias. in l. 1. nu. 41. uersi. ratio quartæ. ff. de leg. 1.

De codicillis.

§. 1. *in glo. in ver confirmates*.] Vi. ad hanc glo. & eius materiã omnino Guil. Ben. in repe. c. Raynutius. in uer. testamentum. lo. 3. nu. 9. cũ sequen. de testa. & quid si aliquis fecit testamentum cum clausula codicillari, demum fecit secundum testamentum. an primum ualeat iure codicillorum, ui. Gui. in decis. 323.

De hæred. quæ ab intest. defer.

§. *quibus enumerari. in versi. nec non eos quos*.] ui. Dec. in l. qui se patris. nu. 3. C. unde lib. amplia etiam in nepotib. natis ex his filijs, operantur nuptiæ subsequentes nam nepotes nati ex filio progenito ex cõcubina, sequẽte postea matrimonio, iuxta formam istius tex. legitimatur nepos, qd est uerum si filius est superstes, aliàs non. Bald. in l. benignius. ff. de legib. quod ultimum. s. si filius est superstes, not. let Guil. Ben. in repe. c. Raynutius. in uer. uxorem nu. 181. de testa. ubi de materia istius tex. fol. 68.

§. *interdum*.] Proximitas attenditur tempore mortis testatoris, de quo per Alex. consi. 137. 1. uol. & Tiraq de retrac. lignag. §. 11. glo. 9. nu 6.

Eod. § in versi. per contrarium.] ui. Cot. in uer. perduellionis. & Gram. in decis. 6.

Eod. § in glo. in ver. damnata.] Et ui. Gram. in decis 6. nu. 9. cum seq. Hæc glo. est sing. secundum Inno. in c. quoniã frequenter. ut lite nõ cõtest. & in l. si defuncto. ff. de pub. iud. de quo Capi. in decis. 130.

§. *cum filius*.] Qualiter iste tex. intelligitur ui. Dec. in l. 2. nu. 3 C. unde lib. Quid si aliquis fecit testamentum in quo instituit Titium filium fratris sui, & Caium, & Sempronium filios fratris sui alterius, an isti succedant in capita, uel in stirpes, ui. Capi. in decis. 208.

Eod. §. in ver. suis locum succedere.] Idest gradum, quia non succedunt ex persona patris, sed sua. Capit decis. 21. n. 6. & ad materiam huius §. ui. omnino Guil Ben. in c. Raynutius. in uer. & uxorem. 5. decis. nu. 53. cũ seq. & ibi, nu. 195. quid in adoptiuis. & latè Tiraq. de retrac. lig. §. 11. in glo. 9. ubi quãdo nõ habet locum repræsentatio. Et quid si quis instituat nepotes, an ueniant in stirpes. ui. Dec. cõsi 412. ubi latè an & quãdo filius subintrat locũ patris: & consi. 1. & an habeat locum cum agitur de succedẽdo auunculo, & multa alia ui. per Aim. consi. 127. nu 23. & an procedat in successione materteræ, Aimo consi. 67. n. 4. & ibi nu. 5. latè de materia. & an filij ex primo matrimonio succedant matri cum nepotibus & filijs secundi matrimonij, Bal. in consi. 5. in 1. uol. antiquorum. & an in fideicommisso habeat locum subingresso, ui. Bal. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Alexandri cõsi. 82. Couar. in c. 38. prac. quest fol. 266. col. 4. cum seq. & fol. 268. col. 4. uersi. 3 ubi etiam quid in statuto uocante proximiores. & ui. multa alia in uersi. loquentib. An subingressio habeat locũ ultra pronepotem, Couar. ubi sup. fol. 270. col. 4. & quid in contractib. iure patronatus feudis, & emphi. ibi fol 277. col. 3. cum seq.

§ *cum autem quæritur in versi. planè si*.] ui. Tiraq. de retr. lign. §. 1. in glo. 9. nu. 80. 81. cum seq. pluribus & ibi nu. 95. quid in conceptis pendente conditione.

De legitima agnat. succes.

§. *hic etiam. in ver. sed etiam germanæ*.] Istum tex. lim. nõ habet locum in statuto loquente de agnato. Bal. in l. meminimus. C. de legi. hære. Alex. in l. si. §. in computatione. C. de iure delib. Cot. in uer. agnati appellatione. Et quid in successione feudi, ui. Bal. in l. qui se patris. col. fi. nu. 16. C unde lib. & Cot. in uer. agnati transuersales.

Eod. §. in fi. in versi. his etenim.] uide Capi. in decis. 208. ubi de intellectu. & ibi quid in successione ex testamento, in quo sunt instituti per nomina propria & appellatiua.

De Senat. consult. Orfic.

§. *nouissimè*.] ui. Affl. in decis. 96. ubi an possit succedere collaterali. & ui. an spurius succedat matri, & econtra. Affli. in consi. sicut accepimus nu. 3. & quid de eo, qui natus est ex matre soluta, patre uerò coniugato, ui. Dec. consilio 306. per totum.

De successione cognatorum.

§. *eos etiam*.] No. qui cognati dicuntur: hoc tñ non procedit in filio sororis, qui iura agnatorum sequitur. ut in § hoc etiam. sup. de l. agnat. succ. de quo ui. Cot. in uer. agnati.

De gradib. cognat.

§ *hactenus*.] Colligitur ex isto tex. quod exempla nõ restringunt regulam: hanc tamen regulam limita, ut per Ozenũ Insti. quib. mod. te contra h. oblig. in priu. nu. 3. 4.

De seruili cognatione.

§ 1. *in versi. hos enim liberos*.] ui. Affl. in decis. 203. Fel. in c. in præsentia, de proba. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel.

De assignat. libertorum.

§. *datur autem in glo. in ver. plures vel liberos.*] Per hanc glo. vi. quæ Didac. ponit in 1. lib. var resol. c. 19. nu. 3. fol. 333.

De bonorum possessionib.

§. *quos autem.*] Ad istum tex. vi. Dec. in rub. C. qui admit. in vlt. lectu. nu. 17. & Iasi. in l. 1. C. vnde lib.

Quib. mod. re contrahit. oblig.

§. 1. *in ver. & quinque nobis.*] Ad hūc tex. vide Dec. in l. 2. in ptin. ff. si cert. per.

De verb. oblig.

§. 1. *in ver. tam conditio.*] Contra hoc facit tex. in l. certi condictio. ff. si cert. pet. vi. glo. sup. nu. 1. in princ. in glo. super ver. certi condictio.

De inutilib. stipulationib.

§. *pupillus.*] No. quod lex magis confidit de tutore, quàm de patre, de quo vi. Cor. in verbo arrogationis forma.

Eod. §. *in glo. in ver. infantia proximus.*] vi. gl. in ver. proxima. in c. continebatur. ext. de spon. impub. & limita hāc gl. habere locum in ciuilib. secus in criminalib. Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Syll. & Cot. in ver. pupillus. & vi. omnino Pet. Duen. in reg. 259. in 3. limit.

§. *item verborum.*] Ad istum tex. vi Doc in l. stipulatio ista. in §. si stipuler. & §. alteri. ff. de verbo. oblig. & Dec. in l. quo tutela. in §. fi. ff. de reg. iur.

De fideiussoribus.

§. *si plures sint.*] No. istum tex. & adde quod antequam fideiussor conueniatur, potest implorare officium iudicis ne exigatur vltra quàm sit rata sua. & hec imploratio potest fieri coram iudice suo. Abb. in c. si quis contra clericum. de fo. compe. & Capi. in decis. 18. nu. 30.

De literarum oblig.

§. 1. *in glo. in ver. debere. ver. si autem sine causa.*] Fallit quando est facta in iudicio, vt dicit Alex. in rub. ff. de uerb. ob. nu 9. per tex. & ibi glo. in l. 1. in fi. ff. de inter act.

De emp. & vend.

§. *pretium autem in uersi. sed & certum.*] Adde, quod si pars declarauit, quod emit, vel vendidit, licet de pretio nihil sit dictum, potest iudex hoc declarare. Bar. in l. si duo. §. Marcellus. ff. de iureiur. Affl. in decis. 83. nu. 6. quid si testes deponunt de emptione, nesciunt tamen quātitatem pretij, an probent, vi. Bal. in l. 1. C. de reb. alie. non alie. & Hyp. in sing. 38.

De oblig. quæ ex delic. nas.

Rubrica.] An prohibitus contrahere, uel se obligare sine cōsensu alterius, obligetur ex delicto, vi. Tiraq. de l. cōnnb. in glo. 3. nu. 146. cum seq.

§. *furtum autem, in uer. aut si quis equum gestandi.*] Limita nō habere locū in equo locato, qui tenebatur ad hoc opus. ut per B. in l. itē quęritur, §. qui impleto. ff. loca. n. 11.

De iniurijs.

§. *pœna autem.*] vi. omnino Aim. consi. 119. nu. 1.

§. *atrox iniuria.*] Quæ dicatur atrox iniuria, vi. Afflic. in constitu. priusquam

§. *in summa. in glo. in uer. extraordinaria.*] Hæc glo. reprobatur communiter, ut per Affl. in decis. 279. de qua ui. Fel. in c. ex literis. ext. 12. col. de consti. & Capi. in decis. 149. approbatur tamen in delictis enormib. ut per Nedi. fol. 323. nume. 43.

De actionibus.

§. *omnium autem.*] Ad istum tex. ui. Bar. in l. 2. in princ. ff. de vide oblig.

§. *sed ista quidem. in uersi. alia autem.*] Ad istum tex. uide aliquid per Doc. in l. 1. C. unde legit.

§. *item si quis in fraudem.*] vi. Capit. omnino in decis. 178. n. 8. vbi quid est probandum in hāc actione reuocatoria, ut actor obtineat.

§. *de constituta. in ver. constituere.* Verbum constituere in l. t. tex. accipitur inter uiuos. And. in c. 1. §. donare. 3. col. in prin. qual. ol. feu. ali. pōt.

§. *quadam actiones in versi. in quib trit.*] An autem possit da re compensam in alia re communi, vel non, ui. Molin. consuet Pari. § 22. in glo 1. nu. 76.

§ *actionem.*] Adde, quod quilibet contractus facti cū Principe, vel Republica habent naturam bonæ fidei. Bal. in §. si qua uero. in tit. de pace Const. & Cor. in uer. contractus. & adde, quod statuta loquentia super contractibus bonæ fidei, sunt bonæ fidei, & sic econtra. Bal. in rub. de consti. ext. col. fi. Cot. in uer. statuta. lo 1 & an feudum sit contractus bonæ fidei, ui. Guil. Ben. in c, Raynutius. in uer. & uxorem. 3. decis. nu. 8.

§. *si quis agens.*] Limita, vt per Cur. in l. lecta. nume. 26. ff. si cert. pe t.

§ *si minus.*] Quid si aliquid debebatur cumulatione, & fuit petitum alternatiuę, an dicatur minus petitum, ui. Grā. in decis. 68. nu. 5. 6. cum seq.

Quod cum eo &c.

§. *Illud.*] Adde alium casum quādo obligatur cum iuramēto, ut dicit glo. in c. significante. de pign Bar. in l. Scio. ad l. Falc. & in l. si quis pro co. ff. de fideiuss.

De satisdationibus.

§. *si autem. in ver. vel extra iudicium.*] An dispositio huius tex. habeat locum in statuto disponente, quod procurator satisdet, alias non audiatur, vide Rom. consi. 62. & Anan. consi. 82.

§. *quorum. in ver. exequata est.*] vide Capi. in decis. 72. & ibi an in hoc interdicto habeat locū iudicium ratione tortū,

De publicis iudicijs.

§. *item lex Cornelia.*] uide Capit. in decis. 152. post Bandi. in tit. de falsarijs. 2. col. & Bonifac. eo. tit. & Ang. in addi. ad Aret. de malefi. in uer. falsatio. 21. col. & ibi quid si in aliquo loco nō est in usu deportatio.

F I N I S.

ANT 131.88.19